







ANEKΔOTA

TOMUS I.

ATHANASII SCHOLASTICI EMISENI

DE NOVELLIS CONSTITUTIONIBUS IMPERATORUM IUSTINIANI IUSTINIQUE

COMMENTARIUM

ANONYMIQUE SCRIPTORIS περὶ διαφόρων ἀναγνωσμάτων

ITEM

FRAGMENTA COMMENTARIORUM

A

THEODORO HERMOPOLITANO, PHILOXENO, SYMBATIO, ANONYMO SCRIPTORE DE NOVELLIS CONSTITUTIONIBUS IMPERATORIS IUSTINIANI CONSCRIPTORUM

EX CODICIBUS MANUSCRIPTIS

QUI

BONONIAE, FLORENTIAE, LUTETIAE PARISIORUM, MEDIOLANI, OXONII, ROMAE, VINDOBONAE

REPERIUNTUR

EDIDIT

IN LATINUM SERMONEM TRANSTULIT

PROLEGOMENIS, ADNOTATIONE CRITICA, INDICIBUS

INSTRUXIT

GUSTAVUS ERNESTUS HEIMBACH

LIPSIENSIS.

LIPSIAE MDCCCXXXVIII.

SUMPTIBUS IOANNIS AMBROSII BARTH.

POTENTISSIMO

SAXONIAE REGI

FRIDERICO AUGUSTO

PATRI PATRIAE

DOMINO CLEMENTISSIMO

POTENTISSIME REX

DOMINE CLEMENTISSIME.

Quod ante annum et novem menses petenti clementer annuisti mihi, Tuo nomini ut hoc Ἀνεκδότων volumen inscribere liceret, id speraveram fore ut et ei libro summo futurum esset ornamento, et maximam haberet horum studiorum apud omnes commendationem. Nunc, cum Regio diademate ornatus, Saxonum rempublicam pacifica tuearis manu, legibus emendes, exemplo illustres, hoc supplicanti dabis mihi, Regium splendorem ut huic libro praetexere liceat,

quo facto ad tale tantumque Tuum erga me beneficium tantus cumulus accedet, quantus maximus unquam addi potuit. Accipias oro benigna manu, Regiaeque Maiestati Tuae patiaris consecrari hos iureconsultorum Romanorum libros, qui in latebrosis bibliothecarum Galliae, Italiae, Angliae, Germaniae angulis penitus abditi nunc primum industria hominis Saxonis, bibliopolaeque Saxonis sumtu in Saxonia iuris publici fiunt.

Potentissime Rex

Domine clementissime

Regii Tui nominis

observantissimus cultor

Gustavus Ernestus Heimbach.

PRAEFATIO.

Non dubito fore plerosque, qui quum audierint de Iustiniani Novellis librum a nobis edi, operae pretium nos facturos esse negent. Hos etsi quasi quosdam iniquos harum rerum iudices eiurare nolimus, tamen non committendum putamus, ut nobis ipsi deesse videamur. Itaque de caussis, quae nos ad scribendum impulerint, pauca praefabimur, rati ea, quae dicturi simus, apud istos, qui iuris studio operam dandam esse negant, nisi caussarum orandarum iudicandarumque ergo, si non ad purgandum me proficiant, profutura certe quidem ad excusandum. Quum enim hoc mihi contigisset, ut Galliam Italiamque adirem, novae Basilicorum editioni subsidia quaesiturus, *Ioanne Ambrosio Barthio* librario Lipsiensi eius itineris sumptum faciente, animi, ut fieri solet, a tali tantoque labore avocandi et quasi recreandi caussa ad Iustiniani Novellas me contuli et interpretandas et, quod eius fieri posset, illustrandas. Quae res et periucunda mihi visa est, et ad id, quod mihi proposueram, attingendum vel maxime apta et accommodata. Ita factum est, ut, data hac tot talesque bibliothecas invisendi opportunitate, unum alterumque codicem manuscriptum nanciscerer, ex quo ad Novellarum editionem et adornandam et critica arte et disciplina perpoliendam non parum utilitatis redundaturum arbitrarer. Deinde, qui unus omnium facile est doctissimus elegantissimusque harum rerum arbiter *Gustavus Haenelius*, antecessor Lipsiensis, ea de re a me consultus, auctor mihi fuit, ut totam illam curam cogitationemque in me reciperem solus. Quae res si viris doctis non displiceat, ut nec mea solius laus erit, ita contra ea, si secus videatur, communis utriusque reprehensio. Quum autem in libris manuscriptis cum exemplaribus, quae typis exscripta sunt, conferendis codices Novellarum Graecos animadvertissem ad unum omnes ex Basilicis aliisque iuris civilis fontibus recentioribus esse interpolatos, circumspicere occoepi, qua tandem ratione tali tantoque malo medicinam facere oporteret. Ita ad antiquissimos Novellarum interpretes, qui Iustiniano suppares fuerunt aut certe ab ea aetate non ita longe remoti,

descendendum mihi fuit, non quo ab inferis mortuos arbitrarer a me posse excitari, verum, ut misera disiectaque optimorum scriptorum membra in unum corpus coniungerem, et, quod eius fieri posset, critica arte atque disciplina perpolita pristinae et sanitati et integritati restituerem. Ita exiit is, quem iuris publici facimus, liber Iustinianarum Novellarum denuo edendarum quasi quidam praecursor et emissarius, qui et mihi, dum otio fruebar, in deliciis fuit, et iis, qui Iustiniani Novellis illustrandis arteve critica et disciplina perpoliendis operam sunt in posterum daturi, magnum ad eam rem adiumentum est allaturus. Etsi enim non is sum, qui, quae mihi adolescentulo eidemque paene invito rudia inchoataque, hortantibus amicis, exciderunt tamen, pro perfectis omnibusque numeris absolutis venditare ausim: non tamen stultum prorsus inanemque laborem spero a me esse susceptum. Censeo enim et illos de litteris bene promereri, qui iter, quo alii ad summum fastigium escendere queant, quasi muniant et alios excitent, qui in eodem studio enitantur. In quo si quid a me erratum sit, quod ne saepe multumque factum sit, haud temere vereor, qui me et doctiores sunt et sagaciores, benigna oratione emendabunt et, quae minus recte dicta videbuntur, humane castigabunt secundum Ennianum illud

Homo, qui erranti comiter monstrat viam,
Quasi lumen de suo lumine accendat, facit:
Nihilominus ipsi luceat, cum illi accenderit.

Dat. Lipsiae Cal. Decembr. anni p. Chr. n. MDCCCXXXVII.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ ΕΜΙΣΗΝΟΥ

ΕΠΙΤΟΜΗ ΤΩΝ ΜΕΤΑ ΤΟΝ ΚΩΔΙΚΑ ΝΕΑΡΩΝ ΔΙΑΤΑΞΕΩΝ ΚΑΤΑ ΤΙΤΛΟΥΣ ΣΥΓΚΕΙΜΕΝΗ ΜΕΤΑ ΚΑΙ ΤΩΝ ΕΚΑΣΤΟΥ ΠΑΡΑΤΙΤΛΩΝ.

ATHANASII SCHOLASTICI EMISENI

EPITOME POST CODICEM NOVELLARUM CONSTITUTIONUM IN TITULOS REDACTA UNA CUM UNIUSCUIUSQUE TITULI PARATITLIS.

B. haec habentur: *ἐκ τοῦ βιβλίου Ἀθανασίου σχολαστικοῦ μεσινοῦ* (leg. *Ἐμισηνοῦ*) *τῶν, ἅπερ ἐξελέξατο ἐκ τοῦ κώδ. καὶ τῶν νεαρῶν διατ. τοῦ μεγάλου Ἰουστινιανοῦ, ὁμοίως καὶ ἐκ τῶν παρατίτλων.* Idem testatur Codex bibliothecae, quae Romae est ad aedem S. Philippi Neri, quam S. Mariae in Vallicella vocant, fol. 135. A. Sic enim habet: *ἐκ τῆς βίβλου Ἀθανασίου σχολαστικοῦ ἐκ τῶν, ἅπερ ἐξελέξατο ἔκ τε τοῦ κώδικος καὶ τῶν νεαρῶν διατάξεων τοῦ μεγάλου Ἰουστινιανοῦ, ὁμοίως καὶ ἐκ τῶν παρατίτλων.* Idem apparet ex Codicis Vindobonensis, qui inter codices iuris Graeci numero XV. relatus est, titulo, qui fol. 54. A. habetur: *Ἀθανασίου σχολαστικοῦ Ἐμεσινοῦ* (sic) *ἐκ τῶν, ὧν παρελέξατ* (leg. *παρελέξατο*) *ἐκτε τοῦ κ* (leg. *ἔκ τε τοῦ κώδικος*) *καὶ τῶν νεαρῶν διατάξεων τοῦ μεγ* (leg. *μεγάλου*) *Ἰουστινιανοῦ, ὁμοί* (leg. *ὁμοίως*) *ἐκ τῶν παρατίτλων.* Hi, quos adhuc commemoravi, tituli ab Athanasiani libri titulo aliquantulum recedunt. Verum ea, quae in unoquoque codice sequuntur excerpta, ex eodem, quem diximus, libro deducta sunt ad unum omnia. Id confirmatur et ex eiusdem bibliothecae Codice iuris civilis II., ubi fol. 200. A. haec habentur: *ἀπὸ βιβλίου Ἀθανασίου σχολαστικοῦ ἐκ τῶν διγέστων καὶ τοῦ θ'. βιβλίου τοῦ κώδικος.* Cui titulo etsi non satis conveniat cum libri nostri tenore, tamen manifestum est nostrum librum hoc dicendi genere esse designatum. Nam ea, quae deinceps sequuntur, ex eo ipso, quod edimus, legum corpore hausta sunt compilataque. Porro tertium eius operis, quod ***Pseudo-Balsamoni*** tribui solet, librum ex nostro Athanasii libro deductum esse Codex Graecus Monacensis, numero 380. signatus, fol. 4. B. testatur his verbis: *ρα'. ἕτερος πίναξ τῶν ὑποτιτλώσεων Ἀθανασίου σχολαστικοῦ ἐκ τῶν μετὰ τὸν κώδικα νεαρῶν διατάξεων ἐν τρισὶ τίτλοις διῃρημένος, καὶ τὰ ὑποκείμενα καθεξῆς κεφάλαια τῶν νομίμων τῶν εἰρημένων τίτλων καὶ παρατίτλων.* Denique in Codice Bodleiano 3399., ubi Basilii prochirum habetur, sed ex multis et aliis iuris Iustiniani fontibus interpolatum et adauctum, tit. 16. fol. 61., adiecto *Ἀθανασίου τοῦ σχολαστικοῦ* nomine, laudantur, quae sunt nostri libri tit. 15. const. 2. Ibidem fol. 62. afferuntur, quae habentur tit. 12. const. 6., praefixo Athanasii nomine: *ἐκ τῶν Ἀθανασίου σχολαστικοῦ.* Item fol. 68. ex tit. 4. const. 22. quaedam adlegantur his verbis: *ἐκ τῶν Ἀθανασίου Ἰουστινιανοῦ.* Accedit *ἑρμηνείας* ad Photianum nomocanonem adscriptae eiusque vetustissimae, quae in Codice Ambrosianae bibliothecae I. 48. habetur, auctoritas. Laudat enim fol. 152. Athanasianam Novellae Iustiniani epitomen hoc modo: *ἐν δὲ τῷ Ἀθανασίῳ οὕτως* (*κεῖται*). Ac, ne quae de nostri scriptoris nomine supersit dubitatio, Basilicorum auctoritate haec eadem res confirmatur. Nam in schol. *n.* ad Basilicorum libr. 21. tit. 1. them. 45. ed. Fabroti tom. II. p. 586., addito Athanasii nomine, laudantur, quae in nostr libro tit. 5. const. 5. habentur. Cuius loci fides ne sit tibi suspecta. Eadem enim, quae l. l. leguntur, adiecto ter Athanasii nomine, repetuntur in Nomophylacis scholio ad l. l. p. 587. litt. A. lin. 5., litt. B. lin. 8. et 10. Quae cum ita sint, facile tibi persuadeas hanc apud Graecos iureconsultos semper tenuisse opinionem, ut Athanasium nostri libri auctorem esse crederent. Néque tamen dissimulandum arbitror de scholio *i.* ad Basilicorum libr. 21. tit. 1. them. 45. ed. Fabr. tom. II. p. 585., ubi, quae ex Athanasii tit. 5. const. 5. deducta sunt, leguntur *Theodori* nomine praetexta. Initium eius scholii hoc est: *ὁ τρίτον παραγαγὼν μάρτυρας μετὰ τὸ ἐκλαβεῖν.* Desinit autem l. l. in haec verba: *καὶ χωρίς τινος περινοίας αἰτεῖ τοῦτο γενέσθαι.* At hic est Fabroti error, qui *Theodoro* tribuerit, quae *Athanasii* sunt; Athanasio autem, quae *Theodori* sunt. De qua re ad Theodori Hermopolitani Nov. 90. cap. 4. longe lateque dicemus. Nunc videndum, quid sibi velit illa vox *σχολαστικοῦ*, quam in iis, quos laudavimus, locis fere semper ad Athanasii nomen adiectam esse vidimus. Atque fieri potest, ut nostri scriptoris cognomen fuisse credas. Sic in const. 2. Theodosiani Codicis *de castrensianis* (VI. 32.) *Scholastici, V. C. comitis et castrensis,* cui imperatores Honorius Theodosiusque rescripserunt, facta est mentio. Cuius loci fides ne sit tibi suspecta, eadem in const. 2. Iust. Codicis *de castrensianis et ministerianis* (XII. 26.) habentur. Est tamen, ubi *σχολαστικῶν* nomine et *caussarum patroni advocatique* designentur. Vide *Jacobum Godofredum* ad leg. 2. Theodosiani Codicis VIII. 10., *Hanckium* de scriptoribus Byzantinis cap. 7. p. 179., *Carolum Ducangium* in glossario mediae et infimae Graecitatis tom. II. p. 1511. *Christophorum Iustellum* ad Codicem ecclesiae Africanae cap. 97. in bibliotheca iuris canonici tom. I. p. 437. Qua re factum est, ut plerosque viros doctos in hanc discessisse videam sententiam, ut ista *Ἀθανασίου σχολαστικου* sibi persuaserint Latino sermone interpretanda esse hoc modo: *„Athanasii scholastici sive advo-„cati."* In quo numero sunt et *Petrus Lambecius* in de bibliotheca Caesaris commentario VI. p. 11.

et p. 32. (ed. Vindobon. 1682.) et *Albertus Fabricius* in nota ad *Suaresi* notitiam Basilicorum §. 26. bibliothecae Graecae tom. XII. p. 477., et *Carolus Guilielmus Ernestus Heimbach*, frater mihi cum primis dilectus, de Basilicis p. 44., denique *Sigismundus Guilielmus Zimmern* in historia iuris civilis tom. I. p. 400. Atque ego quoque magis in hanc inclino sententiam, ut *σχολαστικοῦ* voce hoc loco *advocatum* designari arbitrer, *nomen*, ut Grammatici vocant, *proprium* non item. Primum enim ex iis, quos supra recitavimus, locis sunt non admodum pauci, ubi sic nude *Ἀθανασίου* dictum sit, istis verbis „*σχολαστικοῦ Ἐμεσηνοῦ*" plane non adiectis. Sic Codex Ambrosianae bibliothecae I. 48., sic semper Basilicorum compilatores. Accedit, quod *Ἀθανάσιος* sic nude *Theodoro Hermopolitano* oppositus reperiatur. Id factum est et in Codice Ambrosianae bibliothecae supra dicto, et apud Nomophylacem in scholio *n.* ad Basilicorum libr. 21. tit. 1. them. 45. tom. II. p. 587. et in schol. *n.* ad lib. 23. tit. 1. them. 76. tom. III. p. 360. Ubi vel logicae artis atque disciplinae leges docent, in *Athanasii* nomine nostri scriptoris designationem contineri totam. Deinde *σχολαστικός*, si nominis proprii, ut vocant, partem faciat, cum semper ubique voci *Ἀθανασίῳ* subiectum sit postpositumque, ex constanti Graecorum perpetuaque dicendi ratione vereor, ne dicendum sit, ea voce, quae ultimo loco posita sit, id nominis significari, quo eum scriptorem in quotidiana hominum vita designare soliti fuerint.[1]) Atqui hoc in *Athanasio* verum est, in *Scholastico* aperte falsum. Quod si qui arbitretur hanc designationem ea maxime de caussa additam videri, ut is, de quo agitur, Athanasius a reliquis, qui eiusdem nominis fuerunt, iure ordineque distingueretur, non admodum repugnabo. Sic enim solebant eorum temporum Graeci. Scholium *a.* in Basilicorum lib. 35. tit. 2. tom. IV. ed. Fabr. p. 777. *χρηματισμὸς μέν*, inquit, *τὸ κύριον ὄνομα. πατρωνυμία δὲ τὸ τοῦ προγόνου τοῦ ἰδίου. προσηγορία δὲ τὸ ἐπώνυμον. ἄλλως. τινές φασιν ὄνομα τὸ κύριον, χρηματισμὸν τὸ πατρῷον, ἐπώνυμον τὸ ἐκ συμβεβηκότος, οἷον εἰπεῖν ὁ γραμματικὸς ἢ ῥάπτης ἢ χωλός.*[2]) Eodem, quo *ὁ γραμματικός, ὁ ῥάπτης, ὁ χωλός*, modo si et *ὁ σχολαστικὸς* quasi cuiusdam cognominis loco ad Athanasii nomen additum esse velis, me quidem a te non habebis dissentientem. Sic Codex Oxoniensis apud Bienerum in historia Novellarum p. 197. *Ἰωάννου ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ σχολαστικοῦ εἰς τὸν νομοκανόνα πρόλογος.* Scholiastes Palatinae Anthologiae in praefatione Agathiae ed. Niebuhri p. XXII.: *Ἀγαθίου σχολαστικοῦ Ἀσιανοῦ Μυριναίου.* Suidas in voce *Ἀγαθίας* l. l. *Ἀγαθίας σχολαστικὸς Σμυρναῖος* (leg. *Μυριναῖος*). Sic denique Codex Paris. 2759. apud Ducangium in indice auctorum, adiecto eiusdem Glossario mediae et infirmae Graecitatis, p. 27.: *ἐπληρώθη σὺν θεῷ καὶ ἡ διαίρεσις εὐτυχῶς Ζήνωνι σχολαστικῷ.* Ubi licebit eundem nominis, ut vocant, proprii vocisque *σχολαστικὸς* concursum animadvertere, sed articulo non interiecto. Non secus, atque *Ἀθανασίου σχολαστικοῦ Ἐμισηνοῦ* dici supra ostendimus. Eodem modo dictum et *Ἰωάννου νομικοῦ Κρήτου* apud Ducangium l. l. p. 27., *Ἱεροφίλου σοφιστοῦ περὶ τροφῶν κύκλος* l. l. et reliqua. — Restat, ut de ista voce *Ἐμισηνοῦ* vel *Ἐμεσηνοῦ* videamus. Nam quod in Codice Graeco Parisiensi 1720. *Μεσινοῦ* legitur, id ad reliquos, quos supra recitavimus, locos corrigendum est. Sic autem plerique viri docti hanc vocem sunt interpretati, ut patriam, unde Athanasio origo fuisset, designari perhiberent. In ea opinione sunt *Petrus Lambecius* in de bibliotheca Caesaris commentario VI. p. 32. (edit. Vindob. 1682. fol.), *Albertus Fabricius* in nota ad Suaresi notitiam Basilicorum §. XXVI. bibliothecae Graecae tom. XII. p. 477., *compilatores catalogi Codicum manuscriptorum bibliothecae Regiae Parisiensis* tom. II. p. 312., *Carolus Guilielmus Ernestus Heimbach*, frater mihi carissimus, de Basilicis p. 44. A quorum opinione miror paullulum abiisse *Sigismundum Guilielmum Zimmernium* in historia iuris civilis Romanorum tom. I. p. 400., qui ex his fratris mei verbis „*Athanasius Advocatus Emesenus*" effecit „*einen Emesenischen Advokaten.*" Quod quo iure, quave iniuria dictum sit, cum ipse hodie videre non possit, ne alii in eundem errorem incidant, hoc loco demonstrandum est. Atque in hac dicendi forma *Ἀθανασίου σχολαστικοῦ Ἐμισηνοῦ*, cum illud „*σχολαστικοῦ*" quasi cuiusdam cognominis loco habendum sit; *Ἐμισηνος* autem, ut *Ἀσιανὸς Πρισδρυανός*[3]), patriam, unde scriptori origo sit, demonstret: ex istis, quas supra posuimus, sententiis, utra alteri praestet, nemo facile ambiget. Est autem *Emesa*, auctore

---

1) Vide, quae dixi in libro *Zeitschrift für geschichtliche Rechtswissenschaft* tom. VIII. p. 345. 2) Similiter et *Πέτρος ὁ κναφεὺς* Graecis dicitur. Vide Beveregii notam ad Trullani concilii canonem LXXXI. in Syndico tom. II. p. 162. 3) Sic et Latini: *Sebastenus*, *Palmyrenus*, *Laodicenus*, *Dyrrhachenus*.

Ulpiano[1]), urbs *Phoenices*. *Josephus Ekhelius*[2]) tamen auctor est *Syriae* esse civitatem atque adeo metropolin. Enimvero hoc ita intelligendum est, ut antiquum *Syriae* nomen etiam ad *Phoenicen* a viro doctissimo productum videatur. Certe, quod ab *Hieroclio Grammatico* in Banduri imperio Orientali tom. I. p. 49. *Emisa* provinciae *Phoenices Λιβανησίας*[3]) esse perhibetur, ad *Syriae* partem referendum est. — Caeterum parum refert, utro modo scribas *Ἐμισηνός*, an *Ἐμεσηνός*. *Ἐμεσηνὸς* certe plus quater habetur apud Procopium *ἀνεκδ.* cap. 28. ed. Orelli p. 206. et 208. Quamquam illud negari nequit *Ἐμισηνὸς* magis videri ad quotidianam Graecorum consuetudinem dicendi aptum esse et accommodatum. *Hieroclius Grammaticus* l. l. *Ἔμισσα*; sic et *Ulpianus* in fragm. 1. §. 4. D. 50. 15.; item *Paullus* in fragm. 8. §. 6. D. l. l.; denique nummi in ea civitate percussi habent *EMI.* vel *ΕΜΙΣΗΝΩΝ*. Vide *Josephi Ekheli* doctrinam nummorum tom. III. p. 310.

Dictum est de nostri libri scriptore, qui fuerit, unde originem habuerit suam. Nunc de libri titulo dispiciamus. Codex Graecus Parisiensis, qui numero 1381. signatus est, fol. 1. A. haec habet: .... *τῶν νεαρῶν διατάξεων ἐπενιηθέντες ὑπὸ Ἀθανασίου σχολαστικοῦ Ἐμισηνοῦ κ. τ. ἑ.* Quae sic legenda sunt: *τίτλοι τῶν νεαρῶν διατάξεων ἐπινοηθέντες ὑπὸ Ἀθανασίου σχολαστικοῦ Ἐμισηνοῦ κ. τ. ἑ.* Idem Codex fol. 9. B. *ἐπὶ τὸ μὴ μ̄ τῶν νεαρῶν κωδ. διατ. τὰ κ̄ τ́ συγκειμ̄ μ̄ καὶ τῶν ἑκάστου παρα τ́ τ́ Ἀθανασίου σχ. Ἐμισηνοῦ κ. τ. ἑ.* Quae sic corrigenda videntur: *ἐπιτομὴ τῶν μετὰ τὸν κώδικα νεαρῶν διατάξεων κατὰ τίτλους συγκειμένη μετὰ καὶ τῶν ἑκάστου παρατίτλων Ἀθανασίου σχολαστικοῦ Ἐμισηνοῦ κ. τ. ἑ.* Utriusque emendationis caussae adlegandae sunt satis idoneae. Ac primum quidem intuenti cuique in ea, quae in eo, quem edimus, libro habentur, nihil quicquam occurret, nisi *Iustiniani Iustinique* Novellae constitutiones. Deinde satis constat *Iustiniani Codicis* nullam plane in eo opere haberi rationem, nisi, ubi eius libri mentio aliquam habeat vim ac potestatem in Iustiniani Novellis et explicandis et illustrandis. Porro in his *μ̄ τῶν νεαρῶν κωδ. διατ.* numquis non videat latere hoc dicendi genus *τῶν μετὰ τὸν κώδικα νεαρῶν διατάξεων*, ab imperitis harum rerum scribis librariis mirum in modum corruptum et depravatum? Atqui hac eadem dicendi forma in Iustiniani Novellis designandis demonstrandisque istorum temporum homines usi esse reperiuntur[4]). Verum haec utut sunt, illud statim apparet *ἐπιτομῆς* nomen in nostrum Novellarum librum satis convenire. Neque enim integrae uniuscuiusque tituli Novellae recitantur, sed primo quidem loco imperatoris mentio fit, qui Novellam legem emiserit; deinde magistratus nominatur, ad quem data sit; commemorantur etiam ea verba, a quibus ipsa constitutio incipiat; tum singulae eius legis sententiae, quibus novum aliquid statuitur, referuntur; tum denique, qua die, quoque consule data sit, disertis verbis exprimitur. Quae quidem singula quis non videat in *ἐπιτομῆς* notionem venire? — Alium nostri libri titulum praefert Codex Monacensis, qui inter Graecos Regiae bibliothecae libros manuscriptos hodie numero 380. signatus est. Sic enim habet fol. 4. B.: *ἕτερος πίναξ τῶν ὑποτιτλώσεων Ἀθανασίου σχολαστικοῦ ἐκ τῶν μετὰ τὸν κώδικα νεαρῶν διατάξεων ἐν τρισὶ τίτλοις διῃρημένος, καὶ τὰ ὑποκείμενα καθεξῆς κεφάλαια τῶν νομίμων τῶν εἰρημένων τίτλων καὶ παρατίτλων.* Vox *ὑποτίτλωσις* alias non legitur, sed per linguae Graecae analogiam nihil aliud designare potest, nisi *certae rei sub certis titulis distributionem.* Eodem plane modo, quo apud mediae Graecitatis scriptores haec dicta sunt: *ὑπαρίθμησις*, *ὑπόταςις*, similia. Quae cum ita sint, hoc dicendi genere nihil aliud significari arbitror, quam id, quod supra ex coniectura in Codice Parisiensi 1381. reposuimus: *τίτλοι τῶν νεαρῶν διατάξεων ἐπινοηθέντες ὑπὸ Ἀθανασίου σχολαστικοῦ Ἐμισηνοῦ.*

Ex his tribus nostri libri titulis, quorum adhuc mentionem fecimus, si quaeramus, quinam potissimum antiquam eamque genuinam Athanasii manum referat, non deliberandum arbitramur, sed eum, quem secundo loco posui, pro vero agnoscendum. Nam et *ἐπιτομῆς* nomen cum nostri libri ratione optime congruit, et vetus est pervulgataque scribarum librariorum ratio, finita aliqua eius libri, qui describendus iis datus fuit, libri particula, statim totum libri titulum subiiciendi[5]).

---

1) L. I. §. 4. D. 50. 15. „*Sed et Emisenae civitati Phoenices imperator noster ius coloniae dedit*,“ ubi vide *Antoni Schultingi* notam ed. *Smallenburgi* tom. VII. p. 642. 2) In doctrina nummorum tom. III. p. 310. 3) Vide *Claudium Salmasium* in exercitationibus Plinianis p. 470. B. 4) Vide Bieneri librum: Die Geschichte der Novellen Justinians p. 36. seq. 5) Vide Bernardum Montefalconium palaeographiae Graecae lib. I. cap. 5. p. 36. seq.

Ut proinde mirum non sit, verum genuinumque nostri libri titulum factae singulorum titulorum capitulorumque, quibus nostrum legum corpus constat, enumerationi subiectum esse postpositumque. Possis tamen et alia via ingredi, ut has difficultates solvas. Cum enim, exposita singulorum titulorum ratione, inde a fol. 9. B. contextus libri nostri incipiat, nec tamen ullum ibi appareat tituli vestigium, coniectura duci poteris, ut illa *ἐπιτομὴ κ. τ. ἑ.*, quae quidem genuinum eius libri titulum praeferant, a scriba librario ad superiora male adiuncta adsutaque credas, quae quidem primi tituli initio fuissent collocanda. De reliquis autem titulis, quos supra posuimus, sic mihi persuadeo, hunc, qui in Codice Parisiensi Graeco 1381. fol. 1. A. legitur, ad titulorum seriem, cui praepositus est, pertinere, ad ipsum Athanasii librum non item; illum autem, qui in Codice Monacensi 380. habetur, spurium esse totum. Numquis enim credat hoc verbum *ὑποτίτλωσις* ab ipso Athanasio profectum esse? Qua in re definienda V. Ill. *Bienerum* eodem, quo me, modo iudicare ex litteris ab eo ad me datis non absque aliquo rubore cognovi. — Quae si non displiceant, simul et caussa reddi poterit satis idonea, quare in multis et aliis Codicibus manuscriptis, quibus usi sumus, libri nostri titulus depravatus sit hoc modo: *Ἀθανασίου σχολαστικοῦ Ἐμεσινοῦ ἐκ τῶν, ὧν παρελέξατο ἔκ τε τοῦ κώδικος καὶ τῶν νεαρῶν διατάξεων τοῦ μεγάλου Ἰουστινιανοῦ.* Cum enim in Codice authentico ea, quam supra correximus, depravatio haberetur illa „*ἔκ τε τοῦ κώδικος καὶ τῶν νεαρῶν*“ numquis non videat orta esse ex his: *μετὰ τῶν νεαρῶν* c͞οδ. *διατ*ᵅ? Porro, quae in aliis libris habetur eiusdem tituli pars *ἀπὸ βιβλίου Ἀθανασίου σχολαστικοῦ ἐκ τῶν διγέστων καὶ τοῦ θ' βιβλίου τοῦ κώδικος*, numquem fugiet scribae calligraphi esse errorem ex eodem fonte deductum? cum praesertim *διάταξις* in codd. mss. *δι*ʳ. scribi soleat, *δίγεστον* autem *δι'*., appareatque in libris Basilicorum manu exaratis fere perpetua utriusque rei confusio. Itaque non accedo V. Ill. *Bieneri* coniecturae [1]), qui Athanasii librum de Digestis et Iustiniano Codice compositum hodie exstare suspicatus sit, nec assentior V. Ill. *Carolo Witte* [2]), qui ex istis male compositis codicum Vindobonensium titulis pro certo posuerit et indubitato, esse Athanasii opus, quod de Iustiniano Codice Novellisque sumtum videatur esse.

Anquirenti mihi omnes iurisprudentiae Graecae locos et ea argumenta circumspicienti, quibus Athanasii aetas accuratius definiri possit, duae opiniones occurrunt, altera *Guilielmi Ottonis Reitzi* [3]), qui ex his, quae sunt Codicis Vindobonensis, verbis *ἔκ τε τοῦ κώδικος καὶ τῶν νεαρῶν διατάξεων τοῦ μεγάλου Ἰουστινιανοῦ, ὁμοίως καὶ ἐκ τῶν παρατίτλων* Athanasium imperatoris Iustiniani tempora attigisse coniecerit; altera *Frederici Augusti Bieneri*, qui nostrum librum temporibus Iustini II. scriptum videri in litteris ad me datis perscripserit. Ego talis tantique viri auctoritatem sequi non dubito. In quo has mihi partes assumo, id, quod vir praestantissimus coniecturae loco voluerit esse, ad liquidum perducendi. Ac primum quidem ex iis imperatorum Romanorum Novellis, quae in nostrum legum corpus receptae sint, dubitari nequit, quin sint, quae Iustinum II. auctorem prodant. Sunt autem hae:

Tit. 3. const. 3. *αὐτοκράτωρ Ἰουστινιανός* (leg. *Ἰουστῖνος*) *Διομήδῃ ὑπάρχῳ πραετωρ. Τὴν ἀσεβῆ τῶν Σαμαρειτῶν καὶ τὴν παράλογον τούτων μανίαν.* Hanc esse *Iustini* Novellam *Bienerus* [4]) optime demonstravit. Incertum est autem, utrum anno p. Chr. n. 569., an vero 572. data sit [5]).

Tit. 10. const. 11. *ὁ αὐτοκράτωρ Ἰουστῖνος Ἰουλιανῷ ἐπάρχῳ πόλεως. Γάμου σεμνότερον ἐστὶν ἀνθρώποις οὐδέν.* Haec constitutio data est anno p. Chr. natum 566. —

Tit. 20. const. 6. *Ἰουστῖνος αὔγουστος. Ἔδικτον. Ὅσην περὶ τὰ κοινὰ τῶν πραγμάτων.* Incertum est, utrum haec constitutio anno p. Chr. n. 566., an vero 567. emissa sit. [6])

Has Iustini Novellas cum Athanasius in nostro legum corpore cum Iustiniani Novellis coniunxerit, reliquas autem Iustini, itemque imperatoris Tiberii constitutiones plane neglexerit, numquid cum maiore probabilitatis specie coniici posse putes, quam id, quod de *Bieneri* litteris supra posuimus? Quid, quod Athanasius, qui in singulis imperatorum Romanorum Novellis referendis insigni contractionis brevitatisque studio teneatur, in Iustini Novella, quae tit. 20. const. 6. habetur, explicanda ab eo, quod sibi proposuerat, consilio ita abiisse cernitur, ut idem longus esse videatur?

---

1) In libro: Die Novellen Justinians p. 126. 2) In libro: Die leges restitutae des Justinianischen Codex (Breslau 1830) p. 25. 3) In excursu XX. ad Theoph. tom. II. p. 1245. 4) In libro: Die Geschichte der Novellen p. 94. 5) Vide Bienerum l. l. p. 527. 6) Vide Bienerum. l. l. p. 528.

Atque hac quidem lege reliqua tributorum publicorum, quae usque ad praeteritam octavam indictionem debebantur, collatoribus remissa sunt omnia, exceptis quibusdam caussis, quae et in ipsa Novella et apud Athanasium loco laudato relatae leguntur. In quae intuenti cuique apparebit magnam eius constitutionis fuisse vim et potestatem in tributis, quae Iustini temporibus a collatoribus deberentur, exigendis; in iis, quae postea, non item. Neque quisquam facile dubitabit omnem istius Novellae utilitatem ad ea, quibus emissa fuerit, tempora esse referendam. At cui bono fuit, eius, de qua agitur, Novellae argumentum sic longe lateque ab Athanasio describi, nisi eundem ea tempora attigisse credamus, quibus maximus fuerit huius constitutionis vigor, summa auctoritas? Sin vero in alia omnia tibi eundum esse censeas, vereor, ne ipse Athanasius manum tibi iniiciat, qui tit. 19. const. 2. Novellam 36. neglexerit et quodammodo praetermiserit non aliam ob caussam, quam quod *τοπική* esset et *χρονική*. Huc accedit, quod Novellam Iustiniani 23. ex Athanasiano opere sumsit totam CLXVIII Novellarum corpus, quem librum imperatore Tiberio confectum esse hodie satis constat [1]). Atque etiam *Pseudo-Balsamonis συναγωγή* constitutionum ecclesiasticarum ex eodem fonte pleraque sua deduxit, qui liber, si me sequeris, imperatore Iustino paullove postea compilatus est; sin Bienerum [2]), imperatore Heraclio exiit. Denique commemorandus est hoc loco nomocanonis eius, unde Photius suum nomocanonem duxit, scriptor vetustissimus, qui, cum in legibus civilibus ad canones adiiciendis comparandisque multum ac saepe Athanasii scrinia compilaverit, satin' constabit, hoc Novellarum corpus, quibus temporibus iste nomocanon scriptus sit, apud Graecos maximae fuisse auctoritatis maximique ponderis in Iustiniani Novellis et explicandis et illustrandis? De aetate autem eius scriptoris eadem, quae in *Pseudo-Balsamonis συναγωγῇ*, incidit dubitatio. Me quidem si audias, ad Iustini tempora referes; sin Bienerum sequi malis, ad Heraclii tempora pertinere iubebis. — Caeterum sic mihi persuadeo, eum, quem edimus, librum ab Athanasio iam Iustiniano vivo videnteque affectum inchoatumque esse, sed post eius mortem demum perfectum omnibusque numeris absolutum: eodem plane modo, quo Caii institutiones imperatore Pio Antonino coeptae, postque eius imperatoris obitum absolutae sunt [3]). In hanc opinionem adductus sum tribus eius libri locis. Primum enim tit. 9. const. 2., ubi ipsius Athanasii ad Iustiniani Novellam 18. nota recitatur, imperator Iustinianus audit *ὁ καλλίνικος ἡμῶν βασιλεύς*. Sic enim ibi: *ὥστε ἐντεῦθεν τεκμαίρεσθαι, ὅτι καὶ τοῖς ἀνιοῦσιν τὸ νόμιμον ηὐξήθη μέρος ἐκ τῆς παρούσης διατάξεως. οὐδαμοῦ γὰρ φαίνεται τὸ τῶν ἀνιόντων νόμιμον ἐν ἄλλαις τυπώσας διατάξεσιν ὁ καλλίνικος ἡμῶν βασιλεύς, καὶ, ὡς ἔοικεν, τὴν παροῦσαν διάταξιν αἰνιττόμενος τὰ προειρημένα διεξῆλθεν ἐν τῇ περὶ νόθων νομοθεσίᾳ τοῦδε τοῦ συντάγματος.* Atqui verisimile non est hoc nomine defunctum imperatorem ab Athanasio significari potuisse. Deinde idem Iustinianus est, ubi *ὁ εὐσεβέστατος βασιλεὺς* vel *ὁ εὐσεβέστατος ἡμῶν βασιλεὺς* appelletur. Sic enim tit. 10. const. 4. *ὥστε τὴν διάταξιν τοῦ εὐσεβεστάτου βασιλέως Ἰουστινιανοῦ τὴν ἐπὶ ταῖς διαδοχαῖς τῶν παίδων τὰ ἐξ ἀπαιδίας εἰσάγουσαν κρατεῖν κ. τ. ἑ.*, et tit. 9. const. 13. *εἰ μέντοι ἐνιαυτοῦ ἐνδαψιλευομένου, πρὶν πληρωθῆναι τὸν χρονον τῆς διασκέψεως, ὁ κληρονόμος ἐτελεύτησεν, καλῶς κατὰ τὴν τοῦ εὐσεβεστάτου δεσπότου ἡμῶν Ἰουστινιανοῦ διάταξιν δίκαιον τῆς ἀδιτίονος παραπεμπέτω εἰς τοὺς αὐτοῦ κληρονόμους.* Numquis autem credat hoc dicendi genere *ὁ εὐσεβέστατος δεσπότης ἡμῶν* mortuum imperatorem designari potuisse? cum praesertim satis constet, hoc dicendi genere *τοῦ εὐσεβεστάτου* istis temporibus vivos videntesque imperatores designari solitos [4]). Atque de temporibus, quae nostri libri scriptor attigisse videatur, satis fere diximus.

Restat, ut, quo tandem imperii Orientalis loco conscriptus sit compilatusque is, quem edimus, liber, paucis dispiciamus. Qua in re iudicanda maximo nobis adiumento erit illud, quod Athanasius, quae sunt constitutiones certorum locorum, certarum regionum provinciarumque propriae et peculiares, *τοπικὰς* hoc est *locales* dixit, a reliquisque, quae sunt omnium omnino provinciarum

---

1) Vide Bienerum l. l. p. 89. 2) l. l. p. 185. 3) Vide Sigismundi Guilielmi Zimmerni librum: Die Geschichte des Römischen Privatrechtes bis Justinian tom. I. p. 344. 4) Cyrillus Scythopolitanus, qui vitam S. Sabae vivo Iustiniano conscripsit (vide Cotelerii monumenta ecclesiae Graecae tom. III. p. 348.), Iustinianum p. 373. *τὸν εὐσεβέστατον βασιλέα* nuncupavit. Idem factum et in Theophilina Iustinianarum institutionum paraphrasi. Vide Guilielmi Ottonis Reitzi glossarium Theophilinum p. 1257. Quicquid enim ad imperatoris personam refertur, apud eorum temporum scriptores *εὐσεβὲς* audit. Vide Alemannum ad Procopii Anecd. cap. 5. ed. Orelli p. 321.

communes, legibus separavit, adeoque neglexit, ut praeter constitutionis, ut vocant, inscriptionem et subscriptionem aut nihil aut certe perpauca retulerit. Ex hac constante perpetuaque nostri scriptoris observatione facile est ad intelligendum, nostrum libellum in iis certe locis scriptum non esse compilatumque, quorum locorum propriae peculiaresque constitutiones apud nostrum scriptorem iaceant neglectae et quasi praetermissae. En tibi earum constitutionum catalogum:

Constantinopolitanae civitatis propriae localesque sunt Nov. 3. (tit. 1. const. 9.) [1]. — Nov. 16. (tit. 1. const. 10.) [2]. — Nov. 57. cap. 2. (tit. 1. const. 12.) [3]. — Nov. 59. (tit. 2. const. 12.) [4]. — Nov. 53. (tit. 5. const. 4.) [5]. — Nov. 20. (tit. 7. const. 1.) [6]. — Nov. 77. (tit. 12. const. 3.) [7]. — Nov. 64. (tit. 21. const. 1.) [8]. — Nov. 63. (tit. 21. const. 2.) [9]. —

Provinciae Moesiae propria ideoque localis est Nov. 65. (tit. 2. const. 10.) [10].

Provinciae Thraciae et Illyrici propria localisque constitutio est Nov. 32 et 34. (tit. 16. const. 1. et 2.) [11]. —

Provinciae Mesopotamiae et Osroënae propria localisque constitutio est Nov. 157. (tit. 18. const. 6.) [12].

Provinciae Africae localis est constitutio Nov. 36. (tit. 19. const. 2.) [13].

Ad ea, quae de loco, ubi noster liber scriptus sit necne, adhuc disputavimus, accedit et linguae Graecae ratio, qua eum librum scriptum esse videmus totum. Nam illa quidem, quae hic illic inseruntur Latina verba, ex ipso Novellarum contextu hausta, tanti non sunt, ut in ea provincia, in qua Latina lingua vel maxime fuerit usu recepta, hoc Novellarum corpus compilatum esse credamus. Ut proinde parum probabile videatur esse, si quis hunc librum scriptum esse dicat in Africa aut Italia aut Illyrico, ubi Latini sermonis usus illis temporibus erat pervulgatus, Graeci non item [14]). Itaque ad eas provincias imperii Romani nobis hoc loco descendendum erit, in quibus linguae Graecae usus longa consuetudine inveteratus fuit, Latini autem sermonis exercitatio aut nulla aut certe perexigua. Ego ad hanc sententiam adductus sum, ut Aegyptum nostri libri patriam esse coniiciam. Cuius coniecturae hoc loco reddendae sunt caussae satis, ni fallor, idoneae. Ac primum quidem linguam Graecam per Aegyptum usu fuisse receptam istis temporibus, et ecclesiae patrum, qui in ea provincia fuerunt, docent Graece scripta, et Iustiniani Novellae, quae quidem ad hanc provinciam pertinent, Graeco sermone conscriptae. [15]) Neque illud mireris, quod Athanasius, qui Emesenus fuerit, in Aegyptiaca provincia aetatem degisse dicatur. Sic saepe multumque factum esse videmus istis temporibus, ut ex Asia, quam vocant, oriundi in Aegyptum migrarent. [16]) Neque vero illud coniecturae, quam supra proposuimus, obstare crediderim, quod vir quidam summus istis temporibus *scholasticos* per Aegyptum fuisse negavit. In quo illud omittam, quod supra exposuimus, *σχολαστικοῦ* vocem in hac verborum conceptione *Ἀθανασίου σχολαστικοῦ Ἐμισηνοῦ* quasi cuiusdam cognominis loco esse videri: ut proinde facile fieri potuerit, ut, qui *σχολαστικοῦ* munus adeptus esset, postquam in Aegypto sedem fixerit, idem cognominis retinuerit. Non secus atque in Iohanne patriarcha factum videmus, cuius in Codice Oxoniensi

---

1) *ἡ διάταξις τοπικὴ οὖσα τάττει τὸν ἀριθμὸν τῶν ὀφειλόντων λειτουργεῖν κληρικῶν ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ Κωνσταντινουπόλεως καὶ ἐν τοῖς ὑπ' αὐτὴν σεπτοῖς οἴκοις.* 2) *τοπικὴ καὶ αὕτη ἡ διάταξις, κελεύουσα ἀντὶ τῶν ἐλλειπόντων κληρικῶν τῷ ἐναγεῖ κλήρῳ τῆς μεγάλης ἐκκλησίας Κωνσταντινουπόλεως μὴ ἀντεισάγεσθαι παγανόν.* 3) *τὸ β'. κεφάλαιον τοπικόν. προαγορεύει γὰρ τοῖς ἐπισκόποις Κωνσταντινουπόλεως.* 4) *τοπικὴ Κωνσταντινουπόλεως ἡ διάταξις ὁρίζουσα τὸ ποσὸν τῶν ὀφειλόντων γίνεσθαι δαπανημάτων περὶ τὰς ἐκκομιδὰς τῶν ἐν αὐτῇ τελευτώντων.* 5) *σημείωσαι, ὅτι τοπικὸν τῆς βασιλευούσης ἐστὶν τὸ μέρος τοῦτο τῆς διατάξεως.* 6) *τοπικὴ ἡ διάταξις τάττουσα τοὺς ὀφείλοντας ὑπουργεῖν ἐν ταῖς ἄκραις τῶν ἐν Κωνσταντινουπόλει γυμναζομένων ἐκκλήτων.* 7) *σημείωσαι, ὅτι μᾶλλον τοπικὴ ἐστὶν Κωνσταντινουπόλεως.* 8) *τοπικὴ Κωνσταντινουπόλεως ἡ διάταξις κελεύουσα τοὺς κηπουρούς.* 9) *καὶ αὐτὴ τοπικὴ Κωνσταντινουπόλεως ἡ διάταξις κελεύουσα μέχρι ρ'. ποδῶν.* 10) *τοπικη ἡ διάταξις τότε ἐπιτρέπουσα κατὰ τὸν αὐτῆς προσδιορισμὸν ἐκποιεῖσθαι τὰ εἰς ἀνάρρυσιν αἰχμαλώτων ἢ ἀποτροφὴν πτωχῶν καταλιμπανόμενα τῇ ἐκκλησίᾳ Μυσίας, ἡνίκα μακρὰν ἀπόκειται καὶ τοῦτο ἰδικῶς ὁ καταλιπὼν διετάξατο.* 11) Tit. 16. const. 3. *ἡ διάταξις τοπικὰς αἰνίττεται τυγχάνειν τὰς πρὸ αὐτῆς δύο διατάξεις τῶν γεωργῶν Θρᾴκης καὶ τῶν γεωργῶν τοῦ Ἰλλυρικοῦ, ὑποβάλλουσα κ. τ. ἑ.* 12) *ὁ παρὼν πραγματικὸς τύπος τοπικὸς μὲν ἐστὶν Ὀσροηνῆς καὶ Μεσοποταμίας.* 13) *πάρελθε τὴν διάταξιν τοπικὴν οὖσαν καὶ χρονικήν.* 14) Vide *Bienert* librum: Die Geschichte der Novellen p. 14. seq. De *Africa provincia* vide et Iustellium in praefatione Codicis canonum ecclesiae Africanae in bibliotheca iuris canonici tom. I. p. 319. 15) Velut Iustiniani edictum 13. 16) Vide *Cyrilli Scythopolitani* vitam S. Sabae cap. 3. in Cotelerii monumentis ecclesiae Graecae tom. III. p. 222. et cap. 9. l. l. p. 230.

facta est mentio hoc modo: *Ἰωάννου ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ σχολαστικοῦ.* [1]) Hoc autem vel maxime urgendum esse censeo, quod, etsi certis Graecorum scriptorum testimoniis deficiamur, multae tamen eaedemque satis idoneae rationes suadeant, ut probabile nobis videatur esse, si quis Aegyptum iis temporibus *scholasticis* non caruisse dicat. Atque illud quidem ex iis, quae supra diximus, apparet, *σχολαστικῶν* nomine in hac dicendi forma *advocatos* designari. Iam saeculo post Christum natum quinto Alexandrinae civitatis fuisse advocatos *Theodosius* et *Valentinianus* testantur [2]); *Leo* autem et *Anthemius* [3]) ita confirmant advocatorum in foro *praefecti Augustalis Aegypti et Ducis Aegyptiaci limitis* usum et exercitationem, ut nihil supra. Quae cum ita sint, numquis erit, qui existimet eorum hominum usum saeculo post Christum natum sexto fuisse plane per Aegyptum nullum? cum praesertim praefectura Augustalis Aegypti etiam Iustiniani temporibus fuerit [4]), neque ulla caussa reddi possit satis idonea, quare eas retro principum constitutiones, quae Alexandrinae civitatis propriae sunt peculiaresque ideoque locales dicendae sunt, quae quidem ad advocatorum genus nomenque pertineant, [5]) ita, uti nunc sunt, in Iustiniano Codice collocatas esse credamus, nisi iidem statuamus Iustiniani Augusti temporibus cum per reliquas Aegypti regiones, tum vel maxime Alexandriae advocatorum quasi quendam ordinem fuisse. Adde, quod in Iustiniani edicti 13. capite 4. praefecti Augustalis *παρεδρεύοντες* commemorantur, quantumque salarii iis debeatur, exponitur. Quo nomine numquid aliud, nisi eius magistratus assessores designantur? Solebant autem assessores vel maxime ex iuris peritis [6]) advocatisque eorundem magistratuum eligi. [7]) Quod vero in Iustiniani Novella 23. cap. 1. praefectus Augustalis Aegypti de appellationibus Aegypti et utriusque Libyae iudicare iubetur, in quibus cognoscendis iudicandisque aliquem advocatorum fuisse usum numquis negabit? Atque etiam, qui Iustiniano aetate suppar fuit, Iustiniani Codicis interpres *advocatum fisci* Alexandriae tum temporis fuisse luculenter ostendit. [8])

---

1) Vide Bienerum l. l. p. 197. 2) Const. 56. Iust. Cod. X. 31. *Impp. Theodosius et Valentinianus Isidoro P. P. Alexandrinis principalibus, etsi advocatione fungantur, nihilo minus onus peregrinationis incumbat.* 3) Const. 11. Cod. Iust. II. 7. §. 2. *Imp. Leo A. Viviano P. P.* Illud insuper decernimus, ut etiam his, qui ultra centum quinquaginta advocatos eminentissimae tuae sedis reperiuntur, liceat et apud virum spectabilem proconsulem vel praefectum Augustalem vel comitem Orientis, apud viros etiam spectabiles vicarios et apud rectores provinciarum negotia perorare. Item const. 13. l. l. *Impp. Leo et Anthemius A. A. Alexandro duci Aegyptiaci limitis et praefecto Augustali. Petitionem virorum disertissimorum advocatorum Alexandriae splendidissimae civitatis*, quam de fori sui matricula et fisci patrono obtulerunt, merito admittentes, hac sanctione decernimus *quinquaginta statutos haberi* eorumque nomina pro tempore matriculae conficiendae inscribi: et *eos advocationis officium in iudicio tam viri spectabilis praefecti Augustalis, quam viri spectabilis ducis Aegyptiaci limitis*, petentibus adhibere; ceteros vero ultra memoratum numerum constitutos *apud alios iudices eiusdem Alexandrinae civitatis perorare*, filiis scilicet statutorum in loco deficientium supernumerariis anteponendis. 4) Const. unica *prooem.* Iustin. Cod. IX. 13. (a *Iustiniano* data atque emissa), edictum Iustiniani 13. 5) Velut const. 13. Iust. Cod. II. 7., et const. 56. l. l. X. 31. 6) Fr. 1. D. I. 22. 7) Const. 11. Cod. II. 7. *Imp. Leo A. Viviano P. P.* Nemini licere sancimus aliquem *sub adsidendi colore* statutis centum quinquaginta advocatis, quos sibi eminentissima praefectura in consilium adsumpserit, aggregare. Confer et Basil. lib. 8. tit. 1. them. 26. ed. Heimbachi tom. I. p. 345. *μηδεὶς τῶν ὑπεραριθμίων ὡς προαχθεὶς δῆθεν εἰς συνεδρίαν τῆς ἐπαρχότητος συναριθμείσθω τοῖς ἑκατὸν πεντήκοντα.* Const. 14. Cod. I. 51. *Imp. Iustinianus A. Demostheni P. P.* Nemo ex his, qui advocati caussarum constituti sunt, vel fuerint etiam in hac regia urbe in quocunque iudicio deputati, et in aliis omnibus provinciis nostro subiectis imperio, audeat in uno eodemque tempore tam advocatione uti, quam consiliarii cuiuscunque magistratus, quibus respublica gerenda committitur, curam arripere, cum satis abundeque sufficiat, vel per advocationem caussis perfectissime patrocinari vel adsessoris officio fungi: ne, cum ad utrumque festinat, neutrum bene peragat: sed sive advocatus esse maluerit, hoc cum debita solertia implere possit, vel, si adsessionem elegerit, in ea videlicet permaneat: ita tamen, ut post consiliarii sollicitudinem depositam liceat ei ad munus advocationis reverti. — Eidem poenae quidem subiiciendo etiam eo, vel eis, qui in his caussis, quarum patrocinium adepti sunt, quibusque advocationem suam praestiterunt, adsessiones cuiuscunque magistratus colere audent vel audeant vindicare, ne, affectionis suae vel advocationis memor, incorrupti iudicis non possit nomen perferre. 8) Ad L. 15. Cod. II. 7., quae habetur in Basilicorum libro 8. tit. 1. them. 27. ed. Heimbachi p. 347., *καίτοι*, inquit, *ἐπὶ τοῦ φισκοσυνηγόρου Ἀλεξανδρείας τὸ ἐναντίον ἐνομοθέτησεν ἡ ιγ'. διάταξις, ὥστε τὸν μετ' αὐτὸν ἀκόλουθον τῷ βαθμῷ λαμβάνειν πάσας τὰς παραμυθίας καὶ μηδὲν διδόναι τοῖς κληρονόμοις τοῦ τελευτήσαντος. Διαφορὰ οὖν ἐστιν ἐν τούτῳ τῷ φισκοσυνηγόρῳ τῆς ἐπαρχότητος πρὸς τὸν φισκοσυνήγορον Ἀλεξανδρείας.* Hoc scholium esse interpretis, qui Iustiniano aetate suppar fuerit, liquet ex reliquorum locorum eiusdem *ἑρμηνείας*, cuius partem hoc nostrum scholium efficit, cum iis, quae recitavimus, collatione. Certe quidem *ἑρμηνεία* const. 16. Cod. II. 7. quae est apud Heimbachium p. 347. paullo post annum 534. scripta videtur. Sic enim ad constitutionem illam, quae anno 474. data est: *ἐν αὐτοῖς δὲ τοῖς προσώποις οὐκ ἐνδέχεται αὐτὴν τρακταϊσθῆναι, πάλαι καὶ προπάλαι τελευτησάντων τῶν τότε εὑρεθέντων ιε. πρώτων συνηγόρων,*

Quid, quod optimus Codicis Iustiniani interpres Thalelaeus in constitutionis 8. Cod. II. 6. interpretatione satis aperte significat suis temporibus praefecto Augustali certum fuisse advocatorum numerum [1])? Denique Procopius inter advocatos [2]), qui Alexandriae Iustiniani temporibus fuerint, Hephaestum quendam fuisse ait, quem paullo post praefectum urbi Alexandrinae factum esse retulit. — Illud autem, quod hoc loco nostro quasi quodam iure sumsimus, advocatos Iustiniani temporibus multum ac saepenumero de legum interpretatione cogitasse, atque adeo in ea palaestra desudasse, id non opus est, ut hoc loco ad liquidum perducamus, siquidem *Schraderus*, vir doctissimus [3]), in hac re demonstranda otium nobis fecit. — Quae adhuc de patria nostri libri disputavimus, non videntur esse suffectura iusto harum rerum aestimatori ad fidem de Aegyptiaca provincia faciundam. Itaque desperandum plane esset, eam rem ullo unquam tempore ad liquidum perduci posse, nisi magno aliquo casu et fortuna factum esset, ut Codex Parisiensis Graecus 1381. luculentum eius rei testimonium nobis perhiberet. Is enim liber antiquissimus, cum in aliis rebus sermonem Aegyptiacum redoleat, tum vel maxime in singularum quarumque vocum orthographia eam rationem consuetudinemque retinuit, quae fuit propria peculiarisque Alexandrinae civitatis. In quo illud unum dolendum est, earum rerum partem ab imperitis harum rerum scribis librariis confusam esse atque adeo ad eius dialecti, quam *κοινὴν* vocant, rationem immutatam. Ut proinde facile sit ad coniiciendum, eum Codicem, unde is liber, quem supra diximus, derivatus sit, Alexandrinae dialecti quasi quoddam instar imaginemque habuisse, quam dicendi scribendique rationem is, qui nostrum Codicem confecit, scriba librarius, cum harum rerum parum gnarus peritusque esset, ut libebat, partim retinuerit, partim ad *κοινὴν διάλεκτον* consulto revocaverit. In ea re explicanda et, quod eius fieri possit, ad liquidum perducenda hanc ego rationem tenebo, ut certa indubitataque eius rei vestigia primo loco persequar, et sic demum ad incertiora, quaeque aliquam dubitationem habeant, descendam. Ac primum quidem satis constat Alexandrinos hoc scribendi genere esse usos: *ἀνελήμφθη* (*ἀνελήφθη*), *ἀντιλήμψομαι* (*ἀντιλήψομαι*), *προσωπολήμπτης* (*προσωπολήπτης*), *προσωποληмψία* (*προσωποληψία*) [4]). Eodem plane modo apud Athanasium haec leguntur: *ἀπροσωπολήμπτως* tit. 1. const. 3., *λήμψονται* tit. 8. const. 1. *qualer*, et const. 5., tit. 11. const. 1., *εὐυπολήμπτους* tit. 9. const. 1., *ἀπολήμψεως* tit. 9. const. 2. et tit. 10. const. 8., *ἀνεπίλημπτος* tit. 8. parat. §. 2., *ἀνεπιλήμπτως* tit. 18. parat. §. 1., *ἐκλήμψεις* tit. 15. parat. §. 1. Atque etiam illud, quod a Cilicibus coeptum, ad Alexandrinos quoque pertinuit, hoc est, ut *ἔλαβα* (*ἔλαβον*) et *ἔφαγα* (*ἔφαγον*) dicerent, tertiamque pluralis numeri personam sic proferrent: *ἔφαγαν* (*ἔφαγον*), *ἔλαβαν* (*ἔλαβον*) [5]), hoc idem in Athanasii libro observavi tit. 10. const. 2., ubi *περιῆλθαν* habetur. Porro medii aoristum tempus, quod secundum vocant, est, ubi apud Alexandrinos ad modum primi formetur hoc modo: *ἀφείλατο* (*ἀφείλετο*), *ἐξείλατο* (*ἐξείλετο*), *ἀνείλατο* (*ἀνείλετο*), *εὑράμην* (*εὑρόμην*) [6]). Idem apud Athanasium reperitur. Sic certe *ὑφείλατο* tit. 1. const. 13. Deinde et illud commemorandum venit, quod litteram consonam „*ν*" ante litteras *κ*, *γ*, *χ*, *π*, *ζ* in verborum compositione nativam retineri, cum sequente autem littera non colliquescere apud Alexandrinos satis constet, hoc modo: *ἐνκόλαπτα* (*ἐγκόλαπτα*), *ἐνγύς* (*ἐγγύς*), *ἐνχώριον* (*ἐγχώριον*), *συνζητεῖν* (*συζητεῖν*) [7]). Eodem modo apud

---

διὰ τὸ ἀνύεσθαι ἐκ τῶν χρόνων τῆς διατάξεως ὑπὲρ τοὺς πεντήκοντα καὶ πλέον ἐνιαυτούς. Tota autem ista *ἑρμηνεία* Beryti conscripta est. Vide scholium ad const. 6. Cod. II. 7. in Bas. lib. 8. tit. 1. them. 21. ed. Heimbachi tom. I. p. 343.

1) Basilic. lib. 8. tit. 1. them. 17. edit. Heimbachi tom. I. p. 340. *οὐδὲ γὰρ τὸ συνηγορεῖν ἀπαγορεύει, ἀλλὰ τὸ συνίστασθαι, λέγουσα* accedat ad togatorum consortium, *μὴ προβαινέτω εἰς τὸ τῶν δικολόγων σωματεῖον ἤτοι συγκλήριον τουτέστι μὴ συνιστάσθω. τὰ οὖν* apud quemquam iudicem *νόησον περὶ τῶν σπεκταβιλίων ἀρχόντων ἤτοι τῶν περιβλέπτων, οἷον ἀνθυπάτου καὶ Αὐγουσταλίου καὶ κόμητος τῆς Ἀνατολῆς καὶ βικαρίου. οὗτοι γὰρ οὐ περιέχονται τῷ* in provinciali iudicio, *ἐπειδὴ οὐκ ἐπαρχίας μόνον ἄρχουσιν οὗτοι οἱ σπεκτάβιλες οἱ ἄρχοντες, ἀλλὰ κλιμάτων ὁλοκλήρων, οἱ μὲν ἀνθύπατοι πάσης τῆς Ἀσίας, οἱ Αὐγουστάλιοι πάσης τῆς Αἰγύπτου καὶ ὁ κόμης τῆς Ἀνατολῆς πάσης ὁμοῦ τῆς Ἀνατολῆς* et caet. 2) Anecd. cap. 26. ed. Orelli. p. 196. *ἰτέον δὲ καὶ εἰς τοὺς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ πτωχούς. Ἥφαιστός τις ἐν τοῖς ἐνταῦθα ῥήτορσιν ἐγεγόνει. Ῥήτορες* Procopio sunt *advocati*. Vide p. 188. et 190. 3) Ad Inst. Iustin. p. 273. 4) Vide *Sturzium* in libro: de dialecto Macedonica et Alexandrina (Lipsiae 1808. 8.) §. 10. p. 130 seq., et *Hugium* in libro: Einleitung in die Schriften des neuen Testaments. ed. III. vol. I. p. 277. seq. 5) Sic Heraclides apud Eustathium ad Homeri Odysseae ξ. p. 1759. 10. Vide Sturzium l. l. §. 9. p. 62., Hugium l. l. vol. I. p. 278., Winerumque in libro: Grammatik des neutestamentlichen Sprachidioms ed. III. p. 67. 6) Vide Sturzium l. l. §. 9. p. 60. 61. et Hugium l. l. et Winerum l. l. 7) Vide Sturzium l. l. §. 10. p. 131 — 133.

nostrum haec dicta sunt: *σύνκρισις* tit. 5. parat. §. 12., *σύνκρισιν* tit. 7. const. 3., *ἐνκινδυνεύειν* tit. 4. const. 22., *ἐνκείμενον* tit. 18. const. 4., *συνγενεῖς* tit. 2. const. 2. et parat. §. 7., *συνγενέσι* tit. 3. const. 2., *συνγένειαν* tit. 8. parat. §. 5., *παλινγενεσία* tit. 9. const. 2., *ἐνχειροῦντας* tit. 2. const. 1., *ἐνχείρησιν* tit. 20. const. 5. et 6., *συνχωρεῖσθαι* tit. 20. const. 6., *ἐνπροθέσμως* tit. 4. parat. §. 21., *ἔνπειρον* tit. 5. const. 5., *ἔνπρακτος* tit. 18. const. 3.; *συνζῶσιν* tit. 1. const. 2., *ἐνπεζέτω* tit. 1. const. 2. Sic et *συνλούεσθαι* dictum est tit. 10. const. 9. Porro in verborum, quae a littera „*ρ*" incipiunt, compositione est, ubi ea littera non duplicetur apud Alexandrinos. Sic *ἄριζος* (*ἄρριζος*), *μεγαλόρημα* (*μεγαλόρρημα*), *περιρήξαντες* (*περιρρήξαντες* [1]). Eodem modo, quo apud nostrum scriptorem haec reperiuntur: *ἀνάρυσιν* tit. 1. const. 2. et parat. §. 1., tit. 2. const. 3., 5. et 10., parat. §. 7., tit. 7. const. 7., *ἀναρύσει* tit. 2. const. 2., tit. 7. const. 7., *ἀναρυσθῆναι* tit. 7. const. 7., *ἀναρυσθῶσι* tit. 2. parat. §. 7., *ἀναρυσάμενος* tit. 13. parat. §. 6., *ἀραδιουργήτως* tit. 14. parat. §. 5. Idem factum est apud Alexandrinos et de littera „*λ*" hoc modo [2]): *ἀπαγγέλοντι* (*ἀπαγγέλλοντι*), *ἀπαγγέλει* (*ἀπαγγέλλει*), *ἐκβάλετε* (*ἐκβάλλετε*), *παρεμβάλει* (*παρεμβάλλει*), *παρεμβάλουσιν* (*παρεμβάλλουσιν*), *παρεμβάλοντες* (*παρεμβάλλοντες*). Similia sunt apud Athanasium haec: *ἐπαγγελόμενα* tit. 2. parat. §. 4., *συμβάλεται* tit. 10. const. 10., *συμβάλουσιν* tit. 14. const. 3., *παρεμβαλέτω* tit. 1. const. 2. et tit. 4. const. 1., *ἐπιβάλειν* tit. 4. const. 3., *ὑποβάλει* tit. 2. const. 3., tit. 4. const. 13., tit. 9. const. 12., *ὑποβαλομένων* tit. 18. const. 8., *ἐμβαλέσθω* tit. 4. const. 22. et tit. 8. parat. §. 1., *ἐμβάλονται* ibidem, *ἐμβαλόμενοι* tit. 1. const. 2., *ἐμβαλομένων* tit. 1. const. 15., *ἐκβαλέσθω* tit. 1. const. 1. et 17., parat. §. 1., *ἐκβάλεσθαι* tit. 2. const. 3., *παρεμβάλει* tit. 10. const. 2., *παρεμβάλοντες* tit. 5. const. 3., *καταβάλει* tit. 6. const. 1., *καταβάλειν* tit. 9. const. 1., *προβάλεσθαι* tit. 4. const. 18., parat. §. 21., tit. 13. const. 3. Eodem fere modo et haec dicta sunt: *καλιστεῦον* tit. 15. const. 1., *πολάκις* tit. 10. const. 3., *ταβελίων* tit. 14. parat. §. 1., *ἀνάλιον* tit. 2. const. 3., tit. 9. parat. §. 3., *ὑποστελόμενος* tit. 2. const. 3., *στέλων* tit. 1. const. 2., *καταστελέτω* tit. 4. const. 20., *ἀναστελέτω* tit. 4. const. 22., *ἀνταλάττεσθαι* tit. 2. const. 1., *ἀλαγὴν* ibidem, *ἐναλαγὴν* ibidem, *ἐναλαγὰς* tit. 2. parat. §. 8., *ἀνταλαγῆς* tit. 2. const. 2., *ἀπαλάττει* tit. 18. parat. §. 1., *ἀπαλαγῆναι* tit. 15. parat. §. 17., *ἀπηλαγμένων* tit. 1. const. 2., *ἀπηλαγμένος* tit. 8. parat. §. 2., *συναλάξαντας* tit. 18. const. 6., tit. 11. const. 1., *συναλάξαι* tit. 11. const. 1., *συναλάξασιν* tit. 11. const. 3., *συνήλαξεν* tit. 5. parat. §. 6., *συναλάττουσιν* tit. 6. const. 3., *συναλάξας* tit. 15. const. 3., *συναλακτὴς* ibidem, *συναλάγματος* tit. 2. const. 2., *συναλάγματα* tit. 14. parat. §. 2., *συναλαγμάτων* tit. 13. parat. §. 6., tit. 15. const. 1. et 3., tit. 17. parat. §. 6., *μέλουσι* tit. 4. const. 22., *ἄλαις* tit. 9. const. 2., *ἄλην* tit. 10. const. 2., *ἀλαχόθεν* tit. 11. const. 4., *ἀλοτρίους* tit. 4. const. 3., *ἀλήλους* tit. 4. const. 7., tit. 9. parat. §. 6., tit. 18. const. 6., *λιβέλων* tit. 22. const. 4., *παλακὴ* tit. 7. const. 7., *παλακὴν* tit. 9. const. 2., *πρωτόκολα* tit. 14. const. 1., *πρωτοκόλων* tit. 14. const. 1., *ἰλυρικοῦ* tit. 16. const. 3., tit. 18. const. 6., *ἰλούστριος* tit. 22. const. 3., *ἰλούστριοι* tit. 8. parat. §. 5., tit. 11. const. 4., *ἰλουστρίων* tit. 10. parat. §. 11., tit. 11. const. 3., tit. 22. const. 5. et parat. §. 7. [3]). Quod autem apud Alexandrinos diphthongum „*αι*" saepenumero positam videmus loco litterae vocalis „*ε*" hoc modo: *αἰν*, *αἰάν*, *μαι*, *σαι*, *ταί* atque adeo *ἀδελφαί*, *αἴνιοι*, *αἴτεραι* [4]), idem et apud Athanasium observare licet. Eiusdem generis haec fere sunt: *ται* tit. 1. const. 15., tit. 9. const. 11., tit. 6. const. 1. et 2., tit. 20. const. 6., tit. 21. const. 1., tit. 7. const. 7., *ἔιται* tit. 8. const. 1., tit. 11. const. 4., tit. 16. const. 4., tit. 18. const. 6. et parat. §. 3., *ὥσται* tit. 20. const. 1. et 2., tit. 22. const. 2. et 5., tit. 16. const. 3., *ὑπό ται* tit. 20. const. 5., *ποταὶ* tit. 9. const. 2., *οἱουδήποται* tit. 9. const. 10., tit. 18. const. 7., tit. 20. const. 1., *ὁσοιδήποται* tit. 9. const. 10., *σαι* ibidem, *ἐκεῖσαι* tit. 1. const. 8., *πρακταῖον* tit. 7. const. 7., *φυλακταίον* tit. 5. const. 4., *φυλακταίους* tit. 10. const. 9., *συναίδρων* tit. 6. const. 2., *συναίδροις* tit. 10. const. 9., *ἐξπαιδείτῳ* tit. 20. const. 1., *φαναιροῦντες* tit. 1.

---

1) Vide Sturzium l. l. p. 129 — 130. 2) Vide Sturzium l. l. p. 129 — 130. 3) Eodem referenda videntur et illa, quae Athanasii sunt, *ἐπιτετραμένοις* tit. 10. const. 8., *ἰντερκεσιόνων* tit. 10. const. 3., *φιδεϊκομισαρίων* tit. 9. const. 9., *διακόνισα* tit. 1. const. 2., *διακονίσης* tit. 2. parat. §. 2., *περιτεύει* tit. 2. const. 2., *ἐλατοῦνται* tit. 7. const. 2., *ἐλατοῦντος* tit. 9. const. 1., *πρατόντων* tit. 20. const. 1., *ἐκτατέτω* tit. 4. parat. §. 21., denique, quod semper ubique *Ἀπίωνος* pro *Ἀππίωνος* occurrit. 4) Vide Sturzium l. l. §. 10. p. 116.

const. 2., ἐπαιδόθη tit. 9. parat. §. 12., ἐπαιδόθησαν tit. 8. const. 1., μαιμηνότος tit. 7. const. 7., ἀνανaiώσιν tit. 15. parat. §. 16., δωραιᾶς tit. 16. const. 4., πάρελθαι tit. 8. const. 3., πεποιήμαιθα tit. 9. const. 4., παίδαις tit. 10. const. 2., πάνταις tit. 5. parat. §. 8., ὑποπεσῶνταις tit. 13. parat. §. 7. Neque vero illud praetermittendum est, quod Alexandrini aliquando litteram „ε" in locum diphthongi „αι" substituerunt, velut κὲ (καί), ἀφερεῖτε (ἀφαιρεῖται), κενὸς (καινός), κενότης (καινότης), χειροπέδες (χειροπέδαις), πέδες (πέδαις) [1]. Similia ex Athanasio notavi fere haec: κέ τις pro καί τις tit. 1. const. 2., διερεῖσθαι tit. 18. const. 4., ἀνεροῦσα indicis tit. 3. const. 3., ἐξερεῖ Athan. tit. 20. const. 6., ἐξερείτω tit. 9. const. 3., tit. 20. const. 6., ἀφέρεσιν tit. 11. const. 6., καθερέσεως tit. 1. const. 5., διερουμένη tit. 2. const. 1., κενοτομίας tit. 20. const. 5., κενοτομιῶν tit. 21. const. 2., κενίζει tit. 1. const. 2., tit. 2. const. 1., κενουργήμασιν tit. 9. const. 6., μόνες pro μόναις tit. 2. const. 3 [2]). Quae cum ita sint, non dubito, quin iusti harum rerum aestimatores tanta tot exemplorum argumentorumque auctoritate permoti sibi persuadeant veram esse eam, quam de Alexandrinae dialecti vestigiis in nostro Athanasii libro hic illic obviis supra posui, coniecturam. Est autem Alexandrina dialectus quasi quaedam reliquarum dialectorum mixtura atque in unum coniunctio [3]), quae etiam multis annis post Christum natum per Aegyptum viguit, permansitque integra et inconcussa. Eius rei fidem faciunt codices manuscripti Novi Testamenti, in Aegyptiaca provincia exarati, qui ad quartum quintumve aut sextum post Christum natum saeculum pertinere videntur, habentque aliquam Alexandrinae dialecti significationem [4]). — Restat, ut de iis videamus, quae, quamquam ad dialectum Alexandrinam referri possint, tamen incertiora sunt, quam, ut aliquam videantur habere vim et potestatem in ea, quam supra posui, opinione confirmanda ad liquidumque perducenda. Nam et *Sturzium* video in praeclaro *de dialecto Macedonica et Alexandrina* libro de ea re definienda iusto longius progressum esse, et ea, quae nunc dicturi sumus, sunt ita comparata, ut, quum et in aliis Codicibus, qui in Aegyptiaca provincia exarati non sunt, inveniantur, non continuo existimanda sint ad dialectum Alexandrinam pertinere. Huc refero litterae „κ" ante spiritum asperum positae retentionem, velut tit. 9. parat. §. 16. οὐκ ἁρμόσει; item et usum praepositionis ἐς tit. 10. const. 1., tit. 14. const. 3., tit. 15. parat. §. 2., et adverbii ἔσω pro εἴσω tit. 20. const. 6.; item male positam reduplicationem in ἠφορισμένας tit. 20. const. 1. et in ἠφορισμέναις tit. 4. const. 4. et 24., vel plane omissam in αἰτιασμένου tit. 5. const. 2., ὁρισμένου tit. 1. const. 2., ὁρισμένον tit. 1. const. 9., ὁρισμέναις tit. 13. parat. §. 6. et tit. 10. parat. §. 9., ὁρισμένας tit. 20. const. 1., διορισμένον tit. 1. const. 9., διορισμένας tit. 2. const. 3.; perversam augmenti reiectionem in ὀνόμασεν tit. 1. const. 2., ἐπερώτησεν tit. 15. const. 3. et tit. 17. parat. §. 6., προσομολόγησαν tit. 5. const. 4., et ἀπαιτήθησαν tit. 6. parat. §. 3.; inusitatam dativi casus, qui est pluralis numeri, formam in συγγενεῖσιν tit. 2. parat. §. 2., et συγγενεῦσι tit. 3. const. 2.,; denique insolitum plane orthographiae genus, quod saepenumero in nostro Codice occurrit. Earum rerum quasi quendam catalogum hoc loco proponam. Ac primum quidem notanda est consonarum litterarum duplicandarum ratio hoc modo: ἀγγέλλους tit. 3. const. 5., ἀμελλούμενος tit. 7. const. 7., ἀμελληθεὶς tit. 4. const. 24., ἀπριλλίων tit. 2. const. 3., βούλλονται tit. 1. const. 8., ἐπιμελλίαν tit. 1. const. 7., ἐπιμελλώμενος tit. 4. const. 21., ἐπιμελλείσθωσαν tit. 20. const. 4., θέλλει tit. 3. const. 3., μέλλους tit. 20. const. 1., σπορτούλλων tit. 20. const. 5., σπόρτουλλα tit. 5. parat. §. 3., σύμβολλα tit. 4. const. 1., τελλῶν tit. 1. const. 2., διακόννισσα tit. 1. const. 2., ἱδρυμμένων tit. 2. const. 2., ἄπορρον tit. 20. const. 1.,

---

1) Vide Sturzium l. l. p. 118. et seq. 2) Non dissimilia, quamquam magis incerta, sunt haec: συνδιετᾶται tit. 11. const. 4., δίεταν tit. 1. const. 14., ἐτίας tit. 1. const. 2. et 17., tit. 4. const. 22., tit. 9. const. 2., tit. 15. const. 3., ἐτίαις tit. 1. const. 2., tit. 9. parat. §. 1., ἐτίαν ibidem, παρετεῖται ibidem, ἐτήσεως tit. 9. const. 3., ἀπετοῦντες tit. 1. const. 11., ἀπετηθέντων ibidem, φενόμενα tit. 10. const. 5., ἀποφένεται tit. 5. parat. §. 2., φένεται tit. 20. const. 1., ἐνίττεται tit. 16. const. 3., ἐνιττόμενος tit. 9. const. 2.; ἐνπεζέτω tit. 1. const. 2., πτέσμα tit. 18. parat. §. 2., ἀναγκέως tit. 7. const. 4., ἀσελγενόντων indicis tit. 11., κερδενόμενα Athan. tit. 9. parat. §. 7., τεκμέρεσθαι tit. 9. const. 2., παραβένοντας tit. 4. parat. §. 1., ἄπες tit. 9. const. 13.; κονέστωρος tit. 22. const. 4. Caeterum huius rei caussa repetenda videtur ab eorum consuetudine, qui litteras αι et ε persimili modo pronuntiarunt. Vide Liscovium in libro: Ueber die Aussprache des Griechischen und über die Bedeutung der griechischen Accente. Leipzig. 1825. 8. p. 29 — 36. 3) Vide Sturzium l. l. §. 9. p. 50 — 52. 4) Vide *Hugium* l. l. vol. I. p. 277. seq.

κάσσου tit. 9. parat. §. 10., *κάσσων* tit. 4. const. 22. *ἑκκάτερον* tit. 10. const. 2., tit. 20. const. 1. Nunc transeundum est ad vocalium litterarum diphthongorumque permutationem. Atque littera „ω" quidem pro „ο" scripta est saepenumero, velut *ἀγνωεῖ* tit. 1. const. 2., *ἀγωμένων* tit. 6. const. 2., *ἀγωρᾶς* tit. 14. parat. §. 4., *ἁρμώσει περὶ διαφ. λέξεων* §. 18., *ἀγγαρεύωντες* Athan. tit. 4. const. 22., *ἀμφωτέρους* tit. 10. const. 9., *ἀνισχύρως* tit. 7. parat. §. 4., *ἀξιώπιστοι* tit. 14. parat. §. 2., *ἀξιωπίστους* tit. 9. const. 1., *ἀξιωπίστων* tit. 14. const. 3., tit. 10. const. 9., *ἄρχωντες* tit. 4. parat. §. 1., *αὐτῶν* pro *αὐτὸν* tit. 20. const. 1., *βλέπων* tit. 1. const. 6., *βλέπων* pro *βλέπον* tit. 1. const. 6. *γεγονότως* tit. 7. const. 5., *γέγωνε* tit. 1. const. 2., tit. 2. const. 1., *γίνωνται* tit. 10. parat. §. 5., *γωητείας* tit. 7. const. 7., *δεδανικῶσιν* tit. 9. parat. §. 4., *δευτερωγαμοῦντες* tit. 10. const. 2., *διακρίνωντες* tit. 1. const. 2., *διαδέξωνται* tit. 9. parat. §. 3., §. 12., tit. 10. const. 2., tit. 10. const. 9., *δικαιωδοσία* tit. 20. const. 1., *δημωσίῳ* tit. 20. const. 6., tit. 18. parat. §. 1., tit. 20. const. 4., *διεμαρτυράτω* tit. 10. const. 9., *διδώσθω* tit. 10. const. 9., *διορίζων* tit. 20. const. 1., *διώδοις* tit. 4. parat. §. 22., *διομωσία* tit. 5. const. 4., *δώσεως* tit. 4. const. 4., *δωθέντος* tit. 10. const. 2., *εἰρημένων* tit. 10. const. 2., *ἑκατέρως* tit. 10. const. 9., *ἐναγωμένῳ* tit. 15. parat. §. 3., *ἔνδων περὶ διαφ. λέξ.* §. 4., *ἐνομώτως* Athan. tit. 10. const. 9., *ἐντώπιοι* tit. 20. parat. §. 2., *ἐξωρίᾳ* tit. 4. const. 22., *ἐξωρίαν* tit. 4. const. 22., tit. 18. const. 7., *ἐξωριζέσθωσαν* tit. 4. const. 22., *ἐξωμοσίαν* tit. 5. parat. §. 10., *ἐξωρίζεται* tit. 14. parat. §. 1., tit. 20. const. 1., et 2., *ἐξωρίζονται* tit. 14. parat. §. 2., *ἐξωριζομένου* tit. 20. const. 1., *ἐξωμνυέσθω* tit. 15. parat. §. 2., *ἐπιδιδώτω* tit. 8. parat. §. 5., tit. 11. const. 4., *ἐπιδιδωμένων* tit. 4. const. 4., *ἐπίδωσιν* tit. 8. parat. §. 5., *ἐργωλαμβάνειν* tit. 4. const. 3., *ἔχων* pro *ἔχον* tit. 2. const. 2., *ἠγορακότως* tit. 15. parat. §. 4., tit. 5. const. 2., *θεωδότῳ* tit. 9. const. 11., *ἰδιωχείρου* tit. 6. const. 3., *ἰδιωχείρων* tit. 14. parat. §. 5., tit. 14. const. 3., tit. 7. const. 3., *ἰδιωκτήτου* tit. 20. const. 1., *κανώνα* tit. 1. const. 14., tit. 10. const. 5., tit. 1. const. 2., *κανώνι* tit. 11. const. 6., *κανώνας* tit. 1. const. 2., tit. 1. const. 17., *κανώνων* tit. 2. const. 3., *κανωνικῶς* tit. 1. const. 1., *κανωνικὰ* tit. 1. const. 1., *κεχρημένως* tit. 7. parat. §. 5., *κληρονόμων* tit. 10. const. 1., *κτίτωρσιν* tit. 4. const. 3., *κώμη,τι* tit. 11. const. 6., tit. 21. const. 3., tit. 20. const. 6., *κουφωτέρων* tit. 4. const. 24., *κώμητα* tit. 20. const. 6., *λογωθέσιον* tit. 4. const. 4., *μηδενῶς* tit. 7. const. 5., *μωδεράτωρ* tit. 4. const. 8., *νεμωμένου* tit. 9. const. 9., *νενομοθετηκῶσι* tit. 10. const. 1., *νενομωθετημένα* tit. 1. parat. §. 8., *νομωθεσίαν* tit. 8. const. 1., tit. 4. parat. §. 1., *νώσῳ* tit. 10. const. 2., *οἴκωθεν* tit. 1. const. 2., *ὁμώσῃ* tit. 4. const. 22., tit. 15. parat. §. 2., *ὁμώσαντες* tit. 4. const. 3., *ὁπλωποιία* tit. 20. const. 3., *παντῶς* pro *παντὸς* tit. 1. const. 1., tit. 9. const. 9., tit. 2. const. 1., tit. 20. const. 1., indicis tit. 16. const. 3., *πατρώθεν* Athan. tit. 10. const. 2., *παραδίδωται* tit. 1. parat. §. 1., *παραφθωρὰ* tit. 13. parat. §. 4., *παρῶντι* tit. 18. const. 4., *περιόντως* tit. 10. parat. §. 4., *πλείωνα* tit. 4. const. 1., *πλεωνεξίας* tit. 16. const. 1., *πληττωμένων* tit. 6. const. 2., *ποιώτητα* tit. 9. const. 3., *πραττωμένοις* tit. 5. const. 5., *πραττωμένας* tit. 5. const. 5., *πράκτωρες* tit. 20. const. 1., *προαγώμενοι* tit. 1. const. 2., *προικῶς* tit. 10. const. 3., *πρόσωδον* tit. 1. const. 2., *πρὼ* tit. 1. const. 15., *στατούτων* tit. 1. const. 10., *συμβολαιωγράφων* indicis tit. 14. const. 1., *συμφέρων* pro *συμφέρον* Athan. tit. 4. const. 3., *συμφέρωντα* tit. 9. const. 3., *τινῶς* tit. 7. const. 7., *τοπωτηρητὴν* tit. 18. parat. §. 7., tit. 20. const. 1., *τοπωτηρείτω* tit. 20. const. 1., *τοπωτηρητὰς* tit. 20. const. 1., *τώτε* tit. 10. const. 10., *τῶ* pro *τὸ* tit. 1. const. 3., *τούτω* pro *τοῦτο* tit. 9. const. 10., *ὑποπεσῶντες* tit. 13. const. 4. et parat. §. 7., *ὑπευθύνως* tit. 13. const. 1., *ὑπεξουσιώτητα* tit. 1. const. 2., *ὑπεξουσιώτητος* indicis tit. 18. const. 4., *φυλάττωντες* tit. 10. const. 10., *χωρηγεῖν* tit. 11. const. 1., *χωρηγηθέντων* tit. 1. const. 10., *χωρηγουμένης* tit. 20. const. 2., *ὦντας* tit. 10. const. 10., *ὥσοι* tit. 10. const. 2., *ὥσην* tit. 21. const. 3. Atque etiam littera „ο" pro „ω" posita est hoc modo: *αἰχμαλοτισθέντα* tit. 7. const. 7., *αἰχμαλότων* tit. 9. parat. §. 1., *π. διαφ. λέξ.* §. 3., Athan. tit. 13. parat. §. 6., *ἀναγνοσμάτων* tit. 22. parat. §. 9., *ἀναδόσει* tit. 1. const. 2., *ἀνεύθυνος* pro *ἀνευθύνως* tit. 10. const. 2., *ἀνονύμως* tit. 1. parat. §. 1., tit. 9. parat. §. 3., *ἀποθεῖσθαι* tit. 5. const. 3., *ἀποδόσει* pro *ἀποδώσει* tit. 17. parat. §. 3., *ἀποκαλύψεος* tit. 15. parat. §. 2., *γένονται* tit. 10. parat. §. 12., tit. 18. const. 4., tit. 15. parat. §. 13., *διπλασίονος* tit. 9. const. 2., *διατυπόσεως* indicis tit. 4. const. 11., *διατυποθέντα* Athan. tit. 2. const. 3., *δόσει* pro *δώσει* tit. 10. parat. §. 11., tit. 11. const. 1., *διομωσία* tit. 5. const. 4., *διομοσίαν* tit. 5.

const. 2., tit. 15. parat. §. 4., δεδωκὸς pro δεδωκὼς tit. 5. const. 4., δέδοκεν tit. 10. const. 2., δευτεροαγμὸν tit. 9. parat. §. 12., εἴσο pro εἴσω tit. 7. const. 3., ἑκὸν pro ἑκὼν tit. 13. const. 1., ἐνόμοτον tit. 15. parat. §. 1., ἐνομότου tit. 10. const. 9., ἐπεροτᾶν tit. 17. parat. §. 1., ἐξόπροικα tit. 5. const. 4., ἐξομωσίαν tit. 5. parat. §. 10., ἐξοτικὸς tit. 7. const. 7., ἐξοτικοῖς tit. 10. const. 2., ἔρροται περὶ διαφ. λέξ. §. 13., ἑτέρο pro ἑτέρῳ Athan. tit. 10. const. 2., ἐχέτο tit. 15. parat. §. 15., tit. 22. parat. §. 1., εὑρίσκον tit. 1. const. 17., ἔχον tit. 15. const. 1., ἡξιομένος tit. 10. const. 5., ἧττον pro ἥττων tit. 1. const. 2., θεοροῦσιν tit. 22. const. 1., ἰδιάζοντος pro ἰδιαζόντως tit. 9. const. 2., ἰδιοτῶν tit. 10. const. 2., ἱερότατον tit. 20. const. 6., καταδουλοθέντος tit. 10. const. 2., κατ' ἀλλήλον tit. 9. const. 11., κατηγορεῖτο tit. 1. const. 1., κολονὸς tit. 18. parat. §. 1., κολονοῦ tit. 18. const. 4., κομητικῆς περὶ διαφ. λέξ. §. 11., κολύουσα Athan. tit. 1. const. 9., κολυομένων tit. 2. const. 2., κυριότερον tit. 15. parat. §. 16., tit. 10. const. 6., Κωνσταντινουπόλεος tit. 2. const. 8., λουκρατίβον tit. 2. const. 3., λαμβάνον pro λαμβάνων tit. 15. parat. §. 13., μέλλον pro μέλλων tit. 1. const. 1., tit. 1. const. 2., tit. 2. const. 1., μεταδιόκει tit. 18. const. 4., μητρόας tit. 10. const. 2., μητρόων tit. 15. const. 3., ὀμόσῃ tit. 13. parat. §. 9., ὀμόσαντες tit. 13. parat. §. 4., ὀφελείᾳ περὶ διαφ. λέξ. §. 2., Athan. tit. 13. const. 1., ὀφέλειαν tit. 4. const. 21., tit. 20. const. 1., ὁποσοῦν tit. 10. const. 2., tit. 10. const. 9., πάντος pro πάντως tit. 8. const. 1., παρακρατὸν pro παρακρατῶν tit. 2. const. 3., παρὸν pro παρὼν tit. 18. const. 6., παραχοροῦντες tit. 16. const. 4., παρεχέτο tit. 18. parat. §. 1., πολεῖν tit. 5. const. 2., tit. 15. parat. §. 4., ποιείτοσαν tit. 20. const. 1., ποιὸν pro ποιῶν tit. 1. const. 2., πράττον tit. 20. const. 1., πραιτορίων tit. 20. const. 1., tit. 22. const. 6., προικόων tit. 10. const. 1., et 9., parat. §. 10. et 12., tit. 22. parat. §. 7., προτεύοντα tit. 9. const. 1., πειρομένων tit. 18. const. 6., προτεύοντες tit. 1. const. 2., πρότοις tit. 20. parat. §. 4., προτευόντων tit. 1. const. 17., tit. 20. const. 1., ῥομαίοις tit. 10. const 1., σεπτεμβρίον tit. 2. const. 8., συγχορεῖν tit. 10. const. 2., συνάπτον pro συνάπτων tit. 18. parat. §. 7., τελευτὸν pro τελευτῶν tit. 10. parat. §. 11., τιμορείσθω περὶ διαφ. λέξ. §. 6., τολμόντας Athan. tit. 16. const. 4., τὸ pro τῷ tit. 10. const. 2. et 10., ὑποθεῖσθαι tit. 10. const. 1., φανερούτοσαν tit. 11. const. 3., tit. 20. const. 2., φυλάττον tit. 1. const. 2., tit. 4. parat. §. 4., φυλαττόμενον pro φυλαττομένων tit. 1. const. 17., χορίζεται tit. 1. const. 2., χόρα tit. 10. const. 8., χόρας tit. 20. const. 6. et parat. §. 3. Similia in aliis quoque Codd. mss. observare licet. Vide *Villoisoni* praefat. ad *Homeri* Iliadem p. 4. (ed. Venet. 1788. fol.). Est et, ubi littera diphthongus „ου" pro „ο" posita sit, velut διδοῦντος tit. 1. const. 2., κατοιχουμένου tit. 9. const. 1., προβατουρίων tit. 4. const. 4. Atque etiam littera „ω" aliquando litterae „ου" loco posita est, velut, quod καταθήσωσι pro καταθήσουσι tit. 1. const. 6. dictum est. Neque praetermittendum censeo litterae „η" pro „ε" usum, velut ἀκροάσηται tit. 4. parat. §. 2., γηνομένης tit. 10. const. 6., γηνομέναις tit. 7. const. 7., tit. 10. const. 6., διαδέξηται tit. 7. const. 7., δεκημβρίων tit. 10. const. 6., ἐντηθῆναι pro ἐντιθέναι tit. 8. const. 4., καταληγεὶς tit. 1. const. 2. *bis*, tit. 18. parat. §. 1., μητρίσεως tit. 21. const. 3., συνοικησίοις tit. 10. const. 2.; aut pro diphthongo „αι" collocationem, ut tit. 1. const. 2., παρακολουθησάσης pro παρακολουθησάσαις dictum est. Denique hoc loco commemorandum est, esse, ubi littera „ε" in locum litterae „η" suffecta sit hoc modo: ἀμφιβάλεται pro ἀμφιβάληται tit. 20. const. 6., διαμαρτυρέσαντες tit. 1. const. 2., ἐπεγγείλατο tit. 4. const. 1., καταθέσει pro καταθήσει tit. 14. parat. §. 6., συνοικέσαντος tit. 1. const. 1., συνοικέσαντα tit. 1. const. 1., ὑπέρθεται tit. 2. const. 3., ὑπόθεται tit. 18. const. 4. Similia in aliis quoque Codd. mss. inveniri observavit *Villoisonus* in praefatione ad *Homeri* Iliadem p. 4. Quae quidem omnia, etsi apud Alexandrinos quoque usu recepta fuerunt, tamen et in iis Codicibus, qui in aliis imperii Orientalis provinciis scripti sunt, non ita raro inveniuntur. Itaque malui iis, qui me et doctiores et sagaciores sunt, hanc rem relinquere cognoscendam iudicandamque, quam ipse perperam iudicare. Sed digitus tamen ad eam rem intendendus fuit.

CAPUT II.

Sed iam tempus est, opinor, de libri, quem edimus, natura indoleque et forma verba facere. Is in duos et viginti titulos distributus est, ex quibus unusquisque plures continet Novellas constitutiones. Graece *διατάξεις* audiunt, ut significant singulorum titulorum paratitla, ubi et tituli et *διατάξεως* numeri suis quique locis subiecti cernuntur. Ut proinde non temere coniicias hos titulorum constitutionumque numeros ab ipso Athanasio profectos esse. Eadem singulas constitutiones laudandi ratione ipse Athanasius non ita raro usus est [1]), ut tamen sit, ubi ab ea consuetudine abiisse videatur, velut tit. 9. const. 2., ubi haec leguntur: *καὶ γὰρ καὶ ἐν τῇ περι τῶν νόθων διατάξει τοῦδε τοῦ συντάγματος ῥητῶς οὕτω φησὶν ἡ διάταξις*, atque etiam tit. 11. const. 4., ubi haec leguntur: *ἀνάγνωθι τὴν περὶ τῶν βουλευτῶν διάταξιν, ἧς ἡ ἀρχὴ „καλῆς ἡμῖν νομοθεσίας.“* Singulis constitutionibus brevis totius argumenti descriptio praetexta est; sequitur ea, quae vocatur, constitutionis inscriptio, hoc est et imperatoris designatio, qui eam constitutionem emiserit, et magistratus, ad quem missa sit, significatio; deinde prima quaeque eius constitutionis verba referuntur; tum ipsa constitutionis epitome ponitur; denique quo die quove consule data sit, disertis verbis commemoratur. Ipsarum autem epitomarum haec est ratio, ut, si quae lex ad certam tantum imperii Orientalis provinciam pertineat, id initio uniuscuiusque epitomes declaretur, cuius rei exempla supra protulimus. Id enim Athanasius in hoc libro conficiendo videtur esse secutus, ut, quae ex imperatorum legibus Novellis ad certum tantum locum tempusque referenda esse viderentur, ab iis, quae et ad totum imperium Orientale pertinerent, et omnium omnino temporum communia essent, accurate discerneret, discretaque non eadem, qua reliqua, diligentia persequeretur. Hoc enim saepenumero videmus accidisse, ut, quae locales temporalesque sunt Novellae constitutiones, aut paucis relatae sint, aut ita neglectae, ut ne divinatione quidem earum sententiam attingere possis [2]). Quare eo perventum est, ut, ubi haec res, utrum ea, de qua agitur, constitutio localis esset necne, aliquam haberet dubitationem, longe lateque in utramque partem ab Athanasio sit disputatum. [3]). Atque hoc locales temporalesque constitutiones a reliquis secernendi studium non tantum eorum, qui Novellas Iustiniani interpretati sunt, proprium fuit, sed et ad eos pertinuit, qui Iustiniano Codici illustrando operam dederunt [4]). Atque etiam, si ad superiora tempora ascendere velimus, quod de localibus constitutionibus diximus, idem in Zenonis de novis operibus constitutione [5]) accidisse imperator Iustinianus refert [6]), qui idem eius rei caussam originemque aperuit, cum iura localium constitutionum in his tantum locis,

---

1) Tit. 1. const. 2. *ἀνάγνωθι τὴν ιζ'. τοῦ παρόντος τίτλου διάταξιν*; const. 7. *ἀνάγνωθι διάταξιν β'. τοῦ ἑξῆς τίτλου*; tit. 2. const. 8. *ἡ διάταξις ἡ β'. τοῦ ί.* (leg. *β'.*) *τίτλου τοῦδε τοῦ συντάγματος*; const. 9. *ἀνάγνωθι τὸ ἐναντίον τϊ. ί. τοῦδε τοῦ συντάγματος διατ. ί. μεταγενεστέρας οὔσης κεφάλαιον ί.*; ibidem *ἀνάγνωθι τϊ. β'. τοῦδε τοῦ συντάγματος διατ. β'. μεταγενεστέρας οὔσης*; tit. 4. const. 1. *ἀνάγνωθι τϊ. κ'. τοῦ παρόντος συντάγματος διατ. ί. κεφ. ιζ'.*; tit. 10. const. 2. *ἀνάγνωθι καὶ διάτ. θ'. τοῦ παρόντος κεφαλαίου* (leg. *τίτλου*); paullo post *καὶ τίτλ. δ'. διατ. κα'.* (leg. *κβ'.*) *κεφ. ιζ'.*; ibidem *ἀνάγνωθι τϊ. ια'. διατ. α'. κεφ. ί.*; ibidem *ἀνάγνωθι τίτλ. ζ'. διατ. η'. κεφ. δ'.*; ibidem *ἀνάγνωθι τίτ. α'. διγ.* (leg. *διατ.*) *β'. κεφ. κζ'. καὶ κη'. — καὶ κεφ. νη'.*; tit. 14. const. 3. *ἀνάγνωθι τίτλ. ε'. διατ. ε'. κεφ. ε'. καὶ τίτλ....* (leg. *ί.*) *διατ. ί. κεφ. γ'.*; ibidem *ἀνάγνωθι τίτλ. ζ'. διγ.* (leg. *διατ.*) *γ'. κεφ. γ'.*; ibidem *ἀνάγνωθι τίτλ. δ'. διατ. β'. κεφ. η'. καὶ θ'. καὶ ί. καὶ ια'. καὶ ιβ'.* 2) Vide tit. 19. const. 2. *πάρελθε τὴν διάταξιν τοπικὴν οὖσαν καὶ χρονικήν.* 3) Vide tit. 16. const. 3. *ἡ διάταξις τοπικὰς αἰνίττεται τυγχάνειν τὰς πρὸ αὐτῆς δύο διατάξεις γεωργῶν Θράκης καὶ τῶν γεωργῶν Ἰλλυρικοῦ, ὑποβάλλουσα τοῖς αὐτῶν ἐπιτιμίοις τοὺς στρατιώτας καὶ πάντας τοὺς ζωσμένους παρὰ τὴν διαγωγὴν τῶν αὐτῶν δύο διατάξεων δανείζοντας καὶ τόκον ἐπερωτῶντας. τινὲς δὲ ἐκ τοῦ πρόσκεισθαι τῇ μὲν πρώτῃ διατάξει ——— τῇ δὲ δευτέρᾳ ——— γενικὰς ταύτας εἶναι φασίν. καὶ μᾶλλον χρὴ γενικὰς αὐτὰς προσδέχεσθαι διὰ τὸ εἰρημένον α'. βιβλ. τῶν διγ. τϊ. ς'. διγ. θ'. ———.* 4) Scholium Basilicorum lib. 8. tit. 1. them. 27. ed. *Heimbachi* tom. I. p. 846., ubi *ἑρμηνεία* const. 15. Cod. II. 7. interpretatur, *ἡ διάταξις αὕτη πρόσκαιρός ἐστι καὶ κατὰ τὸ πολὺ μέρος περιττῶς ἐν τούτῳ τῷ κώδικι κεῖται, ὡς ἤδη περαιωθέντων τῶν ἐν αὐτῇ νομοθετηθέντων.* 5) L. 12. Cod. VIII. 10. 6) L. 13. Cod. l. l. Cum dubitabatur, utrum constitutio Zenonis — localis esset, et huic florentissimae urbi dedicata, et *deberent illius quidem iura in hac observari, antiqua vero, quae contraria sunt, locum habere in provinciis.*

quorum propriae sunt peculiaresque, custodiri observarique significaverit, in aliis non item. De temporalibus autem simile quid videtur in caussa fuisse, cur a reliquis constitutionibus segregarentur. Plurimum certe quidem eorum, qui post Iustiniani tempora fuerunt, interesse debuit scire, ad quaenam potissimum tempora unaquaeque constitutio apta esset atque accommodata. Ita enim statim hoc indicari potuit, constitutionis forma observanda esset necne.

Illud autem dubitari potest, fueritne ab initio in nostro Athanasii libro singularum constitutionum aliqua in minutissimas particulas distributio. Ego, ut ingenue dicam, quod sentio, statim ab initio mihi persuadere non potui, ut ullam eiusmodi distributionem fuisse crederem. Cuius opinionis confirmandae caussa descendendum mihi arbitrabar ad paratitlorum auctoritatem, ubi, si quae alicuius constitutionis particula adferatur, tituli constitutionisque numeri adiecti cernantur, capitum autem ratio plane non habeatur. Non desunt tamen eaque non ita levia argumenta, quae huic opinioni obstent. Ac primum quidem, ut hinc ordiamur, sunt Athanasiani operis loci, ubi singula singularum constitutionum capita, hoc est *κεφάλαια*, commemorentur. Sic tit. 1. const. 12.[1]) duo Novellae 57. capita discernuntur. Atque etiam in tit. 7. const. 7. inscriptione capita Novellae 115. commemorantur[2]). Porro tit. 2. const. 9. ad tituli 10. const. 10. caput 10. remittimur[3]), ibidemque tit. 2. const. 2. caput sextum septimumque laudantur[4]). Denique tit. 4. const. 1. adlegatur tituli 20. const. 10. cap. 17.[5]); tit. 10. const. 2. laudatur tit. 4. const. 22. cap. 17.[6]), tit. 11. const. 1. cap. 10.[7]), tit. 7. const. 8. cap. 4.[8]), tit. 10. const. 2. cap. 35. et 36.[9]), tit. 1. const. 2. cap. 27. 28. 58.[10]); porro tit. 14. const. 3. affertur tit. 5. const. 5. caput 5. et 6., tit. 10. const. 10. caput 3.[11]), tit. 7. const. 3. caput 3., et tit. 4. const. 2. caput 8. 9. 10. 11. et 12.[12]). Atque etiam illud ex locis supra allatis satis apparet singulis constitutionum capitibus quasi quendam titulum fuisse, hoc est perbrevem eius rei, de qua sermo est, descriptionem adumbrationemque. Iam cum in Parisiensi Athanasiani libri Codice singulae singularum constitutionum epitomae maximam partem in minutissimas discerptae sint distributaeque particulas, numeris ordinalibus distinctas et brevi eius rei, qua de re sermo est, expositione praetextas: vix ac ne vix quidem dubitari poterit, quin in ea re insint aliqua veterum capitulorum vestigia. In quo tamen saepenumero videmus accidisse, ut numerorum ordo seriesque librariorum negligentia mirum in modum corrupta sint. Neque vero illud a me impetrare umquam potui, ut has, quae singulis capitibus praetextae habentur, argumenti designationes ab ipsa Athanasii manu profectas esse crederem. Cuius iudicii has reddo rationes satis, ut opinor, idoneas. Partim enim generaliter nimis verbisque parum aptis sunt conceptae[13]); partim rei in unoquoque capite tractatae partem designant, partem non designant[14]); partim ex prioribus cuiusque capitis verbis satis absurde confictae sunt[15]); partim diversa earundem constitutionum capitula iisdem plane verbis enarrant, ut, quae supra dicta sunt, infra

---

1) *Τὸ α'. κεφάλαιον τῆς διατάξεως γενικόν ἐστι — τὸ β'. κεφάλαιον τοπικόν.* 2) *Ἡ διάταξις ἔχει κεφάλαια* * * * *πρῶτον, ἐν τῇ ἐξετάσει τῶν ἐκκλήτων* et caet. 3) *Ἀνάγνωθι τὸ ἐναντίον τϊ. ι'. τοῦδε τοῦ συντάγματος κεφ. ι'.* 4) *Ἀνάγνωθι τϊ. β'. τοῦδε τοῦ συντάγματος διαταξ. β'. κεφαλ. ς'. καὶ ζ'.* 5) *Ἀνάγνωθι τϊ. κ'. τοῦ παρόντος συντάγματος διατ. ι'. κεφ. ιζ'.* 6) *Καὶ τιτλ. δ'. διατ. κα'.* (leg. *κβ'.*) *κεφ. ιζ'.* 7) *Ἀνάγνωθι τϊ. ια'. διατ. α'. κεφάλαιον ι'.* 8) *Ἀνάγνωθι τίτλον ζ'. διατ. η'. κεφ. δ'.* 9) *Ἀνάγνωθι τὸ λε'. καὶ λς'. κεφάλαιον τῆσδε τῆς διατάξεως.* 10) *Ἀνάγνωθι τιτ. α'. διγ.* (leg. *διατ.*) *β'. κεφ. κζ'. καὶ κη'. —— καὶ νη'.* 11) *Ἀνάγνωθι τιτλ. ε'. διατ. ε'. κεφ. ε'. περὶ ταβουλαρίων καὶ κεφάλαιον ς'. περὶ ἐκσφραγισμάτων καὶ τιτλ. ι'. διατ. ι'. κεφ. γ'. περὶ πρώτου καὶ δευτέρου συμβολαίου.* 12) *Ἀνάγνωθι τιτλ. ζ'. διατ. γ'. κεφ. γ'. περὶ συγκρίσεως ἰδιοχείρων, τιτλ. δ'. διατ. β'. κεφαλ. η'. καὶ θ'. καὶ ι'. καὶ ια'. καὶ ιβ'. περὶ συμβολαίων καὶ ἰδιοχείρων.* 13) Sic tit. 2. const. 8. p. 34. not. 98. *ε'. περὶ προνομίων*, ubi de his solis privilegiis, quae ecclesiis venerabilibusque domibus ex principali liberalitate concessa sunt, sermo est. Sic l. l. p. 37. not. 48. *κα'. περὶ αἱρετικῶν*, ubi de hoc, ne haereticus immobilem venerabilis domus possessionem obtineat, sermo est. Sic l. l. not. 43. *ις'. περὶ ἐπισκόπων. κ'. ἀδιόχων* (leg. *περὶ ἀδιαδόχων*) *καὶ ἀδιαθέτων*, ubi de *episcoporum clericorumque* et *reliquorum sacerdotum*, si sine haeredibus intestatique moriantur, bonis, quo perveniant, sermo est. Sic denique tit. 1. const. 2. p. 4. not. 85. *περὶ ἐκπτώσεως καὶ λειτουργίας*, ubi poenae iis, qui adversus hanc legem faciant, statutae late enumerantur. Sic autem habet constitutio: *ὁ παρὰ ταῦτα χειροτονούμενος ἐκπίπτει τῆς χειροτονίας, ὁ δὲ χειροτονῶν ἐπὶ ἐνιαυτὸν χωρίζεται τῆς λειτουργίας.* Vide et tit. 2. const. 2. p. 30. not. 86., et p. 83. not. 38. 14) Eius rei iam supra allatum est exemplum ex tit. 2 const. 3. p. 37. not. 43. Sic et tit. 2. const. 3. p. 33. not. 11. *ιγ'. περὶ ἀγνωμοσύνης ἐμφυτευτῶν*, cum tamen oratio constitutionis et ad emphyteutam et ad conductorem pertineat. Sic tit. 1. const. 2. p. 7. not. 38. *ιζ'. περὶ τῆς τῶν ἐπισκόπων ἀποδημίας*, cum tamen in constitutionis oratione de episcoporum et reliquorum clericorum itinere sermo sit. 15) Tit. 1. const. 2. p. 5. not. 96. *θ'. περὶ δόσεως χειροτονίας*, quae male conficta sunt ex his

parum commode repetantur [1]). Itaque non dubito, quin quod in *Theophilo* accidisse videmus, idem de hoc Athanasii libro factum esse videatur, hoc est, ut hos capitulorum titulos a iuris studiosis additos esse credamus, cum praesertim ii, qui ex Athanasii libro in tripartitam *Pseudo-Balsamonis* collectionem legum ecclesiasticarum migrarunt tres tituli, vestigium eius rei habeant plane nullum ideoque nostram illam coniecturam omnes in partes confirment. Ego, ubi capitulorum numeros titulosque in apographo meo ex Codice Parisiensi expressos enotatosque inveni, religiose eam rem in notis indicandam putavi, non quo multum utilitatis inde ad hunc librum castigandum emendandumque redundaturum arbitrarer, verum, ut ne quidquam praetermitterem, quod doctis harum rerum arbitris ad externam Athanasiani operis formam describendam definiendamque prodesse posset.

Unicuique ex duobus et viginti, ex quibus nostrum legum corpus constat, titulis, exceptis solis titulis **16. 19. 21.**, *παράτιτλα* addita sunt, hoc est locorum similium ex reliquis eius operis titulis ad quemvis titulum appositiones [2]). Sic certe in *Pseudo-Balsamonis* collectione constitutionum ecclesiasticarum tripartita ad finem cuiusque tituli Iustiniani Codicis, Institutionum, Digestorum loci similes ex iisdem legum corporibus collecti, additis libri, titulique et fragmenti numeris, adiecti sunt. Nec ipsa vocis etymologia repugnat. Nam, quae praeter tituli tenorem ad eundem extrinsecus adiiciuntur, eodem modo *παράτιτλα* dicentur, quo modo *πάρεργον, παρανύμφιος, παραξιφίς, παράπηχυς, παραπύλη, πάρεδρος, πάροδος*, similia reperiuntur. Atque hic, quem diximus, paratitlorum usus, a Iustiniano imperatore disertis verbis confirmatus [3]), mansit apud Graecos integer et inconcussus ad remotissima usque tempora. *Matthaeus* monachus certe quidem in praefatione syntagmatis canonum [4]) eodem modo vocem *παράτιτλα* exposuit. Idem significat scholiastes Basilicorum [5]), qui, cum id, de quo agitur, in indice, hoc est in brevi totius tituli adumbratione secundum singularum legum consequentiam, reperiri negaverit, ideoque inter eius tituli paratitla retulerit, quid aliud, quam manifesto nostram opinionem confirmat? Nostri autem libri paratitla sunt ita comparata, ut ad finem unius cuiusque tituli, quae ex reliquis eius libri titulis ad eum, de quo quaeritur, titulum desunt, numeris tituli constitutionisque adiectis, secundum totius operis consequentiam et addantur et suppleantur. In quo illud unum dubitari potest, sintne ad eundem, ad quem et ipsum Novellarum corpus pertinet, scriptorem referenda, an non. Et Athanasii quidem esse et haec ipsa paratitla ut credam, facit ipse Codicis Parisiensis numero **1381.** signati ad titulorum indicem fol. **9. B.** adiectus libri titulus et Codicis Monacensis inter Graecos Regiae bibliothecae libros numero **380.** signati index fol. **4. B.** Vide, quae de his capite I. disputavimus. Accedit et reliquorum codicum, ubi Athanasii fragmenta habentur, auctoritas, quae coniunctam esse cum singulis titulis paratitlorum rationem satis ostendat. Denique is, qui *Pseudo-Balsamonis* collectionem constitutionum ecclesiasticarum tripartitam compilavit, et is, qui eum Nomocanonem, unde Photius suum derivavit, composuit, qui ab imperatoris Iustiniani aetate non ita multum abfuerunt, Athanasiani operis codicibus manuscriptis, ubi singulis quibusque titulis paratitla subiecta fuerint, usi esse reperiuntur. Nam et priorum trium titulorum paratitla in tertiam illius corporis partem migrarunt, et Nomocanonis auctor est ubi paratitla

---

verbis *πᾶς ἐπίσκοπος προῖκα χειροτονείσθω, τοῦ διδόντος ἢ λαμβάνοντος — τῆς ἱερωσύνης ἐκπίπτοντος.* Ibidem p. 4. not. 85. *περὶ ἐκπτώσεως καὶ λειτουργίας*, quae conficta sunt ex his verbis: *ὁ παρὰ ταῦτα χειροτονούμενος ἐκπίπτει τῆς χειροτονίας, ὁ δὲ χειροτονῶν ἐπὶ ἐνιαυτὸν χωρίζεται τῆς λειτουργίας.* Ibidem p. 12. not. 15. *ν'. περὶ λιτῆς καὶ λειτουργίας*, quae conficta sunt ex his verbis: *ὁ ἐν λειτουργίᾳ ἢ ἐν λιτῇ ὑβρίζων ἐπίσκοπον ἢ κληρικὸν μετὰ βάσανον ἐξοριζέσθω.* Tit. 2. const. 6. p. 39. not. 60. *ε'. περὶ Ἰουδαίου*, quae hausta sunt ex *Ἰουδαῖος Χριστιανὸν ἀνδράποδον μὴ ἐχέτω, μήτε κατηχούμενον περιτεμνέτω.* 1) Tit. 2. const. 2. p. 30. not. 86. *γ'. περὶ χρήσεως* et p. 33. not. 43. *ιζ'. περὶ χρήσεως.* — Ibidem p. 31. not. 6. *ς'. περὶ ἐμφυτεύσεως* et p. 33. not. 62. *κ'. περὶ ἐμφυτεύσεως.* 2) Paratitlorum hunc fuisse Iustiniani temporibus usum, hanc significationem, cum aliqua dubitatione negavit *Eduardus Zachariaeus* in ibro: *αἱ ῥοπαὶ* (Heidelberg 1836.) p. 56. not. 78. 3) Vide Fabroti notam ad Pseudo-Balsamonis collectionem ecclesiasticarum constitutionum in bibliotheca iuris canonici tom. II. p. 1377. 4) Apud Beveregium in synodici tom. II. *ἔδοξέ τισι πολλὰ τῶν καιριωτέρων ἐκ τῆς σπουδασθείσης συντομίας παραλελεῖφθαι. διὸ πάλιν ὡρίσθη καὶ ἐγένετο τὰ λεγόμενα παράτιτλα, καθ' ἕκαστον τίτλον ἀναπληρώσεις ἔχοντα τῶν παραλελειμμένων χρησίμων.* 5) Ad lib. 60. tit. 15. thema 2. ed. Fabr. tom. VII. p. 387. *τοῦτο τὸ κεφάλαιον*, inquit, *οὐ κεῖται ἐν τῷ ἰνδικι, ὅμως ἀνάγνωθι αὐτόν, καὶ διὰ τοῦτο ἐστι καὶ παράτιτλον. τοῦ γὰρ τίτλου περὶ δούλου διδάσκοντος τὸ παρὸν διδάσκει περὶ τιμωρίας ἐλευθέρῳ προσώπῳ προσγινομένης. οἱ δοῦλοι γὰρ μόνον ἐκδίδονται.*

laudaverit [1]). Adde, quod multi paratitlorum loci Athanasiani libri partem se esse satis aperte significent. Sic tit. 1. parat. §. 2., ubi tituli 2. constitutio 9. refertur, haec adduntur: *σημείωσαι δέ, ὅτι τὸ ἐναντίον φησὶν ἡ ια΄. διάταξις τοῦ ι΄. τίτλου μεταγενεστέρα οὖσα.* Porro tit. 8. parat. §. 2., ubi tituli 1. constitutio 2. refertur, in media eius argumenti expositione haec adiiciuntur: *τὰ αὐτὰ καὶ ἡ ιζ΄. διάταξις τοῦ τίτλου φησίν.* Significatur autem tit. 1. const. 17. Postea reliqua, quae ex tit. 2. const. 2. ad hanc rem videntur apta esse et accommodata, reperiuntur. Sic denique tit. 18. parat. §. 1., ubi tit. 1. constitutio 2. relata est, inter medias eius constitutionis sententias haec leguntur: *τὸ αὐτὸ καὶ ἡ ιζ΄. τοῦ τίτλου διάτ. φησίν.* Designatur hoc loco tit. 1. const. 17. Sequitur reliquum secundae constitutionis argumentum. Porro aliis paratitlorum locis, ubi ipsa constitutionum verba non sunt relata, ad ipsas illas constitutiones in contextu Athanasiani corporis positas remittimur. Sic, ut uno exemplo utar, tit. 15. parat. §. 14., ubi tituli 10. const. 6. refertur, nihil, nisi haec addita sunt: *διάτ. ς΄. περὶ συνεισφορῶν τῆς προικὸς, τοῦτο μὲν τῆς αὐτεξουσίας, τοῦτο δὲ καὶ τῆς ὑπεξουσίας φησὶν ἡ διάταξις καὶ ἀνάγνωθι τὸ περὶ τούτου κεφάλαιον.* Neque vero ita raro inveniuntur eorundem paratitlorum loci, qui eum, ad quem adiecta sunt, titulum *τοῦ παρόντος* aut etiam *τοῦ προκειμένου τίτλου* nomine significent. Sic tit. 10. parat. §. 4. haec leguntur: *ἀνάγνωθι τὴν θ΄. τοῦ παρόντος τίτλου διάταξιν* (designatur tit. 10. const. 9.). Atque etiam tit. 1. parat. §. 3. haec reperiuntur: *ἀνάγνωθι τὴν δ΄. διάταξιν τοῦ παρόντος τίτλου. κωλύει γὰρ τὸν ἄρχοντα εἰς κανονικὴν ἀκρόασιν παρεμβαλεῖν ἑαυτόν* (significatur tit. 1. const. 4.). Porro tit. 4. parat. §. 10. ad quintum nostri libri titulum remittimur hoc modo: *ἀνάγνωθι τὸν ε΄. τίτλον. σχεδὸν γὰρ πάντα τὰ ἐν αὐτῷ νόμιμα τῷ προκειμένῳ τίτλῳ διαφέρουσιν.* Denique tit. 10. const. 10. haec leguntur: *ἀνάγνωθι τὴν ιβ΄. τοῦ τίτλου διάταξιν. ἐκείνη γὰρ βούλεται ἐμφανίζεσθαι τὰς πρὸ γάμου δωρεάς, καινοτομοῦσα τὴν παροῦσαν.* Atqui haec non in oratione tit. 10. relata sunt, verum in eius tituli paratitlis §. 9., hausta illa quidem ex tit. 9. const. 12. Quae res manifesto argumento est, *παράτιτλα* ipsius tituli partem efficere, atque adeo ab ipso libri compilatore adiecta esse. Vide notam ad tit. 10. const. 10. meam. — Sequitur, ut paratitlorum naturam formamque adumbremus et quodam modo delineemus. Ac primum quidem illud quasi cuiusdam fundamenti loco ponendum est, paratitla singulis Novellarum epitomis, quae apud Athanasium habentur, longiora, ampliora, latiora esse; deinde multis locis aliud sermonis genus in iis esse, quam, quod in singulis Novellarum epitomis habeatur; denique esse, ubi paratitla ipsis adeo epitomis repugnare videantur. Prioris generis haec fere sunt exempla: tit. 1. parat. §. 7., ubi, quae a verbis *ὅτι χρὴ* usque ad *ἀπαλλάττεσθαι* habentur, tit. 12. const. 2. non omnia apparent; tit. 3. parat. §. 1. verba *ἢ παρασυνάξεις* desunt fere omnia tit. 1. const. 5.; ibidem §. 8. verba *ἢ χρηματικαῖς* desunt tit. 8. const. 2.; tit. 4. parat. §. 21. verba *δημοσίᾳ φαινόμενον καὶ τὰς ἐναγωγὰς τῶν ἐγκαλούντων ὑποδεχόμενον* habent, quae tit. 20. const. 1. plane desunt; tit. 5. parat. §. 4. quae leguntur *καὶ οἱ μοναχοί*, desunt tit. 1. const. 2.; tit. 7. parat. §. 3. quae a verbis *οὐδεὶς τρίτον* ad verba *κοντούμαξ οὐδ᾽ ὅλως* pertinent, tit. 4. const. 15. desiderantur; ibidem §. 7. quae inde a verbis *ἡ νομὴν πραγμάτων* ad *μέχρις διακρίσεως τῆς ἐκκλήτου* perveniunt, tit. 4. const. 22. non habentur; tit. 8. paratitl. §. 2. vox *ἀνεπίληπτος* est, quae tit. 1. const. 2. non habetur. Atque etiam tit. 9. parat. §. 3. quae verba *τὲ καὶ καταλιμπανέτωσαν* sunt, tit. 2. const. 3. plane desunt. Ibidem *τῶν μετὰ τὸν ἕτερον βαθμὸν* leguntur, quae tit. 2. const. 3. non habentur. Porro tit. 10. const. 9. desunt, quae tit. 11. parat. §. 2. habentur, *ἢ ἐν διαθήκῃ ἢ ἐν ὑπομνήμασιν.* Neque vero etiam *ὁ ἐπίτροπος*, quae tit. 13. parat. §. 5. habentur, tit. 7. const. 2. inveniuntur. Sic et tit. 18. parat. §. 2 quae sunt a verbo *οὐδεμίαν* ad *ὑφιστάμενος*, tit. 1. const. 13. plane desiderantur. Ibidem §. 3. quae reperiuntur *καὶ πολίτης Ῥωμαίων καθίσταται*, desunt tit. 3. const. 3. Ultimi autem tituli parat. §. 1. verba *ἢ ἀξίωμα ἢ προνόμιον* habentur, quae tit. 14. const. 1. desunt; ibidem §. 2. quae sunt *τινὶ τῶν ἀξιωματικῶν*, tit. 4. const. 3. desiderantur; denique vox *πραιτωρίων*, quae ibidem parat. §. 8. habetur, tit. 18. const. 3. plane deest. — Ad secundum genus haec, ni fallor, revocanda sunt tit. 1. parat. §. 1. collata tit. 2. constutione 3.; §. 2. coll. tit. 2. const. 9.; §. 4. coll. tit. 4. const. 22.; tit. 2. parat. §. 2. coll. tit. 1. const. 2.; tit. 3. parat. §. 1. coll.

1) Vide Photii Nomocanonem tit. 9. cap. 2. in bibliotheca iuris canonici tom. II. p. 964.

tit. 1. const. 5.; §. 2. coll. tit. 1. const. 6.; §. 3. *νέας συναγωγὰς* habet, ubi tit. 2. const. 3. *συναγωγὰς καινάς*; §. 5. coll. tit. 4. const. 3.; §. 6. coll. tit. 7. const. 7.; tit. 4. parat. §. 2. coll .tit. 1. const. 1.; §. 5. coll. tit. 1. const. 15.; §. 7. coll. tit. 3. const. 5.; §. 9. coll. tit. 5. const. 4.; §. 10. coll. tit. 5. const. 5.; §. 11. coll. tit. 6. const. 1.; §. 14. coll. tit. 9. const. 1.; §. 21. coll. tit. 20. const. 1.; §. 22. coll. tit. 20. const. 2.; tit. 5. parat. §. 2. coll. tit. 1. const. 1.; §. 6. coll. tit. 4. const. 13.; §. 7. coll. tit. 4. const. 15.; §. 8. coll. tit. 4. const. 16.; §. 9. coll. tit. 4. const. 17.; §. 16. coll. tit. 14. const. 3.; §. 18. coll. tit. 22. const. 2.; tit. 6. parat. §. 3. coll. tit. 7. const. 8.; tit. 7. parat. §. 1. coll. tit. 1. const. 2.; §. 2. coll. tit. 4. const. 13.; §. 9. coll. tit. 10. const. 10.; §. 10. coll. tit. 22. const. 3.; tit. 8. parat. §. 1. coll. tit. 1. const. 1.; §. 2. coll. tit. 1. const. 2.; §. 5. coll. tit. 11. const. 4.; tit. 9. parat. §. 1. coll. tit. 1. const. 2.; §. 3. coll. tit. 2. const. 3.; §. 7. coll. tit. 5. const. 4.; §. 15. coll. tit. 10. const. 9.; §. 16. coll. tit. 10. const. 10.; tit. 10. parat. §. 1. b. coll. tit. 1. const. 2.; §. 2. coll. tit. 1. const. 13.; §. 3. coll. tit. 4. const. 22.; §. 7. coll. tit. 9. const. 3.; §. 8. coll. tit. 9. const. 9.; §. 9. coll. tit. 9. const. 12.; §. 11. coll. tit. 11. const. 3.; tit. 13. parat. §. 1. coll. tit. 1. const. 2.; §. 3. coll. tit. 4. const. 2.; §. 4. coll. tit. 5. const. 3.; §. 6. coll. tit. 7. const. 7.; §. 10. coll. tit. 10. const. 2.; §. 11. coll. tit. 10. const. 8.; §. 12. coll. tit. 10. const. 9.; tit. 14. parat. §. 2. coll. tit. 4. const. 22.; §. 3. coll. tit. 5. const. 5.; §. 4. coll. tit. 6. const. 1.; §. 8. coll. tit. 10. const. 6.; §. 10. coll. tit. 18. const. 8.; tit. 15. parat. §. 2. coll. tit. 4. const. 22.; §. 3. coll. tit. 5. const. 1.; §. 5. coll. tit. 5. const. 4.; §. 7. coll. tit. 6. const. 2.; §. 8. coll. tit. 7. const. 7.; §. 9. coll. tit. 9. const. 1.; §. 16. coll. tit. 10. const. 6.; §. 17. coll. tit. 12. const. 2.; §. 18. coll. tit. 13. const. 2.; tit. 17. parat. §. 1. coll. tit. 2. const. 2.; §. 2. coll. tit. 2. const. 3.; §. 4. coll. tit. 10. const. 1.; §. 7. tit. 16. const. 2.; tit. 18. parat. §. 1. coll. tit. 1. const. 2.; §. 3. coll. tit. 3. const. 3.; §. 4. coll. tit. 8. const. 1.; tit. 20. §. 2. coll. tit. 4. const. 1.; §. 3. coll. tit. 4. const. 3.; §. 4. coll. tit. 4. const. 22.; §. 5. coll. tit. 4. const. 24.; tit. 22. parat. §. 2. coll. tit. 4. const. 1. — Ad id, quod ultimo loco posuimus, genus haec referenda sunt. Tit. 3. parat. §. 2. alia longe et verborum et sententiarum conceptio habetur, quam tit. 1. const. 6.; ibidem §. 5., verba *εἰ μήτοιγε ἐκ θείας κελεύσεως ἐπιτέτραπται* diversam plane sententiam faciunt ab ea, quae tit. 4. const. 3. habetur; denique, quae tit. 15. parat. §. 8. habentur inde a verbis *ὁ λέγων ἐν ἀντιφωνήσει* usque ad haec *μόνος αὐτὸς τὸ ὅλον ἀπαιτεῖται χρέος*, plane contradicunt iis, quae tit. 7. const. 7. leguntur. Vide notam ad tit. 15. parat. §. 8. meam. Hos, quos adhuc commemoravimus, paratitlorum locos, si cum genuino Iustinianarum Novellarum contextu conferas, videas omnes fere, quae inter Athanasii epitomas et paratitla intercedant, differentias ex ipsis, quibus Novellae conceptae sunt, verbis deductas esse et derivatas. Qua cum observatione coniungas velim animo illud, quod singulis paratitlorum locis et tituli et constitutionis numerum adiectum esse supra diximus; quid aliud efficies, quam, ut genuinas Iustiniani Novellas eodem, quo Athanasianas epitomas, modo ordineque dispositas collocatasque ab initio fuisse credamus? Quam ego coniecturam cum aliis argumentis, tum vel maxime codicum manuscriptorum testimoniis infra confirmabimus. Ac de forma quidem Athanasiani libri satis dictum esse arbitror.

Sequitur, ut de eiusdem corporis integritate videamus, quae quidem res a Codicis Parisiensis numero 1381. signati integritate suspensa videtur esse tota. Atque non integrum Athanasii corpus in eo libro haberi, ipsa titulorum series, quae ibi habetur, satis ostendit. Sic enim fol. 4. A. tituli 7. constitutiones enumerantur:

δ'. περὶ τῶν ἐκκλήτων τῶν ὑποτεταγμένων ἐπαρχιῶν τῷ ἐπάρχῳ τῶν νήσων.
ε'. περὶ τῶν ἐκκλήτων Σικελίας.
ς'. περὶ ἐφέσεων.
ζ'. περὶ ἐκκλήτων.
η'. ἡ διάταξις ἔχει κεφάλαια ς'., τὸ α'. ἐν τῇ ἐξετάσει τῶν ἐκκλήτων καὶ τῶν ἀναψηλαφήσεων καὶ τῶν ἐκ τῶν δικαστηρίων ἀναφορῶν, ὥστε κατ' ἐκείνους τοὺς νόμους τέμνεσθαι τὰς ὑποθέσεις κατὰ τοὺς κρατοῦντας ἐν τῷ καιρῷ τῆς ψήφου τῆς μηνύσεως, οὐ μὴν τοὺς ὕστερον τεθέντας κ. τ. ἑ.

Eundem titulorum ordinem confirmant tit. 6. paratitla §. 3., ubi quaedam ex tit. 7. const. 8., eodem et tituli et constitutionis numero adiecto, laudantur, et tit. 10. const. 2., ubi, quae

ex Novella 115. adferuntur, sic laudantur: *ἀνάγνωθι τίτλον ζ. διάτ. ή. κεφ. δ., πότε ἡ θυγάτηρ δύναται καὶ χωρὶς γνώμης τοῦ πατρὸς γάμοις ὁμιλῆσαι.* Sic et tit. 3. parat. §. 8. In ipso autem Athanasiani operis contextu singularum tituli 7. constitutionum hic est ordo, haec series:

δ'. περὶ τῶν ἐκκλήτων τῶν ὑποτεταγμένων ἐπαρχιῶν τῷ ἐπάρχῳ τῶν νήσων.

ε'. περὶ ἐφέσεων.

ς'. περὶ ἐκκλήτων.

*ζ. ἡ διάταξις ἔχει κεφάλαια ***, πρῶτον, ἐν τῇ ἐξετάσει τῶν ἐκκλήτων καὶ ἀναψηλαφήσεων καὶ των ἐκ τῶν δικαστῶν ἀναφορῶν, ὥστεκατ' ἐκείνους τοὺς νόμους τέμνεσθαι τὰς ὑποθέσεις (καὶ) τοὺς κρατοῦντας ἐν τῷ καιρῷ τῆς ψήφου καὶ τῆς μηνύσεως, οὐ μὴν τοὺς ὕστερον τεθέντας καὶ τὰ ἑξῆς.* Vides ergo omissam esse constitutionis quintae *περὶ τῶν ἐκκλήτων Σικελίας* mentionem. Quam omissionem data opera accidisse, illud argumento est, quod eorum, qui sequuntur, titulorum numeri, nulla lacunae suspicione relicta, ad nostri Codicis formam immutati esse reperiantur. Huc accedit, quod tit. 5. parat. §. 13. ex tituli 7. constitutione 7. quaedam afferantur, quae in Novella 115. habentur. Atqui haec constitutio secundum titulorum indicem et reliqua, quae supra posuimus, testimonia tituli 7. est constitutio 8. Ut proinde appareat tituli 5. parat. §. 13. ad Codicis Parisiensis tenorem correctam esse et emendatam. Eiusmodi autem lacunae non tantum ex certarum constitutionum omissione originem habuerunt, verum etiam ex quarundum sententiarum in certis quarundam constitutionum partibus defectu provenerunt. Quae res etsi maiorem dubitationem habeat, quam illa, quam supra exposuimus, integras constitutiones omittendi ratio, tamen non desunt, opinor, argumenta ad eam, quam posuimus, rem demonstrandam satis idonea. Ac primum quidem scholium ad Basilicorum lib. 22. tit. 2. them. 1. ed. Fabroti tom. III. p. 94. laudat Athanasii locum [1]), qui tit. 14. const. 1. habetur, verum iis, quae in Codice Parisiensi inveniuntur [2]), longiorem, ampliorem, uberiorem. Quae res maiorem in modum illustratur ex illo *περὶ διαφόρων ἀναγνωσμάτων* libello, quem Athanasii libro subiecimus. Ibi ex aliis, ni fallor, Athanasiani operis codicibus manuscriptis excepta adferuntur, quae in Codice Parisiensi aut plane desunt, aut alio, quam, quo in reliquis, modo habentur. Quae ibi §. 18. habentur [3]), cum ad tit. 18. const. 2. pertineant, ea in Codice Parisiensi tit. 18. const. 2. plane desunt, quamquam in Novellae 78. capite 4., unde haec Athanasii epitome ducta est, non desiderantur. Ac ne me arbitrere Athanasio vindicare, quae alius cuius iureconsulti videri possint esse, dabo tibi hoc loco testem omni exceptione, ut opinor, maiorem, hoc est ipsum Athanasium, qui tale quid in tit. 18. const. 2. fuisse ipse testatur tit. 9. paratitl. §. 18. [4]). Porro, quae ibidem §. 6. a verbis *ὁ δανειστὴς μισθώσας* ad verba *αὐτὸν τιμωρηθῆναι* leguntur, in Codicis Parisiensis tit. 4. const. 2. et tit. 15. parat. §. 2. aliter concepta sunt. Atqui codex Bodleianus, numero 3399. signatus, cum libro *περὶ διαφόρων ἀναγνωσμάτων* ad verbum fere consentiens, Athanasii haec esse fol. 61. disertis verbis testatur. Atque adeo Constantinus Harmenopulus, qui ista in sui prochiri lib. 3. tit. 5. §. 105. transtulit, plane iisdem, quibus *περὶ διαφόρων ἀναγνωσμάτων* liber, verbis in ea re referenda usus est. Denique ibidem §. 6. quae a verbis *ἐγκλήματος ἀναρτηθέντος* usque ad verba *τὰ εἰρημένα τῇ διατάξει ποιείτω* habentur, ex Novellae 134. capite 4. petita sunt; quae vero a verbis *ἐὰν θεία* incipiunt, desinunt autem in haec verba *τῆς τῶν προστεταγμένων ἐκπληρώσεως*, ex eiusdem Novellae cap. 6. hausta sunt. Utrumque autem a tit. 4. const. 22. plane abest.

Venio ad singulas Novellas constitutiones, quibus Athanasius Scholasticus in hoc libro conficiendo usus est, enumerandas. In quo ita versabimur, ut secundum singulorum titulorum tenorem

---

1) Sic enim Basilicorum scholiastes l. l.: *Ἀθανασίου. Οἱ τοῦ Βυζαντίου συμβολαιογράφοι οὐ γραφέτωσαν ἐν χάρτῃ μὴ πρωτόκολλον ἔχοντι, ἐν ᾧ γέγραπται καὶ ἡ προσηγορία τοῦ κόμητος τῶν λαργιτιόνων ἤτοι τῶν θείων θησαυρῶν καὶ ὁ χρόνος τῆς ἑκάστου χρόνου ποιήσεως. ὁ δὲ γράφων ἐν ἑτέρῳ χάρτῃ, παραποιήσεως ὑπόκειται ποινῇ. τοῦτο δὲ ἐν ταῖς ἄλλαις πόλεσιν οὐ κρατεῖ διὰ τὸ μὴ πάντως εὐπορεῖν ἐν αὐταῖς τῶν τοιούτων χαρτῶν.* 2) Sic autem Athanasius l. l. habet *καὶ ὥστε τὰ συμβόλαια τὰ ἐν τῇ βασιλευούσῃ τῶν πόλεων καὶ μόνῃ γινόμενα ἐν χάρταις προσγράφεσθαι δυναμένοις διὰ τῶν πρωτοκόλλων τόν τε χρόνον καὶ τὴν προσηγορίαν τοῦ κατὰ καιρὸν κόμητος τῶν θείων θησαυρῶν δηλῶσαι.* Atque hanc quidem epitomes in brevius contractionem data opera accidisse illud *ὥστε* ostendit, quod dicendi genus in hoc sententiarum contextu ab Athanasio adhiberi non solet. 3) *Τιτλ. ιη'. διατ. β'. ὁ στρατιώτης λεγατεύσας τὶ τῷ ἰδίῳ δούλῳ ἐλευθερίαν αὐτῷ χαρίζεται.* 4) *Τιτλ. ιη'. διατ. β'. ὁ στρατιώτης ληγατεύσας τῷ ἰδίῳ οἰκέτῃ ἐλεύθερον αὐτὸν ἀποτελεῖ.*

et consequentiam suo quaeque in loco collocemus, corporis CLXVIII. Novellarum numeros ad haec adiiciamus, denique, quo die et consule unaquaeque ex iis Novellis emissa sit, commemoremus. In quo si quid corruptum sit, tacito emendabimus, sed, ut Victorianam, quae vocatur, post consulatum annos computandi rationem [1]), si quando inveniatur, addito signo [*Vict.*] demonstremus:

Tit. 1. const. 1. Nov. 6. Data est Calendis Aprilibus Belisario consule (535).
— const. 2. Nov. 123. Data est mense Maio indict. 9. imperii Iustiniani anno 20. post consulatum Basilii anno 5. (546).
— const. 3. Nov. 86. Data est ante 15. Calendas Maias imperii Iustiniani anno 13. Appione consule (539).
— const. 4. Nov. 83. Data est ante 15. Calendas Iunias imperii Iustiniani anno 13. Appione consule (539).
— const. 5. Nov. 42. Data est ante 8. Calendas Apriles post consulatum Belisarii (536).
— const. 6. Nov. 58. Data est ante 3. Nonas Novembres imperii Iustiniani anno 11. post consulatum Belisarii anno 2. (537).
— const. 7. Nov. 67. Data est Calendis Maiis imperii Iustiniani anno 12. Iohanne consule (538).
— const. 8. Nov. 11. Data est mense Maio Belisario consule (535).
— const. 9. Nov. 3. Data est ante 19. Calendas Apriles Belisario consule (535).
— const. 10. Nov. 16. Data est Calendis Augustis Belisario consule (535).
— const. 11. Nov. 56. Data est ante 3. Nonas Novembres imperii Iustiniani anno 11. post consulatum Belisarii anno 3. [Vict.] indict. 1. (537).
— const. 12. Nov. 57. Data est imperii Iustiniani anno 11. post consulatum Belisarii anno 3. [Vict.] (537).
— const. 13. Nov. 5. Data est ante 18. Calendas Apriles Belisario consule (535).
— const. 14. Nov. 133. Data est ante 4. Nonas Martias imperii Iustiniani anno 12. Appione consule (539).
— const. 15. Nov. 79. Data est mense Martio imperii Iustiniani anno 12. vel Idibus Maiis imperii Iustiniani anno 13. Appione consule (539).
— const. 16. Nov. 76. Data est Idibus Octobribus imperii Iustiniani anno 13. Appione consule (539), vel imperii Iustiniani anno 12. Iohanne consule (538).
— const. 17. Nov. 137. Data est ante 18. Calendas Apriles imperii Iustiniani anno 38. post consulatum Basilii anno 24. (565). sive Cal. April. imperii Iustiniani anno 39. post consulatum Basilii anno 24. (565).
Tit. 2. const. 1. Nov. 7. Data est ante 17. Calendas Maias Belisario consule indict. 13. (535).
— const. 2. Nov. 120. Data est Idibus Iuniis imperii Iustiniani anno 18. post consulatum Basilii anno 3. (544).
— const. 3. Nov. 131. Data est ante 14. Calendas Apriles imperii Iustiniani anno 18. post consulatum Basilii anno 4. (545).
— const. 4. Nov. 9. Data est mense Maio Belisario consule (535).
— const. 5. Nov. 111. Data est Calendis Iuniis imperii Iustiniani anno 15. Basilio consule (541).

---

1) Haec loquendi ratio in eo consistit, ut, qui annus vulgo *post consulatum Belisarii Basiliive* notatur, idem *post consulatum Belisarii Basiliive 2.* audiat. Ita et, qui *post consulatum Belisarii annus 2.* vulgo vocatur, idem ex Victoriana dicendi formula *post consulatum Belisarii annus 3.* appellatur. Vide *Pagii* dissertationem hypaticam seu de consulibus Caesareis (Lugduni 1682. 4.) p. 318. et seq., *Relandi* fastos consulares p. 707., *Bienerum* in libro: die Geschichte der Novellen p. 503. In multis et aliis Iustini Iunioris Novellis constitutionibus eam dicendi rationem reperiri *Pagius* l. l. observavit.

Tit. 2. const. 6. Nov. 37. Data est Calendis Augustis Belisario consule (535).
— const. 7. Nov. 40. Data est ante 15. Calendas Iunias post consulatum Belisarii (536).
— const. 8. Nov. 46. Data est ante 14. Calendas Septembres post consulatum Belisarii (536).
— const. 9. Nov. 55. Data est Calendis Novembribus imperii Iustiniani anno 11. post consulatum Belisarii anno 3. [Vict.] (537).
— const. 10. Nov. 65. Data est Calendis Aprilibus imperii Iustiniani anno 13. Appione consule (539).
— const. 11. Nov. 43. Data est Calendis Iuliis post consulatum Belisarii anno 2. [Vict.] (536). Vide Bieneri librum: die Geschichte der Novellen p. 514.
— const. 12. Nov. 59. Data est ante 3. Nonas Novembres imperii Iustiniani anno 11. post consulatum Belisarii anno 3. [Vict.] (537).
Tit. 3. const. 1. Nov. 109. Data est Nonis Maiis imperii Iustiniani anno 15. Basilio consule (541).
— const. 2. Nov. 129. Data est ante 17. Calendas Iulias imperii Iustiniani anno 25. post consulatum Basilii anno 10. (551).
— const. 3. Nov. 144. Iustini imperatoris est. Subscriptio deest. Bienerus l. l. p. 527. anno 569 vel 572. emissam esse docuit.
— const. 4. Nov. 132. Data est Nonis Aprilibus imperii Iustiniani anno 18. post consulatum Basilii anno 4. [Vict.] (544).
— const. 5. Nov. 146. Data est ante 6. Idus Febr. imperii Iustiniani anno 26. post consulatum Basilii anno 12. (553).
Tit. 4. const. 1. Nov. 8. Deest subscriptio. Bienerus l. l. p. 510. anno 535. datam esse docet.
— const. 2. Nov. 13. Data est Idibus Octobribus Belisario consule (535).
— const. 3. Nov. 17. Data est Calendis Maiis Belisario consule (535).
— const. 4. Nov. 24. Data est ante 15. Calendas Iulias Belisario consule.
— const. 5. Nov. 25. Data est ante 15. Calendas ...... Belisario consule (535).
— const. 6. Nov. 26. Data est ante 15. Calendas Ianuarias Belisario consule (535).
— const. 7. Nov. 27. Data est ante 15. Calendas Ianuarias Belisario consule (535).
— cosnt. 8. Nov. 28. Data es ante 17. Calendas August. Belisario consule (535).
— const. 9. Nov. 29. Data est ante 12. Calendas August. Belisario consule (535).
— const. 10. Nov. 30. Data est ante 15. Calendas Apriles post consulatum Belisarii (536).
— const. 11. Nov. 31. Data est ante 15. Calendas Apriles post consulatum Belisarii (536).
— const. 12. Deest in corpore Novellarum CLXVIII. Est autem apud Iulianum antecessorem const. 38. Data est ante 15. Calendas Iunias post consulatum Belisarii (536).
— const. 13. Nov. 69. Data est Calendis Iuliis imperii Iustiniani anno 12. Iohanne consule (538).
— const. 14. Nov. 80. Data est mense Martio imperii Iustiniani anno 12. Appione consule (539).
— const. 15. Nov. 82. Data est ante 6. Idus Apriles imperii Iustiniani anno 13. Appione consule (539).
— const. 16. Nov. 113. Data est ante 10. Calendas Decembres imperii Iustiniani anno 15. Basilio consule (541).

Tit. 4. const. 17. Nov. 125. Data est Calendis Octobribus imperii Iustiniani anno 16. post consulatum Basilii (542).
— const. 18. Nov. 95. Data est ante 5. Calendas Novembres imperii Iustiniani anno 13. Appione consule (539).
— const. 19. Nov. 102. Data est mense Iunio post consulatum Belisarii (536).
— const. 20. Nov. 103. Data est mense Iulio post consulatum Belisarii (536).
— const. 21. Nov. 104. Data est mense Decembri imperii Iustiniani anno 11. post consulatum Belisarii anno 2. (537).
— const. 22. Nov. 134. Deest subscriptio. Bienerus l. l. p. 525. anno p. Chr. n. 556. datam esse docet.
— const. 23. Nov. 145. Data est 4. Idus (?) Novembres imperii Iustiniani anno 25. post consulatum Basilii anno 10. (?) (551).
— const. 24. Nov. 15. Data est Idibus August. Belisario consule (535).
Tit. 5. const. 1. Nov. 96. Data est Calendis Novembribus imperii Iustiniani anno 13. Appione consule (539).
— const. 2. Nov. 112. Data est ante 4. Idus Septembres imperii Iustiniani anno 15. Basilio consule (541).
— const. 3. Nov. 124. Data est ante 18. Calendas Ianuarias imperii Iustiniani anno 19. post consulatum Basilii anno 4. (545).
— const. 4. Nov. 53. Data est Calendis Octobribus imperii Iustiniani anno 11. post consulatum Belisarii anno 2. (537).
— const. 5. Nov. 90. Data est Calendis Octobribus imperii Iustiniani anno 12. Iohanne consule (538).
Tit. 6. const. 1. Nov. 52. Data est Calendis Septembribus imperii Iustiniani anno 11. post consulatum Belisarii anno 2. (537).
— const. 2. Nov. 60. Deest subscriptio. Bienerus l. l. p. 516. anno 537. datam esse docet.
— const. 3. Nov. 88. Data est Calendis Septembribus imperii Iustiniani anno 13. Appione consule (539).
Tit. 7. const. 1. Nov. 20. Data est ante 15. Calendas Apriles post consulatum Belisarii (536).
— const. 2. Nov. 23. Data est ante 3. Nonas Ianuarias post consulatum Belisarii (536).
— const. 3. Nov. 49. Data est ante 10. Calendas Septembres post consulatum Belisarii (536).
— const. 4. Nov. 50. Data est mense Septembr. imperii Iustiniani anno 11. post consulatum Belisarii anno (537).
— const. 5. Nov. 75. Deest in Athanasiani operis contextu, quamquam in titulorum indice habetur. Bienerus l. l. p. 521. anno 536. aut insequenti datam esse coniicit.
— const. 6. (5). Nov. 93. Data est ante 5. Idus . . . imperii Iustiniani anno 13. (539).
— const. 7. (6). Nov. 126. Deest subscriptio. Bienerus l. l. p. 524. ex facta Petri praefecti praetorio mentione inter annum 543 et 546. datam esse docet. Athanasius autem Theodoto praefecto praetorio missam esse te statur. Quae res annum 541. insequentemve demonstrat. Vide Bienerum l. l. p. 532.
— const. 8. (7). Nov. 115. Data est Calendis Februariis imperii Iustiniani (anno 15. post consulatum Basilii) indict. 5. (542).
Tit. 8. const. 1. Nov. 38. Data est ante 5. Calendas Martias post consulatum Belisarii indict. 14 [1]). (536).

1) Athanasius habet ἰνδ. ια'. Vide horum prolegomenῶν cap. VI.

Tit. 8. const. 2. Nov. 45. Data est Calendis Septembribus post consulatum Belisarii anno 2. (537).
— const. 3. Nov. 70. Deest subscriptio. Bienerus l. l. p. 517. anno 538. datam esse docet.
— const. 4. Nov. 87. Data est ante 12. Calendas Iunias imperii Iustiniani anno 13. Appione consule (539).
— const. 5. Nov. 101. Data est Calendis Augustis imperii Iustiniani anno 13. Appione consule (539).
Tit. 9. const. 1. Nov. 1. Data est Calendis Ianuariis Belisario consule indict. 13. (535).
— const. 2. Nov. 18. Data est Calendis Martiis Belisario consule (535).
— const. 3. Nov. 39. Data est ante 15. Calendas Apriles Belisario consule (535).
— const. 4. Nov. 48. Data est Calendis Septembribus post consulatum Belisarii (536).
— const. 5. Nov. 66. Data est Calendis Maiis imperii Iustiniani anno 12. post consulatum Iohannis (538).
— const. 6. Nov. 84. Data est Calendis Iuniis imperii Iustiniani anno 12. Appione consule (539).
— const. 7. Nov. 92. Data est ante 6. Idus Octobres imperii Iustiniani anno 13. Appione consule (539).
— const. 8. Nov. 107. Data est Calendis Februar. imperii Iustiniani anno 14. Basilio consule indict. 4. (541).
— const. 9. Nov. 108. Data est eodem die (541).
— const. 10. Nov. 118. Data est ante 17. Calendas Augustas imperii Iustiniani anno 12. post consulatum Basilii anno 2. (543).
— const. 11. Nov. 159. Data est Calendis Februar. imperii Iustiniani anno 19. post consulatum Basilii anno 4. (545).
— const. 12. Nov. 127. Data est Calendis Iuliis imperii Iustiniani anno 22. post consulatum Basilii anno 7. (548).
Tit. 10. const. 1. Nov. 2. Data est ante 15. Calendas Apriles Belisario consule indict. 13. (535).
— const. 2. Nov. 22. Data est ante 15. Calendas Apriles post consulatum Belisarii (536).
— const. 3. Nov. 61. Data est Calendis Decembribus imperii Iustiniani anno 11. post consulatum Belisarii anno 2. (537).
— const. 4. Nov. 68. Deest subscriptio. Bienerus l. l. p. 517. anno 538. datam esse docet.
— const. 5. Nov. 91. Data est Calendis Octobribus imperii Iustiniani anno 13. Appione consule (539).
— const. 6. Nov. 97. Data est Calendis Decembribus imperii Iustiniani anno 13. Appione consule (539).
— const. 7. Nov. 98. Data est ante 17. Calendas Ianuarias imperii Iustiniani (anno 13) Appione consule (539).
— const. 8. Nov. 100. Data est ante 13. Calendas Ianuarias imperii Iustiniani anno 13. Appione consule (539).
— const. 9. Nov. 117. Data est ante 15. Calendas Ianuarias imperii Iustiniani anno 16. post consulatum Basilii indict. 6. (542).
— const. 10. Nov. 119. Data est ante 16. Calendas Februarias imperii Iustiniani anno 17. post consulatum Basilii anno 3. (544).
— const. 11. Nov. 140. Est imperatoris Iustini. Data est ante 18. . . . Octobres imperii Iustiniani anno 1. eodem consule (566).
Tit. 11. const. 1. Nov. 12. Data est ante 15. Calendas Iulias Belisario consule (535).

Tit. 11. const. 2. Nov. 19. Data est ante 15. Calendas Apriles post consulatum Belisarii (536).
— const. 3. Nov. 74. Data est pridie Nonas Iunias imperii Iustiniani anno 12. Iohanne consule indictione 1. (538).
— const. 4. Nov. 89. Data est Calendis Septembribus imperii Iustiniani anno 13. (Appione consule). (539).
— const. 5. Nov. 143. Data est Calendis Ianuariis imperii Iustiniani anno 36. post consulatum Basilii anno 22. (563).
— const. 6. Nov. 154. Deest subscriptio. Bienerus l. l. p. 529. anno 535. vel insequenti datam esse docet.
Tit. 12. const. 1. Nov. 14. Data est Calendis Decembribus Belisario consule (535).
— const. 2. Nov. 51. Data est Calendis Septembribus imperii Iustiniani anno 11. post consulatum Belisarii anno 2. (537).
— const. 3. Nov. 77. Deest subscriptio. Bienerus l. l. p. 518. anno 538. aut insequenti datam esse docet.
Tit. 13. const. 1. Nov. 72. Data est Calendis . . . Iohanne consule (538).
— const. 2. Nov. 94. Data est Idibus Octobribus imperii Iustiniani anno 13. Appione consule (539).
— const. 3. Nov. 155. Data est Calendis Febr. imperii Iustiniani (anno 13) Iustino consule (540). Vide Bienerum l. l. p. 536.
Tit. 14. const. 1. Nov. 44. Data est ante 18. Calendas Septembres post consulatum Belisarii (536).
— const. 2. Nov. 47. Data est pridie Calendas Septembres imperii Iustiniani (anno 11. post consulatum Belisarii anno 2.) indict. 1. (537).
— const. 3. Nov. 73. Data est pridie Nonas Iunias imperii Iustiniani anno 12. Appione consule ind. 1. (539).
Tit. 15. const. 1. Nov. 4. Data est Calendis Aprilibus Belisario consule (535).
— const. 2. Nov. 99. Data est ante 18. Calendas Ianuarias imperii Iustiniani anno 13. Appione consule (539).
— const. 3. Nov. 136. Data est Calendis Aprilibus Belisario consule (535).
Tit. 16. const. 1. Nov. 32. Data est ante 17. Calendas Iulias Belisario consule (535).
— const. 2. Nov. 34. Deest subscriptio. Bienerus l. l. p. 513. anno 536. datam esse docet.
— const. 3. Nov. 33. Data est ante 17. Calendas Iulias Belisario consule (535).
— const. 4. Nov. 135. Data est ante 6. Calendas Martias imperii Iustiniani . . . post consulatum . . . . Quo anno haec Novella data sit, incertum est; sed tum propter anni imperatoris Iustiniani mentionem, tum propter hanc dicendi formam „post consulatum“ anno 536. posteriorem esse verisimile est.
Tit. 17. const. 1. Nov. 106. Deest subscriptionis pars vel maxime insignis. Anno 540. data videtur. Vide Bienerum l. l. p. 521.
— const. 2. Nov. 110. Deest subscriptio. Data est anno 541. Vide Bienerum l. l. p. 522.
— const. 3. Nov. 121. Data est ante 17. Calendas Maias Belisario consule (535).
Tit. 18. const. 1. Nov. 54. Data est Calendis Septembribus imperii Iustiniani anno 11. post consulatum Belisarii anno 2. (537).
— const. 2. Nov. 78. Data est Calendis Februariis imperii Iustiniani anno 12. Appione consule (539).
— const. 3. Nov. 81. Data est ante 15. Calendas Apriles imperii Iustiniani anno 12. Appione consule (539).
— const. 4. Nov. 162. Data est Idibus Iuniis imperii Iustiniani anno 13. Appione consule (539).

Tit. **18.** *const.* **5.** *Nov.* **156.** *Deest subscriptio. Bienerus l. l. p.* **529.** *hanc legem Novella* **162.** *posteriorem iudicat.*

— *const.* **6.** *Nov.* **157.** *Data est Calendis Maiis imperii Iustiniani anno . . . . post consulatum . . . Bienerus l. l. p.* **529.** *ea, quam superiore loco retulimus, posteriorem iudicat. Certe, quam habet Scrimgerus subscriptionem, tum propter factam anni, quo Iustinianus imperavit, mentionem, tum propter hanc dicendi formam „post consulatum“ stare nullo modo potest.*

— *const.* **7.** *Nov.* **153.** *Data est Idibus Decembribus imperii Iustiniani anno* **15.** *Basilio consule* (**541**).

— *const.* **8.** *Nov.* **142.** *Data est Calendis Decembribus imperii Iustiniani anno* (**29**) *post consulatum Basilii anno* **14.** (**555**).

Tit. **19.** *const.* **1.** *Edictum Iustiniani* **3.** *Deest subscriptio. Bienerus l. l. p.* **529.** *anno* **535.** *datam esse docet.*

— *const.* **2.** *Nov.* **36.** *Deest subscriptio. Bienerus l. l. p.* **513.** *anno* **535.** *datam esse coniicit.*

Tit. **20.** *const.* **1.** *Nov.* **128.** *Data est ante* **8.** *Idus Iunias imperii Iustiniani anno* **19.** *post consulatum Basilii anno* **4.** (**545**).

— *const.* **2.** *Nov.* **130.** *Data est Calendis Martiis imperii Iustiniani anno* **18.** *post consulatum Basilii anno* **4.** (**545**).

— *const.* **3.** *Nov.* **116.** *Data est Idibus Aprilibus imperii Iustiniani anno* **16.** *post consulatum Basilii* (**542**).

— *const.* **4.** *Nov.* **85.** *Data est ante* **6.** *Calendas Iulias imperii Iustiniani anno* **13.** *Appione consule indictione* **1.** (**539**).

— *const.* **5.** *Incipit* ὁ αὐτὸς βασιλεύς. *Desinit* τὸ στρατιωτικὸν ἡμῖν ἡ πολιτεία διὰ τοῦτο τρέφει. *Deest in omnibus, quas habemus, Novellarum editionibus. Deest subscriptio.*

— *const.* **6.** *Nov.* **148.** *Est Iustini. Deest subscriptio. Bienerus l. l. p.* **528.** *anno* **566.** *insequentive datam esse dicit.*

Tit. **21.** *const.* **1.** *Nov.* **64.** *Data est ante* **14.** *Calendas Februarias imperii Iustiniani anno* **11.** *Iohanne consule* (**538**).

— *const.* **2.** *Nov.* **63.** *Data est ante* **17.** *Calendas Martias imperii Iustiniani anno* **11.** *Iohanne consule* (**538**).

— *const.* **3.** *Nov.* **122.** *Data est ante* **10.** *Calendas Apriles imperii Iustiniani anno* **17.** *post consulatum Basilii anno* **3.** (**544**).

Tit. **22.** *const.* **1.** *Nov.* **105.** *Data est (ante* **5.**) *Calendas Ianuarias imperii Iustiniani anno* **11.** *post consulatum Belisarii anno* **2.** (**537**).

— *const.* **2.** *Nov.* **10.** *Deest subscriptio. Bienerus l. l. p.* **510.** *anno* **535.** *datam esse docet.*

— *const.* **3.** *Nov.* **62.** *Data est (ante . .) Calendas Ianuarias imperii Iustiniani anno . . post consulatum Belisarii (anno* **2**). **537.** *Etsi enim numerus* τὸ β´. *deest in nostro Novellarum corpore, tamen, quod imperatoris anni numerantur, anno* **537.** *datam esse verisimile est. Vide Bienerum l. l. p.* **504.**

— *const.* **4.** *Nov.* **35.** *Data est ante* **10.** *Calendas Iulias Belisario consule* (**535**).

— *const.* **5.** *Nov.* **71.** *Data est ante* (sic) *Nonas Iulias imperii Iustiniani anno* **12.** *post consulatum Iohannis* (**538**).

— *const.* **6.** *Nov.* **114.** *Data est Calendis Novembribus imperii Iustiniani anno* **15.** *Belisario consule* (**541**).

In haec intuenti cuique apparebit Novellarum in singulis quibusque titulis collocatarum seriem ordinemque chronologicum non esse, nisi in his, quos statim enumerabimus: tit. **6.**, tit. **8.**, tit. **9.**, tit. **10.**, tit. **12.**, tit. **13.**, tit. **14.**, tit. **21.** Idem fortasse de tit. **18.** statuas. De titulis

autem 11., 15., 17. res altioris indaginis esse videtur. Ibi quae ultimo loco positae sunt Novellae constitutiones, ab ordine chronologico plane recedunt; eae autem, quae superiore loco relatae sunt, ad chronologicas rationes aptae sunt et accommodatae ad unam omnes. Ut proinde non improbabili ratione ductus coniicias, ultimas supra dictorum titulorum constitutiones ad reliquam eorum titulorum partem quasi cuiusdam appendicis loco adpositas fuisse. Id, cur ita factum sit, explicare non possum, neque cuiusquam hominis prudentis erit et considerati in tanta antiquitatis obscuritate levem coniecturae speciem captare.

Sequitur, ut de ipsa titulorum consequentia videamus. Ea, ut ex Iustinianarum Institutionum, Digestorum, Codicis cum nostro Athanasii corpore collatione videre licet, ad nullius ex his libris ordinem seriemque nec formata est nec expressa. Itaque ab ipso Athanasio proprio, ut dicitur, Marte, videtur esse et excogitata et composita. Quam rem et Codicis Parisiensis numero 1381. signati titulus videtur designare. Sic enim fol. 1. A., si, quae temporum iniuria perierunt, recte restitui: *[τίτλοι] τῶν νεαρῶν διατάξεων ἐπινοηθέντες ὑπὸ Ἀθανασίου σχολαστικοῦ Ἐμισηνοῦ.* Huc accedit, quod ex reliquis Iustinianarum Novellarum constitutionum interpretibus nemo quisquam, quod eius per tot tantasque antiquitatis tenebras dispicere liceat, ad Athanasiani libri similitudinem Iustiniani Novellas ordinaverit et composuerit. Neque vero Basilicorum architecti in iisdem constitutionibus digerendis eundem, quem Athanasius, ordinem observarunt, quos in hac re definienda magis est, ut *Theodori Hermopolitani* auctoritatem secutos esse arbitremur.

Restat, ut de hac, quam Athanasius digessit, Novellarum collectione videamus, sitne eius scriptoris propria peculiarisque, an eiusdem cum reliquis, quas adhuc habemus, earum constitutionum collectionibus et originis et naturae. In quo illud quidem, quod vir praestantissimus *Bienerus* [1]) Iustiniano vivo videnteque librum Novellarum constitutionum authenticum certoque ordine digestum fuisse nullum docuit, quasi cuiusdam fundamenti loco ponendum est. Ac primum quidem, ut ab *Iuliani antecessoris* libro incipiamus, sunt in nostra Novellarum collectione aliquot constitutiones, quae apud Iulianum plane desiderantur, velut tit. 20. const. 5., quasque supra enumeravimus imperatoris Iustini Novellas. — De eo, quod *Authenticum* dici solet, Novellarum corpore idem iudicium esto. Nam et tit. 20. constitutio 5., et tit. 4. const. 12. ibi plane non habentur. Accedit et inscriptionum per utrumque legum corpus dissimilitudo. Novella enim 109., quae apud Athanasium tit. 3. const. 1. *Βάσσῳ τοποτηρητῇ τῶν ἐπάρχων* missa dicitur, in Authentico *Iohannem praefectum praetorio* praefert. Porro Novella 80., quae Athan. tit. 4. const. 14. *Κωνσταντινουπολίταις* habet, in Authentico *Iohannem praefectum praetorio* praefert. Deinde, quae Athan. tit. 5. const. 2. relata est Novella 112., *Iohannem praefectum praetorio* habet, cum Authenticum *Theodotum praefectum praetorio* designet. Atque etiam Novella 126., quae Athanas. tit. 7. const. 6. habetur, *Theodotum praefectum praetorio* significat; in Authentico autem ad *Petrum praefectum praetorio* missa esse perhibetur. Denique Athan. tit. 9. const. 12., quae est Iustiniani Novella 127., *Theodotum praefectum praetorio* praefert; in Authentico ad *Bassum praefectum praetorio* missa esse dicitur. — Venio ad *CLXVIII Novellarum constitutionum corpus.* De quo idem, quod in Authentico statuimus, dicendum videtur esse. Nam et corpus CLXVIII Novellarum imperatore Tiberio paullove postea confectum est et compilatum, et tanta sunt eius libri ad Athanasii corpus dissimilitudo, ut nihil supra. Ac Tiberii quidem constitutiones, quae in hoc legum libro habentur, ab Athanasiano opere absunt ad unam omnes. Idem de *Eparchicis* iudicium esto. Deinde, quae apud Athanasium tit. 4. const. 12. et tit. 20. const. 5. relatae sunt Iustiniani Novellae constitutiones, in libro CLXVIII Novellarum plane non habentur. Huc accedit inscriptionum, quae vocantur, in utroque libro dissimilitudo. Quam rem ut illustremus, quasi quandam tabulam proponemus. Athanasii tit. 3. const. 1. ad *Bassum τοποτηρητὴν τῶν ἐπάρχων* directa est, corporis CLXVIII Novellarum Novella 109. ad *Iohannem praefectum praetorio.* — Athanasii tit. 4. const. 14. ad *Constantinopolitanos cives* per edicti modum directa est, Novella 80. ad *Iohannem praefectum praetorio.* — Athanasii tit. 5. const. 2. ad *Iohannem praefectum praetorio* missa est, Novella 112. ad *Theodotum praefectum praetorio.* — Athanasii tit. 7. const. 6. ad *Theodotum praefectum praetorio*

1) In libro: Die Geschichte der Novellen p. 50. seq.

scripta est, Novella 126. ad *Petrum praefectum praetorio.* — Athanasii tit. 9. const. 11. ad *Musonium praefectum urbi* missa dicitur, Novella 159. ad *Petrum praefectum praetorio.* — Denique Athanasii tit. 9. const. 12. ad *Theodotum praefectum praetorio* missa est, Novella 127. ad *Bassum praefectum praetorio.* Ex his quae protulimus argumentis illud, ni fallor, facile apparet, eam, qua Athanasius in suo libro conficiendo usus sit, Novellarum constitutionum collectionem ex CLXVIII corpore non potuisse ullo modo derivari. Quamquam exstant in Codice Parisiensi 1381. certa quaedam eius usus vestigia, quae cum ab ipso Athanasio propter eas, quas commemoravimus, caussas proficisci non potuerint, coniectura ducimur, ut ab aliquo eius libri studioso ad marginem Codicis Parisiensis adiecta esse credamus. Sic enim se res habet, ut plerisque Novellarum constitutionum, quae apud Athanasium referantur, numerus, quem ea, qua de agitur, constitutio in corpore CLXVIII. obtineat, additus sit. Ex his numeris hi fere ad ordinem eius, quem ultimo loco posuimus, libri conveniunt [1]: tit. 4. const. 13. ξϑ'., const. 14. π'., const. 15. πβ'., const. 16. ριγ'., const. 17. ρκε'., const. 19. ρβ'., const. 20. ργ'., const. 21. οε'., const. 22. ρλδ'., const. 24. ιε'., tit. 5. const. 1. ϟϛ'., const. 3. ρκδ'., const. 5. ϟ'., tit. 7. const. 2. κγ'., const. 4. ν'., const. 6. ρκϛ'., const. 7. ριε'., tit. 8. const. 2. με'., const. 4. πζ'., tit. 9. const. 2. ιη'., const. 3. λϑ'., const. 4. μη'., const. 5. ξϛ'., const. 6. πδ'., const. 7. ϟβ'., const. 8. ρζ'., const. 9. ρη'., const. 10. ριη'., const. 11. ρνϑ'., tit. 10. const. 1. β'., const. 2. κβ'., const. 3. ξα'., const. 5. ϟα'., const. 6. ϟζ'., const. 7. ϟη'., const. 8. ρ'., const. 10. ριϑ'., tit. 11. const. 2. ιϑ'., const. 3. οδ'., const. 4. πϑ'., tit. 12. const. 2. να'., const. 3. οζ'., tit. 13. const. 2. ϟδ'., tit. 14. const. 2. μζ'., const. 3. ογ'., tit. 15. const. 2. ϟϑ'., tit. 16. const. 1. λβ'., tit. 17. const. 1. [illegible]'., const. 2. ρι'., const. 3. ρκα'., tit. 18. const. 1. νδ'., const. 3. πα'., tit. 20. const. 1. ρκη'., const. 3. ριϛ'., tit. 21. const. 3. ρκβ'., tit. 22. const. 1. ρε'., const. 4. λε'. Ex hac tot numerorum, qui apud Athanasium expressi habentur, cum CLXVIII Novellarum constitutionum corpore convenientia illud quidem manifestum est, saepe eum librum ad Athanasium interpretandum adhibitum esse a Graecis posteriorum temporum iureconsultis. Nec mirum. Tanta enim fuit eius corporis auctoritas, ut reliquae Novellarum collectiones prae hoc quodammodo sorderent neglectaeque iacerent. Non tamen dissimulandum arbitror de aliquot numerorum cum eodem libro non convenientia. Sunt autem fere hi: tit. 1. const. 6. δ'., tit. 4. const. 18. ϟϑ'., const. 23. ρδ'., tit. 5. const. 4. ιγ'., tit. 6. const. 2. ζ'., tit. 7. const. 1. κα'., const. 3. μβ'., const. 5. ϟι'., tit. 8. const. 3. οι'., tit. 10. const. 4. ξβ'., const. 9. ριϑ'., const. 11. ρν'., tit. 11. const. 5. ρλζ'., const. 6. ρβε'., tit. 13. const. 3. ρλη'., tit. 15. const. 3. ρλβ'., tit. 16. const. 2. λγ'., const. 3. λδ'., const. 4. ρλϑ'., tit. 18. const. 2. οβ'., const. 5. ρμ'., const. 6. ρβα'., const. 7. ρμβ'., const. 8. ρμγ'., tit. 20. ρα., const. 4. πα'., const. 5. ρμδ'., tit. 22. const. 5. εα'., const. 6. ρια'. Harum rerum catalogum intuenti cuique et illud apparet, bonam eorum numerorum partem supina librariorum calligraphorum incuria et negligentia mirum in modum corruptam esse depravatamque. Numquis enim haec feret: ϟι'., οι'., ρβε'., ρβα'., ρα., εα'? Alius autem corruptelae fons est singularum litterarum ad alias litteras similitudo, quae librario fraudi fuerit. Sic tit. 6. const. 2. ζ'. pro ξ'. scriptum; item tit. 5. const. 4. ιγ'. ex litteris νγ'. exortum videtur; item tit. 20. const. 2. ρα'. pro ρλ'. positum est; denique, quae intercedit inter litteram η. et β. per decimi saeculi codices manuscriptos scripturae similitudo, ea in caussa fuit, quare tit. 10. const. 4. ξβ'. pro ξη'. et tit. 18. const. 2. οβ'. pro οη'. positum videatur esse. Atque haec quidem habui, quae de nostri libri natura, indole, externa forma dicerem.

---

1) V. Ill. *Eduardus Zachariaeus* in libro: *αἱ ῥοπαὶ* p. 77. peculiarem eamque a CLXVIII Novellarum corpore longe diversam collectionem his numeris designari putavit.

CAPUT III.

Cogitanti mihi saepenumero, quam rationem sequi deceat, si quis, Athanasiani operis quae fuerint apud Graecos fata, qualis historia, docere velit, non displicuit eorum opinio, qui cum iuris civilis et canonici apud Graecos diversam esse rationem intellexerint, separatum utriusque iuris tractatum esse arbitrentur. Posteaquam enim imperator Iustinianus canonibus apostolorum decretisque quattuor conciliorum oecumenicorum legum vim esse iussit, iurisprudentia Graecorum in duas discessit partes, alteram iuris civilis, alteram iuris canonici [1]). Unde factum, ut qui ad haec studia sese contulissent, alteram utram partem scriptis illustrarent suis.

De iure Graecorum civili si quaeritur, illud quidem satis apparebit, magnum fuisse Athanasiani operis apud Graecos usum et in Novellis Iustiniani illustrandis interpretandisque et in multis et aliis iuris civilis libris componendis conficiendisque, et denique in exceptis ex hoc opere capitulis vario modo et ordinandis et digerendis. De Novellarum interpretatione constat ex multis Basilicorum locis, in quibus cum genuina Novellarum verba collocata sint, Theodori Hermopolitani et Athanasii earumdem Novellarum interpretationes quasi quorumdam scholiorum loco adiectae cernuntur [2]). De libris iuris civilis autem, in quos ex Athanasiano opere quaedam translata sunt et transfusa, infra longe lateque disseretur. Itaque hoc loco nihil attinet commemorari ea, quae paullo post plenius et copiosius dicentur. De exceptis vero ex Athanasiano opere capitulis, quae peculiari ratione et ordinata sint et digesta, disseretur, ubi de codicibus manuscriptis, quibus in edendo hoc libro usi simus, sermo erit [3]). Eiusmodi capitula inveniuntur in Codicibus Graecis „1720." et „1384." bibliothecae Regiae Parisiensis; et in Codice *E.* 55. bibliothecae, quae est Romae ad aedem sanctae Mariae in Vallicella; denique in codicibus iuris Graeci II. et XV. bibliothecae, quae Caesaris est, Vindobonensis. Iam si ad aetatem horum codicum animum advertamus, cum certum sit et indubitatum eum librum, qui Romae ad aedem S. Mariae in Vallicella est, decimo tertio p. Chr. n. saeculo esse scriptum, constet autem etiam eum codicem, qui in bibliotheca Caesaris Vindobonensi inter codices iuris civilis Graecos numero II. relatus est, saeculo p. Chr. n. decimo quarto assignandum esse: satis apparet nostrum Athanasii librum iisdem temporibus et lectum esse et a Iureconsultis Graecis usurpatum. Nisi forte existimas tantae molis librum descriptum esse, cum non legeretur. Quae res eo maioris futura est momenti, quo certius aliunde constare videatur, etiam ad finem saeculi p. Chr. natum undecimi, remotis iuris Iustiniani libris, pro tribunalibus imperii Orientalis nihil quicquam auditum esse, nisi Basilicorum nomen [4]). Itaque praeclare falluntur, si qui existiment Basilicorum auctoritate effectum esse, ut iuris Iustiniani studium iis temporibus per imperium Orientale plane exoleverit. Quae opinio, si non alia de caussa, at certe ex eo quod Codicem Novellarum Iustinianarum Venetum saeculo p. Chr. n. decimo tertio, Florentinum decimo quarto exaratos esse noverimus, falsa esse deprehenditur. Ut mittam Theophili iureconsulti, qui paraphrasin institutionum Iustinianarum confecit, codices manuscriptos, quorum bona pars saeculo p. Chr. n. decimo tertio scripta est.

Venio ad conficiendum catalogum librorum, qui ad ius civile Graecorum pertinent, in quibus conficiendis aliquis Athanasiani operis usus fuerit. In quo chronologicam rationem, quod eius fieri possit, tenebimus, et, ne longi esse existimemur, ea tantum, quae certis et indubitatis argumentis probantur, commemorabimus. Qua in re illud quidem admonendus es, L. B., hic nos in devias et incultas regiones divertere, ubi, quoquo ingrediamur, ipsi faciamus iter oporteat.

---

1) Vide Bienerum in libro: Die Geschichte der Novellen p. 157 — 163. 2) Basilic. lib. 21. tit. 1. cap. 45. ed. Fabroti tom. II. p. 528. cum scholio *i.* p. 585. et *m.* p. 586. — Bas. lib. 22. tit. 2. cap. 1. tom. III. p. 91. cum scholio *e.* p. 94. 3) Vide horum prolegomenῶν caput V. 4) Vide librum observationum iuris Graeco-Romani meum p. 21 — 27.

A. *Τὸ πλάτος τῶν νεαρῶν et corpus CLXVIII Novellarum.*

Hanc Novellarum Iustinianarum collectionem, quae Novellis CLXVIII constat, imperatore Tiberio Constantinopoli confectam esse post doctam Bieneri de hac re disputationem [1]) nemo facile dubitabit. Graeci, eiectis Iustini, Tiberii Novellis atque etiam, ut videtur, eparchicis, *το πλάτος τῶν νεαρῶν* nuncuparunt. Sic enim *Psellus* in *epistola de Novellis Iustiniani* [2]): *οὐδὲ ἡ ρμ΄. νεαρά, ἥτις ἐπιγέγραπται κατὰ συναίνεσιν λύειν τὸν γάμον, αὕτη δὲ οὐδὲ εἰς τὸ πλάτος ἐγράφη τῶν νεαρῶν, ὡς οὖσα Ἰουστίνου τοῦ μετὰ τὸν Ἰουστινιανὸν βασιλεύσαντος.* Idem paullo post: *οὐδὲ ἡ ρξα΄. κατεστρώθη ἐν τοῖς βασιλικοῖς, ἔστι δὲ γ΄. διάταξις τῶν νεαρῶν τοῦ Τιβερίου, οὐ κατεστρώθη δὲ* (supplendum *ἐν τῷ πλάτει.*) Itaque non absurde *Tannebergius* l. l. p. 17. not. g.: „Est igitur, inquit, *πλάτος* integer Novellarum contextus, sicut in codice manuscripto Veneto reperitur, nobis „servatus, id est *eiectis Iustini, Tiberii Novellis et eparchicis.*“ Accedit, quod, ubicunque *τοῦ πλάτους* mentio fit, integer Novellarum Iustinianarum contextus esse perhibeatur [3]). Ex duobus codicibus manuscriptis Graecis, quibus collectio CLXVIII Novellarum posteritati tradita est, alter, hoc est, *codex Venetus* ad *τοῦ πλάτους* rationem conformatus est solus, alter, hoc est, *codex Florentinus* non item. Habet autem uterque codex [4]) Novellam Iustinianam 23. non ex authentico exemplari deductam, verum ex Athanasiani libri tit. 7. const. 2. haustam. Nec tota quidem in his codicibus posita est, sed haec tantum Athanasiani contextus pars, quae et in Basilicorum lib. 9. tit. 2. them. 2. ed. Heimbachi tom. I. p. 447. reperitur. Id ita factum esse non est quod mireris. Uterque enim codex ad Basilicorum rationem exactus est et quodammodo conformatus. De *Florentino* Bienerus in historia Novell. p. 136. seq. dixit. De *Veneto*, etsi nemo adhuc quisquam probavit, tamen certis argumentis demonstratur. Primum enim saepenumero in notis ad marginem codicis adscriptis Basilica adlegantur. Deinde in unaquaque Novella referenda statim ab initio idque prima manu adnotatum est, in Basilicis collocata sit necne. Deinde loci ex Basilicis interpolati reperiuntur, velut Nov. 131. cap. 1. ed. Spangenb. p. 537., ubi haec leguntur: *τῶν γὰρ προειρημένων ἁγίων συνόδων καὶ τὰ δόγματα.* Atqui *codex Venetus* haec habet: *τῶν γὰρ προειρημένων ἁγίων ἑπτὰ συνόδων καὶ τὰ δόγματα.* De qua interpolatione vide *Beveregium* in prolegomenis ad Synodicon §. 11. tom. I. p. VIII. et *Bienerum* in historia Novellarum p. 160. Atque etiam in Nov. 123. cap. 13. ed. Spangenb., ubi Iustinianum scripsisse *οὔτε δὲ ἀναγνώστην ἐλάττονα τῶν ὀκτὼ ἐνιαυτῶν* invictis argumentis docuerunt et *Petitus* observat. lib. III. cap. 6. et *Hombergkius* et *Spangenbergius* in nota ad h. l. adiecta, idem Codex haec habet: *οὔτὲ* (sic) *δὲ ἀναγνώστην ἐλάττονα τῶν ὀκτωκαίδεκα ἐνιαυτῶν.* Atqui haec est interpolatio ex

---

1) In libro: Die Geschichte der Novellen p. 89. sq. 2) Pselli libellus de Novellis Iustiniani Graece scriptus ex litteris *Ed. Tannebergi* ed. *Berger*, Lipsiae 1836. 8. p. 17. 3) Schol. ad Athanasii tit. 1. const. 7. *περὶ τῶν κτιζόντων εὐκτήριον οἶκον καὶ πο^τ* (leg. *πότε*) *τοῦτο ποιεῖν οὐ συγχωροῦνται; ἐς^τ* (leg. *ἔστι*) *δὲ ἡ π^α/* (leg. *παροῦσα*) *διατ. ζδ΄.* (leg. *ξζ΄.*) *τοῦ πλατ* (leg. *πλάτους*). Scholium *r.* ad Basilic. libr. 28. tit. 4. them. 47. ed. Fabroti tom. IV. p. 280. c.: *σημείωσαι, ὅτι τὸ πλάτος τῆς νεαρᾶς ἔχει μέχρις ἰλλουστρίων. οἱ μετήνεγκαν* (leg. *μετενέγκαντες*) *ἀντὶ ἰλλουστρίων ἔθηκαν Σπαθαρίων.* Quo loco Nov. 117. cap. 6. significatur, ubi haec leguntur: *μέχρις ἰλλουστρίων.* Ibidem Schol. *p.* ad them. 45. p. 280. *ταῦτα μὲν τοῦ Θεοδώρου εἰσίν. τὸ πλάτος δὲ τῆς νεαρᾶς οὕτως ἔχει. Δεπορτατίων, εἰς ἣν μετεχώρησε καὶ ἡ παλαιὰ πυρός τε καὶ ὕδατος ἀπαγόρευσις* (male Fabr. *ἀπαγόμενος*) *οὐ διαλύει τὰ συνοικέσια.* Designatur Nov. 22. cap. 13., quo loco haec verba leguntur. Scholium *d.* ad Basilic. lib. 41. tit. 4. them. 1. ed. Fabr. tom. V. p. 485. *τὸ πλάτος κατὰ τὴν δ΄. ἔχει καὶ παρακρατεῖ τοῦτο σχόλιον παλαιόν.* Designatur Nov. 1. cap. 1. §. 1., ubi haec leguntur: *κατὰ τὴν τετάρτην*, cum in Basilicis *κατὰ τὴν τρίτην* habeatur. Schol. *f.* l. l. p. 485. *πρόσκειται εἰς τὸ πλάτος. τὰς τοῦ Πηγασιανοῦ περιόδους μισήσαντές τε καὶ ἐκβαλόντες.* Quae sunt verba ex genuino Nov. 1. cap. 1. §. 1. contextu deducta. Theodorus Balsamon ad Photii Nomocan. tit. 8. cap. 2. in bibliothecae iuris canonici ed. Iustelli tom. II. p. 937. *καὶ σημείωσαι, ὅτι τὸ μὲν πλάτος τῶν νεαρῶν μόνου ἐπισκόπου ἐμνήσθη, τὰ δὲ βασιλικὰ οὔτε ἐπίσκοπον, οὔτε κληρικὸν παραχωροῦσι εἰς Κωνσταντινούπολιν ἐπιδημεῖν ἄνευ γνώμης τοῦ πατριάρχου.* Significatur Nov. 86. cap. 8., quod in nostris Novellarum editionibus ex Basilicis interpolatum est auctore Balsamone l. l. Atqui falli Theodorum Balsamonem testis est satis locuples ipse Athanasius tit. 1. const. 3. Qui error derivatus est ex Photii Nomocanonis l. l. p. 935., qui cum in referendis tit. 1. const. 3. verbis solius *episcopi* fecerit mentionem, libera, ut solet, oratione usus, Balsamoni persuasit, ut ista verba *οὔτε μοναχὸν οὔτε κληρικὸν* in genuino Novellae 86. contextu deesse existimaret. Idem Balsamon ad Photii tit. 1. cap. 28. p. 847. *πλὴν γίνωσκε, ὅτι ἡ μὲν νεαρὰ τοῦ Ἰουστινιανοῦ εἰς πλάτος εὑρισκομένη λέγει γίνεσθαι ἀναγνώστην τὸν ὄντα χρόνων η΄. καὶ ἐπίσκοπον τὸν ὄντα χρόνων λε΄.* Significatur Nov. 123. cap. 13., ubi vide interpretes. 4) Vide Novellas ed. Scrimger p. 104., et ed. Haloandri p. 51.

Basilicorum oratione desumta. Sic enim Balsamo ad Photiani Nomocanonis tit. 1. cap. 28. in bibliotheca iuris canonici tom. II. p. 647. *ἐν δὲ τῇ ἀνακαθάρσει — ὁ δὲ χρόνος τοῦ ἀναγνώστου ἐπλεόνασεν. ἀντὶ γὰρ η'. χρόνων, ιη'. χρόνων εἶναι φησὶ τὸν ἀναγνώστην. ὀφείλεις οὖν προσέχειν πλέον τοῖς γεγραμμένοις ἐν τοῖς βασιλικοῖς παρὰ τοῖς περιεχομένοις ἐν τοῖς βιβλίοις τοῖς ἐνεργοῦσι πρὸ τῆς ἀνακαθάρσεως καὶ σχολάσασιν.*

B. *Imperatorum Leonis ac Constantini ἐκλογὴ τῶν νόμων.*

Insigni usus est in hoc libro edendo temeritate *Iohannes Leunclavius,* qui ex duobus iuris civilis compendiis unum conflaverit, idque pro genuina Leonis et Constantini ecloga venditaverit [1]). Quae res adeo viros doctos in errorem impulit, ut vel V. Ill. *Carolus Witte* fraudem sibi fieri passus sit [2]). Annus est, ex quo de schedis V. Ill. *Bieneri* [3]) *Eduardus Zachariaeus* fraudem detexerit, nostrumque librum et ab iniuria temporum et ab editoris temeritate vindicaverit [4]). Constat autem titulis 18, quos idem *Zachariaeus* l. l. enumeravit. Sunt iidem, quos Leunclavius habet in iuris Graeco-Romani tom. II. p. 100 — 130. numeris XI — XXVIII. signatos. Initium praefationis est *ὁ δεσπότης καὶ ποιητής* [5]). Inter viros doctos non satis constat, quando, aut, a quo confectum sit hoc iuris civilis compendium. *Bienerus* [6]) Leoni Isauro eiusque filio Constantino tribuit, et anno p. Chr. natum 739. confectum esse coniecit. Bonum factum, quod in codicibus manuscriptis eius Eclogae adnotatum, quo anno confecta sit. Sic autem codices manuscripti apud Wittium [7]): *ἐκτεθεῖσα μηνὶ Μαρτίῳ ἰνδικτ. θ'. ἀπὸ κτίσεως κόσμου ἔτει ϛσμζ.* Alii codices *ϛσμη'.* habent vel *ϛσμζ.* vel *ϛσμη'.* Praestantissimus eclogae codex, qui Romae est ad aedem S. Mariae in Vallicella, hodie littera F. numero 47. signatus, saeculi p. Chr. natum decimi, fol. 301. haec habet: *ἐκλογὴ τῶν νόμων ἐν συντόμῳ γενομένη παρὰ Λέοντος καὶ Κωνσταντίνου τῶν σοφωτάτων καὶ φιλευσεβῶν βασιλέων ἀπὸ τῶν ἰνστητούτων* (sic), *τῶν διγέστων* (cod. *διγεστῶν*), *τοῦ κώδικος: τῶν νεαρῶν τοῦ μεγάλου Ἰουστινιανοῦ διατάξεων καὶ ἐπὶ διώρθωσι* (leg. *ἐπιδιόρθωσις*) *εἰς τὸ φιλανθρωπότερον ἐκδοθεῖσα ἐν μ Μαρτίῳ ἰνδ/ θ'. ἀπὸ δὲ κτίσεως κόσμου ϛσμη'.* Quem numerum si ad Dionysianam annos post Chr. natum numerandi rationem accommodare [8]) velimus, demto annorum 5508 numero, annus 740. exibit. Cumque Graeci et annum et indictionem a mense Septembri anni currentis auspicari soleant [9]), consequens est ut nostrum legum compendium anno post Christum natum 741. mense Martio, indictione 9. publici iuris factum esse dicamus, hoc est, quattuor mensibus ante, quam Leo Isaurus diem obierit supremum [10]). — Eam Eclogam constat designari in Basiliani prochiri praefatione [11]) his verbis: *ἐπειδὴ δὲ καὶ τοῖς πρὸ ἡμῶν τινὶ τοιοῦτον γέγονε, φαίη τις ἂν ἴσως, ὅτου δὴ χάριν οὐκ ἐν ἐκείνῃ τῇ συντομίᾳ σχολὴν ἄγοντες μὴ πρὸς δευτέραν ἐκλογὴν ἐληλυθέναι ἡμᾶς ἐξῆν; εἰδέναι χρή, ὡς οὐκ ἐκλογὴ μᾶλλον, ἢ ἀνατροπὴ ὁ καλούμενος ἐγχειρίδιος καθίστατο τῶν καλῶς νομοθετηθέντων κατὰ βούλησιν τοῦ συλλεξαμένου.* Improbata est autem non tantum de Basilii sententia, verum etiam eorum, qui ante eum imperium tenuere, si non tota, at certe partim. Sic enim l. l.: *διὰ τοῦτο ἀποτροπαῖος μὲν καὶ τοῖς πρὸ ἡμῶν γέγονεν ὁ πρώην ἐγχειρίδιος, οὐχ ὅλος μέντοιγε ὁλικῶς, ἀλλ' ὅσον ὤφειλεν.*

In ecloga conficienda aliquem fuisse Athanasiani operis usum negari non potest. En tibi horum locorum catalogum:

Tit. 12. (ed. Leuncl. 22.) cap. 15. in iuris Graeco-Romani tom. II. p. 119. Incip. *ὁ τὴν ἰδίαν συγγραφήν.* Desin. *ὅρκῳ τοῦ ἀντιδίκου.* Haec ex Athan. tit. 9. const. 2. deducta sunt.

Eiusdem tituli cap. 17. §. 2. Incip. *τῷ ἀρνουμένῳ.* Desin. *ἀπαιτεῖται.* Ea sunt Athanasii tit. 9. const. 2., sed cum aliqua adiectione in eclogam recepta.

---

1) In iure Graeco-Romano tom. II. p. 79 — 134. 2) In tractatu: Ueber einige byzantinische Rechtscompendien des 9. und 10. Jahrhunderts §. 7. in Museo Rhenano veteri Jahrgang III. Heft 1. p. 41 — 45. 3) Vide Bieneri librum: Beyträge zur Revision des Iustinianischen Codex. p. 225. 4) In fragmentis versionis graecae legum Rotharis Longobardorum regis (Heidelbergae 1833. 8.) §. 3. p. 9 — 12. 5) Witte l. l. §. 3. p. 28. et Biener l. l. p. 224. 6) l. l. p. 224. 7) l. l. §. 1. Jahrgang 2. p. 279. 8) Vide Montefalconium in palaeographiae Graecae lib. 1. cap. 5. p. 38. et Idelerum in libro: Handbuch der mathematischen und technischen Chronologie (Berlin 1826. 8.) tom. II. p. 460. seq. 9) Vide Pagium in critica ad Baronium tom. III. (ed. Antwerpiae 1705.) p. 245. et Idelerum l. l. p. 360. et p. 460. 10) Vide Pagium l. l. p. 244. 11) Ed. Reitzi in praefatione ad Harmenopulum scripta tom. VIII. thesauri Meermanniani p. VIII.

Tit. XIV. (Leuncl. XXIV.) cap. 4. l. l. p. 121. Incip. *τὰ ἀκίνητα τῶν ἱερῶν*. Desin. *ἐτησίαν παρέχειν πρόσοδον*. Haec in Athanasii tit. 2. const. 1. habentur.

Eiusdem tituli cap. 6. et 7. l. l. p. 122. Incip. *ὁ τολμήσας*. Desin. *ἐκπεσεῖται*. Haec sunt Athanasii tit. 2. const. 1.

III. *Prochirum Basilii, Constantini, Leonis.*

Hoc iuris compendium constat XL. titulis, quos V. Ill. *Carolus Witte* [1]) enumeravit. Praefationis initium est *τὸν μέγαν καὶ φύσει ἀληθῆ*. Edita est a Reitzio in praefatione editi a se Harmenopuli tom. VIII. thesauri Meermanniani p. VI — IX. Praefert imperatorum *Basilii, Constantini, Leonis* nomina. Itaque dicendum est, neque post annum Chr. n. 779. neque ante annum 770. esse confectam. Nam et *Constantinus* anno 779. obiit [2]), et *Leo* anno 770. diademate ornatus est [3]). Hoc prochirum typis exscriptum non est, nisi quod fere totum in Harmenopuli *πρόχειρον* translatum est atque transfusum. Utriusque prochiri collationem V. Ill. *Witte* facere instituit in Musei Rhenani veteris tom. III. p. 59 — 66. Is vir praestantissimus usus est ad hanc rem perficiendam codice manuscripto V. Ill. *Bieneri*, qui purum putum prochiri contextum, necdum ex posterioribus iuris fontibus interpolatum, referre videatur eidem *Willio* [4]) et *Bienero* [5]). Ego, qui tali auxilio carere debebam, ad interpolatum prochiri codicem, confugiendum putavi, eum dico, qui in bibliotheca *Senatus Lipsiensis* inter repositorii primi codices numero 66. relatus est. Series titulorum, quae fol. 208. A. eius codicis reperitur, aliquantulum ab ea abhorret, quam *Wittius* ex libro Bieneriano proposuit [6]). Est autem haec:

τίτλος α'. [7]) *περὶ συναινέσεως μνηστείας* [8]).
Incip. fol. 6. A. *μνηστεία ἐστὶ μνήμη.*
Desin. fol. 8. B. *ἄδειαν τοῦ λοιποῦ διαστρέψαι.*

τίτλος β'. περὶ ἀρραβώνων μνηστείας.
Incip. fol. 8. B. *ἐὰν ἀρραβὼν ἐν οἱῳδήποτε.*
Desin. fol. 13. *οὐ τρακταΐζεται ἀπαίτησις.*

τίτλος γ'. περὶ δωρεῶν μνηστείας.
Incip. fol. 13. A. *ἐὰν ἀνὴρ μὴ ὑποδεξάμενος.*
Desin. fol. 14. B. *καταλιμπάνειν τινὶ τὸ πρᾶγμα.*

τίτλος δ'. περὶ ὅρου καὶ διαθέσεως γάμου.
Incip. fol. 14. B. *γάμος ἐστὶν ἀνδρὸς καὶ γυναικός.*
Desin. fol. 19. A. *δύναται λαβεῖν.*

τίτλος ε'. περὶ ἀθεμίτου γάμου.
Incip. fol. 19. A. *σημείωσαι τοῦ ἀθεμίτου γάμου.*
Desin. fol. 19. B. *ἀλλὰ καὶ οἱ πρὸ τούτου τεχθέντες.*

τίτλος ς'. περὶ ἀκριβείας γάμου.
Incip. fol. 20. A. *τοῖς κληρικοῖς ἐπιτέτραπται.*
Desin. fol. 20. B. *καὶ ὀλίγην λαμβάνειν προγαμιαίαν δωρέαν.*

τίτλος ζ'. περὶ προγαμιαίας δωρεᾶς καὶ συγκαταβάσεως — (desunt aliquot litterae) *τάγματος ἀπὸ τῆς ὀγδόης διατάξεως.*
Incip. fol. 20. B. *ὁ ἀνὴρ τοὺς καρπούς.*
Desin. fol. 30. B. *καὶ τὴν ἐξ ἡμῶν ἀγανάκτησιν ὑποστήσεται.*

---

1) L. l. §. 8. Iahrgang III. p. 45. 2) Vide Ducangii familias Byzantinas p. 140. 3) Vide Ducangium l. l. p. 141. 4) L. l. §. 8. p. 45. 5) In libro: *Beiträge zur Revision* p. 225. 6) L. l. §. 8. p. 45—46. 7) Folia 1—5. secunda manus occupavit. Habetur fol. 1. B. operis titulus *ἐκλογαὶ νόμων ἐν συντόμῳ γενόμεναι παρὰ Λέοντος καὶ Κωνσταντίνου τῶν σοφῶν βασιλέων ἀπὸ τῶν ἰνστιτούτων, τῶν διγέστων, τοῦ κώδικος, τῶν νεαρῶν διατάξεων τοῦ μεγάλου Ἰουστινιανοῦ Ῥούφου καὶ πιναλίου καὶ ῥοδίονος ἐπιδιορθώσεως τῶν φίλων*. Praefatio incipit l. l. *τὸν μέγαν καὶ φύσει ἀληθῆ*. Desin. fol. 8. A. *καὶ ἡ καθ' ἡμᾶς φῦσις τὴν ἀρχὴν εἴληφεν*. Sequitur eadem manu possessoris subscriptio. Incipit *σύμφωνα κατανοήσας*. Desin. *καὶ φῶς ταῖς τρίβοις μου*. Illud apparet, eum quem supra posui, titulum male huc translatum esse ex codice, qui eclogam Leonis et Constantini, a Leunclavio editam, Rufi leges militares, librum de iure criminali (*ποινάλιον*), leges Rhodias complecteretur. Vide fratrem de Basilicis p. 140—143. Caeterum nota a folio 6. A. primam calligraphi scribae manum incipere. 8) Hi tituli in titulorum indice, qui fol. 208. A. habetur, commemorantur in totius operis contextu maximam partem non commemorantur. In margine superiore tamen aliquando prima manu numeri titulorum notati sunt. Ut proinde facile dictu non sit, a quo quisque loco titulus incipiat.

τίτλος η'. περὶ κεκωλυμένων γάμων καὶ περὶ συγγενείας καὶ βαθμῶν.
Incip. fol. 30. A. συνίσταται γάμος χριστιανῶν.
Desin. fol. 47. B. καὶ ἀπαιτεῖται ἡ δαπάνη τῶν ἐπιτερπῶν τοιουτοτρόπως.
τίτλος θ'. περὶ δικαίου προικός.
Incip. fol. 47. B. πᾶσα προὶξ ἢ διατετιμημένη.
Desin. fol. 48. B. τὰ ἐκ τῶν προικιμαίων χρημάτων ἀγορασθέντα προικιμαῖα εἰσίν.
τίτλος ι'. περὶ ἐκδικήσεως προικὸς καὶ τῶν βαρῶν αὐτῆς.
Incip. fol. 48. B. συνεστῶτος τοῦ γάμου ἐὰν ἡ προίξ.
Desin. fol. 51. B. ἀναλώσει αὐτά, τὸ πᾶν ἀπαιτεῖται.
τίτλος ια'. περὶ δωρεῶν μεταξὺ ἀνδρὸς καὶ γυναικός.
Incip. fol. 51. B. μεταξὺ ἀνδρὸς καὶ γυναικός.
Desin. fol. 52. B. οἱ χρεωφείλεται μεριζέσθωσαν.
τίτλος ιβ'. περὶ λύσεως γάμου καὶ τῶν αἰτιῶν αὐτοῦ.
Incip. fol. 52. B. ἐπειδὴ πολλὰς ἐν τοῖς παλαιοῖς.
Desin. fol. 57. B. ὡσαύτως καὶ ἡ γυνὴ τοῦ ἀνδρός.
τίτλος ιγ'. περὶ τῶν ἐν ζωῇ δωρεῶν.
Incip. fol. 57. B. τῶν δωρεῶν αἱ μέν.
Desin. fol. 58. B. ἐν τῷ ὕφει καὶ ἐν τῇ ὑπογραφῇ αὐτ.
τίτλος ιδ'. περὶ ἀνατροπῆς δωρεῶν.
Incip. fol. 58. B. αἱ μετὰ θάνατον.
Desin. fol. 59. A. ἀνατρεπέσθωσαν αἱ γινόμεναι δωρεαί.
τίτλος ιε'. περὶ πράσεως καὶ ἀγορασίας.
Incip. fol. 59. A. πρᾶσις καὶ ἀγορασία συνίσταται.
Desin. fol. 61. B. τοῦτο ἀναδίδοσθαι.
τίτλος ις'. περὶ ἐμφυτεύσεως.
Incip. fol. 61. B. τὰς ἐμφυτεύσεις παρὰ τῆς ἁγιωτάτης.
Desin. fol. 63. A. καὶ διηνεκεῖς ἐμφυτεύσεις ποιεῖν.
τίτλος ιζ'. περὶ χρέους, περὶ δανείου, τόκου καὶ ἐνεχύρων καὶ περὶ ἐγγυητοῦ καὶ περὶ συμβολαίων.
Incip. fol. 63. A. χρέος ἐστὶ λῆψις καὶ ἀναδοχή.
Desin. fol. 68. A. συνομολογήσασα τῷ ἀνδρὶ αὐτῆς.
τίτλος ιη'. περὶ μισθώσεως καὶ ἐκμισθώσεως.
Incip. fol. 68. A. ἐὰν συμφωνηθῇ τοὺς μισθωσαμένους.
Desin. fol. 69. B. περὶ τούτου ὀνομαστὶ διετάξαντο.
τίτλος ιθ'. περὶ παρακαταθήκης καὶ πραγμάτων, ὧν ἡ δεσποτεία φιλονεικεῖται.
Incip. fol. 69. B. παρακαταθήκη ἐστί.
Desin. fol. 71. A. ὡς ἀκουσίως αὐτὰ ἀπολέσαντα.
τίτλος κ'. περὶ συστάσεως κοινωνίας.
Incip. fol. 71. A. συνίσταται κοινωνία ἤ.
Desin. fol. 72. B. κατὰ τὴν τοῦ κέρδους μοῖραν.
τίτλος κα'. περὶ λύσεως κοινωνίας, περὶ πάκτου ἤτοι συμφώνων καὶ διαλύσεως καὶ περὶ τῶν ἐν τῇ προστασίᾳ διδομένων.
Incip. fol. 72. B. λύεται κοινωνία φθειρομένων.
Desin. fol. 74. A. βεβαίαν εἶναι τὴν τοιαύτην διάλυσιν.
τίτλος κβ'. περὶ διαθήκης αὐτεξουσίων.
Incip. fol. 74. A. διαθήκη ἐστὶ δικαία βούλησις.
Desin. fol. 76. A. ὁ ἀρξάμενος κινεῖν καὶ ἀποστὰς οὐδὲν ἀπόλλυσιν.
τίτλος κγ'. περὶ διαθήκης ὑπεξουσίων καὶ στρατιωτῶν διαθηκῶν, καὶ τίνες αὐτῶν μαρτυροῦσι καὶ περὶ κανστρεσίων καὶ περὶ διαθήκης ῥηγνυμένης ὑπὸ ἀμνημονεύτων παίδων.
Incip. fol 76. B. τὸ πεκούλιον ἐν τοῖς ὑπεξουσίοις ὁρᾶται.
Desin. fol. 78. A. τῆς ἁπάσης διακατοχῆς γινέσθω ἀλλότριος.

τίτλος κδ'. περὶ διαθήκης ἀπελευθέρων καὶ περὶ προνομίων πρῶν καὶ περὶ διακατοχῶν καὶ περὶ καθηκούσης διαθήκης καὶ παρὰ τίνι ὀφείλει ἡ διαθήκη παραδίδοσθαι καὶ περὶ μέμψεως αὐτῆς.
Incip. fol. 78. A. ἡ συγγένεια ὄνομά ἐστι.
Desin. fol. 80. B. κληρονόμον, οὐ ῥήγνυται ἡ διαθήκη.

τίτλος κε'. περὶ ἀνατροπῆς διαθήκης καὶ περὶ μέμψεως αὐτῆς.
Incip. fol. 80. B. ταῖς διαθήκαις τρία πάθη παρενοχλεῖ.
Desin. fol. 81. B. καὶ τὸ λοιπὸν δίδοται τῷ μοναστηρίῳ.

τίτλος κς'. περὶ νόθων εὐγενῶν καὶ περὶ ὑπεξουσιότητος καὶ λύσεως αὐτῶν, περὶ αὐτεξουσιότητος καὶ περὶ υἱοθεσιῶν καὶ περὶ εὐνούχων.
Incip. fol. 81. B. τῶν τικτομένων οἱ μέν.
Desin. fol. 84. A. ἐπὶ τοῖς οἰκείοις ἀναγκάζεται πράττειν παισίν.

τίτλος κζ'. περὶ μαρτύρων εὐπροσδέκτων καὶ κωλυομένων καὶ περὶ τῶν ἀρνουμένων τοὺς ἰδίους συγγενεῖς, ἔτι γε μὴν περὶ ὅρκου, περὶ ἀναψηλαφήσεως ὅρκου καὶ περὶ ἐπιόρκου.
Incip. fol. 84. A. περὶ μαρτύρων ἐντεῦθεν. Desin. fol. 103. B. ὅπερ ἐστὶ καινόν.

τίτλος κη'.[1]) περὶ τῆς ἀνωτάτω τριάδος καὶ περὶ χειροτονίας ἐπισκόπων καὶ περὶ κληρικῶν καὶ μοναχῶν.
Incip. fol. 104. A. πάντας οὕτως πιστεύειν ἡ διάταξις.
Desin. fol. 109. A. τῇ ἐκκλησίᾳ ἢ τῷ μοναστηρίῳ προσκυρούσθω.

τίτλος κθ'. περὶ κωδικέλλου.
Incip. fol. 109. B. κωδίκελλος ἐστιν ἐλλιποῦς.
Desin. fol. 110. A. προσληφθῆναι εἰς τὴν ἀκρόασιν.

τίτλος λ'. περὶ κληρονόμων καὶ περὶ συστάσεως κληρονομίας καὶ ὑποκαταστάσεως καὶ περὶ συνεισφορᾶς προικὸς καὶ διασκέψεως αὐτῶν.
Incip. fol. 110. B. κληρονομία ἐστὶν ἡ εἰς ὁλόκληρον.
Desin. fol. 116. A. τότε τελευτήσει, καλῶς αὐτὸν κληρονομεῖ.

τίτλος λα'. περὶ ἀποκαταστάσεως ἔλαττον τῶν κε'. ἐνιαυτῶν, καὶ περὶ πληθυντικῆς ὑποκαταστάσεως καὶ περὶ πεκουλίων αὐτῶν καὶ περὶ τῆς ἀφηλίκων ἀποκαταστάσεως.
Incip. fol. 116. A. ἡ ἁρμόζουσα τινὶ ἀποκατάστασις.
Desin. fol. 118. A. καὶ ἀναίσχυντόν τι ποιεῖν ἐπιχειρῶν ταῦτα ἀνατρέψαι.

τίτλος λβ'. περὶ φαλκιδίου καὶ ἀμέτρων δωρεῶν.
Incip. fol. 118. B. φαλκίδιος ἐστιν ἄχρι.
Desin. fol. 120. B. καὶ τὰ λοιπὰ πρὸς τὸν φαλκίδιον κατέβαλε τοῖς ληγαταρίοις.

τίτλος λγ'. περὶ ἀποκλήρων.
Incip. fol. 121. A. εἴτις τοῖς ἰδίοις γονεῦσι.
Desin. fol. 125. A. τοὺς λοιποὺς ἀδελφοὺς καὶ ἀδελφόπαιδας καὶ τὴν μητέρα ἔρχεσθαι.

τίτλος λδ'. περὶ ἐλευθεριῶν καὶ ἀναδουλώσεων.' Incip. fol. 125. A. ἡ τῶν πραγμάτων ἄκρα διαίρεσις. Desin. fol. 129. A. καὶ περὶ τῶν κεχρεωστημένων αὐτῷ ἐνάγειν.

τίτλος λε'. περὶ ληγάτων προσκαίρων καὶ διηνεκῶν.
Incip. fol. 129. A. λεγάτον ἐστὶ δωρεά.
Desin. fol. 130. B. ἀναγκάζεται δοῦναι εἰς τὴν ἀγορὰν αὐτοῦ.

τίτλος λς'. περὶ ἐπιτρόπων καὶ κουρατώρων.
Incip. fol. 131. A. ἐπιτροπεύονται κατὰ τον πολιτικόν.
Desin. fol. 133. A. εἰς τὸ μὴ ἀπαιτηθὲν χρέος.

τίτλος λζ'. περὶ τοῦ μὴ ἐνυβρίζεσθαι τὰ λείψανα τῶν τεθνεώτων παρὰ τῶν δανειστῶν καὶ περὶ τοῦ, πότε δεῖ ἐνάγειν τοὺς δανειστὰς κατὰ τῶν κληρονόμων τῶν τελευτησάντων.
Incip. fol. 133. A. μεμνήμεθα δὲ πρὸς τούτοις.
Desin. fol. 133. B. τῆς τε δίκης ἐκπιπτέτω καὶ ἕτερον τοσοῦτον προσαπολλύτω.

1) Inde ab hoc titulo usque ad finem prochiri titulorum inscriptiones in contextu operis collocatae reperiuntur, sed minio distinctae.

τίτλος λη'. περὶ καινοτομιῶν καὶ νομῆς, ἐν ᾧ καὶ περὶ ἀνακοινώσεως καὶ περὶ παραγγελίας.
Incip. fol. 134. A. καινὸν ἔργον ποιεῖ.
Desin. fol. 142. B. ἡ δεκαετία βοηθεῖ μοι.

τίτλος λθ'. περὶ ποινῶν, ἐν ᾧ καὶ νεαραὶ περὶ φόνου. περὶ πορνοβοσκῶν. περὶ τοῦ μὴ εἶναι ἰδιωτ ἣν φυλακήν. περὶ εὐνουχιζόντων. περὶ ἀρνήσεως. περὶ δωροδοκηθέντος δικαστοῦ. περὶ τῶν προσφευγόντων τῇ ἁγίᾳ τοῦ θεοῦ ἐκκλησίᾳ καὶ περὶ δαιμονιζομένων.
Incip. fol. 143. A. ὁ ἐρεθίζων τοὺς πολεμίους.
Desin. fol. 159. B. περὶ μανέντων ὁμοζύγων τὰ αὐτὰ διαλεγομένην.

τίτλος μ'. περὶ σκύλων ἐν ᾧ καὶ περὶ ἐκκλήτου, ἱερωμένων μοναχῶν κοσμικῶν, [καὶ περὶ τῶν πεπονθότων ἀπόφανσιν καὶ ἀποκαθισταμένων, καὶ περὶ αἱρετῶν δικαστῶν][1]), ἔτι τὲ περὶ δικαιοσύνης νόμου καὶ μακρᾶς συνηθείας[2]) καὶ περὶ ἀγνοίας νόμου καὶ φάκτου, καὶ τίνες βοηθοῦνται ἐξ αὐτῶν. περὶ τῶν ἀπράκτων ἡμερῶν. περὶ δικαιοσύνης νόμων καὶ περὶ ῥημάτων σημασίας καὶ περὶ διαφόρων κανόνων. περὶ συνηγόρων καὶ περὶ ἐντολῆς.[3])

Hic titulus in varias particulas distributus est. Sunt autem hae:

a) περὶ σκύλων.
Incip. fol. 160. A. οἱ κατὰ πολεμίων.
Desin. fol. eodem. καταλειπόμενος λήψεται.

b) περὶ ἐκκλήτου, ἱερωμένων μοναχῶν κοσμικῶν, περί τε τῶν πεπονθότων ἀπόφανσιν καὶ ἀποκαθισταμένων καὶ περὶ αἱρετῶν δικαστῶν.
Incip. fol. 160. A. τὴν ἀδικίαν τοῦ ἄρχοντος.
Desin. fol. 161. B. προσέχωμέν τε καὶ προστιθώμεθα.

c) περὶ δικαιοσύνης νόμου καὶ μακρᾶς συνηθείας καὶ περὶ ἀγνοίας νόμου ἢ φάκτου καὶ τίνες βοηθοῦνται ἐξ αὐτῶν.
Incip. fol. 161. B. ὁ νόμος ἀπὸ τῆς δικαιοσύνης.
Desin. fol. 163. A. εἰς τὸ διηνεκὲς ἰσχύοντα.

d) ἔτι περὶ τῶν πεπονθότων ἀπόφανσιν καὶ ἀποκαθισταμένων.
Incip. fol. 163. A. ἡ διάταξις κελεύει.
Desin. fol. eodem. παρὰ τοὺς νόμους ποιεῖ.

e) περὶ ἀγνοίας νόμου ἢ φάκτου καὶ τίνες βοηθοῦνται ἐξ αὐτῶν;
Incip. fol. 163. A. ἡ ἄγνοια νόμου.
Desin. fol. eodem. τὰς δίκας τεμνέτωσαν.

f) περὶ τῶν ἀπράκτων ἡμερῶν.
Incip. fol. 163. B. ἡ διάταξις τοῦ ιβ'. τίτλου.
Desin. fol. 165. A. τῆς ζώνης ἐκπιπτέτω καὶ δημευέσθω.

g) περὶ δικαιοσύνης νόμων καὶ περὶ ῥημάτων σημασίας καὶ περὶ διαφόρων κανόνων.
Incip. fol. 165. A. νόμος ἐπὶ τέχνῃ τοῦ καλοῦ.
Desin. fol. 166. A. οἱ παρὰ τῷ βασιλεῖ διαγινόμενοι.

h) περὶ συνηγόρων.
Incip. fol. 166. B. ὁ δι' ἀπληστίαν τῷ οἰκείῳ.
Desin. fol. eodem. παρὰ τῶν δικαζόντων ταῦτα ἀνακληρούσθωσαν.

i) Titulus deest. Supplendum, ni fallor, περὶ ἐντολῆς.
Incip. fol. 166. B. ἐντολή ἐστίν, ὅταν.
Desin. fol. 167. A. μὴ τὴν αποστέρησιν ὑπομένοντος.

Hac data dicendi occasione etiam reliquam nostri codicis partem describam, non quo ad Athanasianum opus ea pertinere arbitrer, sed, quia ab iis, qui bibliothecae Senatus Lipsiensis

---

1) Ea, quae uncis inclusi, fol. 160. A. leguntur, verum in indice titulorum desunt. 2) Post συνηθείας index addit καὶ περὶ αἱρετῶν δικαστῶν καὶ περὶ τῶν πεπονθότων ἀπόφανσιν καὶ ἀποκαθισταμένων, περὶ δικαιοσύνης νόμου καὶ μακρᾶς συνηθείας. 3) Verba περὶ συνηγόρων καὶ περὶ ἐντολῆς desunt in indice titulorum.

praesunt, id ut ita facerem, rogatus, amicorum praestantissimorum precibus deesse nolui. Neque enim committendum putavi, mihi uni ut commodus esse viderer. Sequitur fol. **167. A.** *νεαρὰ τοῦ βασιλέως κυροῦ Ῥωμανοῦ τοῦ πρεσβύτου περὶ προτιμήσεως.* Incipit *ὁ δὲ κυρὸς Ῥωμανος ὁ πρεσβύτης.* Desinit l. l. *ὅρκῳ καθυποβάλλειν τοὺς συναλλάττοντας.* — Deinde haec leguntur: *ἑτέρα νεαρὰ τοῦ βασιλέως κυροῦ Κωνσταντίνου περὶ τοῦ αὐτοῦ.* Incipit *παλαιὸς νόμος.* Desinit fol. **168. B.** *εἰ μὴ τοῖς προτιμωμένοις διαμαρτύρηται.* — Sequitur *πρόσταξις τοῦ ἀοιδίμου βασιλέως κυροῦ Ἀλεξίου χάριν τοῦ μὴ ἁρπάζεσθαι τὰ τοῖς τελευτῶσιν ἐπισκόποις ἀνήκοντα παρὰ τῶν πρακτόρων, τάδε κατὰ ῥῆμα διεξιοῦσα.* Incipit *πρᾶγμα καὶ εἰς θεοῦ τολμώμενον περιφρόνησιν.* Desinit fol. **169. A.** *καὶ τοῖς πορισαμένοις προσέσονται εἰς ἀσφάλειαν αἰωνίζουσαν.* — Ibidem hic titulus subiicitur *περὶ τῶν νομίμων ἐπιφωνημάτων.* Incipit *ἀνάγνωθι καὶ τὴν νεαράν.* Desinit f. eod. *μὴ μετὰ μαρτύρων ἀρκεῖσθαι δύο, ἀλλὰ καὶ δ'. καὶ ε'.* — Fol. **170. A.** haec leguntur: *εἰσὶν ἐν συνόψει αἱ ἀγωγαὶ καὶ αἱ ῥοπαί.* Incipit *τί ἐστιν ἀγωγή;* Desinit fol. **170. B.** *οὐκ ἀνήγγειλε τῷ ἀνδρὶ παραχρῆμα.* — Folii **170. B.** titulus est *περὶ χρόνων προθεσμίας ἀπὸ ῥοπῆς ἕως ἑκατὸν ἐνιαυτῶν.* Incip. *ἠλευθερώθη δούλη.* Desinit fol. **184. A.** *ἀλλὰ τὴν ποινὴν ἀπαιτείσθω.* Haec est secunda *ῥοπῶν* editio, ex Basilicis adaucta et interpolata, quam V. Clar. ***Ed. Zachariaeus*** ex hoc codice edidit[1]). — Folii **184. A.** hic titulus est: *νομοθεσία παλαιὰ τοῦ βασιλέως Ῥωμανοῦ τοῦ γέροντος συντεθεῖσα παρὰ Κοσμᾶ μαγίστρου τῷ καιρῷ τοῦ λιμοῦ τῆς α'. ἰν̄* (leg. *ἰνδικτιῶνος*). Deinde haec adiiciuntur eademque rubrica scripta:

νεὸν νόμον τίθησι Ῥωμανὸς ἄναξ,
ὃν καὶ πέπομφε λύτρον ἠδικημένοις.

Incipit *ἀνθρώποις ἐστὶ ζηλωτόν.* Desin. fol. **187. B.** *εἰς κοινὴν λυσιτέλειαν καὶ ὠφέλειαν.* Habetur apud ***Leunclavium*** in iure Graeco-Romano tom. II. p. **159.** — Eodem folio haec leguntur: *νεαρὰ τοῦ εὐλαβεστάτου βασιλέως Λέοντος περὶ τοῦ μονάζειν δεκαετῆ παῖδα.* Incipit *τοιγαροῦν σύν τε τῷ ἁγιωτάτῳ.* Desin. fol. **188. A.** medio *ἔνθα τὸ δίμοιρον προσεχώρησεν.* Reliquam huius paginae spatium vacuum secunda manus occupavit, quae officiorum ecclesiasticorum seriem proposuit. Incipit *ὁ μεγ̄ᵘ οἰκόνομος.* Desinit eodem folio *καὶ ὁ πριμικήριος τῶν πατριαρχικῶν νοταρίων.* — Initium folii **188. B.** vacuum est. Sequitur theologi cuiusdam fragmentum absque titulo. Incipit *τοὺς ἱερᾶς τε λαχόντας.* Desinit f. eod. *παρὰ τοῦ π̄ν̄ῑκ̄οῦ πατρὸς αὐτοῦ ὡς.* — Fol. **189. A.** hic titulus habetur prima manu scriptus: *τὰ παράτιτλα.* Est idem opus, quod ***Assemanus*** in bibliothecae iuris Orientalis lib. II. cap. **30.** pag. **586.** seq. ex codice Vaticano **856.** satis accurate descripsit. Primi capitis hoc initium est: *περὶ προτιμήσεως ἐπιτρόπων.* Incip. *ἐὰν γυνὴ μετὰ θάνατον.* Desin. *καὶ ἀνδρὶ αὐτὴν κατηγγύησεν.* — Secundi capitis eodem folio hic est titulus: *β'. περὶ ἐπιτρόπων, καὶ τίνες δύνανται ἐπιτροπεύειν, καὶ τίνες οὐ δύνανται; καὶ πότε, καὶ ἐν τίσιν εὐθύνονται, καὶ περὶ τοῦ ποιεῖν αὐτοὺς ἀπογραφήν; καὶ τίνες δύνανται παραιτεῖσθαι τὴν ἐπιτροπήν, καὶ πότε, καὶ τίνες οὐ δύνανται καὶ πότε εὐθύνονται εἰς τόκους, καὶ πότε οὐκ εὐθύνονται;* Incip. *καὶ ὁ πάτρων.* Desin. fol. eod. *διοικοῦσιν οἱ πάντες.* — Tertii capitis hic est titulus: *γ'. περὶ τῶν μὴ ποιούντων ἐπιτροπήν.* Incipit *ὁ ἔνοπλον.* Desinit *δύναται δοθῆναι.* — Quarti capitis hic est titulus: *δ'. περὶ παραιτήσεως ἐπιτρόπων.* Incipit *ὅτι ἡνίκα τίς.* Desinit fol. **189. B.** *ἐνάγεται ὡς ἀπὸ ῥαθυμίας.* Eorum capitum cum apud ***Assemanum*** l. l. quadraginta relata sint, in nostro codice triginta unum referuntur. Trigesimum primum caput hoc est fol. **201. B.** *λα'.* Incipit *οἱ δι' ἀνάρρουσιν.* Desinit *εἰ μὴ φαίνονται δι' ἐναγωγῆς ἀζημίου.* Quae quidem apud ***Assemanum*** l. l. p. **588.** ad caput **32.** referuntur, cuius rei caussam non difficile est aperire. Nam caput **24.** *περὶ δανείου πλατύτερον* fol. **195.** codicis numerum *κδ'.* praefert, eundemque numerum habet et cap. **25.**, cuius hic est titulus fol. **198. B.**: *περὶ χρέους δημοσίου προικιμαίου καὶ ἰδιωτικοῦ καὶ περὶ προτιμήσεως αὐτῶν.* Itaque factum est, ut eorum, quae sequuntur, capitum numeri ad ***Assemani*** ordinem non satis conveniant. — Sequuntur fol. **201. B.** scribarum calligraphorum subscriptiones precesque ad Christum directae, a secunda manu scriptae. Folium **202. A.** et sequentia prima manus occupavit. Titulus hic est: *ὁ πᾶς ἀριθμὸς τῶν θ̄ῡ* (leg. *θεοῦ*) *θυηπόλων:. τάξις τῶν μητροπόλεων καὶ τῶν ἀρχιεπισκόπων καὶ τῶν ὑπὸ τὰς μητροπόλεις ἐπισκόπων.* Incip. *α'. ἡ καισάρεια.* Desin. fol. **204. B.** *ὁ σβήδ^ων κγ'.* — Fol. **205. A.** incipit *λεξεων ῥωμαϊκῶν συναγωγὴ κατὰ στοιχεῖον. ἀρχὴ τοῦ α'.* Incipit *ἀναλλίων.* Desinit fol. **207. B.** *ἀπὸ κακῆς πίστεως.* — Sequitur eodem folio anonymi tractatus *de elementis* absque titulo. Incipit *ἐστὶ τοῦ γνῶ-*

---

1) In libro: *αἱ ῥοπαὶ* p. 113. — 246.

ναι. — Denique ad finem codicis fol. **208. A.** et **B.** collocata est singulorum operum quae hoc libro continentur, eorumque titulorum series, a prima manu descripta. Desinit fol. **208. B.** in sexto paratitlorum capitulo describendo. — Fol. **209. A.** vacuum habetur spatium. Deinde reliquum codicis usque ad finem spatium secunda manus occupavit. Ac folio **209. B.** quidem haec habentur: *ὅρος περὶ ἀφορισμοῦ, ὅπως καὶ τίνε τρόπῳ γνωρίζεται ὁ ἀφορισμένος* (sic) *μετὰ τὸν θάνατον.* Incipit *τοῦ ἐντολὴν ἢ κατάραν.* Desinit fol. **210. A.** *οὐ λέγει περὶ τοῦ ἱερέως.* — Fol. **210. A.** haec habentur: *ἕτερον περὶ ἀφωρισμένων, οὓς ἀφορίζουσι οἱ ἀρχιερεῖς καὶ μετὰ θάνατον εὑρίσκονται λελυμένα τὰ σώματα αὐτῶν.* Incipit *τινὲς μέν.* Desinit fol. **210. B.** *φῶς τὸ ἀνέσπερον.*

Redeo, unde digressus sum. Interpolationes, quae in contextum nostri prochiri migrarunt, varii sunt generis. Partim enim multa ex Basilicis aliisque iuris civilis compendiis[1]) in nostrum librum translata sunt, partim integrae posteriorum imperatorum Novellae in eo loco collocatae. Sunt autem hae:

Tit. **1.** fol. **7. A.** *κατασκεύασον δὲ ταῦτα καὶ ἀπὸ τῆς νεαρᾶς τοῦ ἀοιδίμου βασιλέως κῦ Ἀλεξίου τοῦ Κομνηνοῦ τῆς διοριζομένης ἀλύτους εἶναι τὰς μνηστείας, ἐννόμους οὔσας, καὶ ἀνάγνωθι ταύτην καταστρωθεῖσαν εἰς τὸν τέταρτον τίτλον*[2]).

Tit. **34.** fol. **126. A.** *νεαρὰ τοῦ ἀοιδίμου βασιλέως κυροῦ Ἀλεξίου τοῦ Κομνηνοῦ ἐξενεχθεῖσα χάριν τοῦ μὴ δέχεσθαι ἀντιπαραστάσεις μαρτύρων, ὅτε παράγονται μαρτυ περὶ τοῦ ἐλευθεροβιῶντος δούλου καὶ χάριν τοῦ μὴ γίνεσθαι ἐλευθέρους τοὺς ἱερολογουμένους δούλους.* Incip. *δύο ταῦτα ἐπὶ τὰς ἀκοάς.* [3])

Tit. **39.** fol. **154. B.** *νεαρὰ τοῦ βασιλέως κυροῦ Μανουήλ. περὶ δὲ φόνων ἑκουσίων ἐξεφωνήθη νεαρὰ κατὰ τὸν ἀπριλλ/ μῆνα τῆς ιδʹ. ἤ τοῦ κρατίστου ἁγίου αὐτοκράτορος κυροῦ Μανουὴλ τοῦ Κομνηνοῦ, καὶ ἔχε ταύτην ἐπὶ μνήμαις οὕτω μετὰ τὸ προοίμιον διαλαμβάνουσαν.* Incip. *παρακελεύεται οὖν ἅπασι.* [4])

Ad finem prochiri fol. **167. A.** alia posita est Novellarum collectio. Sunt autem hae:

Fol. **167. A.** *νεαρὰ τοῦ βασιλέως κυροῦ Ῥωμανοῦ τοῦ πρεσβυτέρου περὶ προτιμήσεως.* Incipit *ὁ κυρὸς Ῥωμανὸς ἐκεῖνος.* [5])

Fol. eod. *ἑτέρα νεαρὰ τοῦ βασιλέως κυροῦ Κωνσταντίνου περὶ τοῦ αὐτοῦ.* Incip. *παλαιὸς νόμος ἐστί.* [6])

Fol. **168. B.** *πρόσταξις τοῦ ἀοιδίμου βασιλέως κυροῦ Ἀλεξίου, χάριν τοῦ μὴ ἁρπάζεσθαι τὰ τοῖς τελευτῶσιν ἐπισκόποις ἀνήκοντα παρὰ τῶν πρακτόρων, τάδε κατὰ ῥῆμα διεξιοῦσα.* Incipit *πρᾶγμα καί.* [7])

Fol. **169. B.** *περὶ τῶν νομίμων ἐπιφωνημάτων. ἀνάγν. καὶ τὴν νεαρὰν τοῦ ἀοιδίμου βασιλέως κυροῦ Μανουὴλ τοῦ Κομνηνοῦ λέγουσαν οὕτως ἐν μέρει· ἅπας ἐναγόμενος καὶ μετακαλούμενος.* [8])

Quae cum ita sint, facile est ad coniiciendum, paullo post imperatoris *Manuelis Comneni* tempora hoc est vel ad finem saeculi p. Chr. n. duodecimi vel ineunte saeculo decimo tertio factam esse totam huius libri interpolationem[9]).

In hoc prochiro conficiendo aliquem fuisse Athanasiani libri usum apparet ex his locis:

Tit. **17.** fol. **63. B.** *ὁ τὴν ἰδίαν συγγραφὴν ἢ τὴν ἐπ' αὐτῷ γενομένην καταβολὴν ἀρνούμενος τὸ διπλάσιον μετὰ τοὺς ἐλεγμοὺς* (sic) *καταθήσει. ὁ δὲ παρ' αὐτὰ τοῦ ἀρνήσασθαι ἐξ ἐπιφορᾶς ὅρκου τὴν ἀλήθειαν φανερῶν ἐκφεύξεται τὴν καταδίκην τοῦ διπλασίονος. βραδέως δὲ ὁμολογῶν καταθήσει τὰς δαπάνας τῆς δίκης ὅρκῳ τοῦ ἀντιδίκου φανερουμένης τῆς ἐν τῇ δαπάνῃ ποσότητος.* Quae sunt ex Athanasii tit. **9.** const. **2.** deducta. — Eodem titulo fol. **64. A.** *ὁ δανειστὴς τὰς οἰκείας ἀρνησάμενος ἀποδείξεις διπλάσιον τὸ περιεχόμενον αὐταῖς ποσὸν μετ' ἐλέγχους καταλογιζέσθω τῷ χρε-*

---

1) Vide *Eduardum Zachariaeum* in libro: *αἱ ῥοπαί* p. 53—55. 2) Haec Novella significatur apud Blastarem in syntagmate alphabetico *αʹ.* in Beveregii synodico tom. II. p. 76. 3) Vide Theodorum Basamonem ad concilii Carthaginensis canonem 75. in Beveregii synodico tom. I. p. 619. 4) Vide Leunclavi Ius Graeco-Romanum tom. I. p. 163, quae quidem ex Theodori Balsamonis ad Basilii canonem 8. commentario hausta sunt. Vide Beveregium in synodici tom. II. p. 61. 5) Significatur haec Novella a Psello in synopsi vers. 1360. seq. Vide Leunclavi ius Graeco-Romanum tom. II. p. 150. seq. 6) Vide Leunclavi ius Graeco-Romanum tom. II. p. 139. 7) Vide Leunclavi Ius Graeco-Romanum tom. I. p. 154., ubi Manueli Comneno haec Novella constitutio attribuitur. 8) Significatur Novella, quae refertur apud Balsamonem ad can. 74. Apostolorum in Beveregi synodico tom. I. p. 48. 9) Alias caussas, quare ita statuamus, et Bienerus in libro: *Zeitschrift für geschichtliche Rechtswissenschaft, herausgegeben von Savigny* tom. VIII. p. 273—276. et Zachariaeus in libro: *αἱ ῥοπαί* p. 55. attulerunt.

ώστῃ. Quae quamvis non plane conveniant cum Athanasii tit. 9. const. 2., tamen illud apparet ex hoc quasi quodam fonte esse deducta.

Tit. 31. fol. 117. B. *μὴ ὑπερβαινέτω τὸν ἐνιαυτὸν ἡ κινουμένη δίκη προφάσει τοῦ μὴ πληρωθῆναι τὰ βεβουλευμένα τῷ τεστάτωρι.* Haec sunt ex Athanasii tit. 5. parat. §. 15. desumta.

Habetur aliud genus prochiri ex aliis iuris fontibus interpolati in codice, qui inter libros Bodleianae bibliothecae, quae Oxonii est, numero 3399. signatus habetur. In eo libro permulta ex Athanasiano opere recepta sunt et suo quaeque ordine digesta. Sed cum de hoc iuris Graeci quasi quodam thesauro infra latius dicturus sim, ubi de codicibus manuscriptis, quibus in Athanasiano opere edendo usus fuerim, verba fient, abs re alienum esse arbitror, in hac re me videri esse multum.

IV. *Basilica eorumque scholia.*

Sexaginta Basilicorum libros a *Basilio Macedone* confectos editosque esse ante annum 779. p. Chr. n., ipse Basilius docet in praefatione *prochiri* ed. Reitzi tom. VIII. Thes. Meermanniani p. IX. *τὰ μέντοιγε συνεστῶτα τῶν παλαιῶν νόμων ἐν τῷ οἰκείῳ σχήματι μενόντων ἐν ἑτέροις ἑξήκοντα βιβλίοις καθυπετάξαμεν, τοῖς βουλομένοις σπουδὴν καὶ περὶ τὴν γνῶσιν καὶ μάθησιν τοῦ πλάτους τοῦ νόμου ἐγκαταλείψαντες.* Deinde quadraginta libros repetitae, ut opinor, praelectionis iuris publici fecit, ut idem testatur in praefatione *epanagoges* apud V. Ill. Wittium in Musei Rhenani vet. tom. III. p. 30. *καὶ πρῶτον μὲν τὰ ἐν πλάτει τῶν νόμων κείμενα ἅπαντα ἀνακαθαρίσασα, ἐν τεσσαράκοντα βίβλοις ἀθόλωτον καὶ ἀνόθευτον τὸ πᾶν χῦμα τοῦ νόμου — ἐκέρασε* Cuius loci fides suspecta non est. Nam p. 30. lin. 37. 39. et 46. *τεσσαράκοντα βίβλοι* repetuntur. Basilicis primae editionis *prochiron* quasi quarumdam institutionum loco adiectum est; repetitae autem praelectionis *epanagoge.* Rem a patre inceptam Leo filius fecisse videtur, si fidem Georgio Cedreno habemus. Tertiam fuisse Basilicorum editionem a *Constantino Porphyrogeneta* factam *Theodorus Balsamon*, auctor non optimus, in praefatione eius, quem de Photii nomocanone [1]) composuit, commentarii memoriae prodidit. Cui scriptori, in rebus historicis referendis satis levi, et ab iis, quibus Basilica confecta sunt, temporibus satis longe remoto, fides haberi nequit.

Haec ego scripseram, cum in manus venit viri mihi amicissimi *Eduardi Zachariaei* de Pseudo-Eustathii libro *περὶ ῥοπῶν* commentarius. Ibi vir praestantissimus iisdem, quibus Vir Ill. *Carolus Witte*[2]), argumentis docuit, tertiam Basilicorum editionem quae *Constantino Porphyrogennetae* tribuatur, esse plane nullam [3]). Verum, quod idem nostra, quae habemus, Basilicorum fragmenta soli *Leoni* tribuit, *Basilio* non item [4]), in eo me quidem habebit a se dissentientem. Ac primum quidem de diversis Basilicorum editionibus, quae ductu auspiciisque imperatorum Graecorum prodierint, quare ambigatur, caussa plane nulla est. Nam *Theodorus Balsamon*, qui Basilica iuri [5]) Iustiniano ex adverso posita *ἀνακάθαρσιν* vocare solet, l. l. *τὴν τελευταίαν ἀνακάθαρσιν τῶν νόμων* commemoravit, ubi vel logicae artis et disciplinae leges docent, prius aliam quam factam legum *ἀνακάθαρσιν* designari. Qui locus si quam habeat dubitationem, ipsum *Balsamonem* velim patiaris suorum verborum esse interpretem. Sic enim ad concilii Constantinopolitani canonem 16. [6]): *καθὸ δὲ τὰ βασιλικὰ ἀνεκαθάρθησαν μετὰ τὴν τοῦ νομοκανόνου ποίησιν καὶ τὴν τοῦ κανόνος τούτου ἀπόλυσιν, πρόσκειμαι τῇ ἑτέρᾳ γνώμῃ.* Photii nomocanonem designat, quem repetitae praelectionis Basilicis antiquiorem esse ait. Huc accedit codicis Parisiensis Graeci, numero 2005. signati, auctoritas, qui *Basilica repetitae praelectionis* satis aperte *Leoni philosopho* adtribuit [7]). Deinde, quod idem *Zachariaeus* [8]) Basilii *ἀνακάθαρσιν τῶν παλαιῶν νόμων* ab eo, quod Basilicorum nomine hodie venit, opere diversum esse voluit, non assentior. Redit autem tota haec disputatio ad illos, quos

---

1) In Iustelli bibliotheca iuris canonici tom. II. p. 814. *καὶ μὴ δεχθέντα κατὰ τὴν τελευταίαν ἀνακάθαρσιν τῶν νόμων τὴν γενομένην παρὰ τοῦ ἀοιδίμου βασιλέως κυρίου Κωνσταντίνου τοῦ Πορφυρογεννήτου.* 2) In libro: *Rheinisches Museum Jahrg.* III. *Heft* I. p. 37. not. 68. 3) L. l. p. 101. 4) In libro: *αἱ ῥοπαὶ oder die Schrift über die Zeitabschnitte, herausgegeben von* C. E. Zachariae, Heidelberg. 1836. p. 99. — 101. 5) Vide praefationem commentarii ad Photii Nomocanonem scripti p. 814. lin. 15., 30., 34., 43., p. 815. lin. 4. et ad Basilii canon. 37. in Beveregiani synodici tom. II. p. 95. Adde locos a fratre de Basilicis p. 17. laudatos. 6) Apud Beveregium in Synodico tom. I. p. 357. 7) Apud Zachariaeum l. l. p. 100. not. 64.: *τέλος τῆς συνόψεως τῶν ξ΄. βιβλίων βασιλικῶν τῶν νομίμων, τῆς τελευταίας ἀνακαθάρσεώς φημι, ἣν ὁ ἐν βασιλεῦσιν ἀοίδιμος καὶ σοφώτατος συνεστήσατο Λέων.* 8) L. l. p. 101.

supra posuimus, prochiri et epanagoges locos recte et interpretandos et critica arte ac disciplina castigandos. In prochiri praefatione imperatores, posteaquam prochirum a se confectum docuerunt, quidque ipsi in ea re facienda praestiterint, enarrarunt, in eo libro si quid praetermissum sit, iuris studiosos ad eam, quae proxime ab ipsis facta erat, latam legum repurgatarum interpretationem ablegare voluerunt [1]. Deinde, paucis versibus interpositis, ad eandem legum repurgationem melius describendam imperatores redeunt, quodque supra *τὸ παρ' ἡμῶν ἀρτίως ἀποκεκαθαρμένον τοῦ νόμου πλάτος* dixerant, hoc loco simpliciter *τὴν ἀνακάθαρσιν τῶν παλαιῶν νόμων* nuncuparunt.[2] Ex hac dicendi ratione duo sunt, quae satis appareant, et ea, quae deinceps dicantur, illorum, quae supra dicta sint, declarandorum caussa ab imperatoribus adiecta esse, et iis, quae sequantur, nihil designari nisi unum eorumdem imperatorum opus, quod cum supra *τὸ ἀποκεκαθαρμένον τοῦ νόμου πλάτος* nuncupassent, infra *τὴν ἀνακάθαρσιν τῶν παλαιῶν νόμων* nuncupare voluerint. Huius operis iidem imperatores duas partes esse designant. Nam, quae sublata sunt omnia, a se collecta esse aiunt et in unum volumen coniecta[3], ut nota et perspicua horum inutilitas omnibus fieret[4]; ea autem, quae ex iisdem antiquis legibus, quae in statu suo permanent, constant[5], hoc est, adprobantur, in aliis sexaginta libris a se esse subiecta[6], studioque eorum, qui universi iuris cognitionem et intelligentiam habere velint, permissa. Iam illa vox *καθυπετάξαμεν* satis, opinor, demonstrat, hos sexaginta libros ei corpori, ubi ea, quae sublata sunt, habentur, fuisse adiunctos, sed ita, ut haec quidem in prima operis parte collocarentur, ac sic denique ea, quae in sexaginta libris habentur, ad finem operis adponerentur. Itaque facile est ad coniiciendum, qualis fuerit tota Basiliani operis ratio, qui tenor, quale editorum consilium. Totam rei legalis perturbationem confusionemque tollere decreverunt, idque ita se consecuturos putaverunt, si, quae inutilia essent, ab iis, quae utilia essent, toto coelo seiungerent, eaque peculiari volumine colligerent. Itaque illa, ut omnibus omnino statim apparerent, in prima operis parte collocaverunt; haec, iuris studiosis providentes, statim sexaginta libris subiecerunt. Haec est nobilis illa Basilii eiusque filiorum

---

1) Praefatio prochiri apud Reitzium in praefatione Harmenopuli p. VIII. *χρεὼν τοῖς φιλοπόνοις ἐγκύπτουσιν ἐν τῷ παρ' ἡμῶν ἀρτίως ἀποκεκαθαρμένῳ τοῦ νόμου πλάτει τὴν τοῦ ζητουμένου γνῶσιν ἀρύσασθαι.* 2) Vide l. l. p. IX. *ἐπειδὴ δὲ ἀνωτέρω ἀνακαθάρσεως τῶν παλαιῶν νόμων ἐμνημονεύσαμεν, εἰδέναι χρὴ* et caet. 3) *εἰδέναι χρή, ὅτι συναγηοχότες ἐν ἑνὶ τεύχει τὰ ἀνῃρημένα πάντα τεθείκαμεν, ὡς ἂν σαφὴς ἡ τούτων ἀργία πᾶσι γνωρίζοιτο.* Vir clariss. *Zachariaeus* l. l. p. 97. not. 60. vocem *τεύχει* in nonnullis codd. mss. deesse notat. Quae lectionis varietas ad nostram rem nihil pertinet. Nam sive *in unum* collecta sint, quae sublata sunt, sive *in unum corpus volumenve* coniecta, idem sententiae tenor manebit integer et inconcussus. Pro *ἀνῃρημένα* in aliis mss. codd. vel *ἀνειμένα* vel *εἰρημένα* legi idem vir praestantissimus l. l. animadvertit. Sed *ἀνῃρημένα* unice verum est. Primum enim hoc ut ita sit, exigit totus sententiarum contextus. Sic enim postea: *τὰ μέντοιγε συνεστῶτα τῶν παλαιῶν νόμων ἐν τῷ οἰκείῳ σχήματι μενόντων.* Numquis autem non videat manifestam fieri hoc loco utriusque rei oppositionem? Et recte quidem *τὰ συνεστῶτα* hoc est, *ea, quae constant*, *τοῖς ἀνῃρημένοις*, hoc est *iis, quae sublata sunt*, opposita habentur; *τοῖς ἀνειμένοις*, hoc est *iis, quae soluta sunt*, vel *τοῖς εἰρημένοις* non item. Deinde *ἀνῃρημένα* si verum sit, caussa reddetur satis idonea, quare utramque corruptelam factam esse arbitremur. Nam ex *ἀνῃρημένα* propter similem littera „*η*“ et „*ει*“ pronuntiandi rationem facile *εἰρημένα* exiit. Vox *ἀνειμένα* ex eodem fonte prodiisse videtur, cum vel litteras *ἀν* retineat. 4) *Zachariaeus* l. l. p. 86. not. 43. haec verba sic interpretatur: *Der Kaiser Basilius und seine Söhne haben sogar der Gesetzgebung der 3 vorhergehenden Jahrhund. ausdrücklich alle Gültigkeit genommen.* Sed hoc, quemadmodum ex istis verbis effici possit, mihi non constat. Ipsi imperatores hoc dicunt, *ea, quae sublata sint, in unum a se congesta esse*; illud autem plane non designant, quid sublatum sit, quid non. Neque vero illud hoc loco demonstratur, sintne haec ab ipsis sublata, an ab aliis, an denique consuetudine oblitterata. 5) *τὰ μέντοιγε συνεστῶτα τῶν παλαιῶν νόμων ἐν τῷ οἰκείῳ σχήματι μενόντων ἐν ἑτέραις ἑξήκοντα βίβλοις καθυπετάξαμεν.* *Zachariaeus* l. l. p. 97. not. 60. in quibusdam codd. mss. notat esse *μένοντα* pro *μενόντων* et *ἑτέροις ἑξήκοντα τίτλοις* pro *ἑτέραις ἑξήκοντα βίβλοις.* Ad nostram disputandi rationem non ita multum interest, utrum *μένοντα* an *μενόντων* legas. *Μένοντα* enim ad *συνεστῶτα* pertinebit, eamque sententiam expressit Reitzius hoc modo: *quae vero sunt ex iisdem antiquis legibus adprobata, haec eodem ac suo habitu conservata et retenta, aliis sexaginta libris mandavimus.* Sin *μενόντων* praeferas, ea exibit sententia, quam in contextu posuimus. Nam verba *τῶν παλαιῶν νόμων — μενόντων* pro genitivis absolutis haberi nequeunt, cum alioquin nec *τὰ συνεστῶτα*, quo referatur, sit habiturum, nec satis procedat sententia dicentis, *partem ex veteribus legibus sublatam esse, et nihilominus ipsas leges in suo statu permanere.* De *τίτλοις* res dubia non est. In antiquissimis, quos ego viderim, codd. mss. *βίβλοις* satis clare scriptum est, neque constat de ullo legum opere, quod sexaginta titulis constans iis temporibus prodierit, nec denique sexaginta titulorum, qui breviores esse solent, series operi convenit, quod *τὸ πλάτος τῶν νόμων* statim postea nuncupatur, paulloque antea *τὸ ἀποκεκαθαρμένον τοῦ νόμου πλάτος* vocatur. Contra ea, unde haec lectionis varietas originem habuerit, facile est ad coniiciendum. Solent enim utraeque res notis scribi, hoc est *βι.* vel *τι.* Itaque non dubito, quia ut saepe alias, *τίτλοι* ex male intellecta nota *βίβλων* prodierit. 6) Reitzius hunc locum non satis diligenter transtulit: *aliis sexaginta libris mandavimus.*

ἀνακάθαρσις τῶν παλαιῶν νόμων, quae quam non absurde hoc nominis adepta sit, ex his, quae diximus, satis constat. — Sequitur altera huius disputationis pars, hoc est, ut hoc Basiliani prochiri loco illud, unde nostra Basilica prodierint, opus designari demonstremus. Quae quidem disputatio, cum certis indubitatisque veterum scriptorum testimoniis deficiamur, ad probabilitatis rationem videtur redire tota. Ac primum quidem, cum plures Basilicorum editiones fuisse supra dictum sit, constet autem etiam Leonis editionem Basilicorum fuisse ultimam, denique ante Basilii tempora *ἀνακάθαρσιν* nemo quisquam cogitaverit: consequens erit, ut huius operis originem vel ad ipsum Leonem vel ad Basilium, eius patrem, referamus. Cumque nostra Basilica apud Theodorum Balsamonem *ἀνακαθάρσεως* atque etiam *ἀνακαθάρσεως τῶν νόμων* nomine veniant, eodem autem dicendi genere et Constantinus Porphyrogenneta[1]) et ipse adeo Basilius[2]) in vasto suo legum corpore designando usi esse reperiantur: numquis non videat, inter utrumque opus maximam intercedere similitudinem et quasi quandam cognationem? Accedit, quod secundae partis, quae corporis Basiliani est, idem numerus librorum habeatur, qui est et nostrorum Basilicorum. Nam et ipse Basilius sexaginta libris[3]) eam constitisse auctor est, et, quotquot sunt historiae iuris scriptores, eundem librorum numerum in Leonis Basilicis fuisse adfirmant. Neque illud tacito praetereundum est, quod, quae in Leonis corpore inveniatur *τευχῶν* distributio, simili modo in Basiliano opere fuisse videatur[4]) Porro in Novella Leonis 1.[5]) legum corpus commemoratur, in quo elaborando et Basilius et Leo operam posuerint suam, sed diversis temporibus. Quo loco cum certum sit et indubitatum Basilica designari[6]), numquid aliud significatur, nisi hoc, ei, quod Basilius confecerit, legum corpori ad Basilica Leonis maximam fuisse quasi quandam affinitatem? Sive igitur haec Leonis verba ad ipsam Basilii *ἀνακάθαρσιν* antiquarum legum referas, sive ad secundum Basilii opus, quod quadraginta libris constat, pertinere iubeas, illud negari non poterit, legum corpus quoddam, quod ad Basilicorum similitudinem vel maxime accesserit, Basilio auctore confectum fuisse. Neque vero illud coniecturae meae obstabit, quod Basilicorum confectionem Leoni tribuendam esse Graeci iuris historiae scriptores consentiant ad unum omnes. Nam et aliud sunt Basilica, aliud Basilii *ἀνακάθαρσις*, quae Basilicis promulgatis satis mature oblivioni videtur esse tradita; et prooemio Leonis Philosophi, quod Basilicis praemittitur, inducti videntur esse Graeculi scriptores, ut Basilio nullas plane partes in Basilicis conficiendis reliquerint. Nimirum illud non cogitarunt, hoc ipsum Leonis prooemium non esse, nisi latioris alicuius constitutionis, quae Leoni debeatur,

---

1) In vita Basilii cap. 33. *εὑρὼν δὲ καὶ τοὺς πολιτικοὺς νόμους πολλὴν ἀσάφειαν καὶ σύγχυσιν ἔχοντας διὰ τὴν ἀγαθῶν, ὥσπερ καὶ πονηρῶν, συναναστροφήν, λέγω δὴ τὴν ἀνῃρημένων καὶ πολιτευομένων ἀδιάκριτον καὶ κοινὴν ἀναγραφήν, καὶ τούτοις κατὰ τὸ προσῆκον καὶ ἐνδεχόμενον προσφόρως ἐπηνορθώσατο, τὴν τῶν ἀνῃρημένων ἀχρηστίαν περιελὼν καὶ τῶν κυρίων ἀνακαθάρας τὸ πλῆθος, καί, ὥσπερ ἐν συνόψει, ἐν κεφαλαίοις, διὰ τὸ εὐμνημόνευτον, τὴν προτέραν ἀπειρίαν περιλαβών.* Hoc loco Basilius rei legalis statum *emendasse* dicitur tribus modis, et legum sublatarum non usum detrahendo, et legum validarum multitudinem repurgando, et denique, quasi quodam compendio, capitibus anteriorem legum multitudinem comprehendendo. Quae res cum ex Constantini verbis sit manifesta, non intelligo, quemadmodum V. Clar. *Zachariaeus* l. l. p. 96. not. 59. dicere potuerit, hoc loco de prochiro Basiliano agi. Quodsi de eo, quod tertio loco posuimus, sermo sit, non admodum repugnabo; sin de reliquis quoque, quae supra relata sunt, haec coniectura ipsis Constantini verbis evertetur. Certe illud vel ex dicendi genere satis constabit, verbis *τὴν τῶν ἀνῃρημένων ἀχρηστίαν περιελὼν* *anteriorem Basilianae ἀνακαθάρσεως partem* designari; iis autem, quae sequuntur *καὶ τῶν κυρίων ἀνακαθάρας τὸ πλῆθος*, *posteriorem*. 2) In praefatione prochiri l. l. *ἐν τῷ παρ' ἡμῶν ἀρτίως ἀποκεκαθαρμένῳ τοῦ νόμου πλάτει.* Et paullo post: *ἐπειδὴ δὲ ἀνωτέρω ἀνακαθάρσεως τῶν παλαιῶν νόμων ἐμνημονεύσαμεν.* 3) *Zachariaeus* l. l. p. 101. not. 65. verbis *ἐν ἑτέραις ἑξήκοντα βίβλοις*, quae ex praefatione prochiri hausta sunt, *sexaginta volumina* designari posse confecit. Sed, quod pace viri clarissimi dixerim, *ἡ βίβλος*, ubi *τῷ τεύχει*, hoc est *volumini*, verbis disertis opposita habetur, *volumen* esse nequit. Id ita esse ut nobis persuadeamus, logicae artis et disciplinae leges iubent. Accedit, quod *τεῦχος* et *βιβλίον* et aliis locis opposita habentur, velut apud Attaliatam in iure Gr. Rom. tom. II. p. 2. et apud Blastarem in Beveregiani Synodici tom. II. 4) Praef. prochiri p. IX. *ὅτι συναγηοχότες ἐν ἑνὶ τεύχει τὰ ἀνῃρημένα πάντα.* 5) *τούτων οὖν ἡμῖν οὕτω διῳκημένων, ἀπὸ τοῦ νῦν καὶ εἰς ἔπειτα ἅπαντα χρόνον ἅπασιν — ἄρχουσιν καὶ δικασταῖς ἐντελλόμεθα, τοὺς μέν, ὅσοι νόμοι παρὰ τῆς βασιλείας ἡμῶν τοῦ νομίμου ἐδάφους τὴν ἀπαλλοτρίωσιν κατεψηφίσθησαν, τούτους ἀχρήστους ἡγουμένους ἐᾶν ἐρρίφθαι· κατὰ δὲ τοὺς λοιποὺς ἐγγράφους τοὺς ἀρχαίους καὶ τοὺς μικρῷ πρόσθεν παρὰ τοῦ ἀειμνήστου πατρὸς ἡμῶν, νῦν δὲ παρ' ἡμῶν ἐγκεκριμένους ἢ τεθεσπισμένους ταῖς δίκαις βραβεύειν τὰς διαλύσεις.* Basiliani operis secundam partem designat. 6) Vide meas iuris Graeco-Romani observationes p. 28—33.

minutam aliquam particulam. Qua constitutione cum idem imperator totius operis historiam tetigisse videatur, Graeci scriptores, praetermissis his, quae minus utilia viderentur esse, Basilicorum operi haec paucula praeposuere. — Sequitur tertia huius disputationis pars, ut, quemadmodum nostra Basilica ex Basilii opere prodierint, paucis significemus. Ipse Basilius auctor est in epanagoges praefatione, quadraginta legum libros paullo ante a se esse promulgatos. Non dubito, quin haec ad *ἀνακάθαρσιν* sint referenda. Fere enim iisdem verbis utitur, quibus et in prochiri praefatione [1]. Iam cum epanagogen serius, quam prochirum promulgatam esse inter viros doctos constet, in prochiri autem praefatione *ἀνακάθαρσις* iam confecta esse dicatur [2], denique epanagoges praefatio quadraginta libros (*τῆς ἀνακαθάρσεως*) iuris publici factos esse disertis verbis prodat [3]: satis, opinor, constabit, aut utrumque locum, quod *Zachariaeus* [4] voluit, secum pugnare, aut *ἀνακαθάρσεως* repetitam praelectionem ab ipso Basilio fuisse confectam. In quo hoc imperator videtur esse secutus, ut, veteris *ἀνακαθάρσεως* illa parte, quae inutilia haberet, plane abiecta, haec, quae in usu essent, sola iuris publici faceret [5]. Hinc Basilicorum nostrorum origo. Opus a patre coeptum Leo filius perfecit, reliquos viginti libros, ut videtur, adiiciendo. De hac secunda *ἀνακαθάρσεως* editione disertis verbis loquuntur et *Iohannes Scillitzes* et *Cedrenus* [6], quorum testimonia, quare a *Zachariaeo* [7] refutentur, caussa omnino non est. Hinc factum, ut *ἀνακαθάρσεως* nomen Basilica retinuerint; hinc factum, ut *τῆς ἑξηκονταβίβλου* nomen habuerint [8]; hinc factum, ut Leoni attribuerentur; hinc factum, ut Basilica et ipsa fuisse repurgata Theodorus Balsamon auctor sit [9]; hinc factum, ut ultima Basilicorum recensio *ἡ τελευταία ἀνακάθαρσις τῶν νόμων* ab eodem vocetur; hinc factum, ut imperator Leo huius libri confectionem in Novella 1. et sibi et patri attribuerit; hinc factum, ut idem imperator in Basilicorum prooemio numero plurali usus sit [10]. Quae coniectura si non displiceat, quemadmodum Leo in Basilicorum prooemio *τῆς ἑξηκονταβίβλου* compilationem patri sibique attribuere potuerit, satis apparebit.

Ex libro Athanasiano tit. 7. const. 2. Basilicorum lib. 9. tit. 2. thema 2. ed. Heimbachi tom. I. p. 447. derivatum est. Incip. *οὐ μόνον ὁ πρωτότυπος*. Desin. *αὐτοῖς ὑπουργούσης τῆς τάξεως*.

De scholiis Basilicorum diversa ratio est. Cum enim in contextu Basilicorum genuina Novellarum Iustinianarum verba relata sint, in scholiis *τῆς ἑξηκονταβίβλου* *Theodori Hermopolitani, Athanasii Scholastici, Philoxeni* fragmenta quasi cuiusdam interpretationis loco collocata reperiuntur. *Theodori* autem Basilicorum architecti primas esse voluerunt partes. Itaque factum est, ut et eius libri maximus fuerit usus in Basilicorum scholiis componendis ordinandisque, et fragmenta ex eo Novellarum corpore desumta semper ubique primo quaeque loco posita cernantur, si qua de caussa acciderit, ut ad eundem eiusdem Novellae locum et explicandum et illustrandum alii quoque Novellarum interpretes adhiberentur. Hoc tamen satis raro factum videmus, et ita quidem, si quae veterum interpretum appareret de eadem Novella interpretanda dissensio. Ex Athanasiano opere hi scholiorum loci deducti sunt:

---

1) Sic enim habent apud Wittium l. l. p. 80.: *καὶ πρῶτον μὲν τὰ ἐν πλάτει τῶν νόμων κείμενα ἅπαντα ἀνακαθαρίσασα.* Praefatio prochiri p. VIII. *ἐν τῷ παρ' ἡμῶν ἀρτίως ἀποκεκαθαρμένῳ τοῦ νόμου πλάτει*, et p. IX. *τὴν μάθησιν καὶ γνῶσιν τοῦ πλάτους τοῦ νόμου.* 2) Nam l. l. p. VIII. iuris studiosi ad *τὸ ἀρτίως παρ' ἡμῶν ἀποκεκαθαρμένον τοῦ νόμου πλάτος* remittuntur, et p. 9. *εἰδέναι χρή, ὅτι συναγηοχότες—τεθείκαμεν, τὰ μέντοιγε συνεστῶτα — καθυπετάξαμεν.* 3) L. l. p. 80. *ἀνακαθαρίσασα, ἐν τεσσαράκοντα βίβλοις — ἐκέρασε.* 4) In libro *αἱ ῥοπαὶ* p. 100. 5) Nam de prima *ἀνακαθάρσεως* parte in epanagoges praefatione sermo non est. 6) Vide fratrem de Basilicis p. 5. 7) L. l. p. 96. not. 59. 8) Neque enim verisimile est, hoc nominis Basilicis futurum fuisse, si duo fuissent sexaginta librorum, eaque diversa iuris corpora. Vide fratrem de Basilicis p. 7. et 19. 9) *Basilicorum* nomine designatur id, quod Germanice dicimus „*das kaiserliche Gesetzbuch*". Vide Tannebergium ad Psellum de Iustiniani Novellis p. 9. Neque statim ab initio hoc nomen legum corpori inditum videtur esse. 10) Cum hoc prooemium supra observaverim non esse, nisi latioris alicuius constitutionis particulam, quid mirum, si Leonem in iis, quae praetermissa sunt, de suis patrisque de Basilicis meritis verba fecisse statuamus? cum praesertim Nov. 1. idem ab eodem factum esse videamus. Iam, quod l. l. *τῇ βασιλείᾳ ἡμῶν, ἡμεῖς σωματοποιησάμενοι συνεκεφαλαιώσαμεν — παρέχομεν* dicuntur, haec et ex sola imperatoris persona explicari possunt. Contra, si ante haec: *Ἰουστινιανῷ τῷ βασιλέων περιωνύμῳ* et patrem et filium nominatos esse statuamus, recte pluralis numerus ad utrumque referetur. Siquidem tertia singularis numeri persona cum prima coniuncta in primam pluralis numeri personam ex legibus grammaticorum transeunt.

Schol. *i.* ad Basil. lib. 21. tit. 1. them. 45. tom. II. ed. Fabroti p. 585. Incip. *ὁ τρίτον παραγαγὼν μάρτυρας μετὰ τὸ ἐκλαβεῖν.* Desin. *καὶ χωρὶς τινος περινοίας αἰτεῖ τοῦτο γενέσθαι.* Haec sunt Athanasii tit. 5. const. 5. Apud Fabrotum *Θεοδώρου* nomen ei scholio praefixum est. Illud scholium autem, cui *Ἀθανασίου* nomen adiectum est l. l. p. 585. D., magis est, ut *Theodori Hermopolitani* esse arbitremur. Vide notam ad Iustiniani Nov. 90. cap. 4. ex edit. *Theodori Hermopolitani.* Atque adeo probabile est, hunc Fabroti errorem ex male transpositis singulis singulorum interpretum fragmentis esse ortum.

Schol. *k.* ad Basil. lib. 21. tit. 1. them. 45. tom. II. p. 586. Incip. *ὁ ἅπαξ ἢ δὶς παραγαγὼν μάρτυρας καὶ ἀποταξάμενος.* Desin. *δύναται παραγωγὴν μαρτύρων ποιεῖν.* Haec deducta sunt ex Athanasii tit. 5. const. 5. *Athanasii* nomen additum non est.

Schol. *n.* ad Basil. lib. 21. tit. 1. them 45. tom. II. p. 586. Incip. *εἰ ὡς δοῦλος διαβάλλεται.* Desin. *πρότερον συστῇ ἡ ἐλευθερία.* Sunt Athanasii tit. 5. const. 5. Iureconsulti nomen in Basilicis adiectum est. De hac eadem Nov. 90. cap. 6. interpretatione exstat scholium *Nomophylacis* l. l. p. 587., ubi Athanasius laudatur litt. A. lin. 5., litt. B. lin. 8. et 10.

Schol. *e.* ad Basil. lib. 22. tit. 2. them. 1. tom. III. p. 94. Incip. *οἱ τοῦ Βυζαντίου συμβολαιογράφοι.* Desin. *ἐν αὐταῖς τῶν τοιούτων χαρτῶν.* Haec habent aliquam similitudinem iis, quae habentur in Athanasii tit. 14. const. 1.; ad verbum autem cum his sane non conveniunt. Itaque existimandum est, aut codicem Basilicorum hoc loco hiasse, Fabrotumque, lacunae ratione non habita, quae Athanasii non sunt, Athanasio tribuisse, aut dicendum erit, hunc Basilicorum locum documento esse, quam non integer ex Codice Parisiensi ad posteritatem pervenerit noster Athanasii liber, verum aliquam partem mutilatus, ac nescio, qua manu contractus.

Schol. *n.* ad Basilicorum lib. 23. tit. 1. them. 76. ed. Fabroti tom. III. p. 360., quod *Nomophylacis* esse perhibetur, haec habet: *καὶ δῆλον ἐκ τούτου, ὅτι, κἂν ἐγγέγραπται τοῖς γαμικοῖς συμβολαίοις, ὅτι ἐδόθη ἡ προῖξ, μὴ γέγονε δὲ ἀποληπτικὴ ἰδιαζόντως παριστῶσα τὸν ἄνδρα τὴν προῖκα λαβεῖν, οὐδὲν ἧττον ἀντιτιθέναι δύναται τὴν ἀναργυρίαν τῇ μὴ ἀπαριθμήσει προικὸς κατὰ τὴν ρ΄. νεαράν. οὕτω γὰρ λέγοντες οὔτε τῷ Ἀθανασίῳ ἐναντιωθησόμεθα ἐν διαφόροις διατάξεσιν ἐξηγησαμένου* (leg. *ἐξηγησαμένῳ*) *μὴ ὠφελεῖσθαι τὴν γυναῖκα ἐκ τοῦ περιέχεσθαι τῷ γαμικῷ συμβολαίῳ δοθῆναι τὴν προῖκα, εἰ μὴ καὶ τὴν ἀρίθμησιν δείξει, οὔτε τὸ Ἑρμοπολίτῃ Θεοδόρῳ* (leg. *τῷ Ἑρμουπολίτῃ*) *Θεοδώρῳ).* Ubi, quae facta est Novellae 100. mentio et *Athanasii Theodori*que *Hermopolitani* oppositio, satis ostendunt, de commentario, quem *Athanasius* de Iustiniani Novellis composuit, sermonem esse. Verumtamen nescio, quo casu factum est, ut has *διαφόρους διατάξεις* reperire non potuerim. Nisi forte existumas, haec de tit. 10. constitut. 9. aliarumque similium legum sententia a Nomophylace deducta esse atque derivata. — Est etiam spurium Basilicorum fragmentum, quod ex Athanasio ductum videatur esse. In libri 52. enim titulo 1. restituendo Fabrotus tom. VI. p. 641. iureconsulti Graeci fragmentum posuit. Incipit *ὁ δανειστὴς μισθώσας.* Desinit *σωματικῶς αὐτὸν τιμωρηθῆναι.* In synopsi Basilicorum p. 443—448. ed. Leunclavi non reperitur, est autem apud Harmenopulum *προχ.* lib. 3. tit. 5. §. 66., ex quo multa quoque et alia Fabrotus derivavit [1]). Harmenopuli locus ex Athanasii tit. 4. const. 22. deductus est et tit. 15. parat. §. 2., ubi vide Codicis X. scripturam.

Contra ea neque in *Pseudo-Eustathii περὶ ῥοπῶν* libro primae secundaeve editionis[2]), neque in his epanagoges a *Basilio, Leone, Alexandro* confectae titulis, qui apud *Leunclavium* in Jure Graeco-Romano tom. II. p. 83—100. typis exscripti sunt[3]), nec denique in anonymi scriptoris *δὲ ἀκτιονίβους*, quem anno 1830. ipse edidi, libello Athanasiani corporis usum fuisse ullum animadverti. Item in reliquis iuris Graeci fontibus, qui post ea tempora prodierunt, componendis, nullus aut certe perexiguus Athanasiani operis fuit usus: *Michaelis Attaliatae* dico *ποίημα νομικόν*, Michaelis *Pselli synopsin* iambis politicis conscriptam et reliqua. Atque Attaliatam quidem satis constat sua fere omnia ex Basilicis deduxisse[4]). A Psello autem, etsi satis constat mul-

---

1) Vide Fabroti praefationem ante Basilicorum editionem positam tom. I. p. 2. et ipsa Basilica tom. IV. p. 789. 2) Vide Bieneri librum: *Die Geschichte der Novellen* p. 124. 125. 3) Vide Bieneri librum: *Beiträge zur Revision des Justinianischen Codex* p. 224. seq. 4) Vide observationes meas iuris Graeco-Romani p. 21—24.

tum operae in Novellis Iustiniani et cognoscendis et illustrandis impensum[1]), tamen magis est, ut CLXVIII Novellarum corpus usurpatum esse credamus solum, Athanasianum corpus non item. Id quod ex constanti eius scriptoris Novellas Iustiniani ad CLXVIII ordinem laudandi ratione satis liquet. Restat unum *Harmenopuli* πρόχειρον τῶν νόμων, de quo aliquid hoc loco dicendum sit. Etsi non desunt, quae ex Athanasio derivasse videatur[2]), tamen parum credibile est, haec ex puri puti iuris Iustiniani fontibus deducta esse, quos ne tractasse quidem videatur, cum praesertim in προθεωρίᾳ[3]), ubi satis diligenter iuris auctores enumeravit, quibus in compilando libro suo fuerit usus, eius rei mentionem non fecerit.

Dictum est de iure Graecorum civili. Nunc dicendum est de iure canonico. Qua in re recte ordineque tractanda eandem rationem sequemur, quam in iure civili; itaque, si qui iuris ecclesiastici libri reperiantur, in quibus conficiendis aliquis videatur fuisse operis Athanasiani usus, singulos suo quemque ordine proponemus.

I. *Pseudo-Balsamonis*

συναγωγὴ τῶν εἰρημένων ἐν τῷ κώδικι καὶ τοῖς διγέστοις καὶ νεαραῖς διατάξεσιν.

Edita est Graece a *Carolo Annibale Fabroto* in Iustelli et Voëlli bibliotheca iuris canonici tom. II. p. 1223—1376., cum iam antea ab *Iohanne Leunclavio* versio eius libri Latina iuris publici facta fuisset. De huius corporis compilatione, codicibus manuscriptis et historia tam apud iurisconsultos Graecos quam apud recentiores praeclare disseruit V. Ill. *Bienerus*[4]), ut nihil supra. Nec spernenda sunt, quae V. Ill. *Witte*[5]) de suo addidit doctae, mehercule, et laboriosae *Bieneri* disputationi. Quare duo viri insignes effecerunt, ut, praetermissis his, quae apud illos melius leguntur, pauca dicam, si quid sit, quod Bienerianae et Wittianae doctrinae de meo adiiciendum esse videatur.

In plerisque, quos equidem viderim (vidi autem plus decem), codicibus manuscriptis, quibus hoc legum corpus ad posteritatem transmissum est, constitutiones ab imperatore *Heraclio* latae partem eius corporis efficiunt. Non tamen desunt, ut opinor, caussae satis idoneae, quare eas constitutiones ab initio ab eo corpore abfuisse existimemus, contra quam censuit Bienerus in historia Novellarum p. 183. Ac primum quidem ad Novellas *Iustiniani Iustinique* contractas parum verisimile est adiectas esse *Heraclii* constitutiones integras, quales nunc in omnibus exemplaribus habentur. Illud quoque mirum est, quod, cum *Iustiniani Iustinique* constitutiones quasdam videamus in nostro corpore esse receptas, si Heraclii constitutiones ab initio additas esse arbitremur, ibidem deesse videantur eae, quas *Iustinus* de re ecclesiastica tulerit leges, sed quae in Athanasiano libro receptae non sint; item imperatorum *Tiberii*, *Mauricii*, *Phocae*, quos tamen constet ante Heracliana tempora imperium tenuisse. An vero existimas, ab *Iustiniano*, *Iustino*, *Heraclio* de rebus ad ecclesiam spectantibus permultas promulgatas esse constitutiones; *a Tiberio, Mauricio, Phoca* non item? Incredibile prorsus! Neque illud mihi placet, in Heraclii constitutionibus digerendis ne chronologicum quidem ordinem fuisse servatum. Cum enim ea, quae primo loco posita est, imperatoris Heraclii anno 19. data sit; ea autem, quae tertio, eodem anno emissa, quid illud, quod ea, quae secundo loco collocata reperitur, Calendas Maias indictionis XV. praeferat, hoc est annum imperatoris Heraclii duodevicesimum? Accedit, quod ipse libri titulus spuriam esse Heraclianarum legum appendicem satis significet. Est autem teste Fabroto in bibliotheca iuris canonici tom. II. p. 1232. hic: *συναγωγὴ τῶν εἰρημένων ἐν τῷ κώδικι καὶ τοῖς διγέστοις καὶ νεαραῖς διατάξεσιν περὶ ἐπισκόπων καὶ κληρικῶν καὶ μοναχῶν καὶ πραγμάτων εὐαγῶν, ἔτι δὲ καὶ Ἰουδαίων καὶ αἱρετικῶν.* Ex hac dicendi forma *ἔτι δὲ καὶ Ἰουδαίων καὶ αἱρετι-*

---

1) Vide synopsin legum ed. Bosquetti vers. 365 — 457. et libellum de Novellis Iustiniani ed. Bergeri p. 9 — 21.
2) Velut lib. III. tit. 5. §. 66. Vide notam ad Athanasii tit. 15. parat. §. 2. 3) Ed. Reitzi p. 6 — 7. 4) In libro: *Die Geschichte der Novellen* p. 179 — 194. et in libro: *Beiträge zur Revision des Justinianischen Codex p. 26.—29. et p. 37. seq.* 5) In libro: *Die leges restitutae des Iustinianischen Codex* p. 24 — 30.

κῶν satis constat, de Iudaeis et haereticis ad finem operis actum fuisse. Atqui lib. 3. titulus 3. hic est: *περὶ αἱρετικῶν καὶ Ἰουδαίων καὶ Σαμαρειτῶν.* Ergo constitutiones Heraclianae post ea positae, ubi de haereticis Iudaeisque sermo non est, a genuina eius opusculi forma plane abfuerunt. Porro *Photius*, sive quisquis is est, qui nomocanonem 14 titulorum compilavit, qui nostro legum corpore saepe multumque usus sit, in laudando tertio eius corporis libro semper ubique hac dicendi ratione usus est: *ἐν τῷ βιβλίῳ τῶν νεαρῶν.* Atque idem tit. 1. cap. 30. in bibliotheca iuris canonici tom. II. p. 850. haec habet: *ἀπὸ τύπου δεσπότου Ἡρακλείου ὡρίσθησαν ἐν τῇ αὐτῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ πρεσβύτεροι π'., διάκονοι σν'., διακόνισσαι μ'., ὑποδιάκονοι ο'., ἀναγνῶσται ρξ'., ψάλται κε.', θυρωροὶ οε'.* Ut proinde satis appareat libro Novellarum, qui l. l. lin. 12. disertis verbis Heraclianae formae oppositus est, de eius scriptoris sententia *Iustiniani Iustinique* Novellas, quae ex *Athanasiano* opere depromtae sunt, significari, *Heraclii* constitutiones ad eum librum adiectas non item. Iam, cum ipse *συναγωγῆς* titulus Codicem, Digesta, Novellas praeferat, consequens est, ut neque a nostri corporis compilatore *Heraclii* formas ad eum librum adiectas esse credamus, neque Photium, sive quis alius est, quid de ea re iudicandum esset, ignorasse. Quid, quod in codice Graeco, qui inter bibliothecae Taurinensis libros hoc signo B. III. 22. signatus habetur[1]), ubi hoc *Pseudo-Balsamonis* corpus constitutionum ecclesiasticarum inde a fol. 94. A. usque ad codicis finem refertur, p. 212. A. haec leguntur: *αἱρετικὸς οὐ χρήσεται τῇ βοηθείᾳ τῆς διατάξεως τῆς τὰ αὐτῆς ἀναϲϲαℏϲοϥνιαϝιϲα διατυπούσης* (sunt eadem, quae apud Iustellum in bibliotheca iuris canonici tom. II. p. 1361. ex libri 3. tituli 3. paratitlis habentur), postque ea paginae unius et dimidiae spatium vacuum habetur; fol. 213. A. incipit *νόμος βεβαιῶν τοῖς ὁσιωτάτοις ἐπισκόποις κ. τ. λ.* Est Heraclii const. 1. Postea sequuntur haec: *περὶ τοῦ ὡρισμένον εἶναι τὸν ἀριθμὸν τῶν κληρικῶν.* Est Heraclii constit. 2. Denique posita est tertia Heraclii Novella lex, tituli expers, cuius initium est *καὶ τὰ καλῶς τοῖς ἀνθρώποις κ. τ. λ.* Quarta eiusdem imperatoris constitutio in eo, de quo agitur, codice plane omissa est. Quae quidem manifesto argumento sunt, in eo exemplari, unde hic codex ductus est, Heraclii constitutiones pro eius, de quo sermo est, libri particula non fuisse habitas. Denique eius rei confirmandae caussa hoc loco proponam codicis Monacensis, qui inter Graecos Regiae bibliothecae codices numero 380. signatus est[2]), *πίνακα*, ubi formas Heraclianas a reliquis huius compilationis partibus ita videmus esse disiunctas et avulsas, ut ea, quam supra posui, coniectura omni ex parte confirmetur. Sic autem fol. 4. B.

ϥη'. ἴσον θείου νόμου.

Ἕτερος πίναξ νόμου τοῦ βασιλ' (leg. *βασιλέως*) *Ἰουστινιανοῦ, ἔχων τίτλους ιγ'. σὺν τῶν παρατίτλων* (sic).

ϥθ'. συναγωγὴ τῶν εἰρημένων τίτλων καὶ παρατίτλων ἐν τοῖς κώδιξι καὶ τοῖς διγέστοις καὶ ταῖς διατάξεσι τῶν νεαρῶν.

ρ'. ἑτέρα συναγωγὴ τῶν σποράδην ἐν τοῖς διγέστοις κειμένων περὶ ἱερῶν τόπων τὲ καὶ πραγμάτων καὶ τῶν ἐν αὐτοῖς γινομένων, ἔτι δὲ καὶ Ἰουδαίων καὶ θυσι~ (leg. *θυσιῶν*) *καὶ τῶν ἐπαγόντων τινὰς πρὸς* (Cod. *προς*) *ἀπηγορευμένην θρησκείαν καὶ περὶ ἀποτροφῆς παίδων, γερόντων καὶ ἀσθενῶν.*

ρα'. ἕτερος πίναξ τῶν ὑποτιτλώσεων Ἀθανασίου σχολαστικοῦ ἐκ τῶν μετὰ τὸν κώδικα νεαρῶν διατάξεων ἐν τρισὶ τίτλοις διῃρημένος, καὶ τὰ ὑποκείμενα καθεξῆς κεφάλαια τῶν νομίμων τῶν εἰρημένων τίτλων καὶ παρατίτλων.

ρβ'. νόμος βεβαιῶν τῶν ὁσιωτάτων ἐπισκόπων (sic) (leg. *τοῖς ὁσιωτάτοις ἐπισκόποις*) *καὶ τοῖς θεοφιλεστάτοις κληρικοῖς καὶ μονάζουσι περὶ* (leg. *παρὰ*) *τῶν προβεβασιλευκότων αὐτοῖς δεδωρημένα περὶ τοῦ μὴ ἐνάγεσθαι χρηματικ~* (leg. *χρηματικῶς*) *τὲ καὶ ἐγκληματικῶς προτεθεὶς* (sic) *ἐκ καινῆς, ὥςε μηδεμίαν* (Cod. *μὴ δὲ μίαν*) *πάροδον κατ' αὐτῶν ἔχειν πολιτικοὺς ἢ στρατιωτικοὺς ἄρχοντας*[3]).

ρδ'. περὶ τοῦ ὡρισμένον εἶναι τὸν ἀριθμὸν τῶν κληρικῶν τῆς ἁγιωτάτης μεγάλης ἐκκλησίας

---

1) Vide Pasini catalogum bibliothecae Taurinensis tom. I. p. 96. 2) Vide Hardti catalogum Monacensis bibliothecae tom. IV. p. 170. seq. 3) Hoc loco deest numerus.

Κωνσταντινουπ̄ (leg. *Κωνσταντινουπόλεως*) *καὶ τῆς ἁΓ θ̄κου* (leg. *ἁγίας θεοτόκου*) *ἐν Βλαχέρναις τιμωμένης. ἔτι μὴν καὶ τῶν ἐν τοῖς ὀφφικίοις ἐξυπηρετουμένων τῇ τε εἰρημένῃ μεγάλῃ ἐκκλ̄ῆ* (leg. *ἐκκλησίᾳ*) *καὶ τῷ ἁγιωτάτῳ πριάρχῃ* (leg. *πατριάρχῃ*) *Ἡρακλείου βασιλέως πρὸς τὸν ἁγιώτ̄ πατριαρχ Κωνςατ̄* (leg. *ἁγιώτατον πατριάρχην Κωνσταντινουπόλεως*) *Σέργιον.*

ρδ'. *ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Σεργίῳ τῷ ἁγιωτάτῳ καὶ μακαριωτάτῳ ἀρ̄ επι* (sic) *Κωνσταντινουπόλεως καὶ οἰκουμενικῷ πατριάρχῃ.*

ρε'. *περὶ τοῦ μὴ ἐξεῖναι τινὰ σχῆμα περιβεβλημένον ἱερατικὸν οἱουδήπ̄ο* (leg. *οἱουδήποτε*) *βαθμοῦ ἢ τάγματος ὄντα ἐξ ἑτερ..* (desunt aliqua bibliopegi vitio; leg. *ἑτέρας*) *πόλεως ἢ κώμης ἢ ἑτέρου τὸ σύνολον* (adde *τόπου*) *τῇ βασιλίδι τὸν* (dele *τόν*) *ταύτῃ περιγινόμενον π̄* (leg. *παραγινόμενον πόλει*) *ἔν τινι τῶν αὐτῆς ἐκκλησιῶν ἢ τῆς ἐνορίας αὐτ̄* (leg. *αὐτῆς*) *χωρὶς δοκιμασίας καὶ ἐπιτάγματος τοῦ τὸν ἀποστολικὸν ταύτης διέποντος θρόνον οἰκουμ̄ πριάρχου* (leg. *οἰκουμενικοῦ πατριάρχου*) *καταπέμπεσ̄* (leg. *καταπέμπεσθαι*) *εἴτε ἐκ τῶν θείων οἴκων εἴτε ἐκ τοῦ εὐαγοῦς ὀρφανοτροφείου ἢ ξενώνων ἢ μοναστηρίων ἢ ἑτέρου τινὸς τοιούτου οἴκου, μήτε μὴν ἐν δύο ἐκκλησίαις κληρικὸν καθ' οἱονδήποτε τάττεσθαι τρόπον.*

ρς'. *διάταξις περιέχουσα κεφάλαια διαφόρων ὑποθέσεων Νικολάου πατριάρχου τοῦ παλαιοῦ περὶ τοῦ τὰς πατριαρχικὰς ἐπιστολὰς ἀμισθὶ δίδοσθαι τοῖς αἰτοῦσιν, ὡς γέγραπται ἐν τῷ χαρτοφυλακίῳ* (leg. *χαρτοφυλακείῳ*).

ρζ'. *τοῦ αὐτοῦ περὶ τῆς κατὰ τὴν καθέδραν τάξεως τῶν μητροπολιτῶν καὶ ἀρχιεπισκόπων, καθὼς ἐν τῷ χαρτοφυλακίῳ* (leg. *χαρτοφυλακείῳ*) *νῦν ἀναγράφονται* et reliqua.

Is *πίναξ* ex antiquo quodam codice manuscripto videtur esse haustus, quod vel ex facta *Athanasii* mentione satis constabit. Iam cum certum sit et indubitatum, imperatoris *Heraclii* constitutiones hoc loco a reliquis nostri corporis partibus ita esse separatas seiunctasque, ut nihil supra: neque illud dubitandum videtur, has ab initio in nostra legum collectione non fuisse collocatas. Quamquam illud negari non potest, temporibus *Heraclii* adiectas videri.

De aetate nostri libri iudicaturo mihi longe aliud placet, atque Bienero[1]) visum est. Is ad ultimos imperatoris *Heraclii* annos eius corporis compilatorem advixisse censuit, non aliam ob caussam, quam ob Novellarum Heraclianarum ad eum librum adiectionem. Quod si vir doctissimus hoc opinionis suae argumentum et quasi quoddam fundamentum eripi sibi patiatur, non dubito, quin et ipse pro eo, quo est animi candore, nostri libri origines ad ultima imperatoris *Iustini* tempora sit relaturus. Primus enim liber constat tredecim titulis Iustiniani Codicis repetitae praelectionis, secundus habet locos ex Digestis et Institutionibus selectos, tertius ex Novellis *Iustiniani Iustinique*[2]) conflatus est, hoc est, ex *Athanasio* in nostrum legum corpus translatus. Numquis autem existumet, posteriorum iuris civilis fontium rationem a nostro scriptore habitam non esse, si ad ea tempora eum advixisse credamus? Incredibile prorsus. Qui enim fieri potuit, ut, qui praeter *Iustiniani iuris* corpora etiam *Iustini* Novellis usus sit, eundem posteriorum imperatorum Novellis usum non esse dicamus, si his temporibus librum compilasset suum?

De nostri scriptoris nomine hodie non satis constat. Habetur autem praeclara *Bieneri*[3]) coniectura, qui ab eodem scriptore et nostrum librum et eum, quem Photius interpolaverit, nomocanonem profectos esse censeat. Eius coniecturae fundus est ad eam rem vel maxime insignis locus eius praefationis, quam Photii esse vulgo credunt, in bibliotheca iuris canonici tom. II. p. 791.: *εἶπον δὲ χρειώδη πρὸς τὰς τοιαύτας κανονικὰς συγγραφὰς τὴν πολιτικὴν νομοθεσίαν ὑπείληφα, ταύτης βραχέα τε καὶ συντετμημένα τοῖς συγγενέσι κεφαλαίοις προσήρμοσα ἐν ἰδιάζοντι μέρει τῆσδε βίβλου τῶν εἰς ἐκκλησιαστικὴν ἀνηκόντων εὐταξίαν, ἔν τε τοῖς βασιλικοῖς θεσπίσμασιν, ἔν τε ταῖς τῶν σοφῶν ἑρμηνείαις, σύντομον ἐν συναγωγῇ ποιησάμενος ἔκθεσιν, ἅμα μὲν εἰς ἀνάμνησιν, ἅμα δὲ εἰς τελείαν αὐτῶν τοὺς ἐντυγχάνοντας ἔρευναν.* Eum locum *Agylaeus* sic in Latinum sermonem transtulit: „*Sicubi vero utilem ad huiusmodi canonica scripta civilem legum sanctionem arbitratus sum, pauca quaedam eaque brevia ex ea desumpta similibus capitibus adiunxi; eorum, quae ad ecclesiasticam modestiam pertinent, cum in Imperatoriis constitutionibus, tum in sapientum interpretationibus, brevi quadam, collectionis instar, in peculiari huiusce libri parte ex-*

1) In libro: *Die Geschichte der Novellen* p. 185. 2) Vide libr. 3. tit. 8. const. 8. 3) In libro: *Beiträge zur Revision des Justinianischen Codex* p. 36.

positione facta; idque eo consilio, ut cum ad recordationem, tum ad perfectam ipsorum indagationem lectores deducerem." Bienerus[1]) de litteris V. Ill. *Rosenkampffi* duas hoc loco legum civilium significari collectiones monuit. Recte. Verum, quibus machinis effectum sit, ut ea res ex istis ipsis verbis, uti nunc habentur, colligi potuerit, me quidem fugit. Enimvero, ut uno verbo dicam, is locus signis male distinctus est. Sic enim legendum: *εἴ που δὲ χρειώδη πρὸς τὰς τοιαύτας κανονικὰς συγγραφὰς τὴν πολιτικὴν νομοθεσίαν ὑπείληφα, ταύτης βραχέα τε καὶ συντετμημένα τοῖς συγγενέσι κεφαλαίοις προσήρμοσα, ἐν ἰδιάζοντι μέρει τῆσδε βίβλου τῶν εἰς ἐκκλησιαστικὴν ἀνηκόντων εὐταξίαν ἔν τε τοῖς βασιλικοῖς θεσπίσμασιν, ἔν τε ταῖς τῶν σοφῶν ἑρμηνείαις σύντομον ἐν συναγωγῇ ποιησάμενος ἔκθεσιν* et caet. *Ἰδιάζον μέρος* est *peculiaris et a reliquo operis tenore avulsa pars. Michael Attaliata* in praefatione *ποιήμ. νομικ.* in Leunclavi iure Graeco-Romano tom. II. p. 2. *εἶτα καὶ νεαρὰς πεποίηκεν ἐν Ἰδιάζοντι βιβλίῳ διὰ Τριβουνιανοῦ ἐκείνου. Harmenopulus* lib. I. tit. 1. §. 5. prochiri ed. Reitzi p. 12. *ὁ αὐτὸς καὶ νεαρὰς ἐν ἰδιάζοντι βιβλίῳ συνέταξεν.* Itaque totus locus sic interpretandus videtur: *Ubi vero utiles ad huiusmodi canonica scripta civiles leges fore arbitratus sum, ex iis pauca quaedam eaque brevia desumsi et ad similia capita adiunxi, postquam in peculiari huiusce libri parte eorum, quae tam ex imperatorum constitutionibus, quam ex prudentum interpretationibus ad ecclesiasticam disciplinam pertinent, brevem aliquam ad instar collectionis expositionem feci* et reliqua.

In hoc legum civilium corpore conficiendo maximus fuit Athanasiani operis usus. Liber tertius enim, tribus titulis constans, ex Athanasio derivatus est totus, quod cum *Bienerus*[2]) auctoritate supra dicti Codicis, qui hodie inter Graecos bibliothecae Monac. numero 380. signatus est, quasi quadam divinatione motus, statuisset, a *Wittio*[3]) egregio Codicis Vindobonensis testimonio confirmatum est, neque hodie dubitationem habebit ullam, si qui in Athanasii librum intueri non gravetur. Ipse *Bienerus*[4]), quomodo ea res se haberet, optime exposuit, quam sententeiam et V. Ill. *Hugo*[5]) calculo comprobavit suo.

Hoc legum civilium corpus *Iohannes Leunclavius* Latine, *Carolus Annibal Fabrotus* Graece edidere. Uterque vir doctus in codices multis modis adauctos et interpolatos inciderunt; adauctos ex genuino Novellarum contextu, interpolatos ex posterioribus iuris civilis fontibus. Qua de re disseremus, ubi de codicibus manuscriptis Athanasiani operis dicturi sumus.

II. *Photii patriarchae nomocanon eiusque scholia.*

Editus est Graece a *Iustellio* in bibliotheca iuris canonici tom. II. p. 789—1140. una cum *Balsamonis* ad eum librum scholiis et interpretationibus. Quemadmodum autem in aliis scriptoribus illustrandis factum est, ut pro singulari virorum doctorum, qui eos illustrarunt, amore ad antiquiora, quam, quibus vixerunt, tempora referrentur, ita contra ea in iurisprudentiae Graecae apud nostros iureconsultos historia fatisque saepenumero accidisse animadvertimus, ut, qui liber ad antiquiora tempora pertineret, recentior esse a nostratibus perhiberetur. Cuius rei demonstrandae caussa cum alia prae manu sunt exempla, tum certe *Photii nomocanon* eodem fato usus est. Is liber ex antiquiore nomocanone deductus est totus, Photiusque patriarcha hoc tantum negotii datum sibi credidit, ut, quae in vetusto illo exemplari ad sua tempora deessent, suppleret, suppletaque cum reliquis nomocanonis partibus in unum coniungeret et quodammodo conglutinaret. Hoc video, praeeunte tamen V. Ill. *Rosenkampffio*, a V. Ill. *Bienero*[6]) ita esse demonstratum, ut contradici nequeat. Eandem coniecturam et V. Clar. *Bickellio* eodem fere, quo *Bienerus* sententiam proposuit suam, tempore in mentem venisse, V. Ill. *Hugo* in historia iuris Romani p. 1108. sq. ed. XI. auctor est, quod qua ratione motus dixerit, me quidem fugit. Quibus autem temporibus is nomocanon, unde *Photius* deduxit suum, scriptus sit, satis certo definiri nequit. Trullano concilio quidem antiquiorem esse et Bienerus l. l. p. 37. censet et vel hac de

---

1) L. l. p. 36. 2) L. l. p. 187. 3) In libro: *Die leges restitutae des Justinianischen Codex* p. 25. seq. 4) In libro: *Beiträge zur Revision des Justinianischen Codex* p. 222. 5) *Lehrbuch der Geschichte des Römischen Rechts bis auf Justinian* edit. XI. p. 1101. seq. 6) In libro supra relato p. 34—38. collatis p. 222. et 223.

caussa negari non potest, quod primae praefationis scriptor haec pronuntiavit[1]: *οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τοὺς λεγομένους τῶν ἁγίων Ἀποστόλων (συναγαγεῖν ἐνεχείρησα), εἰ καί τινες αὐτοὺς ἀμφιβόλους διά τινας αἰτίας ἡγήσαντο.* Atqui eius synodi canon II., qui est apud Beveregium in Synodici tom. I. p. 158., *ἔδοξε δὲ καὶ τοῦτο,* inquit, *τῇ ἁγίᾳ ταύτῃ συνόδῳ κάλλιστά τε καὶ σπουδαιότατα, ὥστε μένειν καὶ ἀπὸ τοῦ νῦν βεβαίους καὶ ἀσφαλεῖς — τοὺς ὑπὸ τῶν πρὸ ἡμῶν ἁγίων καὶ μακαρίων πατέρων δεχθέντας καὶ κυρωθέντας ἡμῖν ὀνόματι τῶν ἁγίων καὶ ἐνδόξων ἀποστόλων ὀγδοήκοντα πέντε κανόνας.* Iam qua ratione canones apostolicos dubiae fidei quibusdam videri potuere, quove modo noster nomocanonis scriptor quasi quandam excusationem afferre potuit consilii a se capti, hoc est de canonibus apostolicis ad nomocanonem adiiciendis, si iam tunc ii canones pro lege generali habiti essent eorumque *αὐθεντία* ab omnibus omnino agnita? Quam opinionem et *Balsamon* confirmat, qui ad supra dictum Trullani concilii canonem l. l. p. 159. haec adnotavit: *τοῦ παρόντος κανόνος μέμνησο διηνεκῶς· ἐπιστομίσεις γάρ δι αὐτοῦ τοὺς λέγοντας μὴ ἐκτεθῆναι παρὰ τῶν ἁγίων ἀποστόλων κανόνας πέ.* Ut proinde satis appareat, hanc apud Graecos fuisse pervulgatam opinionem, ut canonum apostolicorum *αὐθεντίαν* per Trullanam synodum crederent ita esse agnitam, ut de ea re deliberari amplius non posset. Eandem coniecturam *Bienerus* l. l. p. 36. et ex concilii Carthaginiensis adiectione confirmavit. Neque animus est, huius viri doctissimi scrinia compilare, neque tanta sum audacia tantaque temeritate, ut, quae ab illo recte ordineque dicta sunt, a me putem clarius et dilucidius posse exponi. Neque vero desunt aliae caussae, quare antiquum istum nomocanonis scriptorem Trullani concilii tempora attigisse negemus. In eo supra dictae praefationis loco, quo singulos regularum ecclesiasticarum fontes, unde nomocanonem deduxerit suum, accurate descripsit, haec addidit: *καλὸν ἡγησάμενος ἐν ταὐτῷ μνημονεῦσαι καὶ τὰ παρά τινων ἁγίων πατέρων ἰδιαζόντως ἐν ἐπιστολαῖς πεύσεσί τε καὶ ἀποκρίσεσιν εὐσεβῶς εἰρημένα, καί τινα τρόπον κανόνος τύπον παρέχεσθαι δυνάμενα, οὐκ ἀγνοῶν μὲν ὡς καὶ τοῖς μεγάλοις Βασιλείῳ καὶ Γρηγορίῳ δοκεῖ* et reliqua. Iam hae regulae quomodo fieri potuit, ut *quodammodo canonum vicem praestare* dicerentur, aut qui opus fuit ad *S. Basilii Gregoriique* auctoritatem descendere, si iam tunc, cum hic liber scriptus est, inter omnes constitisset, haec sanctorum patrum responsa a Trullano concilio confirmata esse et voce *κανόνος* demonstrata? Sic enim canon secundus eiusdem concilii l. l.: *ἀλλὰ μὴν* (supple *τοὺς λοιποὺς πάντας κανόνας*) *καὶ Διονυσίου ἀρχιεπισκόπου γενομένου Ἀλεξανδρείας μεγαλοπόλεως, καὶ Πέτρου γενομένου ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας καὶ μάρτυρος, καὶ Γρηγορίου ἐπισκόπου γενομένου Νεοκαισαρείας τοῦ θαυματουργοῦ, Ἀθανασίου ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας, Βασιλείου ἀρχιεπισκόπου Καισαρείας Καππαδοκείας, Γρηγορίου ἐπισκόπου Νύσσης, Γρηγορίου τοῦ θεολόγου, Ἀμφιλοχίου τοῦ Ἰκονίου, Τιμοθεοῦ ἀρχιεπισκόπου γενομένου Ἀλεξανδρείας τὸ πρότερον, Θεοφίλου ἀρχιεπισκόπου τῆς αὐτῆς Ἀλεξανδρείας μεγαλοπόλεως, Κυρίλλου ἀρχιεπισκόπου τῆς Ἀλεξανδρείας καὶ Γενναδίου πατριάρχου γενομένου τῆς θεοφυλάκτου ταύτης καὶ βασιλίδος πόλεως. ἔτι μὴν καὶ τὸν ὑπὸ Κυπριανοῦ τοῦ γενομένου ἀρχιεπισκόπου τῆς Ἀφρων χώρας καὶ μάρτυρος καὶ τῆς κατ' αὐτὸν συνόδου ἐκτεθέντα κανόνα— καὶ μηδενὶ ἐξεῖναι τοὺς προδηλωθέντας παραχαράττειν κανόνας ἢ ἀθετεῖν.* Atqui hi sancti patres, quorum de scriptis is, de quo sermo est, nomocanon compositus est, qui in bibliotheca iuris canonici tom. II. p. 794. et seq. enumerantur, modo perpaucos de eo numero detraxeris, sunt fere iidem, quorum regulae in supra dicto concilii Trullani loco *κανόνες* esse perhibeantur. Deinde, quod et *Bienerus* l. l. p. 36. videtur monuisse, vix ac ne vix quidem dubitandum censeo, quin idem scriptor in eiusmodi nomocanone conficiendo *Trullani concilii* canones expositurus fuisset, si ea tempora attigisset. Atqui quinti tantum concilii ibi mentio facta est, Trullani concilii non item. Sic enim Photius in secunda eius nomocanonis praefatione l. l. tom. II. p. 792: *ὁ μὲν παρὼν πρόλογος, ἀφ' οὗ τὸ Χριστιανῶν δόγμα τοῖς τῶν Ἀποστόλων φθόγγοις εἰς τὴν οἰκουμένην διήπλωται, ἐξ ἐκείνου τοὺς μέχρι τῆς πέμπτης συνόδου κανόνας εἰς ἓν συναγαγεῖν θέμενος σκοπόν, τὸ πέρας ὧν ὑπέσχετο τῆς ἐπαγγελίας ἐπέθετο οὐκ ἀνάξιον.* Atqui ea synodus auctore Nilo in *διηγήσει συνοπτικῇ περὶ τῶν ἁγίων καὶ οἰκουμενικῶν συνόδων* in bibliotheca iuris canonici tom. II. p. 1157. seq. habita est imperatore Iustiniano anno mundi 6045. Christi

1) In bibliotheca iuris canonici tom. II. p. 790.

545. inter quintamque et sextam spatium 102 annorum intermissum esse perhibetur. Anni, quos retulimus, si ad Dionysianam annos post Christum natum computandi rationem exigere velis, incident in annum p. Chr. n. 553. Vide *Antoni Pagi* criticam in Baronium tom. II. p. 607. Verum etiam alio modo nostri nomocanonis aetas videtur posse satis certo demonstrari. Nam si id, quod *τὸ κείμενον* nuncupare solemus, hoc est, legum civilium ad unumquodque nomocanonis caput adiectiones, ab eodem scriptore profectas esse arbitremur, cum satis constet *Athanasii Scholastici de Novellis Iustiniani Iustinique librum* ad em ream saepe multumque esse adhibitum, dubitari non poterit, quin ille ipse nomocanon post *Athanasii* tempora confectus sit atque compilatus.

His quasi cuiusdam fundamenti loco positis, videamus, quis sit *τοῦ κειμένου* auctor? *τὸ κείμενον* autem ex codd. mss. et Theodori Balsamonis auctoritate hanc dico nomocanonis partem, quae ex legibus civilibus ad singula quaeque nomocanonis capita adiectis constat. Ac partem quidem earum legum ab antiquo isto nomocanonis scriptore adiectam esse satis constat ex his primae praefationis verbis: *εἴπου δὲ χρειώδη πρὸς τὰς τοιαύτας συγγραφὰς τὴν πολιτικὴν νομοθεσίαν ὑπείληφα, ταύτης βραχέα τε καὶ συντετμημένα τοῖς συγγενέσι κεφαλαίοις προσήρμοσα.* Alteram autem *τοῦ κειμένου* partem a *Photio* additam esse mihi videor colligere ex secunda praefatione, quae in bibliothecae iuris canonici tom. II. p. 792. 793. habetur. Ibi *Photius*, cum antiquum nomocanonem ad quintam usque synodum pertinuisse tradidisset, quid ipse addiderit, exposuit, tertia singularis numeri persona in ea re significanda usus. Deinde sic pergit: *ἐπὶ πᾶσι δὲ καὶ νομικάς τινας ῥήσεις ὁ νῦν εἰρημένος τοῦ βιβλίου πόνος, αἳ τοῖς ἱεροῖς συμφθέγγονται κανόσιν, οὐδὲ τὴν τούτων παράθεσιν ἀτιμάσας, ταῖς ἱερολογίαις συνέζευξεν.* Ista *ὁ νῦν εἰρημένος τοῦ βιβλίου πόνος* quo referenda sint, incertum non est. Cum enim *Photius* et in superioribus de suo ipsius labore locutus sit, cumque post ea, quae supra retulimus, eundem demonstret (annum enim, quo hic liber confectus sit, declaravit), cum denique ista verba *ὁ νῦν εἰρημένος* ad proximum quidque referenda esse ex legibus linguae Graecae satis constet, non deliberandum censeo, verum de tota hac re sic iudicandum, ut *Photium* ad eas, quas antiquus nomocanonis scriptor collegisset, leges civiles etiam de suo quaedam adiecisse arbitremur.

Transeo ad singulos iuris civilis fontes, ex quibus nomocanonis compilator sua deduxerit, quod quidem ad Iustiniani Novellas attineat, et investigandos et, quoad eius fieri possit, enumerandos. Quae quidem disputatio etsi duas habet partes, alteram, ut dispiciamus, quales libros adhibuerit, alteram ut anquiramus, quomodo iis usus sit; recte tamen ordineque me facturum existimavi, si utramque rationem coniunctim traderem. Est enim utriusque rei natura tam inter se coniuncta et quodammodo cognata, ut, si de altera constiterit, et de altera constare debeat. Qui locus etsi iam a *Bienero* 1) satis late tractatus est, habet tamen et sic novas aliquas et inauditas difficultates. In quo illud praedicendum est, hanc nomocanonis me esse secuturum editionem, quam *Iustellius* faciendam curavit, cui quidem *Theodori Balsamonis* scholia adiecta sunt. Etsi enim bene novi, esse nomocanonis codices manuscriptos, ubi legum civilium numeri tantum commemorentur, ipsa legum verba non item: tamen *Balsamonis* editione vetustissimam eius libri formam referri mihi persuasi. Nam in prima nomocanonis praefatione apud Iustellium in bibliothecae iuris cononici tom. II. p. 791. dictum est: *ταύτης βραχέα τε καὶ συντετμημένα τοῖς συγγενέσι κεφαλαίοις προσήρμοσα.* Ut proinde satis appareat et singulas singularum legum sententias, sed breviter, in nomocanonis opere fuisse relatas. Atque etiam saeculi p. Chr. n. decimi quarti Codex Graecus Regiae bibliothecae, quae Neapoli est, ubi Photii nomocanon cum Theodori Balsamonis scholiis habetur, insingulis legum civilium verbis referendis ab iis, quae loco laudato typis exscripta sunt, non multum abit. Denique ipse *Theodorus Balsamon* in epistola ad *Theodosium* scripta, quae in *Cotelerii* monumentis ecclesiae Graecae tom. III. p. 484. habetur, haec laudat: *ἡ ε'. Ἰουστινιάνειος νεαρὰ ἡ ἐν κεφαλαίῳ τρίτῳ τοῦ ια'. τίτλου τοῦ νομοκανόνου καταστρωθεῖσα* et caet., quae quidem cum iis, quae apud Iustellium l. l. p. 1052. seq. habentur, omni ex parte conveniunt.

---

1) In libro: *Die Geschichte der Novellen* p. 205—209.

Iustiniani Novellae, quarum in nomocanone conficiendo usus fuit, ex tribus quasi quibusdam rivulis deductae sunt. Alter *βιβλίον τῶν νεαρῶν* vel *νεαραὶ* nuncupatur, alter est Pseudo-Balsamonis liber, tertius, ut et *Bienerus* [1]) observavit, corpus 168 Novellarum. Certe quidem ii, qui a nomocanonis scriptore laudantur Novellarum numeri, omnes cum 168 Novellarum ordine conveniunt. Qua de re post luculentam *Bieneri* disputationem nihil novi affero. Restat, ut de reliquis videamus. Ac primum quidem de eo Novellarum libro dispiciamus, quem voce *αἱ νεαραὶ* vel *βιβλίον τῶν νεαρῶν* nuncupari supra observavimus [2]). Is liber fuit titulis et capitulis distinctus; tituli sic nude, numeris tamen distincti efferuntur, capitula autem singula *διατάξεις* audiunt, addito et uniuscuiusque *διατάξεως* numero, velut *ἡ ε΄. διάταξις τοῦ α΄. τίτλου τῶν νεαρῶν*. Iam vero sic mihi persuadeo, hoc modo nihil aliud, nisi certum Novellarum librum a nomocanonis scriptore designari potuisse. Primum enim, qua alia ratione perpetuum illud sibique constans dicendi genus *βιβλίον τῶν νεαρῶν* vel *αἱ νεαραὶ*, additis et tituli et constitutionis numeris, declarari possit, ego sane non video. Deinde plerisque locis, quos supra laudavimus, *ταῖς νεαραῖς* opposita videmus *τὰ δίγεστα, τὸν κώδικα*. Atque etiam commemorandus est locus *τοῦ κειμένου* vel maxime ad hanc rem confirmandam insignis, haustus ille quidem ex codice nomocanonis manuscripto, qui in bibliotheca cardinalis *Mazarini* delituit; apud Iustellium in bibliotheca iuris canonici tom. II. p. 1138. *ἡ β΄. διατ. τοῦ α΄. τιτ. τῶν νεαρῶν ου συγχωρεῖ — ἡ δὲ α΄. διατ. τοῦ αὐτοῦ βιβλίου καὶ τίτλου οὐ βούλεται* et reliqua. — Si quaeritur, qui liber ex iis, quorum memoria ad nos perlata est, hac dicendi ratione designatus sit, longe alia mihi sedet animo sententia, atque *Bienero* in historia Novellarum p. 207., qui tertiam eius corporis, quod Balsamonis esse vulgo fertur, partem significari censuerit. Ac primum quidem peculiarem eamque a Codice Digestisque seiunctam Novellarum collectionem nomocanonis scriptori ad manus fuisse supra ostendimus. Deinde tanta intercedit inter contextum eius corporis et ea, quibus in nomocanonis *κειμένῳ* Novellarum laudatarum sententiae referuntur, singulorum adeo verborum dissimilitudo, ut vix ac ne vix quidem ex eodem fonte videri possint deducta esse atque derivata [3]). Nec desunt nomocanonis loci, qui plura sane habeant, quam quae in isto Pseudo-Balsamonis libro habentur [4]). Ita apparet magnam harum epitomarum partem ne potuisse quidem ex eo legum corpore in nomocanonem transferri atque transsumi. Porro facile est ad demonstrandum, nomocanonis scriptorem etiam aliis Athanasiani operis titulis usum esse, quam qui in Pseudo-Balsamonis libro recepti sunt. Sic enim tit. 9. cap. 2. p. 964. *αἱρετικὸς δὲ καθόλου οὐ καταμαρτυρεῖ ὀρθοδόξου, εἰ μὴ περὶ βουλευτικῆς καταστάσεως ὁ ὀρθόδοξος ἐνάγεται, ὡς βΐ. α΄. τοῦ κωδ. τιτλ. ε΄. διατ. κα΄. καὶ ἐν τῇ περὶ βουλευτῶν καὶ ταξεωτῶν αἱρετικῶν με΄. νεαρᾷ, ἥτις ἀνήνεκται ἐν τοῖς παρατίτλοις τοῦ γ΄. τίτλου τῶν νεαρῶν*. Atque hoc loco Athanas. tit. 8. constitutio 2.

1) l. l. p. 208. et 603. 2) Tit. 1. p. 2. cap. 817., cap. 5. p. 822., cap. 6. p. 825., cap. 7. p. 826., cap. 9. p. 829., cap. 11. p. 852. et p. 1138., cap. 23. p. 839., cap. 24. p. 842., cap. 26. p. 845., cap. 28. p. 846. et p. 847., cap. 30. p. 850., cap. 31. p. 851., cap. 34. p. 855., cap. 36. p. 857.; tit. 2. cap. 1. p. 866., p. 886., p. 891.; tit. 3. cap. 2. p. 898., cap. 14. p. 901., p. 902., cap. 15. p. 905.; tit. 4. cap. 4. p. 907., cap. 7. p. 908.; tit. 8. cap. 2. p. 934., p. 935., p. 936., cap. 8. p. 940., cap. 13. p. 943.; tit. 9. cap. 1. p. 959, p. 963., cap. 2. p. 964., cap. 6. p. 967., p. 970., p. 971., p. 972., cap. 26., p. 989., cap. 27. p. 994., cap. 29. p. 1001., cap. 30. p. 1011., p. 1017., cap. 34. p. 1020., cap. 35. p. 1020., cap. 39. p. 1025.; tit. 10. cap. 1. p. 1031., cap. 5. p. 1033., p. 1036., cap. 8. p. 1038., p. 1040., tit. 11. const. 1. p. 1043., p. 1044., p. 1045.; tit. 11. const. 1. p. 1048., cap. 4. p. 1056., tit. 12. cap. 2. p. 1060., p. 1064., p. 1065.; tit. 13. cap. 3. p. 1066. 3) Confer tit. 1. cap. 9. p. 829. cum Pseudo-Balsamonis lib. III. tit. 1. const. 2.; cap. 36. p. 857. cum Bals. tit. 1. const. 2.; tit. 2. cap. 1. p. 866. cum Bals. tit. 2. const. 3.; p. 886. cum Bals. tit. 2. const. 3.; p. 891. cum Bals. tit. 2. const. 2.; tit. 3. cap. 2. p. 898. cum Bals. tit. 1. const. 17.; cap. 14. p. 901. cum Bals. tit. 1. const. 7. et tit. 2. const. 3.; tit. 4. cap. 7. p. 908. cum Bals. tit. 3. const. 3.; tit. 8. cap. 2. p. 934. cum Bals. tit. 1. const. 1.; p. 936. cum Bals. tit. 1. const. 12.; cap. 8. p. 940. cum Bals. tit. 1. const. 2. et 13.; cap. 13. p. 943. cum Bals. tit. 1. const. 2.; tit. 9. cap. 1. p. 957. cum Bals. tit. 1. const. 2.; p. 959. cum Bals. tit. 1. const. 2.; p. 963. cum Bals. tit. 1. const. 17.; cap. 6. p. 967. cum Bals. tit. 1. const. 2.; cap. 9. p. 970. cum Bals. tit. 1. const. 2.; cap. 26. p. 989. cum Bals. tit. 1. const. 2.; cap. 27. p. 994. cum Bals. tit. 2. const. 3.; tit. 11. cap. 1. p. 1044. cum Bals. tit. 2. const. 3. 4) Velut tit. 1. cap. 11. p. 1138. verba *καὶ ἐπὶ τρεῖς — καὶ τοὺς κανόνας* plane desunt in Pseudo-Bals. tit. 1. const. 2.; cap. 30. p. 850. tit. 1. constitutio 9. late refertur, quae in Bals. tit. 1. const. 9. localis esse perhibetur ideoque quodammodo praetermittitur; cap. 36. p. 857. verba *καὶ εὐγενὴς εἶναι λέγεται*, quae nomocanonis scriptor ex tit. 1. const. 2. retulit, plane desunt in Bals. tit. 1. const. 2.; tit. 2. cap. 1. p. 891. quae habentur ex tit. 2. const. 2., cum Bals. tit. 2. const. 2. plane non conveniunt; denique quae tit. 11. cap. 1. p. 1043. habentur, pleniora sunt iis, quae apud Balsamonem tit. 2. const. 1. habentur.

significatur, quae et inter tituli 3. paratitla §. 8. habetur. Verum ea sententia, quae hoc loco ex ea constitutione relata est, l. l. paratitlorum non habetur, habetur autem tit. 8. const. 2. Unde igitur nomocanonis scriptori de ea re constare potuit, nisi ipse Athanasii liber ei ad manum fuisset? Haec eadem res ex tituli 12. cap. 2. p. 1064. demonstrari posse videtur. Ibi haec habentur: *καὶ ὅτι (αἱρετικοὶ) ἐν δικαστηρίῳ οὐ καταμαρτυροῦσιν ὀρθοδόξου, εἰ μὴ εἰς βουλευτήριον ὀρθόδοξος ἕλκοιτο, ὡς διατ. β'. τοῦ η'. τίτλου τῶν νεαρῶν.* Hoc loco satis aperte significatur sententia ex Athanas. tit. 8. const. 2. hausta, sed quae in Pseudo-Balsamonis legum corpore relata non est. Quae cum ita sese habeant, facile est ad coniiciendum, ipsum Athanasii librum nomocanonis scriptori quam maximo usui fuisse. Quae coniectura si non displiceat, ea, quae adhuc diximus, omnia mirum in modum et illustrabuntur et quasi quodam lumine illuminabuntur. Ac primum quidem ea, quae de peculiari *Novellarum* libro, quo is scriptor usus est, diximus, cum Athanasii opere omni ex parte conveniunt. Deinde, cum aliunde nobis constet ipsum nomocanonis scriptorem Iustiniano Codice Digestisque integris usum esse, non his solis eorum librorum partibus, quae in Pseudo-Balsamonis corpore receptae sunt et collocatae [1]), cur non eundem integro Athanasii libro usum esse statuamus, cum praesertim laudet, quae in Pseudo-Balsamonis corpore plane non habentur? Sic denique caussa redditur satis idonea, quare Novellarum tituli et constitutiones a nomocanonis scriptore laudatae cum Athanasiano opere semper ubique conspirent, sententiae ab eodem relatae non item. Neque enim est veri dissimile, ipsas Iustiniani Novellas ab initio cum Athanasiano libro hoc modo fuisse coniunctas, ut epitome Athanasii ipsis Novellae verbis quasi cuiusdam summarii loco praetexeretur. Nam et Codex Bodleianus, qui hodie numero 3390. signatus est, eius rei manifesta habet vestigia, et, quae factae sunt in Fabroti codicibus manuscriptis ex genuinis Novellarum verbis interpolationes, eam rem satis confirmant, et denique paratitlorum ab ipsis Athanasii verbis discrepantia, quae ex eo orta est, quod ipsa ex genuino Novellarum contextu hausta sint et elaborata, cum tamen Athanasiani operis titulum et constitutionem in unoquoque loco praeferant, satis ostendit genuinum uniuscuiusque Novellae contextum cum singulis singulorum titulorum constitutionibus ita fuisse coniunctum et quodammodo conglutinatum, ut unamquamque epitomen genuina Novellarum verba sequerentur. In posterioribus nostri libri codicibus manuscriptis hae ipsae Novellae brevitatis caussa omissae videntur, cum et *τὸ πλάτος τῶν νεαρῶν* et corpus CLXVIII Novellarum integras exhiberent. Tale Athanasiani operis exemplar, si credamus nomocanonis scriptori prae manibus fuisse, caussa satis idonea reddetur, quare singulis singulorum titulorum constitutionumque numeris ab eo laudatis satis conveniat cum genuino Athanasii libro, ipsis autem sententiis exinde deductis non item. Nam hae quidem ex ipsis Novellarum verbis, quae Athanasianis epitomis subiecta fuerunt, haustae sunt atque compilatae.

Praeter Athanasii librum corpusque CLXVIII Novellarum idem nomocanonis compilator et Pseudo-Balsamonis auctoritate usus est in Novellis Iustiniani designandis. Sic enim tit. 4. cap. 4. p. 907. *ἡ δὲ γ'. διάταξις τοῦ γ'. τίτλου τῶν νεαρῶν, β'. οὖσα περὶ Σαμαρειτῶν, κειμένη δὲ ἐν τῷ ῥητῷ τῶν ἐν τῷ πατριαρχείῳ βιβλίων βιβλίον ρλγ'., θεσπίζει* et reliqua. [2]) Quo loco duae Novellarum collectiones separantur [3]), altera, quae in nomocanone *νεαραὶ* audit, ubi haec Novella *de Samaritis secunda* esse dicatur, altera, quae in libro 133. bibliothecae patriarcharum exstet [4]), unde ea, quae deinceps sequuntur, hausta sint. Sunt autem eadem, quae habentur et in *Pseudo-Balsamonis* lib. 3. tit. 3. const. 3. p. 1358. Ut proinde in tanto verborum consensu dubitari nequeat, quin qui ultimo loco significatur Novellarum liber idem sit, qui apud nostrates *Pseudo-Balsamonis* nomine venit.

Restat, ut ex his tribus iuris civilis fontibus, unde nomocanon Iustinianas Novellas laudavit, quos primus nomocanonis compilator adhibuerit, quos Photius, paucis videamus. Quod etsi maximam habeat disputandi difficultatem, tamen et de hac re certum aliquid afferri posse puto. Atque ii quidem loci, qui ex Athanasii libro deducti sunt, ab antiquo nomocanonis scriptore singulis

---

1) Vide Bieneri librum: *Die Geschichte der Novellen* p. 207. 2) De hoc loco legenda sunt, quae Bienerus in libro: *Die Geschichte der Novellen* p. 185. proposuit. *Τὸ ῥητὸν* est „*contextus.*" Vide Reitzium in glossario Theophilino p. 1291. A. 3) Athanas. tit. 3. const. 3. 4) Sic enim loquitur: *κειμένη δέ.* Praeterea qui fieri potuit, ut in medio opere codicis numerus poneretur, initio non item, nisi diversos libros hoc loco designatos arbitremur?

singulorum titulorum capitulis subiecti videntur; reliqui autem a Photio patriarcha profecti. Ac primum quidem de Pseudo-Balsamonis corpore videndum est. Tit. 4. cap. 4. p. 907., qui locus solus inde derivatus est, eius rei indicium praefert. Cum enim iam superioribus titulis libri Novellarum saepenumero mentio facta esset, cur opus fuit libri numerum, unde haec deducta sint, demonstrare, nisi ab aliena manu adsuta esse ea arbitremur? Deinde quare alio libro opus fuit ad haec ipsa designanda, cum haec eadem, quae deinceps leguntur, et apud Athanasium tit. 3. const. 3. reperiantur? Denique si eundem et antiquum nomocanonis compilatorem et eius corporis, quod Pseudo-Balsamoni tribuitur, scriptorem esse credamus, in eo, quem idem confecerit, libro laudando, quomodo videri possit codicis numerum, qui in bibliotheca Patriarcharum habeatur, satis certo designasse? A Photio hoc fieri potuisse nemo non videt, ab antiquo nomocanonis scriptore non item. Verum ne in hoc quidem loco subsistendum arbitror. Nam et ii Novellarum loci, qui ex corpore CLXVIII Novellarum in nomocanonem translati sunt atque transfusi, Photio magis est ut attribuantur, quam veteri nomocanonis scriptori. Cuius quidem iudicii tres habeo caussas, ad eam rem demonstrandam, ni fallor, satis idoneas. Ac primum quidem magna est dubitatio, num iis temporibus, quibus antiqua nomocanonis forma adumbrata est et quasi delineata, corpus CLXVIII Novellarum apud Graecos fuerit ullum, cum praesertim ex iis, quae supra disputavimus, coniicias, nomocanonem imperatoris Iustini temporibus esse compilatum. Deinde si nomoçanonis scriptori Athanasianum opus ad manus fuisse credamus, quam mihi narras eiusdem scriptoris inconstantiam, qui easdem Novellas ex diversis Novellarum collectionibus laudaverit? Denique haec coniectura praeclare confirmatur tit. 9. nomocanonis cap. 30. p. 1011., ubi haec leguntur: *λέγει δὲ καὶ διατ. α'. τοῦ α'. τιτ. τῶν νεαρῶν, ὅτι οἱ φθείραντες διακόνισσαν ὑπεύθυνοί εἰσι ξίφει καὶ τὰς οὐσίας αὐτῶν λαμβάνει τὸ δημόσιον. ἡ περὶ μανδάτου ἀρχόντων διαλεγομένη νεαρὰ ιζ'. ἀπαγορεύει ὅρους ἀσυλίας φυλάττεσθαι τοῖς ἅρπαξι τῶν παρθένων. καὶ ἡ β'. τοῦ αὐτοῦ τιτ. διάτ. φησιν, ὅτι ἁρπάζοντες ἢ ὑπονοθεύοντες* et reliqua. Quo loco haec verba *καὶ ἡ β'. τοῦ αὐτοῦ τιτ. διάταξις* manifesto demonstrant, ista *ἡ περὶ — τῶν παρθένων* a nomocanonis interpolatore interiecta esse. Haec enim verba *καὶ ἡ β'. τοῦ αὐτοῦ τίτλου διατ.* ad verba *λέγει δὲ καὶ διατ. α'. τοῦ α'. τιτ. τῶν νεαρῶν* referentur, ad ista *ἡ περὶ μανδάτου ἀρχόντων διαλεγομένη νεαρὰ ιζ'.* non item. Atqui et Balsamon haec verba in nomocanonis contextu habuit. Vide eius scholium l. l. p. 1013. Idem significat tit. 12. cap. 2. p. 1062. *καὶ ὅτι (αἱρετικοὶ) ἐν δικαστηρίῳ οὐ καταμαρτυροῦσιν ὀρθοδόξου, εἰ μὴ εἰς βουλευτήριον ὀρθόδοξος ἕλκοιτο, ὡς διατ. β'. τοῦ η'. τιτλ. τῶν νεαρῶν. Ἔστι δὲ τοῦ ἀριθμοῦ τῶν ὅλων νεαρῶν μβ'.* (lege ex tit. 9. cap. 2. p. 964. *με'.*). Numquis non videat, haec, quae ultimo loco posui, a secunda manu superioribus addita, ut, qui numerus eius Novellae in corpore CLXVIII Novellarum haberetur, satis constaret? Atqui et Balsamon auctor est, haec eadem in nomocanonis contextu fuisse. Vide eius scholium l. l. p. 1062. seq.

Nullus est per totam Graecorum iurisprudentiam liber, qui Photii nomocanone diutius in manibus virorum doctorum fuerit, tum propter summam eius libri praestantiam, tum propter singularem ipsius Photii in ecclesiae Graecae disciplina et formanda et ad veteres canones instituenda vim et auctoritatem. Inde accidit, ut saepe multumque fuerit a posteriorum temporum iureconsultis et interpolatus et maximam partem immutatus. Animus non est, hac data dicendi opportunitate, de ea re latius disserere, cum praesertim is, qui unus omnium facile est doctissimus, *Biernerus* de eadem verba se facturum promiserit [1]). Illud unum mihi sumendum putavi, ut ex tanta tamque varia eius nomocanonis interpretatione, si quid utilitatis ad nostrum Athanasii librum redundare videretur, id hoc loco paucis significarem. In bibliotheca S. Ambrosii, quae Mediolani est, antiquissimum habetur nomocanonis exemplar, de quo V. Ill. *Carolus Wille* me fecit certiorem. Is codex manuscriptus hoc modo signatus est: „I. 48.“ In eo codice cum nomocanone coniuncta est veteris iureconsulti *ἑρμηνεία*, quam nec Balsamonis, nec Zonarae, nec Aristeni esse idem *Wille* iudicavit. In ea *ἑρμηνείᾳ* fol. 152. Iustiniani Novella 6. relata est, laudanturque una Hermopolitani et Athanasii commentarii hoc modo: *κεῖται δὲ ἐν τῷ Ἑρμοπολ. οὕτως — ἐν δὲ τῷ Ἀθανασίῳ οὕτως —*. Reliqua in nota ad Athanasii tit. 1. const. 1. attulimus. Ut proinde satis

1) In libro: *Beiträge zur Geschichte des Justinianischen Codex* p. 223.

constet, Graecos nomocanonis interpretes ad τὸ κείμενον illustrandum etiam ipsis iuris civilis libris esse usos. Idem in Theodoro Balsamone, celeberrimo illo nomocanonis interprete, accidisse animadvertimus. Hoc autem erat viro praestantissimo vel maxime propositum, ut inveterato illi errori, ex quo suorum temporum clerici legibus in nomocanone laudatis pro validis adhuc utebantur, unus ex omnibus occurreret.[1]. Ideoque ad nomocanonis κείμενον illustrandum non tam iuris Iustiniani corporibus, sed Basilicis usus esse reperitur. Non tamen nego ab eodem Balsamone habitam esse aliquam iuris Iustiniani rationem. Nam et Novellarum τὸ πλάτος[2]) et corpus CLXVIII Novellarum[3]) ei video innotuisse, fortasse autem etiam eum librum, qui Pseudo-Balsamonis esse perhibetur[4]). Athanasiani autem libri rationem plane non habuit. Etsi enim ad unumquemque Novellarum locum, qui ex Athanasio ductus videatur, et tituli et constitutionis numerum adiecit hoc modo: ἡ β'. διάταξις α'. τίτλου τῶν νεαρῶν, non tamen existimandum est, ipsum Athanasii librum ei ad manum fuisse, cum haec eadem ex ipso nomocanone derivare potuerit. Indicavit etiam in unaquaque Novella referenda, sitne in corpore CLXVIII Novellarum collocata, necne. In quo eadem negligentia usus videtur, cum praesertim numeri nomocanonis corrupti et in Balsamonis commentarios subinde irrepserint: velut, qui tit. 12. cap. 2. p. 1064. falso habetur numerus μβ'. (legendum enim με'.), idem in Balsamonis nota reperitur. Sic enim p. 1065.: ἡ β'. διάτ. τοῦ η'. τιτλ. τῶν νεαρῶν ἐστὶ νεαρὰ Ἰουστινιάνειος μβ'. Deinde eandem sua quaeque ex Photii nomocanone derivandi rationem mihi videor deprehendisse in scholio Balsamonis ad tit. 9. cap. 2. p. 965. Quum enim Photius l. l. p. 964. haec dixisset: καὶ ἐν τῇ περὶ βουλευτῶν καὶ ταξεωτῶν αἱρετικῶν με'. νεαρᾷ, ἥτις ἀνήνεκται ἐν τοῖς παρατίτλοις τοῦ γ'. τίτλου τῶν νεαρῶν, Balsamon l. l. haec adnotavit ἀλλ' οὐδὲ ἡ με'. Ἰουστινιάνειος νεαρὰ ἡ ἐν τοῖς παρατίτλοις κειμένη. Quo loco numquis non videat, haec ἡ ἐν τοῖς παρατίτλοις κειμένη ex nomocanone translata esse cum tanta negligentiae specie, ut et virum doctissimum *Fabrotum*[5]) induxerint, ut *paratitlorum* nomine totum Pseudo-Balsamonis librum significatum crederet, ipsumque adeo Balsamonem eiusdem auctorem esse existimaret.

In altero Theodori libro (commentarium ad syntagma canonum conscriptum dico), qui liber apud Beveregium in Synodico typis exscriptus est, nihil sane deprehendi, quod ex Athanasiano opere ductum videatur. Etsi enim saepe multumque Iustiniani Novellas laudari invenias, tamen semper ubique corpus CLXVIII Novellarum scriptori ad manum fuisse videas, Athanasianum librum non item. Certe quidem omnes Novellarum numeri, quos ex eo libro enotavi, cum CLXVIII Novellarum ordine conveniunt. Quod quidem eo magis mirum mihi visum est, quo certius constet hunc Balsamonis librum partem fuisse eius, quo nomocanonem idem scriptor illustravit, commentarii. Vide Beveregium in prolegomenis ad Synodicum tom. I. §. XVI. p. XI., cuius eruditae disputationi addendus est ad eam rem demonstrandam vel maxime insignis locus Balsamonis ad canonem 17. concilii Constantinopolitani apud Beveregium l. l. p. 319. Ut proinde satis liqueat, in eo opere conficiendo Theodoro maximum fuisse usum corporis CLXVIII Novellarum, a qua perpetua sibique constante Novellas laudandi consuetudine sic demum recessisse videtur, si in nomocanonis τῷ κειμένῳ Iustiniani Novellam ad Athanasiani operis formam et compositionem laudatam reperisset. Quamquam et sic simul locum indicavit, quem eadem Novella in corpore CLXVIII Novell. obtineret. Cuius rei caussas video afferri posse duas satis idoneas. Ac primum quidem Athanasiani operis memoria iam fere XI. p. Chr. n. saeculo, ut supra diximus, apud Graecos oblitterata fuit tota. Quid igitur mirum, quod Theodorus Balsamon ad hoc Novellarum corpus descendere voluerit, quod apud Graecos tum in omnium omnino manibus esset usuque tereretur? Deinde linguae Latinae notitiam certe quidem aliquam Athanasianum opus requirit, quam tamen in Theodoro Balsamone fuisse aut plane nullam aut perexiguam videre licet ex eiusdem scholio ad canonem 21. Apostolorum apud Beveregium l. l. p. 15., ubi haec leguntur: κάνστρον γὰρ παρὰ Ῥωμαίοις ὁ σίδηρος.

---

1) Vide Bieneri librum: *Die Geschichte der Novellen* p. 145. et 211. measque iuris Graeco-Romani observationes p. 44. seq. 2) Ad nomoc. tit. 8. cap. 2. in bibliotheca iuris canonici tom. II. p. 937. et ad tit. 1. cap. 28. l. l. p. 847. 3) In iis enim Novellis, quas nomocanon ex Athanasio hausit, illustrandis Balsamon numerum eius Novellae, qui in CLXVIII Novellarum corpore habeatur, semper ubique addidit. 4) Vide Bieneri l. l. p. 215. 5) Vide notam Fabroti ad Pseudo-Balsamonis libri tit. 1. const. 1. in bibliotheca iuris canonici tom. II. p. 1377. A.

Apud reliquos posteriorum temporum iuris cononici interpretes non inveni ullum Athanasiani operis vestigium. Certe quidem nec *Aristenus* in synopsi cononum, nec *Matthaeus Blastares* in syntagmate canonum fecit eius libri mentionem, nec ullum inveni locum, qui inde vel tacito translatus videatur. Qua de re cum Bienerus in historia Novellarum p. **219**. seq. et in schediasmate de collectionibus canonum ecclesiae Graecae p. **37**. docte satis disputaverit, verbum non amplius addo.

CAPUT IV.

Instituenti mihi paucis referre, quae fuerit Athanasiani operis apud recentiorum temporum iureconsultos historia, primus occurrit *Josephus Maria Suaresius*, qui in notitia Basilicorum, quae Romae anno MDCXXXVII. prodiit, §. XXVI. *Athanasii Scholastici* excerpta *ἐκ τῶν Διγέστων καὶ τοῦ ϑ'. βιβλίου κώδικος* de Vaticanae bibliothecae Codice Palatino CCXXVI. commemoraverit. Quae etsi primo aspectu ad nostri libri titulum nihil attinere videantur [1]), tamen ex persimili Codicis Vindobonensis, qui inter Graecos iuris civilis codices numero II. signatus est, corruptela coniicere licet, et ad nostrum librum esse referenda. Postea prodierunt *Caroli Annibalis Fabroti* Basilica, ubi aliqua Athanasiani operis mentio habetur, et *Petri Lambeci* de bibliotheca Caesarea commentarius sextus, qui p. **11**. et **33**. edit. Vindobonae **1682**. fol. aliquam eius operis notitiam ex eiusdem bibliothecae codicibus manuscriptis cum viris doctis communicavit. His auxiliis usus celeberrimus *Fabricius* tam in nota ad Suaresii notitiam Basilicorum §. XXVI. in bibliotheca Graeca tom. XII. p. **477**. quam in indice Basilicorum, qui in bibliotheca Graeca tom. XII. p. **438**. habetur, a se confecto, Athanasii fecit mentionem. Catalogorum Regiae bibliothecae Parisiensis compilatores anno p. Chr. n. **1740**. codicum Graecorum Parisiensium **1381**. et **1720**. [2]) mentionem fecerunt, sed ita, ut istorum hominum negligentiam desidiamque mireris. Surrexit postmodo *Guilielmus Otto Reitzius*, quem iurisprudentiae Graecae quasi quendam instauratorem iure meritoque celebramus, et Basilicorum de *Athanasio* testimonia primus ad nostrum Novellarum Iustinianarum librum revocavit [3]). Ex his, quae adhuc diximus, compilata est observatio *Christiani Friderici Pohlii* ad Suaresii notitiam Basilicorum §. XXVI. p. **103**. (ed. Lipsiae **1804**. **8**.) et *Caroli Guilielmi Ernesti Heimbachi*, fratris mihi carissimi, de Basilicorum origine p. **43**—**45**. (ed. Lipsiae **1825**.), denique *Sigismundi Guilielmi Zimmernii* in historia iuris civilis Romanorum tom. I. p. **400**. seq. Paullo ante, quam fratris praestantissimi opusculum exiret, ***Friderici Augusti Bieneri*** *historia Novellarum Iustinianarum* prodierat, quo scripturae genere effectum est, ut reliquis scriptoribus, qui ad hanc iurisprudentiae partem illustrandam sese contulerunt, facile carere possimus. Is duobus eius operis locis de Athanasio verba fecit, hoc est pag. **126**. et pag. **187**. seq. Et illo quidem loco testimonia catalogorum, qui de codicibus Graecis bibliothecae Vindebonensis et Parisiensis confecti sunt, posuit; hoc autem ex Codicis Graeci Monacensis, qui numero **380**. signatus est, auctoritate partem corporis legum tripartiti Pseudo-Balsamonis ex nostro Athanasii libro ductum esse atque derivatum docuit. Tres enim libri tertii titulos, qui ex Iustiniani Iustinique Novellis hausti sint, ex Athanasii opere in hoc corpus esse traductos et translatos. *Bieneri* sententiae et V. Ill. *Carolus Witte* [4]) accessit, idemque Codicis Vindobonensis, qui inter Graecos iuris civilis libros numero XV. signatus est, argumentum paucis, sed eleganter adumbravit. Secutus est eiusdem *Bieneri* liber, quo constitutiones Codicis Iustiniani restitutas restituendasque tractavit [5]). In accessionibus eius libri p. **222**. Athanasii librum refert haberi in Codice Parisiensi **1381**. [6]) eumque esse a me descriptum totum. Ex hoc apographo

---

1) Vide horum prolegomenῶν cap. 5. 2) l. l. tom. II. p. 312. et p. 392. 3) in excursu XX. ad Theophilum tom. II. p. 1234. (ed. Hagae Comitis 1751. 4.) 4) in libro: *Die leges restitutae des Iustinianischen Codex* Breslau 1830. 8. p. 25. seq. 1) *Beiträge zur Revision des Justinianischen Codex. Berlin 1833. 8.* 6) Haec et in V. Ill. Hugonis historiam iuris Romani edit. XI. p. 1101. translata sunt.

Novella Iustiniani LXXXVII. prodiit in *Caroli Johannis Alberti Kriegèli symbolis criticis ad Novellas Iustiniani* (Lipsiae 1832. 4.) p. 30. et 31.; item Novella, cuius initium est „*Recte nobis*“, in *Tannebergi* libello, qui hunc praefert titulum: „*Pselli de Novellis Iustiniani libellus Graece scriptus ex litteris beati Tannebergi edidit Berger* (Lipsiae 1836.)“ p. 22. et 23.; denique Novella LXII. in eodem libro p. 26. et 27. typis exscripta est. Ac *Kriegelio* quidem, qui Latinam versionem Novellae LXXXVII. ex Codice Vindobonensi haustam edere pararet, hoc dederam, ut de schedis meis, quae ad eam rem utilia sibi fore putaret, describeret sibique haberet. *Tannebergio* autem, iuveni non indocto, quocum et necessitudinis vetustate et studiorum nostrorum similitudine eram vel maxime coniunctus, ego auctor fueram, ut ad haec studia excolenda tractandaque sese conferret, ratus plus utilitatis inde ad iurisprudentiae summam esse redundaturum, quam ex istis diariis, quorum edendorum consilium me et nescio ceperat et invito erat executus. Sed eheu! praematura morte nobis ereptus est iuvenis litterarum amantissimus mihique amicissimus tristeque sui desiderium amicis lugentibus reliquit.

C A P U T V.

Venio ad Codices manuscriptos, quorum in Athanasio edendo usus fuit, et enumerandos et, quod eius fieri poterit, describendos.

I. Inter Codices Graecos bibliothecae Regiae Parisiensis vel maxime pretiosos referendus esse videtur is, qui teste catalogo Codicum manuscriptorum eiusdem bibliothecae (ed. Paris. 1740. fol.) tom. II. p. 312. numero 1381. signatus est [1]). Constat autem foliis 195. membranaceis eius formae, quam *in quarto minori* vocant. Ultima autem folia duo Codici quasi cuiusdam tegumenti loco sunt, nec quicquam habent, quod ad iurisprudentiam Graecam illustrandam spectet. De reliqua Codicis parte si quaeritur, una manu exaratus est totus, scriptura satis nitida eaque ligata, cuius usum nono p. Chr. n. saeculo apud Graecos invaluisse Montefalconius auctor est [2]). In unaquaque pagina versus XXIV. paullove plures reperiuntur; neque enim versuum numerus semper ubique aequalis est. Folia 1. et 193. situ corrupta sunt, neque omnia, quae ibi scripta fuerunt olim, hodie commode legi possunt litterarumve formae satis clare perspici. Lineae graphio ductae sunt, calami usus perpetuus est; singuli autem calami ductus in utramque partem eandem praeferunt et crassitudinem et aequalitatem. Integrum vero hunc Codicem ad nos pervenisse non possum mihi persuadere ut credam; deest enim folium unum post fol. 56. B. Vide ad Athanasii tit. 3. const. 5. Atque etiam ad finem Codicis aliud folium iniuria temporum deperiit. Desinit etiam fol. 193. B. in litteris *ἐκπεσο...*, quae ex libelli *περὶ διαφόρων ἀναγνωσμάτων* §. 19. hausta sunt. Iam vero, cum ea, quae isto loco desiderantur, ex aliis iuris Graeci fontibus restitui possint, itaque videantur esse comparata, ut unius folii modum non excedant; deinde ex indice Codicis fol. 9. A. satis constet, praeter Athanasianum opus ipsumque illum libellum *περὶ διαφόρων ἀναγνωσμάτων* nihil quicquam in eo Codice antiquitus fuisse scriptum, vix ac ne vix quidem dubitandum censeo, quin is, qui nostrum Codicem conglutinavit, cum ultimum eius folium tam situ quam carie corruptum videret, ut nihil ex eo expiscari posset, quasi quandam sarcinam inutilem abiecerit, nec ullam eius rei memoriam ad posteritatem pervenire maluerit. De argumento Codicis satis

---

1) Verba eorum, qui catalogos istos composuerunt, haec sunt: „*Codex membranaceus, olim Colbertinus, quo continetur Athanasii Scholastici sive Advocati Emeseni ecloga seu delectus legum e codice et novellis. Praemittitur capitum index, coniecta etiam ad marginem brevia quaedam scholia. Opus hactenus ineditum, cuius finis desideratur. Is codex saeculo decimo tertio exaratus videtur.*“ 2) Palaeographiae Graecae lib. IV. cap. 1. p. 262. seq.

constat ex indice, qui inde a fol. 1. usque ad fol. 9. reperitur. Athanasianum autem opus inde a fol. 9. B. usque ad fol. 190. A. porrigitur, constans illud quidem XXII titulis, quibus paratitla subiiciuntur. Sequitur in Codice libellus *περὶ διαφόρων ἀναγνωσμάτων* inde a fol. 190. A. ad fol. 193. B., cuius finis desideratur, cum ultimum Codicis folium nescio quo casu exciderit. Restat, ut de fol. 194. et 195., quae Codici quasi cuiusdam tegumenti loco esse supra diximus, videamus. Ea, quamquam primo adspectu pura videantur esse, tamen intuenti cuique diligentius in palaeographicas rationes scripturae vetustae, sed erasae testimonium perhibebunt. Quem nuncium cum ad *Hasium*, quem honoris caussa nomino, adtulissem, vir summus pro ea, qua semper erga me fuit, benevolentia petenti mihi facile concessit, ut in his antiquitatis vestigiis rimandis gallae, ut vocant, infuso uterer. Quo auxilio adiutus nihil nisi haec pauca expiscari potui

νογκ ανιων .... πο

τνάχραντνεω φιχ ... τὶν χρυ

εγδ μικιαω ... μιναις .... γὺω . ατ

Sunt haec ex fol. 195. B. Quae quidem theologi alicuius Graeci esse, nemo dubitabit. Lego autem versu secundo: *τὸν ἄχραντον .... τὸν ἰησοῦν χριστόν.* Et versu tertio: *οὐκ βαπτιζομέναις .. ἁγιωτατ.* — Nunc de aetate, qua noster Codex scriptus est, dicendum est. In quo illud quidem dolendum est, anni, quo scriptus sit, adnotationem in Codice extare nullam. Solent enim haec ad finem Codicum adscribi; nostri autem Codicis ultimum folium iniuria temporum deperiisse supra dictum est. Redibit igitur tota haec disputatio ad rationes palaeographicas. Ego, qui multos iuris Graeci Codices manu exaratos inspexerim, adeoque etiam V. Ill. *Haasium* audierim, cum is de palaeographiae ratione codicesque manuscriptos tractandi disciplina cum maxima nostra voluptate longe lateque dissereret, multum deliberando ad hanc sum deductus opinionem, ut nostrum Codicem saeculo post Christum natum undecimo scriptum esse coniicerem. Quam coniecturam V. Ill. *Hasius* (at qualis quantus vir, quamque in his rebus diiudicandis exercitatus!) calculo comprobavit suo [1]). Eius rei fidem ut tibi, lector benevole, facerem, scripturae nostri Codicis specimen in aes incidendum curavi [2]).

1) Sic enim in litteris ad me Cal. Octobr. 1830. datis: *Zugleich sende ich Ihnen die Handschrift 1381. zurück, die auch mir aus dem 11. Jahrhunderte scheint.* 2) Hoc ego specimen debeo V. Clar. Eduardi Zachariaei erga me amicitiae, qui, cum per multum temporis Lutetiae Parisiorum commoraretur, ut iuris Graeci codices cum incredibili bonarum litterarum fructu undique anquireret, precibus hoc dedit meis, ut id, quod posui, specimen a viro eius rei peritissimo *Muellero* transscribendum curaret. Quae vero ipse transscripseram eius rei specimina, in itinere nescio quo casu perierunt.

Accedit quod in imperio Orientali, ubi noster Codex exaratus videtur esse, saeculo p. Chr. n. duodecimo nihil quicquam pro tribunalibus auditum sit, nisi Basilicorum nomen [1]. Itaque parum probabile est, Athanasianum opus, in quo Iustiniani Novellae eaeque ex Basilicorum corpore non ita interpolatae nobis conservatae sint, iis, quibus non legeretur, temporibus denuo esse descriptum. Atqui, inquies, Codices Novellarum Iustiniani Venetum et Florentinum post ea tempora conscriptos esse constat. Quasi vero uterque codex puras putas Iustiniani Novellas exhiberet, ac non potius ex Basilicis interpolatas! Contra ea nemo negabit, saeculo post Christum natum undecimo iuris Iustiniani volumina nondum iacuisse per imperium Orientale neglecta, cum praesertim *Michael Psellus* in *ποιημ. νομ.* vers. 456. seq. auctor sit satis idoneus, peculiares Iustiniani Novellarum codices per imperium Orientale suis temporibus circumferri solitos [2]. Denique nostra opinio confirmatur rationibus orthographicis, quas, cum a Montefalconio in de palaeographia Graeca libro neglectas esse videamus, *Haasius* Leone Diacono edito nuper quasi ab inferis excitavit [3]. Apparent enim in codice non ita raro iotacismi vestigia, quae res vel maxime in promiscuo litterarum *ει*, *η*, *ι*, *οι* usu cernitur. Atque litterae *ει* quidem pro *η* positae sunt hoc modo: *ἀζείμιον* tit. 20. const. 2., *ἀπαιτειταῖς* tit. 20. const. 6., *ἀποκαταστεῖ* tit. 20. const. 1., *ἀποστεῖ* tit. 1. const. 2., *ἀρχιδιουργείτως* tit. 14. parat. §. 5., *βληθεῖναι* tit. 4. const. 22., *ἐγράφει* tit. 1. const. 5. et const. 6., tit. 10. const. 9., *ἐγαμήθεισαν* tit. 8. const. 1., *ἐναγάγει* tit. 1. const. 2., *ἐπειδεῖ* tit. 4. const. 17., *ἐπιδοθήσεις* tit. 7. const. 5., *ἐγγραφεῖναι* tit. 10. const. 6., *ἐγκαταλεγεῖ* tit. 1. const. 2., *ἐκποιεῖσαι* tit. 18. const. 8., *εὐαγεὶς* tit. 2. const. 2., *εὐαγεῖς* tit. 2. const. 3., *κατηγορεῖσαι* tit. 7. const. 7., *κεχρεῖσθαι* tit. 20. parat. §. 3., *λάβει* tit. 4. const. 22., tit. 5. const. 4., *λείψεται* tit. 10. const. 9., *λειψόμενοι* tit. 3. const. 3., *μέρει* tit. 10. const. 2., *παραλάβει* tit. 10. const. 9., *περιγραφεῖν* pro *περιγραφὴν* tit. 10. parat. §. 7., *συγγενεῖς* pro *συγγενὴς* tit. 2. const. 2., *συναπαιτεῖσαι* tit. 10. const. 6., *ὑποτελεῖς* pro *ὑποτελὴς* tit. 20. const. 1., *χειροτονείσας* tit. 1. const. 1., *χρεῖ* pro *χρὴ* tit. 9. const. 10. — Porro *ει* positum est pro *ι* hoc modo: *ἀειφυγείᾳ* tit. 2. const. 1., *ἀπαιδείας* tit. 10. const. 2., *ἀπειθείας* tit. 10. const. 6., *ἀπολειπὼν* tit. 1. const. 2., *αὐθεντείας* tit. 6. const. 2., *Ἀραβείας* indicis tit. 4. const. 19., *ἀχαριστείας* tit. 7. const. 7., tit. 8. const. 1., tit. 9. parat. §. 8., tit. 1. const. 2., *δείδωσιν* tit. 8. const. 2., *δεὶς* pro *δὶς* tit. 1. const. 2., *εἰσμὲν* pro *ἴσμεν* tit. 17. const. 2., *εἰσότητος* indicis tit. 10. const. 6., *ἐξπεδείτῳ* tit. 10. const. 9., *ἐξπαιδείτῳ* tit. 20. const. 1., *ἐκποιήσεις* pro *ἐκποίησις* tit. 10. const. 1., *ἐμφανείσῃ* tit. 7. parat. §. 9., *καταλειμπανέτω* tit. 11. const. 4., *κεινουμένης* tit. 7. parat. §. 4., *κεινὴν* pro *κινεῖν* tit. 9. const. 11., *λειτανείτω* tit. 1. const. 2., *λειτουργειῶν* tit. 8. parat. §. 2., *μητροπολεῖται* tit. 1. const. 1., *οἰκείαν* pro *οἰκίαν* tit. 2. const. 2., *ὁμειλῶν* tit. 1. const. 2., *παιδοποιείας* tit. 1. const. 2., tit. 9. paratitl. §. 1., tit. 2. parat. §. 2., *παραγγελείας* indicis tit. 6. *inscript.*, *παροικείας* tit. 1. const. 7., *πολεῖται* tit. 18. const. 2., *προνόμειον* tit. 2. const. 5., *προσείτω* tit. 4. const. 3. — Atque etiam littera *η* pro *ει* posita est his locis: *ἀναλαμβάνην* tit. 10. const. 9., *ἀναμένην* tit. 4. const. 17., *ἀπηθίας* tit. 10. const. 6., *ἁρμόσῃ* tit. 9. parat. §. 16., *ἀρχθῆσαν* tit. 5. const. 5., *γαμήτωσαν* tit. 11. const. 1., *γράφην* tit. 8. const. 1., *δανήσει* tit. 13. const. 1., tit. 16. const. 1., *δηλωθήσαν* tit. 5. parat. §. 16., *διαιλεῖν* tit. 9. parat. §. 1., *ἐγκεκλησμένον* tit. 15. parat. §. 7., *ἐγκληέσθω* tit. 4. const. 22., tit. 5. parat. §. 10., *εἴδη* pro *εἴδει* tit. 20. const. 6., *ἐκδικὴν* tit. 11. const. 22., *ἐκδικήσῃ* tit. 8. const. 5., tit. 10. const. 6., *ἐκήνης* tit. 6. const. 2., *ἐκκλητευθείσης* tit. 7. const. 7., *ἐμμένην* tit. 5. parat. §. 6., *ἐκφωνὴν* tit. 1. const. 17., *ἐκφωνηθῆσα* tit. 8. const. 1., *ἐξήληφεν* tit. 5. const. 4., *ἐπιδοθήσεις* tit. 7. const. 5., *ἐπινοήτωσαν* tit. 20. parat. §. 4., *ἐπινοηθεισῶν* tit. 20. parat. §. 4., *ἐπιτραπὴς* tit. 10. parat. §. 7., *ἠσὶν* tit. 10. const. 2., *ἠπειλημέναις* tit. 9. const. 2., tit. 11. const. 6., *ἤργεσθαι* tit. 11. const. 3., *καταλειφθήσιν* tit. 10. const. 2., *καταλεληιμμένα* tit. 8. const. 1., *κεινὴν* pro *κινεῖν* tit. 9. const. 11., *κερδανθῆσαν* tit. 10. const. 1., *κινήσῃ* pro *κινήσει* tit. 15. const. 1., *ληφθὲν* pro *λειφθὲν* tit. 1. const. 1., *μεμφθὴς* tit. 15. parat. §. 5., *μένην* tit. 20. const. 1., *παρασχεθήσης* tit. 9. const. 2., *ποιήτω* tit. 9. const. 2., tit. 10. parat. §. 13., *πολυπραγμονῆν* tit. 9. const. 4., *προσθῆναι* tit. 5. parat. §. 5., tit. 7. const. 7.,

---

1) Vide Bieneri librum: *Die Geschichte der Novellen* p. 149—157. 2) Vide Bienerum l. l. p. 148. 3) C. B. Haasius praef. ad Leonem Diaconum p. XXII. in corpore scriptorum historiae Byzantinae ed. Niebuhr vol. X.

ῥηθήσαις tit. 10. const. 9., συνοικήτωσαν tit. 1. const. 2., τεθηκότες tit. 15. const. 1., τεθημένον tit. 15. const. 1., τεχθῆς tit. 18. const. 5., τηνὰς pro τινὰς tit. 9. const. 2., ὑποβάλλη pro ὑποβάλλει tit. 16. const. 4., ὑποστρέφη pro ὑποστρέφει tit. 10. const. 2., χήρονα tit. 10. const. 2. — Atque etiam est, ubi η littera pro ι posita sit hoc modo: ἀθέμητοι tit. 11. const. 1., ἀθεμήτοις l. l., ἀθεμήτῳ tit. 11. const. 4., ἀθεμητογαμήσαντος tit. 11. const. 6., ἀκηνδύνως tit. 10. const. 2., tit. 11. const. 1., ἀκήνιτον tit. 15. const. 1., ἀκηνίτων tit. 2. const. 1., tit. 8. const. 4., ἀνάγνωθη tit. 9. parat. §. 8., tit. 10. const. 2., ἀποληπμπάνεσθαι tit. 1. const. 7., ἀτημίαν tit. 6. const. 2., ἀρχηκὴν tit. 20. const. 1., ἄχρις tit. 7. const. 7., ἄχρη tit. 8. const. 6., Βελησαρίου tit. 4. const. 10., const. 11., const. 12., tit. 5. const. 4., tit. 7. const. 1., tit. 9. const. 1., tit. 9. const. 3., tit. 10. const. 2., tit. 12. const. 2., tit. 14. const. 1., tit. 10. const. 3., Βελησαρίῳ tit. 13. const. 3., γηνέσθωσαν tit. 6. const. 2., γυναικὴ tit. 1. const. 2., tit. 5. const. 4., tit. 18. const. 4., γηνέσθωσαν tit. 6. const. 2., γνῶσην tit. 7. const. 7., διακόνησα tit. 1. const. 2., δηοικούντων tit. 4. parat. §. 21., δηκαστηρίου tit. 20. const. 1., δήμοιρον tit. 10. const. 9., δηπλοῦν tit. 1. const. 2., δηπλάσιον tit. 20. const. 5., δηπλασίωνος tit. 14. parat. §. 6., διάστηξιν tit. 4. const. 17., διαβάλην tit. 5. const. 5., εἰσηέναι tit. 7. const. 3., ἐκφωνήσην tit. 11. const. 4., ἐνὴ tit. 5. const. 4., ἐντηθῆναι tit. 8. const. 4., ἐπὴ tit. 9. parat. §. 8., ἐπιδόσην tit. 8. parat. §. 5., ἐπιτήμησιν tit. 4. const. 24., ἐπιτήδευσην tit. 5. const. 5., ἠδήτευσεν tit. 9. const. 13., ἠδικὴν tit. 2. const. 1., ἠδίων tit. 20. const. 1., ἥττονη tit. 4. const. 22., ἰδιοκηνδύνως tit. 4. const. 22., ἴσθη tit. 3. const. 2., καταλημπανέτω tit. 8. const. 1., καταλίψην tit. 4. parat. §. 10., κηνδύνῳ tit. 6. const. 3., κηνδυνεύεται tit. 20. const. 1., κηνιτοῖς tit. 10. const. 1. et 2., tit. 15. parat. §. 15., κηνουμένων tit. 5. parat. §. 18., κηνουμένην tit. 4. parat. §. 14., κληρονομοῦση tit. 7. const. 7., κώδηκι tit. 11. const. 4., et 5., κτήζειν tit. 9. parat. §. 3., Κωνσταντηνουπόλεως tit. 4. const. 22., Κωνσταντήνῳ tit. 4. const. 22., μέχρη tit. 9. const. 9., μέχρης tit. 1. const. 2., tit. 2. parat. §. 7., tit. 5. parat. §. 18., tit. 6. const. 2. et parat. §. 3., μηγῆναι tit. 10. const. 2., μητροπόλην tit. 8. parat. §. 5., ὀνομαστὴ tit. 9. parat. §. 3., ὁμηλήσαντος tit. 10. const. 2., παισὴν tit. 9. parat. §. 1., παληνγενεσίας tit. 9. const. 2., παραδηδομένων tit. 20. const. 3., πενθήμου tit. 9. parat. §. 12., tit. 10. const. 2., tit. 11. const. 6., tit. 9. const. 3., tit. 13. parat. §. 10., πίστην tit. 5. parat. §. 12., tit. 14. const. 3., πόλην tit. 11. const. 4., πολλάκης tit. 10. const. 3., προσκομηδῆς tit. 1. const. 17., προσκομηδὴν l. l.. προσομήλησε tit. 10. const. 1., προσομηλήση tit. 13. const. 3., προστημάσθωσαν tit. 6. const. 2., προσαυξήσης tit. 10. const. 6., προτηθεμένων tit. 1. const. 2., προτημῶνται tit. 9. const. 6., ῥωμαιστὴ tit. 16. const. 2., σεληντιαρίων tit. 9. parat. §. 7., σηλεντίου tit. 22. const. 3., στρατηγίδη tit. 20. const. 1., τεχθείσην tit. 9. const. 2., τημημάτων tit. 2. const. 1., tit. 2. const. 7., τεχθείσην tit. 9. const. 2., τημωρία tit. 6. const. 1., τημωρουμένη tit. 1. const. 5., τημωρίας tit. 10. const. 2., τηνὲς tit. 14. const. 3., τηνὰς tit. 9. const. 7., ὑβρήση tit. 6. const. 2., ὑπέστην tit. 8. const. 1., ὑπερτήθεται tit. 4. parat. §. 2., φημὴ tit. 10. const. 2., χρίσην tit. 9. const. 2., const. 10., const. 12., tit. 10. const. 1., χωρὴς tit. 1. const. 13., tit. 3. const. 3., ὡρησμένα tit. 20. const. 1. — Est et, ubi η pro οι positum sit, velut, quod tit. 10. const. 11. τῆς βουλομένης pro τοῖς βουλομένοις habetur. — Littera ι autem saepenumero locum litterarum ει obtinet hoc modo: ἀγγαρίαις tit. 4. const. 3., ἀδίαν *indicis* tit. 3. const. 5., tit. 1. const. 2., ἀμίωτα tit. 18. const. 3., ἀμιώτους tit. 20. const. 1., ἀντισάγιν tit. 22. const. 4., ἀντισαχθέττας tit. 1. const. 10 et 12., [illegible] tit. 5. parat. §. 2., ἀνδρίοις tit. 1. const. 14., ἀποκλίειν tit. 21. const. 2., ἀποκλιόμενος tit. 3. const. 2., ἀποκλίονται tit. 9. const. 10., tit. 10. const. 2., tit. 11. const. 1., ἀπολίψεως tit. 1. const. 2., Ἀπάμιαν tit. 18. const. 5., ἀπομιούτω tit. 8. const. 1., ἀπομιοῦν tit. 5. parat. §. 6., Ἀριανῶν tit. 2. const. 6., ἀργῖ tit. 10. const. 9., ἀσφαλίαν tit. 9. parat. §. 12., βασιλίας tit. 4. const. 18., tit. 10. const. 10., tit. 11. const. 4., tit. 21. const. 3., Βασιλίου tit. 9. const. 8., tit. 10. const. 10., Βελλιάνῳ tit. 9. const. 10., γοητίας tit. 7. const. 7., γραμματίῳ tit. 15. parat. §. 16., δανίζειν tit. 13. const. 1., δανισθῆναι tit. 13. const. 1., δανίσας tit. 15. parat. §. 5., δανίου tit. 14. const. 3., δανίων tit. 16. const. 1. *inscript.*, tit. 16. const. 2. *inscript.*, δανιζέτωσαν tit. 13. const. 1., δεδανικόσιν tit. 9. parat. §. 7., δεσποτίας tit. 9. const. 12., tit. 5. const. 2., tit. 18. parat. §. 7., δεσποτίᾳ tit. 18. const. 5., δίξωσιν tit. 15. const. 3., δυναστίας tit. 22.

parat. §. 2., ἐγκεκλισμένον tit. 7. const. 7., εἰσπράξι tit. 22. parat. §. 1., ἐκπεσῖν tit. 10. const. 11., tit. 1. const. 2., ἐκίνην tit. 10. const. 6., ἐκτίνεσθαι tit. 1. const. 16., ἐμφάνιαν tit. 20. const. 3., ἐμφανίας tit. 1. parat. §. 3., tit. 17. parat. §. 2., ἐμφάνιαι tit. 4. const. 24., ἐνάγι tit. 14. parat. §. 5., ἐποφίλουσιν tit. 9. const. 2., ἐποφιλόμενον ibidem parat. §. 2., ἐποφίλεσθαι tit. 6. const. 2., ἔπισεν tit. 7. const. 7., ἐπισκοπίῳ tit. 1. const. 2., tit. 5. parat. §. 1., ἐπιμελλίσθωσαν tit. 20. const. 4., ἐπίξεως tit. 4. const. 15., ἐπιμελλίαν tit. 1. const. 7., ἐπίτοιγε tit. 1. const. 13., tit. 2. const. 1., ἐρίπια tit. 2. const. 2., ἐριπίοις tit. 2. const. 1., εὐμένιαν tit. 20. const. 3., θρησκία tit. 18. parat. §. 5., ἰδῶν tit. 20. const. 1., ἴσω tit. 5. parat. §. 2., καταλίψωσιν tit. 1. const. 2., κηδίας indicis tit. 2. const. 12., καταλελιμένου tit. 10. const. 2., κιμιλιαρχίου tit. 11. const. 3., κρατίτω tit. 10. const. 9., λίψανον tit. 6. const. 2., tit. 15. parat. §. 5., λίψανα tit. 6. const. 1., μεθοδίαν tit. 20. const. 5., μεθοδίας tit. 15. const. 3., μιούσθω tit. 6. parat. §. 2., μίωσιν tit. 9. const. 2., tit. 10. const. 2., μοιχίας tit. 10. const. 9., μοιχίᾳ tit. 4. const. 22., νοθίᾳ tit. 11. const. 4., νοσοκόμιον tit. 9. parat. §. 3., οἰκίου tit. 1. const. 2., ὀρφανοτρόφιον tit. 2. const. 3., πολιτίᾳ tit. 20. const. 6., πολιτίαν tit. 7. const. 7., πορνίας tit. 10. const. 2., tit. 12. const. 2., tit. 15. parat. §. 17., προάστια tit. 2. const. 1., προαστίῳ tit. 2. const. 3., προαστίοις tit. 10. const. 9., προσεδρίας tit. 15. parat. §. 2. et 4., προσκαρτερίτωσαν tit. 1. const. 2., Σαμαρίτης tit. 5. parat. §. 14., Σαμαρίτου tit. 3. const. 2., tit. 18. parat. §. 3., Σαμαρίτας tit. 9. const. 8., tit. 3. const. 2., parat. §. 8., Σαμαριτῶν tit. 9. parat. §. 4., tit. 3. const. 2., Σεβαστία tit. 4. const. 11., σημία tit. 5. const. 5., στρατία tit. 20. const. 1. et parat. §. 4., στρατίαν tit. 20. parat. §. 3., στρατίαι tit. 15. const. 3., στρατίας tit. 2. const. 6., tit. 4. const. 1., tit. 5. const. 4., συγγενία tit. 1. const. 14., συνιδυῖα tit. 10. const. 9., συναφίας tit. 11. const. 4., συγχωρίτωσαν tit. 20. parat. §. 3., tit. 4. const. 3., ταμιακῆς tit. 8. const. 1., ταμιακὸν tit. 4. const. 10., ταμίου tit. 3. const. 3., ταμίῳ tit. 20. const. 5., ταμίον tit. 20. const. 6., ὑπατία tit. 1. const. 1., tit. 18. parat. §. 4., tit. 22. parat. §. 6., ὑπατίαν tit. 2. const. 7., const. 8., const. 9., const. 11., const. 12., tit. 4. const. 11., const. 21., tit. 5. const. 4., tit. 7. const. 4., tit. 8. const. 1., tit. 8. const. 2., tit. 10. const. 10., tit. 18. const. 8., tit. 20. const. 1., tit. 22. const. 3., const. 5., ὑπατίας tit. 1. const. 3., const. 10., tit. 2. const. 10., tit. 4. const. 13., const. 18., const. 24., tit. 5. const. 2., tit. 8. const. 5., tit. 9. const. 1., const. 6., tit. 10. const. 5., const. 6., const. 11., tit. 13. const. 2., const. 3., tit. 14. const. 3., tit. 15. const. 1., const. 2., const. 3., tit. 16. const. 1., const. 3., tit. 17. const. 3., tit. 18. const. 2., const. 3., const. 4., tit. 20. const. 4., tit. 22. const. 1., const. 4., ὑπιληιμμένοι tit. 4. const. 24., ὕπισιν tit. 10. const. 2., χρία tit. 1. const. 2. — Nec desunt exempla litterae vocalis ι pro η positae, velut ἀγανάκτισιν tit. 4. const. 3., parat. §. 3., tit. 20. const. 5., αἰτίσεσι tit. 1. const. 12., απαιτίσει tit. 10. parat. §. 9., ἄνιβοι tit. 9. const. 1., ἀνίβων tit. 13. const. 1., ἀνικόντων tit. 22. parat. §. 9., ἀκηνίτων tit. 2. const. 1., tit. 8. const. 4., ἀκήνιτον tit. 15. const. 1., tit. 18. const. 1., ἀλλίλων tit. 1. const. 2., ἀνικόντων tit. 4. const. 24., ἀνίκοντα tit. 4. const. 22., ἀπαιτίσει tit. 10. parat. §. 1., ἀποδιμίας tit. 20. parat. §. 4., ἄνιβον tit. 10. const. 2., ἀνίβων tit. 13. const. 1., ἀφῖλιξ tit. 10. const. 8., ἀφιλίκων tit. 13. parat. §. 6., γαμιθεῖσαι tit. 8. const. 1., γίμας tit. 10. const 2., γνισίους tit. 11. const. 1., δεσπότι tit. 18. parat. §. 1., tit. 17. parat. §. 3., διεστίκασιν tit. 2. const. 3., διμοσίοις tit. 20. parat. §. 3., δωριθέντων tit. 11. const. 4., δαπανίσωσι tit. 1. const. 2., ἔτι pro ἔτη tit. 1. const. 2., ἐνδε[illegible]σιν tit. 4. parat. §. 3., ἐπίτιδες tit. 10. const. 2., tit. 20. const. 2., ἐξαμίνου tit. 17. parat. §. 2., ἐτίσεως tit. 9. const. 10., ἐπινεμίσεως tit 20. const. 6., εὐαγὶς tit. 2. const. 1., ἔφιβοι tit. 15. parat. §. 13., ἠδικημένος tit. 5. const. 5., ἤτισεν tit. 10. const. 2., θρισκία tit. 18. parat. §. 5., ἰδικιμένοις tit. 20. parat. §. 8., ἰδιοκτίτου tit. 20. const. 1., ἱκανὶς tit. 18. const. 4., καταλίψην tit. 4. parat. §. 10., κεκτιμένους tit. 20. const. 6., κεκτιμένων tit. 18. const. 6., κεχρίσθω tit. 20. const. 5., κεκρατικότι tit. 17. const. 1., κηνιτοῖς tit. 10. const. 1., const. 2., tit. 15. parat. §. 15., κληρονομίσουσιν tit. 11. const. 4., κοσμιθεὶς tit. 18. const. 3., const. 3., κρατιθέντι tit. 15. parat. §. 2., κτίσεως tit. 2. const. 2., tit. 18. const. 4., tit. 20. const. 1., κτίσει tit. 5. const. 4., tit. 15. parat. §. 5., κτίματι tit. 2. const. 3., κτίσις tit. 20. const. 1., κτίσεων tit. 20. const. 1. et parat. §. 3., κτίσιν tit. 2. const. 3., κτίτορες tit. 20. const.

1., *κτίτοροι* tit. 4. const. 3., *λίψεται* tit. 10. const. 2., *λίψονται* tit. 10. const. 9., *λιστοδιώκτην* tit. 20. const. 1., *μαρτυρίσουσιν* tit. 5. const. 5., tit. 14. parat. §. 6., *μετρίσεις* tit. 21. const. 3., *μητρίσεις* tit. 21. const. 3., *μινύειν* tit. 20. const. 1., *μινυέτωσαν* tit. 20. parat. §. 2., *μὶ* tit. 1. const. 2., tit. 8. const. 4., tit. 9. const. 10., *μίγε* tit. 1. const. 2., *μίτε* tit. 10. const. 2., *μίνας* tit. 9. const. 5., *νενομοθετικόσι* tit. 10. const. 1., *νικίσαντα* tit. 10. const. 9., *ὁμομιτρίων* tit. 9. const. 5., *ὅσιν* tit. 20. const. 6., *παραπλίσιον* tit. 2. const. 3., *πλανήτις* tit. 1. const. 2., *πολίτις* tit. 18. parat. §. 3., *προσικόντων* tit. 2. const. 1., *στρατιλασία* tit. 18. parat. §. 4. et 6., tit. 22. parat. §. 6., *στρατιγίῳ* tit. 21. const. 3., tit. 22. const. 1., *συγχωρίσεως* tit. 20. const. 6., *συναλλακτίς* tit. 15. const. 3., *συνίλαξεν* tit. 5. parat. §. 6., *τίμιμα* tit. 21. const. 3., *τινικαῦτα* tit. 2. const. 3., *τῖς* tit. 6. const. 2., *τολμίσει* tit. 20. const. 1., *τοποτηριτῶν* tit. 4. const. 22., *τοποτηριτὴν* tit. 20. const. 1., *τοποτηριτὰς* tit. 20. const. 1., *φιλοτιμιθέντα* tit. 15. parat. §. 13., *Χαλκίδων* tit. 10. const. 11., *ρεώστι* tit. 15. parat. §. 10., *χρεώστιν* tit. 20. const. 1., *χρίζουσιν* tit. 14. parat. §. 4., *χρίσιν* tit. 9. const. 2., 10. et 12., tit. 10. const. 2., *χρίσιν* tit. 9. const. 2., tit. 10. const. 2. et parat. §. 9., *χωριγεῖν* tit. 11. const. 1., *χοριγηθέντων* tit. 1. const. 10., *ψευδομαρτυρίσας* tit. 5. parat. §. 2., *ψῖφος* tit. 7. parat. §. 4. — Est etiam, ubi littera vocalis *ι* pro *οι* posita sit, velut *ὁμίοις* tit. 7. const. 7., *λιπαὶ* tit. 8. const. 1., *μήτιγε* tit. 10. const. 9. — Praeter haec satis clara iotacismi exempla, quae in codicibus, qui eiusdem, cuius noster, aetatis sunt, crebro satis deprehenduntur, id, quod saeculo post Christum natum decimo nunquam aut certe perraro factum est apud Graecos, ut *υ* et *η* et *οι* promiscuo vocalium usu miscerentur [1]), hoc in nostro Codice plus semel, sed raro tamen accidisse animadvertimus. Littera *υ* exempli gratia pro *οι* posita est tit. 20. const. 1., ubi *λυπῶν* est pro *λοιπῶν*; tit. 22. const. 6., ubi *ἀμυροῦσα* pro *ἀμοιροῦσα*; tit. 10. const. 9. *δίμυρον* pro *δίμοιρον*. Contra ea *οι* pro *υ* legitur tit. 9. parat. §. 12., ubi *διατοιποῖ* pro *διατυποῖ*; tit. 1. const. 2., ubi *ἀνακοίπτοντα* pro *ἀνακύπτοντα*; tit. 18. parat. §. 1. *ἥμισοι* pro *ἥμισυ*. Denique *η* pro *υ* habetur tit. 4. const. 22., ubi *γηνὴ* pro *γυνὴ* legitur. Cuius rei caussam in promptu est aperire. Hanc enim veteres Graeci tenuerunt litteras *υ* et *οι* et *η* pronuntiandi rationem, ut diversam earum vocalium esse naturam audienti cuique appareret [2]). Quae consuetudo undecimo demum post Christum natum saeculo videtur esse oblitterata. Itaque mirari subit, quid sit, quare catalogi bibliothecae Regiae confectores tom. II. p. 312. nostrum codicem manuscriptum saeculi decimi quarti esse videri dicant; insigni documento, qua negligentia, quaque inscitia ii fuerint, quibus haec cura fuit demandata. Similem istorum hominum errorem notavit et *Haasius* in praef. Leonis Diaconi ed. Niebuhri p. XXII. — De loco, quo hic codex scriptus sit, nihil certi potest definiri, nisi quod in ea imperii Orientalis regione, ubi iuris Iustiniani memoria non omnino intercidisset, exaratus esse videatur. Numquis enim credat, tantae molis librum descriptum esse, cum non legeretur? Coniicias Constantinopoli scriptum, tum quia iuris Iustiniani memoria, si qua alia in parte imperii Orientalis, in hac certe quidem civitate istis temporibus viguit, tum quod Athanas. tit. 10. const. 7. *γραζία* et tit. 15. parat. §. 8. semel *Τιτζίου* legitur. Utrumque *σφάλμα* ortum est ex corrupta Constantinopolitanorum ratione Latinam litteram *t* pronuntiandi. Certe quidem *Michael Psellus*, cuius synopsis legum Constantinopoli scripta est, versu 129. *πετίτζιο* (sic ed. Bosq.), vs. 156. *δελεγάτζιο* (sic Cod. Paris. Gr. numero 478. notatus. Bosq. *δελεγάτιο*), vs. 337. *ῥεπετιτζίονα* (sic Cod. Paris. laudatus. Bosq. *ῥεπετιτίονα*). Sic et Cod. Senatorius Lipsiensis Rep. I. no. 66. fol. 205. *πρὸ ἀδιτζίωνος*, *ἐξεραδιτζίωνος*; fol. 206. *μετὰ τιτζίου*, *ῥεβερεντζία*, *ῥατζίωνος* [3]), qualia multa et alia in Glossis Labbaei nomicis occur-

---

1) *Haasius* in *commentario de Joanne Lydo* ed. *Fussi* §. XXXIII. p. LXXII. 2) Haec ego a V. Ill. *Haasio* accepi, cum is de ortu et progressu Graecitatis, quam recentem vocare solemus, publice dissereret. Quamquam negari non potest, et nono post Chr. n. saeculo litterarum *οι* et *υ* elocutionem in certis imperii Orientalis regionis partibus confusam esse. Vide Liscovium: *Ueber die Aussprache des Griechischen (Leipzig 1828. 8.)* p. 141. 3) Haec litterarum coniunctio *τζ* Graecis inde a saeculo octavo in primisque in nominibus propriis usitata erat. Cedrenus hist. compend. ed. Xyland. (Bas. 1561. fol.) p. 447. *Βουβουτζικός*, p. 436. *Βαδίτζης*, p. 482. *Διακονίτζης*, p. 488. *Ζαούτζης*, p. 493. *Χατζιλάκιος*, p. 498. *Τζιρίθων*, p. 499. *Βασιλείτζης*, p. 503. *Καταкαλίτζης*, ibid. *Πατζίνακος*, p. 509. *Ἀτζμωρος*, p. 512. *Τατζάτης*, p. 526. *Χαλκούτζης*, p. 533. *Τζιμισχῆς*, p. 541. *Βούρτζης*, p. 545. *Ἀτζυποθεόδωρος*, p. 567. *Τζάμανδος*, p. 581. *Νικολίτζης*, p. 584. *Νεστορίτζης*, p. 585. *Ἐλίτζης*, p. 586. *Θερμίτζης*, ibid. *Ἰβάτζης*, ibid. *Γονιτζιάτης*, p. 587. *Τζετζίκιος*, ibid. *Τζαίσαρ*, p. 588. *Στρουμπίτζης*, p. 632. *Βατάτζης*, p. 643. *Λόβιτζος*.

runt. — Ex quali exemplari hic codex transscriptus sit, coniectura definire non ausim, nisi quod αὐθεντικόν, unde noster liber manavit, maiusculis, quas vocant, litteris perscriptum fuisse probabile sit. Nam primo multi sunt operis Athanasiani loci, mirum in modum corrupti, quibus sanandis facile est medicinam adhibere, originemque corruptelae demonstrare, si minusculas, quas dicunt, litteras maiusculis permutaveris [1]. Deinde inscriptiones Novellarum et subscriptiones in nostro libro maiusculis litteris perscriptae sunt, eodemque modo Latinae voces, quae in mediis Novellis occurrunt, non ad ligatam, verum ad uncialem, quae vocatur, scripturam exprimuntur. Ac pro Graecis quidem maiusculis, quae in vetere exemplari erant, scriba calligraphus ligatam sui saeculi scripturam videtur substituisse, pro Latinis non item, fortasse quod scripturam ligatam Latinam nesciret. Quare litteras Latinas, prout in antiquo exemplari invenerat, retinuit. Accedit, quod in archetypo, ex quo calligraphus hausit, nulla aut perexigua ratio accentuum spirituumque videtur esse habita. Nam duo verba ex uno saepenumero scribae calligraphi errore exierunt, velut ἀπὸ κερδαίνειν pro ἀποκερδαίνειν tit. 10. const. 9., ἀπὸ κοπῆς pro ἀποκοπῆς tit. 4. parat. §. 21. et tit. 20. const. 1., ἀπὸ γραφῇ pro ἀπογραφῇ tit. 22. const. 1., ἀπὸ δημείτω pro ἀποδημείτω tit. 1. const. 2., ἀπὸ δειχθείσης pro ἀποδειχθείσης tit. 4. const. 22., ἀπὸ λειφθῇ pro ἀπολειφθῇ tit. 7. const. 3., ἀπὸ λειφθῶσιν pro ἀπολειφθῶσιν tit. 20. const. 1., ἀπὸ λήμψεως pro ἀπολήμψεως tit. 10. const. 8., ἀπὸ τροφὴν pro ἀποτροφὴν indicis tit. 2. const. 10., ἀπὸ καταστᾶσαι pro ἀποκαταστῆσαι tit. 10. parat. §. 7., ἀπὸ καταστάσεως pro ἀποκαταστάσεως indicis tit. 9. const. 3. et tit. 10. parat. §. 7., ἀπὸ κληρονόμους pro ἀποκληρονόμους tit. 7. const. 7., ἀπὸ πεμπόμενος pro ἀποπεμπόμενος tit. 11. const. 3., διὰ λάθοι pro διαλάθοι tit. 20. const. 1., διὰ μαρτυρίας pro διαμαρτυρίας tit. 10. const. 9., ἐπὶ μερισμοῦ pro ἐπιμερισμοῦ tit. 18. inscripl., ἐπὶ κοινωνέτωσαν pro ἐπικοινωνείτωσαν tit. 20. const. 1., ἐπὶ δοθείσης pro ἐπιδοθείσης tit. 10. const. 1., ἐπὶ καλουμένου pro ἐπικαλουμένου lib. περὶ διαφ. ἀναγν. §. 4., ἐπ' αὐξήσεως pro ἐπαυξήσεως tit. 10. const. 6., εἰς ἐπράχθησαν tit. 7. const. 7., ἐξ ἐλεύθεροι pro ἐξελεύθεροι tit. 18. const. 8., ἐξ ὁμοιούμενος tit. 4. const. 9., κατὰ δουλοῦται pro καταδουλοῦται tit. 18. parat. §. 2., κατὰ δεχέσθωσαν pro καταδεχέσθωσαν tit. 1. const. 2., παρὰ φυλακὴν pro παραφυλακὴν tit. 1. const. 14., περὶ ἐλθόντα pro περιελθόντα tit. 1. parat. §. 2., περὶ γραφὴν pro περιγραφὴν tit. 2. const. 2., περὶ ἱστῶν pro περιιστῶν tit. 7. const. 7., πρὸς ἀναγκάζειν pro προσαναγκάζειν tit. 18. const. 6., πρὸς ἀναπληρωθῆναι pro προσαναπληρωθῆναι tit. 4. const. 13., πρὸς ὁμιλῶν pro προσομιλῶν tit. 1. const. 1., πρὸς κυροὶ pro προσκυροῖ tit. 5. const. 5., πρὸς γεγραμμένην pro προσγεγραμμένην tit. 7. const. 6., πρὸς ἀναπληροῦται pro προσαναπληροῦται tit. 7. const. 7., πρὸς ὁμολογήσῃ pro προσομολογήσῃ tit. 7. const. 7., πρὸς ὁμολογῆσαι pro προσομολογῆσαι tit. 9. const. 8., πρὸ ἐνεχθέντων pro προενεχθέντων tit. 5. parat. §. 12., πρὸ διατιθέτω pro προδιατιθέτω tit. 9. parat. §. 2., σὺν ζῶσιν pro συνζῶσιν tit. 1. const. 2., σὺν ἐτάγη pro συνετάγη tit. 14. const. 3., ὑπὲρ ἔδωκαν pro ὑπερέδωκαν tit. 20. const. 1. et 2., ὑπὲρ τήθεται pro ὑπερτίθεται tit. 4. parat. §. 2., ὑπο μιμνησκέσθω pro ὑπομιμνησκέσθω tit. 15. parat. §. 4., ὑπὸ μνήματα pro ὑπομνήματα tit. 20. const. 1., ὑπὸ τέθεσθαι pro ὑποτίθεσθαι indicis tit. 10. const. 3., ὑπὸ κεῖσθαι pro ὑποκεῖσθαι tit. 20. const. 4., ὑπὸ καταβαλλόμενος pro ὑποκαταβαλλόμενος tit. 1. const. 1., ὑπὸ δεχομένους pro ὑποδεχομένους tit. 1. const. 5. Neque horum dissimile est δὲ λεγάτορας pro δελεγάτορας tit. 20. const. 1. Atque etiam ex duobus verbis unum non ita raro conflatum est hoc modo: ἀλλάπαν pro ἀλλ' ἅπαν tit. 20. const. 6., ἀφοῦπερ pro ἀφ' οὗπερ tit. 17. parat. §. 3., ἐνὼ pro ἐν ᾧ tit. 5. parat. §. 5., ἐναντιφωνήσει pro ἐν ἀντιφωνήσει tit. 15. parat. §. 8., ἐνόλῃ pro ἐν ὅλῃ tit. 20. const. 5., ἐνὴ pro ἐν ᾗ tit. 10. const. 9., ἐναγίῳ pro ἐν ἁγίῳ tit. 10. const. 9., εἴσπραξιν pro εἰς πρᾶξιν tit. 20. const. 5., ἐπιόρῳ pro ἐπὶ ὅρῳ tit. 8. const. 5. et tit. 10. const. 9., ἐπεκείνων pro ἐπ' ἐκείνων tit. 9. const. 2., ἐπαυτῷ pro ἐπ' αὐτῷ tit. 10. const. 2., ἐπόψεσι pro ἐπ' ὄψεσι tit. 10. const. 2., ἐφοσηδήποται pro ἐφ' ὁσηδήποτε tit. 14. const. 4., ἐξετίας pro ἐξ αἰτίας tit. 9. const. 2., ἐξεναπογράφου pro ἐξ ἐναπογράφου tit. 18. const. 4., ἐξελευθέρας pro ἐξ ἐλευθέρας tit. 18. const. 4., διαποκαταστάσεως pro δι' ἀποκαταστάσεως tit. 9. const. 1., διαυτὴν pro δι' αὐτὴν tit. 20. const. 5., διενομότου pro δι' ἐνωμότου tit. 10. const. 9., διεντολέως

---

1) Inde descendit permutatio litterarum η et ν apud Athanasium tam crebro obvia, quas litteras si maiuscula scriptura expressas fuisse arbitrere (Η et Ν), quam facile a librariis confundi potuerint, satis liquet.

pro δι' ἐντολέως tit. 22. const. 5., καθομάδα pro καθ' ὁμάδα tit. 9. const. 1., καθέτερον pro καθ' ἕτερον tit. 9. const. 2., καθετέρου pro καθ' ἑτέρου tit. 20. const. 5., tit. 10. const. 2., καταχύκλον pro κατὰ κύκλον tit. 20. parat. §. 6., tit. 22. parat. §. 2., καταχρήσεως pro κατὰ χρήσεως tit. 10. const. 9., κατασκοπὸν pro κατὰ σκοπὸν tit. 14. const. 3., καταλλήλων pro κατ' ἀλλήλων tit. 15. parat. §. 15., tit. 9. const. 2., καθόσον pro καθ' ὅσον tit. 5. const. 4., ἡσεντὸς pro ἧς ἐντὸς tit. 15. const. 1., ὑπερμηδεμιᾶς pro ὑπὲρ μηδεμιᾶς tit. 5. parat. §. 10., ταγήδια pro τὰ γήδια *indicis* tit. 10. const. 2., ὑφὴν pro ὑφ' ἣν tit. 11. const. 4., ὑποσφραγίδας pro ὑπὸ σφραγίδας tit. 8. const. 8., περικεκωλυμένων pro περὶ κεκωλυμένων tit. 10. const. 1., προγάμου pro πρὸ γάμου tit. 10. const. 1., const. 2., const. 3., const. 6., const. 9., *indicis* tit. 10. const. 7., προσλαχμὸν pro πρὸς λαχνόν tit. 18. const. 4. Neque horum dissimilia sunt ἐχεβέντου pro ἐξ ἐβέντου tit. 10. const. 2., δεσπονσαλίβους pro δὲ σπονσαλίβους tit. 10. const. 6. — Deinde non desunt exempla verborum compositorum, quae, si a vocalibus incipiant, tamen spiritus asperi notam, vel invitis grammaticis, in codice nostro retineant. Sic tit. 15. parat. §. 4., διόμοσίαν habetur. Certe calligraphus scriba nostri codicis fere semper habet ὅμνυμι, ὁμνύειν, ὁμοθέντα, ὁμώσῃ, ὁμώσαντες, de qua re infra latius disputabimus. Quam rem tamen et in aliis codicibus manuscriptis observare licet. Vide *Isaaci Casauboni* notam ad *Athenaei* Deipnosoph. IX. 57. ed. *Schweighaeuseri* tom. V. p. 195. et *Villoisoni* praefationem ad *Homeri* Iliadem p. 2. (ed. Venet. 1788. fol.). — Denique nescio quo casu evenit, ut certa verba, quae spiritu aspero vulgo carent, in hoc libro fere semper spiritu aspero muniantur. Sunt autem haec: ἁγομένου tit. 9. const. 2., ἁγνοεῖ tit. 1. const. 2., ἁγωμένων tit. 6. const. 2., αἱτηθεὶς tit. 1. const. 6., ἅνευ tit. 9. parat. §. 16., ἁποφάσεων tit. 4. const. 4., ἁποχαῖς tit. 4. const. 3., ἅρρενες tit. 10. parat. §. 9., ἁσφαλείας tit. 12. const. 1., ἁσφαλιζομένη tit. 10. const. 1., ἑγγυῶν tit. 5. const. 4., εἵργεσθαι tit. 11. const. 3., ἕκβασιν tit. 5. const. 3., ἕνιαι tit. 8. const. 1., ἑναούγκιον tit. 8. const. 5., tit. 11. const. 4., ἕνστασιν tit. 10. const. 2., ἡδύνατο tit. 11. const. 1., ἡδικὴν tit. 2. const. 1., ἡκούσαμεν tit. 9. const. 8., ἡκροάσατο tit. 7. parat. §. 4., ἡξιωμένος tit. 10. const. 6., ἡπειλημέναις tit. 9. const. 3., ἡρτημένων tit. 10. const. 1., Ἱανουαρίων tit. 15. const. 2., tit. 7. const. 2., tit. 4. const. 7., tit. 10. const. 8., tit. 22. const. 1., ἵδιος tit. 1. const. 2., tit. 18. parat. §. 7., ἵδιον tit. 10. const. 2. et 9., ἱδίαν tit. 2. const. 3., tit. 5. const. 3., tit. 8. parat. §. 5., tit. 10. const. 2., const. 9., tit. 11. const. 11., tit. 14. parat. §. 6., tit. 18. const. 2., περὶ διαφ. λεξ. §. 12., ἱδίᾳ tit. 7. const. 7., tit. 8. parat. §. 2., tit. 9. const. 3., const. 4., tit. 10. const. 2., const. 9., tit. 20. const. 1., ἵδια tit. 5. const. 4., tit. 9. parat. §. 6., ἱδίῳ tit. 1. const. 2., tit. 9. const. 2., tit. 5. parat. §. 1. et 2., tit. 10. const. 2., tit. 9. parat. §. 16., ἱδίου tit. 5. parat. §. 2., tit. 6. const. 2., ἱδίων tit. 1. parat. §. 3., tit. 4. const. 22., tit. 5. const. 2., parat. §. 10., tit. 10. const. 2., const. 9., tit. 13. const. 3., parat. §. 1., ἱδίοις tit. 5. parat. §. 4., tit. 6. const. 2., tit. 9. const. 12., tit. 18. const. 6., ἱδίαις tit. 7. const. 7., ἱδίους tit. 4. parat. §. 5., tit. 9. const. 7., tit. 10. const. 11., tit. 4. const. 14., tit. 18. const. 3., ἱδίας tit. 1. const. 1. et 2., tit. 6. const. 2., tit. 8. parat. §. 2., tit. 10. const. 2. et 9., parat. §. 1. et 6., tit. 15. parat. §. 11., tit. 18. parat. §. 1., ἱδικὴν tit. 20. const. 6., ἱδικῶς tit. 7. const. 7., tit. 10. const. 2., ἱδικιμένοις tit. 20., parat. §. 3., ἱδιώτης tit. 1. const. 13., tit. 10. const. 2., parat. §. 1., ἱδιωτῶν περὶ διαφ. λεξ. §. 13., tit. 10. const. 2., tit. 20. const. 4., ἱδιώταις tit. 4. const. 8., ἱδιωτοῦ tit. 4. const. 13., tit. 14. parat. §. 4., ἱδιωτικὸν tit. 2. const. 1., ἱδιωτικὴν tit. 1. const. 2., tit 20. const. 1., ἱδιωτικαῖς tit. 20. const. 5., ἱδιωτικοῖς tit. 1. const. 6., ἱδιωτικοῦ tit. 9. const. 1., ἱδιωτικῶν tit. 15. parat. §. 1., ἱδιωτευουσῶν tit. 8. const. 5., ἱδιόχειρον tit. 15. const. 3., ἱδιωχείρων tit. 14. const. 3., parat. §. 5., ἱδοῦ tit. 15. const. 3., ἱλούστριος tit. 22. const. 3., ἱλούστριοι tit. 8. parat. §. 5., ἱλουστρίων tit. 22. const. 5., ἱνδικτιῶνος tit. 7. const. 7., ἱουγατίωνος tit. 20. parat. §. 3., Ἱουδαίου tit. 8. const. 2., Ἱουλιανῷ tit. 10. const. 11., Ἱουλίου tit. 17. const. 1., Ἱουλίων tit. 22. const. 5., Ἱουνίων tit. 18. const. 3., tit. 9. const. 6., tit. 22. const. 4., Ἱουστινιανὸς tit. 3. const. 3., const. 4., tit. 4. const. 1., 11. et 12., tit. 10. const. 1. et 11., parat. §. 14., tit. 11. parat. §. 2., tit. 13. const. 1., tit. 15. const. 1., tit. 16. const. 1., tit. 18. const. 1., Ἱουστινιανοῦ tit. 1. const. 6. et 16., tit. 2. const. 3. 5. et 10., tit. 3. const. 2., tit. 4. const. 13., 14. et 23., tit. 5. const. 1., 2., 3., 4. et 5., tit. 6. const 1. et 3., tit. 7. const. 4. et 6.,

tit. 8. const. 4. et 5., tit. 9. const. 5., 6., 8., 10, 11., 12. et 13., tit. 10. const. 3., 4., 6., 7., 8., 9., 10. et 11., tit. 11. const. 3., et 4. 5., tit. 12. const. 2., tit. 13. const. 2. et 3., tit. 14. const. 2., tit. 15. const. 2., tit. 18. const. 1., 2., 3. et 6., tit. 20. const. 1. et 2., tit. 21. const. 1., 2. et 3., tit. 22. const. 1., 2., 3., 5. et 6., *Ἰουστινιανῆς* tit. 2. const. 3., *Ἰουστῖνος* tit. 20. const. 6., *ἴσος* tit. 18. const. 5., *Ἰωάννῃ* tit. 2. const. 8., tit. 4. const. 1. et 24., tit. 5. const. 4., tit. 7. const. 3. et 5., tit. 10. const. 2., tit. 13. const. 1., tit. 15. const. 1., tit. 18. const. 1., tit. 22. const. 3. et 5., *Ἰωάννου* tit. 11. const. 3., *ὀγκίας* tit. 8. const. 5., *οἶκος* tit. 2. const. 1., *οἶκον* tit. 2. const. 2. et 3., tit. 9. parat. §. 3., tit. 15. parat. §. 7., *οἴκου* tit. 1. const. 2., *οἴκῳ* tit. 2. const. 3., tit. 15. parat. §. 7., tit. 17. parat. §. 1., *οἶκοι* tit. 18. const. 1., *οἴκων* tit. 2. const. 1. et 2., tit. 20. const. 5., *οἴκοις* tit. 1. const. 2., tit. 2. parat. §. 2., tit. 17. parat. §. 2., tit. 20. parat. §. 3., tit. 22. parat. §. 2., *οἴκους* tit. 1. const. 5., tit. 18. const. 7., *οἴκοθεν* tit. 7. const. 6., *οἰκοδομὴν* tit. 2. const. 1. et 2., *οἰκεῖν* tit. 18. const. 4., *οἰκείτωσαν* tit. 10. const. 6., *οἰκήσει* tit. 4. const. 22., *οἰκείτω* tit. 18. const. 7., *οἰκοδομῆσαι* tit. 2. const. 3., *οἰκήσεις* tit. 20. const. 2., *οἰκεῖος* tit. 20. const. 6., *οἰκεῖον* tit. 3. const. 2., tit. 7. const. 7., *οἰκείου* tit. 9. const. 2. et 10., tit. 10. const. 2., *οἰκείῳ* tit. 13. const. 3. et 4., tit. 10. const. 2., *οἰκείᾳ* tit. 9. const. 2. et 8., *οἰκείας* tit. 1. const. 17., tit. 5. const. 4., tit. 7. const. 6., tit. 4. const. 1., tit. 9. const. 2., tit. 10. const. 2., tit. 15. parat. §. 2., *οἰκείων* tit. 8. parat. §. 3., tit. 4. const. 5. et 22., tit. 6. const. 2., tit. 7. const. 7., tit. 20. const. 6., parat. §. 3., *οἰκειοῦσθαι* tit. 9. const. 13., tit. 20. parat. §. 3., *οἰκονόμων* tit. 2. const. 1. et 9., tit. 20. parat. §. 3.. *οἰκονόμους* tit. 1. const. 10., *ὀκτὼ* tit. 4. const. 13., *ὀμνύειν* tit. 1. const. 17., *ὀμνύτω* tit. 14. const. 3., *ὀμνυόντων* tit. 17. const. 3., *ὀμνύναι* tit. 1. const. 17., *ὁμοθέντα* tit. 5. const. 3., *ὀμόσῃ* tit. 15. parat. §. 4., *ὀμώσῃ* tit. 10. const. 2., tit. 13. parat. §. 10., *ὀμόσαντες* tit. 5. const. 3., tit. 13. parat. §. 4., *ὀνομαστὶ* tit. 9. parat. §. 3., *ὄνομα* tit. 22. const. 1., *ὀπτιόνων* tit. 20. const. 2., *ὀρφανικοῖς* tit. 2. const. 3., *οὖσαι* tit. 1. const. 7., *οὕτω* tit. 1. const. 14., *ὀφέλειαν* tit. 4. const. 21., *ὀφείλω* tit. 4. const. 1., *ὀφείλοντα* tit. 20. parat. §. 1., *ὀφείλων* tit. 20. const. 1., *ὀφείλουσιν* tit. 16. const. 1., *ὀχλήσει* tit. 6. const. 2., *ὄψεως* tit. 21. const. 1. et 2. Contra ea raro admodum factum, ut, ubi spiritus asper ponendus erat, asper spiritus in codice exiret. Quae cum ita sint, facile est ad coniiciendum, antiquum exemplar, unde noster Codex ductus sit, fuisse septimi fere post Chr. n. saeculi, siquidem verum est hoc saeculo consuetudinem obtinuisse, ut singulis quibusque verbis et accentus et spiritus adiicerentur [1]. — Restat, historiam nostri codicis ut enarremus, unde in Galliam adlatus sit, qui possessores huius libri fuerint, quare factum sit, ut iureconsultorum praestantissimorum oculos ad haec usque tempora fefellerit talis tantusque thesaurus. Enimvero saeculo p. Chr. n. decimo quinto *Ioannes* quidam eum librum acquisiverat, ut ex adnotatione in folio chartaceo, quod initio Codicis tegumenti causa adiectum est, adscripta constat. Quae adnotatio cum dialecto Italorum vulgari perscripta sit, faciatque anni post Chr. n. 1423. mentionem, quo anno *Ioannes* ille hunc librum comparaverit, vix ac ne vix quidem dubitandum censeo, quin Constantinopoli, ubi exaratus videtur esse, in Italiam adlatus in privati alicuius hominis bibliotheca per aliquantum temporis delituerit. Deinde in Colbertinam bibliothecam, quae Lutetiae Parisiorum fuit, translatus est, et numero 4035. signatus, ut constat ex hac adnotatione fol. 1. A. adscripta „*Cod. Colb. 4035.*" [2]) Denique anno p. Chr. n. 1732. [3]), quo tempore huius bibliothecae thesauri in Regiam bibliothecam migrarunt, *numero „2419."* signatus est. Sic enim fol. 1. A. „*Regius 2419.*" Is numerus deinde in 1381. mutatus est. Quare autem factum sit, ut hoc exemplar pretiosissimum *Caroli Annibalis Fabroti*, indefessi codicum manuscriptorum investigatoris, qui Lutetiae Parisiorum tamdiu commoratus est iuri Graeco-Romano illustrando operam daturus, oculos effugerit, vix ac ne vix quidem dici poterit, nisi nostrum codicem post Fabroti mortem demum Lutetiam Parisiorum adlatum esse statuamus. Cui quidem coniecturae cum rationibus chronologicis videtur convenire. *Fabrotus* anno 1659. obiit, *Colbertus* 1683. Accedit, quod, quamdiu Colbertus Mazarini Cardinalis

---

1) Vide Montefalconium palaegr. Graecae lib. III. cap. 3. p. 215. et cap. 5. p. 223. 2) Montefalconius in bibliotheca bibliothecarum tom. II. p. 986., quo loco Colbertinae Bibliothecae catalogum typis exscribendum curavit, codicum numeros 4035—37. tacito praetermisit. 3) Vide mémoire historique sur la bibliothèque du Roi. (Paris, 1739. fol.) p. LXXII. seq.

ministerio addictus erat, (hoc est usque ad annum 1661), vix ac ne vix quidem codicum manuscriptorum bibliothecam videatur cogitasse [1]. Denique aliunde constat, Colbertum, cum ad munera publica translatus esset, codices manuscriptos per omnes terrarum angulos anquisiisse, inventosque in suam bibliothecam inferendos curasse [2]. Post Fabroti mortem haec studia per Galliam oblitterata sunt et quasi in oblivionem adducta. Itaque mirum non est, quod, cum iam anno 1740., quo catalogi bibliothecae Regiae iuris publici facti sunt, huius exemplaris notitia cum republica litterarum communicata fuisset, tamen nemo quisquam Athanasianum opus edere conatus sit. Nostra demum memoria *Fredericus Augustus Bienerus*, cum Lutetiam Parisiorum anno 1830. iuris Graeco-Romani illustrandi gratia adiret, talem tantumque iuris thesaurum non neglexit, eiusque inventi gloriam tuetur *Gustavus Hugo* in hist. iuris Romani ed. XI. p. 1101. seq. Hunc ego codicem in adnotationibus ad opus Athanasianum scriptis nudo *Codicis* verbo significare decrevi.

II. In codice eiusdem bibliothecae Graeco, qui hodie numero 1720. signatus est [3], habentur etiam quaedam ex *Athanasio Scholastico* excerpta, quae cum diligenter enotassem, postea nescio quo casu accidit, ut in itinere amitterentur. Cui rei medicinam adhibere voluit V. Ill. *Eduardus Zachariaeus*, qui, cum eum codicem diligenter tractasset, schedas eius rei ergo a se conscriptas mecum communicare voluerit. Codex est bombycinus, et saeculi, ut confectoribus catalogi tom. II. p. 393. videbatur, post Christum natum decimi quinti. Quae ad opus Athanasianum spectant, leguntur fol. 155. B—fol. 156. Sunt autem, teste *Zachariaeo*, fere haec: *ἐκ τοῦ βιβλίου Ἀθανασίου σχολαστικοῦ μεσινοῦ τῶν, ἅπερ ἐξελέξατο ἐκ τοῦ κώδ. καὶ τῶν νεαρῶν διατ. τοῦ μεγάλου Ἰουστινιανοῦ. ὁμοίως καὶ ἐκ τῶν παρατίτλων.*

1) *περὶ χειροτονίας ἐπισκόπων.*
Inc. *ὁ χειροτονῶν ἐπίσκοπον εἰς ἐπήκοον.* Des. *χειροτονίαν.* Athanas. tit. 1. const. 1.

2) *βίβλος β'. μετὰ τὴν μνηστείαν ἢ μετὰ τὸ γαμῆσαι μονάσαντα.*
Inc. *ὁ μονάσας ἀζημίως.* Des. *ὁ γάμος λύεται.* Athanas. tit. 1. const. 2.

3) *περὶ ἀπὸ μοναστηρίου εἰς ἕτερον μετελθὼν μοναστήριον. τί. α'.*
Inc. *ὁ ἀπό.* Des. *κυρωθῆναι.* Athanas. tit. 1. const. 2.

4) *περὶ ἀποκρισιαρίων μοναστηρίων. τί. β'.*
Inc. *οἱ μοναχοὶ διὰ τῶν.* Des. *πραττέτωσαν.* Athanas. tit. 1. const. 2.

5) *περὶ τοῦ ἀπὸ μοναχοῦ γενομένου κοσμικόν.*
Inc. *ὁ ἀπό.* Des. *παιδεύεσθαι.* Athanas. tit. 1. const. 2. esse videtur.

6) *περὶ μεταστάντων ἀπὸ μοναστηρίου εἰς ἕτερον μοναστήριον.*
Inc. *μηδεὶς προσδεχέσθω.* Des. *μοναστηρίῳ.* Athanas. tit. 1. const. 13.

7) *περὶ διαίτης μοναχῶν. τί. γ'. τοῦ κώδ.*
Ins. *ὁ αὐτὸς βασιλεὺς μῆνα ἐπισκόπῳ Κωνσταντινουπόλεως, οὗ ἡ ἀρχή. ὁ μονήρι* (sic) *βίος. ἡ διάτ. κυροῦσα.* Des. *παραβάλλειν μοναστηρίῳ.* Athanas. tit. 1. const. 14. Sequuntur haec: *σῃ. κανόνα, ὅτι συγγένεια μοναχοῖς οὐκ ἔστιν.* Des. *βίον. Ἐγράφη τετάρτη νόμων* (sic) *μαρτίω βασιλείας Ἰουστινιανοῦ τοῦ ιγ'. ὑπατίας Ἀπίονος.* Athanas. tit. 1. const. 14.

8) *περὶ τοῦ ἐπιμερίζεσθαι τὴν γονὴν τῶν γεωργῶν.* Incip. *ὁ αὐτὸς βασιλεύς. Οἱ τὰ πράγματα πράττοντες τῆς ἁγιωτάτης ἐκκλησίας. Ὁ παρὼν τύπος.* Des. *προσήκουσαν τιμήν.* Athanas. tit. 18. const. 5.

9) *περὶ χαμευρετῶν βρεφῶν καὶ τὸ ἐλευθεροῦσθαι τὰ ἐκτιθέμενα βρέφη. τί. ιη'.* Inc. *ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Ἠλίᾳ ἐπάρχῳ τοῦ Ἰλλυρικοῦ. Ἔγκλημα τῆς ἀνίνης* (leg. *ἀνθρωπίνης*) *γνώμης ἀλλότριον.*

---

1) Imo sunt, qui bibliothecam Colbertinam non ita multo ante annum 1673. condi coeptam arbitrentur. Vide mémoire historique sur la bibliothèque du Roi p. LXXIII. 2) Vide l. l. p. LXXIII. coll. p. XXVI—XXX. 3) Catal. codicum manuscriptorum bibliothecae Regiae Parisiensis tom. II. p. 392. seq.:

15) *Basilii Constantini et Leonis imperatorum epitome iuris cum praefatione.*
16) *Excerpta varia ex variis iuris titulis.*
17) *Excerpta ex Athanasio scholastico.*
18) *De Mosaica lege.*
19) *Lex Rhodia cum prologo.*

Τα παρὰ τῶν δεσποτῶν. Des. *δεσποτείᾳ. βασιλεὺς γὰρ ἐκεῖνος ὁ νόμους δικαίους. ἐκπέμπων, πρῶτον δὲ πράττων.* Haec sunt ex Athanas. tit. 18. const. 7. Verum haec verba: *βασιλεὺς γὰρ — πράττων* apud Athanasium loco laudato desunt.

Hunc ego codicem in scripturae varietate adnotanda „*Cod. Z.*" nomine nominare constitui.

III. Eiusdem bibliothecae codex Graecus numero 1384. signatus Athanasii Scholastici fragmentum quoddam exhibet. Sic autem habet, teste V. Ill. *Eduardo Zachariaeo*, qui hunc librum in *Fragmentis versionis Graecae legum Rotharis* (Heidelbergae 1835.) p. 1—26. satis descripsit: *Ἀθανασίου σχολαστικοῦ ἐκ τῶν διγ. τοῦ θ΄. βι. αὐτοῦ.* Incipit: *ἐπειδὴ πολλοὺς τῶν ἐν τῷ βίῳ γάμῳ νομίμῳ.* Desinit: *κατεργάζονται.*

IV. In bibliotheca Palatino-Vaticana esse codicem, qui aliqua Athanasiani operis fragmenta exhibeat, *Iosephus Maria Suaresius* auctor est [1]). Eius rei neque in Palatinae bibliothecae catalogo [2]) factam esse mentionem vidi, neque dum Romae eram, in eam rem diligentius inquirere potui, cum per *Angelum Maium* steterit, quominus bibliothecae Palatinae, quae Romae est, catalogos manu exaratos ipse inspicerem. Verumtamen non committendum putavi, ut, dum omnes Athanasiani operis particulas, quanta maxima possum diligentia, undique anquiro, hunc locum tacitus praeterirem. Itaque ad virum praestantissimum *Theodorum Heysium*, quem honoris caussa nomino, ea de re referendum existimavi, ab amicoque rarissimo hoc responsum tuli, quod totam hanc disputationem illustrare videatur. Sic autem litteris ad me datis perscripsit: „*Codex Palatino — Vaticanus Graecus, numero 226. signatus*, ex variis variorum scriptorum libris in unum collectis constat, ideoque inter miscellos codices relatus est. Inter multa et alia, quae hoc loco a me enumerari neque attinet neque tua interest, folio 131. solo *νόμος Ἰουστινιανοῦ* refertur, sed qui ad Athanasium tuum nihil pertineat. Neque *Ἀθανασίου* per totum codicem ulla mentio habetur. Quodsi codicis numerum coniectura assequi non possis, ego de tota hac caussa desperandum arbitror. Nam per totum Palatinae bibliothecae catalogum Athanasii tui mentio non est." Ego vero paullo post cum amico praestantissimo meam de hoc Athanasii libro coniecturam communicavi, ab eoque petii, ut codicis Palatino-Vaticani Graeci, numero 55. signati, inspiciendi describendique curam haberet. Is liber manu scriptus mihi videbatur aliquam Athanasii habere mentionem. Neque vir humanissimus roganti mihi deesse voluit, et hanc, quam hoc loco posituri sumus, codicis supra dicti descriptionem mecum communicavit.

„Codex est chartaceus in folio, saeculi, ut mihi videtur, decimi quinti vergentis. In eo haec habentur:

1) fol. 1—49. *ἐπαναγωγὴ τοῦ νόμου τοῦ σὺν θεῷ ἐμφανεστέρου ὑπὸ Βασιλείου καὶ Λέοντος καὶ Ἀλεξάνδρου τῶν παναγάθων καὶ εἰρηνοποιῶν βασιλέων.* Habet quadraginta titulos, quorum catalogus prooemio postpositus habetur fol. 3. B. Desinit: *τέλος εἴληφεν ὁ πρόχειρος νόμος.*

2) fol. 50—54. *νόμος Ῥοδίων κατ' ἐκλογὴν ἐκ τοῦ ιδ΄. βιβλ. τῶν διγέστων.* Habet XLVIII. capita.

3) fol. 55—57. *περὶ στρατιωτικῶν ἐπιτιμίων αἱ τῶν* (sic) *Ῥούφου καὶ τῶν τακτικῶν.*

4) fol. 57—59. Sunt breves de iure nuptiarum definitiones, quarum quaevis peculiarem habet titulum. Inter ea fol. 58. habetur titulus: *Ἀθανασίου σχολαστικοῦ ἐκ τῶν διγέστων καὶ τοῦ θ΄ β. τοῦ κώδικος.*" Itaque facile est ad coniiciendum, eundem esse hunc codicem, atque eum, quem Suaresius l. l. designaverit. Certe quidem numerorum discrepantia huic coniecturae praeiudicium non facit. Satis enim hodie constat, fere omnes Palatinae bibliothecae numeros esse mutatos.

5) „fol. 59—62. constitutiones synodorum de iure nuptiarum habentur. Titulus hic est: *περὶ γάμων ἐπιτετραμμένων* (Cod. *ἐπὶ τετραμμένων*) *καὶ κεκωλυμένων, πρώτου καὶ δευτέρου, ἐγγράφου καὶ ἀγράφου, καὶ λύσεως αὐτῶν.*'

---

1) In *notitia Basilicorum* §. XXVI. ed. Pohli p. 104: „cuiusque (*Athanasii*) aliqua *ἐκ τῶν διγέστων καὶ τοῦ θ΄. βιβλίου κώδικος* leguntur in Vaticanae Codice CCXXVI. Palatino." 2) Vide catalogum librorum manu scriptorum in bibliotheca Palatina Electorali, confectum a *Frederico Sylburgio* in *Monumentis pietatis*, Francof. ad Moenum 1701. 4., p. 1—128.

6) fol. 63—65. Aliae constitutiones synodorum de haeresibus.
7) fol. 66—79. *τῶν ἁγίων καὶ πανευφήμων ἀποστόλων κανόνες πε'.* cum Zonarae commentariis. Sic fol. 67.: *πονηθὲν Ἰωάννῃ μοναχῷ τῷ Ζωναρᾷ τῷ γεγονότι μεγάλῳ δρουγγαρίῳ τῆς βίγλας καὶ πρωτοασηκρῆτις.*
8) fol. 79—83. *ἀρχὴν ἔχουσιν πατέρων* (Codex πρων) *οἱ κανόνες. Τοῦ ἁγίου Βασιλείου.*
9) fol. 85. Ecloga Leonis, quae incipit hoc titulo: *ἐκλογὴ τῶν νόμων ἐν συντόμῳ γενομένη παρὰ Λέοντος καὶ Κωνσταντίνου τῶν σοφῶν καὶ φιλευσεβῶν βασιλέων ἀπὸ τῶν ἰνστιτούτων, τῶν διγέστων, τοῦ κώδικος, τῶν νεαρῶν διατάξεων τοῦ μεγάλου Ἰουστινιανοῦ* (Cod. *Ἰουστινιάνου*) *ἐπιδιόρθωσις εἰς φιλανθρωπότερον ἐκτεθεῖσα* (Cod. *ἐκτιθεῖσα*) *μηνὶ Μαρτίῳ ἰν. θ'. ἀπὸ κτίσεως κόσμου ἔτει* (Cod. *ἔτι*) *ςσμζ'.* Initium operis est fol. 96. *τίτλος α'. περὶ νόμου καὶ δικαιοσύνης.* Finis operis est fol. 260. Ultimus titulus, qui est *μγ'.*, incipit fol. 243. A. Fol. 86—96. habetur aliud legum nauticarum corpus hoc titulo: *νόμος ναυτικὸς Ῥοδίων*". De operis, quod usque ad fol. 260. pertinet, indole ex his, quae attulimus, non satis constat. Videtur esse Epanagoge ex ecloga Leonis adaucta et amplificata[1]. Nam et Epanagoges primus titulus est *περὶ νόμου καὶ δικαιοσύνης*[2], prochiri non item.
10) „fol. 262—292. tripartita Pseudo-Balsamonis collectio constitutionum ecclesiasticarum habetur.
11) fol. 294—300. habetur *ὑπόμνημα Εὐσταθίου περὶ βίου* (sic) *τοῦ Ῥωμαίου.* „Haec ego verba existimo esse male transposita, atque sic legenda: *ὑπόμνημα περὶ βίου Εὐσταθίου τοῦ Ῥωμαίου.*

De Athanasii libello idem vir praestantissimus excerpta quaedam mecum communicavit, quae cum ex hoc, quem edimus, libro hausta sint ad unum omnia, non dubito, quin titulus is, qui in hoc codice habetur, ex male intellecto nostri libri titulo prodierit. Certe *διγέστων*, quod *διγ.* scribi solet, ortum videtur ex voce *διατάξεων*, quae in libris manu exaratis nota *διατ.* vel *δι̃* designari solet[3].

V. Romae est bibliotheca ad aedem *Sancti Philippi Neri*, quam *Sanctae Mariae in Vallicella* nuncupare solent[4]. Maxima codicum manuscriptorum, qui ibi reperiuntur, pars Latina lingua perscripta est; non desunt tamen Graeci codices, inter quos et is, qui *littera E. numero 55.* hodie signatus est, in quarto, ut vocant. Is constat foliis 263, quae una eaque continua serie numerantur, estque ex duobus libris conflatus, qui utrique temporum iniuria mutilati, domini iussu videntur esse sub eodem tecto collocati. Anterior codicis pars habet folia 129. membranacea, scriptura est autem saeculi duodecimi. Posterior folia 134. habet bombycina, scriptura autem saeculi decimi tertii est. Nisi quod ea, quae inde a fol. 253. A. leguntur, saeculo decimo quinto exarata sunt.

1) Prior codicis pars, quae ex membranaceis foliis constat, habet scripta, quae ad id genus Musicae, quod in ecclesiis Christianis usurpatur, spectant.
2) Folia 130—134. posteriori libri parti quasi cuiusdam tegumenti loco adiecta sunt. Habent autem ex variis iuris Graeco-Romani auctoribus excerpta quaedam futilia, nulliusque momenti.
3) Sequuntur inde a fol. 135. A. ad fol. 141. A. excerpta ex Athanasiano opere, quae postmodo descripturus sum.
4) Fol. 141. B. — 157. B. varii generis leguntur excerpta. Sunt autem haec:
   a. fol. 141. A. — 142. B. *τύπος τῶν εὐσεβεστάτων βασιλέων περὶ κανόνων ἐκκλησιαστικῶν.* Incip. *εἰ τοὺς πολιτικούς.*
   b. fol. 142. B. — 143. B. canones concilii Nicaeni.
   c. fol. 144. A. — 150. B. canones concilii Constantinopolitani.

---

1) Nam *Sylburgius* l. l. p. 55. auctor est, titulum XLIII. esse de pactis conventis. Eclogae tit. 17. *περὶ διαλύσεως* habet. Vide et libri titulum. Confer virum doctissimum *Eduardum Zachariaeum* in libro, cuius hic est titulus: *Fragmenta versionis Graecae legum Rotharis, Longobardorum regis*, Heidelbergae 1835., p. 12. 2) Vide *Wittium* in libro *Rheinisches Museum* tom. III. p. 45—47. 3) Vide horum prolegomenῶν cap. I. 4) De qua bibliotheca videndus est *Blume itineris Italici* tom. III. p. 161—164., qui tamen Graecorum codicum ne mentionem quidem fecerit.

d. fol. 150. B. — 153. B. excerpta quaedam ex Codice Iustiniani et Digestis, sed nullius momenti.

e. fol. 153. B. — fol. 157. A. canones Apostolorum reperiuntur.

5) fol. 157. B. — 237. B. prochiron Basilii Macedonis perscriptum est. Initium est: *νόμος τῶν εὐσεβεστάτων βασιλέων Βασιλείου, Λέοντος καὶ Ἀλεξάνδρου.* Quibus verbis *πίναξ* eius compendii subiicitur 47 titulorum. Sequitur praefatio prochiri, cuius hoc est initium: *τὸν μέγαν καὶ φύσει.* Hoc prochiron ex Basilicis et Epanagoge vario modo interpolatum est. Ipse libriti tulus factam ex Epanagoge interpolationem demonstrat [1]. Contra vero praefatio, quam dixi, ipsius prochiri est [2], et titulorum seriei, quam ex hoc libro enotavi, cum Basiliano prochiro plane convenit, veluti *τιτ. ιζ'. περὶ μισθώσεων. τιτ. ιη'. περὶ παρακαταθήκης — τιτ. κα'. περὶ διαθήκης αὐτεξουσίων — τιτ. κζ'. περὶ μαρτύρων ἀνυπολήπτων καὶ ἀτίμων* [3].

6) fol. 238. A. — fol. 241. B. leges Rhodiae perscriptae sunt.

7) fol. 241. B. — fol. 244. B. leges georgicae hoc titulo: *κεφάλαια νόμου τοῦ γεωργικοῦ κατ' ἐκλογὴν ἐκ τοῦ Ἰουστινιανοῦ βιβλίου.*

8) fol. 244. B. — fol. 249. A. varia excerpta sunt ex iure civili, quorum initium hoc est: *περὶ νόμου καὶ δικαιοσύνης. Οὐλπιανὸς βιβλίον α'. τλ.*

9) fol. 249. B. — 252. A. lexicon vocum Latinarum, quibus singulis explicatio Graeca adiicitur.

10) fol. 253. A. — fol. 255. B. excerpta ex Gregorii oratione *πρὸς ἀστρονόμους.*

11) fol. 255. B. — fol. 257. A. philosophorum Graecorum sententiae hoc titulo: *γνῶμαι* (sic) *σὺν θεῷ κατ' ἐκλογὴν ἔκ τε τοῦ Δημοκρίτου καὶ Ἐπικτίτου* (sic) *καὶ ἑτέρων φιλοσόφων.*

12) fol. 257. A. — fol. 259. A. sequitur anonymi scriptoris libellus *περὶ τῆς ἁγίας καὶ ὁμοουσίου* (Cod. *ὁμοουσίου*) *τριάδος.*

13) fol. 259. A. — 261. A. habent excerpta aliqua *ἐκ τοῦ κατὰ Ἀρειανῶν γ'. λόγου.* Reliqua codicis folia pura sunt.
Exemplum scripturae hoc est:

Transeo ad accuratam operis Athanasiani, quod in hoc codice habetur, descriptionem.

Fol. 135. A. sic incipit: *τῶν ἐμῶν χ̄ε̄* (leg. *Χριστὲ*) *προηνοῦ* (leg. *προηγοῦ*) *πονημάτων ἀμήν.*

Κεφάλεα (leg. *κεφάλαια*) *ἐκ τῆς βίβλου Ἀθανασίου σχολαστικοῦ ἐκ τῶν, ἅπερ ἐξελέξατο ἔκ τε τοῦ κώδικος καὶ τῶν νεαρῶν διατάξεων τοῦ μεγάλου Ἰουστινιανοῦ, ὁμοίως καὶ ἐκ τῶν παρατίτλων.*

Πίναξ ἀκριβὴς τῆς γραφῆς τοῦ βιβλίου.

In hac argumenti expositione ita versabor, ut singulis capitibus *πίνακος* in sinistra parte collocatis et initium et finem uniuscuiusque capitis a manu dextra adiungam, simulque loci Athanasiani, ex quo id caput desumtum sit, faciam mentionem.

α'. περὶ χειροτονίας ἐπισκόπων [4].	Inc. *ὁ χειροτονῶν ἐπίσκοπον.*
Athanas. I. 1.	Des. *αὐτῷ τὴν χειροτονίαν.*
β' [5]. *περὶ τῶν μετὰ τὴν μνηστείαν ἢ μετὰ τὸ γαμῆσαι* (leg. *γαμῆσαι*) *μονασάντων.*	Inc. *ὁ μονάσας ἀζημίως.*
Athanas. I. 2.	Des. *ἀζημείως ὁ γάμος λύεται.*
γ'. περὶ ἀχαριστείας [6] (leg. *ἀχαριστίας*).	Inc. *ἀναιρεῖσθω* (leg. *ἀναιρείσθω*).
Athanas. I. 2.	Des. *τὸ μονάσαν πρόσωπον.*

1) Vide virum elegantissimum *Witte* in tractatu: *Ueber einige byzantinische Rechtscompendien des 9. und 10. Jahrhunderts* in libro: *Rheinisches Museum, herausgegeben von Niebuhr, Jahrg. 2.*, p. 282. 2) Vide *Witte* l. l. *Jahrg. 3.* p. 25. 3) Vide *Witte* l. l. p. 46. Series titulorum, quam *Witte* l. l. p. 47. ex epanagoge proposuit, ab hoc loco plane aliena est. 4) Etiam in contextu Codicis hi tituli commemorantur. Itaque lectiones varias enotabo. Ante *περὶ* adiiciuntur haec: *ἐκ τοῦ α'. τιτλ.* Context. *τιτλ. β'.* 6) Context. *ἀχαριστίας βιβλ. η'. τιτλ. μθ'. τοῦ κώδικος.*

δʹ. περὶ τῶν[1]) ἀπὸ μοναστηρίου εἰς ἕτερον μεταστάντων μοναστήριον[2]).	Athanas. I. 2.	Inc. ὁ ἀπὸ μοναστηρίου. Des. προσκυρωθῆναι.
εʹ. περὶ ἀποκρισιαρίων μοναστηρίων[3]).	Athanas. I. 2.	Inc. οἱ μοναχοί. Des. πραττέτωσαν πράγματα.
ϛʹ. περὶ τοῦ ἀπὸ μοναχῶν γενομένου κοσμικοῦ[4]).	Athanas. I. 2.	Inc. οἱ ἀπὸ μοναχῶν γενόμενος. Des. τῇ τάξει πραδιδόσθω.
ζʹ. περὶ τοῦ μεταστάντος ἀπὸ μοναστηρίου εἰς ἕτερον μοναστήριον.	Athanas. I. 13.	Inc. μὴδεὶς (leg. μηδεὶς) προσδεχέσθω. Des. διοίσει μοναστηρίῳ.
ηʹ. περὶ διαίτης μοναχῶν[5]).	Athanas. I. 14.	Inc. ὁ αὐτὸς βασιλεύς. Des. ὑπατ̃ Ἀπίωνος.
θʹ. περὶ κειμηλίων[6]).	Athanas. II. 1.	Inc. τὰ ἱερὰ σκεύη. Des. Λέοντος διατάξεως.
ιʹ. περὶ τοῦ μὴ ἐκποιεῖσθαι μοναστήριον[7]).	Athanas. II. 1.	Inc. μὴ ἐκποιεῖσθαι. Des. 'προσιούσης (Cod. προσιοῦσης) ὑποθήκης (Cod. ὑποθίκης).
ιαʹ. περὶ λειτουργιῶν ἐκστραορδιναρίας διαρκεῖς[8]) (leg. διαγραφῆς) καὶ λουκρατίδων (leg. λουκρατίβων)[9]).	Athanas. II. 3.	Inc. πᾶσας (leg. πάσης). Des. καὶ γεφυροποιήαις (leg. γεφυροποιίαις).
ιβʹ. περὶ αἱρετικῶν[10]).	Athanas. II. 3.	Inc. μὴδεὶς (leg. μηδεὶς) εὐαγής. Des. οἴκῳ ἀποκαθίσταται.
ιγʹ. περὶ προνομίων τοῦ ὀρφανοτροφίου (leg. ὀρφανοτροφείου) Κωνσταντινουπόλεως καὶ τοῦ ξενῶνος Σαμψῶν[11]).	Athanas. II. 3.	Inc. τὸ ὀρφανοτροφεῖον (Cod. ὀρφανοτροφίον). Des. Βασιλείου τὸ δʹ.
ιδʹ. περὶ οἴκων (Cod. οἶκων)[12]) αἱρετικῶν ἐν οἷς παρασυνάξεις (Cod. παρὰ συνάξεις) ποιοῦσι[13]).	Athanas. III. 4.	Inc. ὅτι χρὴ ταῖς ἐκκλησίαις. Des. οἱ αἱρετικοί.
ιεʹ. περὶ ὅρκου ἀρχόντων[14]).	Athanas. IV. 1.	Inc. πᾶς ἄρχων. Des. οἰκείων σιτήσεων.
ιϛʹ. περὶ ἐπισκόπων καὶ κτητόρων[15]).	Athanas. IV. 1.	Inc. οἱ ἐπίσκοποι. Des. τῷ βασιλεῖ.
ιζʹ. περί, τίνων χρὴ ἀπέχεσθαι τοὺς ἄρχοντας καὶ τίνων φροντίζειν[16]).	Athanas. IV. 3.	Inc. πᾶς ἄρχων. Des. τὴν κατ' αὐτῶν ὑπόθεσιν.
ιηʹ. περὶ κανονικῶν ζητήσεων[17]).	Athanas. IV. 3.	Inc. τὰς κανονικὰς ζητήσεις. Des. διακρινέτω ὁ ἄρχων.

1) Pro τῶν cont. τοῦ. 2) Addit cont. βίβλον αʹ. τϊ. γʹ. τοῦ κώδικος. 3) Addit cont. τϊ. βʹ. 4) Addit cont. τϊ. βʹ. 5) Addit cont. βιβλίου αʹ. τϊ. ιʹ. τοῦ κώδικος. 6) Addit cont. βιβλίου γʹ. τῆς βʹ. Ἀθανασίου. τιτλ. μʹ. τοῦ κώδικος. 7) Addit cont. ἢ ὑποτίθεσθαι βιβλίον αʹ. τοῦ κώδικος καὶ βιβλίον αʹ. τοῦ μʹ. κώδικος καὶ βϊ. ηʹ. τοῦ κώδικος. 8) Cont. διαρχῆς. 9) Cont. λουρατίδων βϊ. αʹ. τιτλ. λϛʹ. τοῦ κωδ. 10) Addit cont. βιβλίου αʹ. τῆς βιʹ. τοῦ κώδικος καὶ βϊ. αʹ. τῆς βʹ. Ἀθανασίου. 11) Pro Σαμψῶν cont. habet τῶν Σαμ̃ψῶ βιβλίον αʹ. τ̃ γʹ. τοῦ κώδικος. 12) Cont. οἴκων. 13) Post ποιοῦσι cont. addit τϊ. γʹ. 14) Cont. addit βιβλίον αʹ. τοῦ κώδικος. 15) Post κτητόρων cont. addit βϊ. αʹ. τ̃ δʹ. τοῦ κώδικος καὶ βιβλίου θʹ. τοῦ μηʹ. Ἀθανασίου τ̃ δ. 16) Post φροντίζειν cont. addit Ἀθανασίου τ̃. δʹ. βιβλίον αʹ. τ̃. μʹ. τοῦ κώδικος καὶ βιβλίον ιβʹ. τ̃. δʹ. τοῦ κώδικος. 17) Addit cont. βιβλίον αʹ. τῆς γʹ. τοῦ κώδικος καὶ βιβλίον αʹ. τ̃ μʹ. τοῦ κώδικος καὶ Ἀθανασίου τ̃. δʹ.

ιθ'. *περὶ τοῦ ἐπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως* [1]. Athanas. IV. 8.	Inc. *τους μητροπολίτας.* Des. *ὑπατίας* (leg. *ὑπατείας*) *Βελισαρίου.*
κ'. *περὶ τοῦ, τίνες ὑπόκεινται τῷ κουαίστορι* (Cod. *κιέστορι*). [2] Athanas. IV. 14.	Inc. *ὁ αὐτὸς βασιλεύς.* Des. *ὑπατίας* (leg. *ὑπατείας*) *Ἀπίωνος.*
κα'. *περὶ τῶν διχονοούντων* [3]) *δικαστῶν* [4]. Athanas. IV. 17.	Inc. *δύο δέ.* Des. *διχονοούντων* (Cod. *διχονοοῦντων*) *δικαστῶν.*
κβ'. *περὶ τοῦ μὴ ἀποκλίεσθαι* (leg. *ἀποκλείεσθαι*) [5]) *γυναῖκα περὶ χρηματικῆς ὑποθέσεως* [6]. Athanas. IV. 22.	Inc. *μὴ ἐμβαλλέσθω.* Des. *καί ἐκβάσεως.*
κγ'. *περὶ μοναστρίας καὶ ἀσκητρίας* [7]. Athanas. IV. 22.	Inc. *μοναστρία* (leg. *μονάστρια*) *δέ.* Des. *τῶν ἰδίων* (leg. *ἰδίαν*) *τόπων.*
κδ'. *περὶ τοῦ μὴ τέμνεσθαι* (pro *μὴ τέμνεσθαι* Cod. habet *ἀττέμνεσθαι*) *δύο χεῖρας* (Cod. *φόχείρως*) *ἢ δύο πόδας* (pro *ἢ δύο πόδας* Cod. habet *δυοπίας*) [8]. Athanas. IV. 22.	Inc. *μὴ δεῖς* (leg. *μηδείς*) *τοῦ λοιποῦ* (Cod. *λιποῦ*). Des. *παραλυέτω.*
κε'. *περὶ μαρτυρίας* [9]. Athanas. V. parat. §. 1.	Inc. *ἐπίσκοπος μὴ παραγενέσθω.* Des. *ἅπερ γινώσκει.*
κς'. *περὶ τοῦ κατὰ νόμους δικάζειν τοὺς ἄρχοντας καὶ περὶ πεύσεων* [10]. Athanas. V. parat. §. 8.	Inc. *χρὴ τοὺς δικαστάς.* Des. *πυνθάνεσθαι.*
κζ'. *περὶ μαρτυρίας αἱρετικῶν* [11]. Athanas. V. parat. §. 14.	Inc. *δύναται Ἰουδαῖος* (Cod. *Ἰουδαίος*). Des. *εἰς μαρτυρίαν.*
κη'. *περὶ χρόνου* (Cod. *χρονίου*) *δίκης* [12]. Athanas. V. 15.	Inc. *μὴ ὑπερβαινέτω.* Des. *τὰ βεβουλευμένα.*
κθ'. *περὶ τοῦ μέχρι τῶν ἐννάτων μὴ ἐνοχλεῖσθαι τοὺς προσήκοντας τῷ τελευτήσαντι* [13]. Athanas. VI. parat. §. 3.	Inc. *μέχρι τῶν ἐννάτων.* Des. *ἢ λογισθήσονται.*
λ'. *περὶ τοῦ ἐπιμερίζεσθαι τὴν γονὴν τῶν γεωργῶν* [14]. Athanas. XVIII. 5.	Inc. *ὁ αὐτὸς βασιλεύς.* Des. *τὴν προσήκουσαν τιμήν.*
λα'. *περὶ χαμευρετῶν* (Cod. *χαμεβρεων*) [15]) *βρεφῶν καὶ περὶ* [16]) *τοῦ ἐλευθεροῦσθαι τὰ ἐκτιθέμενα* (Cod. *ἐκτεθέμενα*) *βρέφη* [17]. Athanas. XVIII. 7.	Inc. *ὁ αὐτὸς βασιλεύς.* Des. *τῇ αὐτοῦ δεσποτείᾳ.*
λβ. *περὶ τῶν ἐξ ἐλευθέρας* [18]) (Cod. *ἐξελευθέρας*) *τῶν μιλίων* (leg. *τικτομένων*). Athanas. XVIII. parat. §. 7.	Inc. *τὰ ἐξ ἐλευθέρας γαστρὸς* (Cod. *γαςρος*) *τικτόμενα.* Des. *ὁ τούτων πατήρ.*

1) Hanc inscriptionem sic exhibet contextus: *περὶ ἐπισκόπων Κωνσταντινουπόλεως βιβλίον α'. τῆς γ'. καὶ δ'. τοῦ κώδικος καὶ Ἀθανασίου τ̇ δ'.* 2) Cont. *τῷ κιέστωρι ἐκ τ̇ βι*βλ *Ἀθανασίου τιτλ. δ'.* 3) Cont. *διχονοοῦντων.* 4) Add. cont. *πρ*ὸς *ἀλλήλους βιβλίον γ'. τ̇. α'. τοῦ κώδικος καὶ βιβλίον ζ. τῆς δ'. τοῦ κώδικος Ἀθανασίου τῆς δ'. κεφα. ιζ'.* 5) Cont. *ἀποκλείεσθαι.* 6) Cont. *ὑπὲρ χρηματικ*ῆς *ὑποθέσεως βιβλίον θ'. τ̇ δ'. τοῦ κώδικος Ἀθανασίου τ̇ δ'. κεφα. κβ'.* 7) Cont. addit *βιβλίου α'. τ̇ καὶ τοῦ κώδικος Ἀθανασίου τῆς α'. κεφᾱ. κβ'.* 8) Cont. *ἢ δύο πόδας, ἢ τὰ ἄρθρα παραλύεσθαι ἐκ τῆς βίβλου Ἀθανασίου τιτλ. δ'.* 9) Cont. add. *ἐκ τῶν παρατίτλων τοῦ ε'. τίτλου.* 10) Post *πεύσεων* addit cont. *ἐκ τῶν παρατίτλων τ̈ ε'. τ̇ ις'. διατάξεως.* 11) Cont. add. *τι̇. η'. διατ. β'.* 12) Cont. addit *περὶ χρονίου δίκης ἐκ τῶν παρατίτλων κεφ. θ'.* 13) Cont. addit *ἐκ τ̈ ς' βι*βλ. *κεφ. γ'.* 14) Cont. addit *τιτλ. ιη'. κεφ. ε'.* 15) Cont. *χαμεβρέτων.* 16) Cont. *περὶ* non habet. 17) Cont. addit *τϊ. ιη'. κεφ. ζ.* 18) Cont. addit *γαστρός.* Reliqua sic habet contextus: *τικτόμ*ενα *τῆς ια'. κεφα. η'. τὰ παράτιτλα.*

νζ. περὶ τῶν εὐνουχιζομένων καὶ περὶ πινῆς (leg. ποινῆς) τῶν εὐνουχιζόντων [1]).	Inc. ὁ αὐτὸς βασιλεύς.
Athanas. XVIII. 8.	Des. Βασιλείου τὸ ιδ'.
νη'. περὶ τοῦ μὴ παρέχειν σχῆμα πρὸ τριῶν (Cod. προτριῶν) χρόνων [2]).	Inc. εἰ ἀγνοεῖ τὴν τύχην.
Athanas. XVIII. parat. §. 1.	Des. τῇ προτέρᾳ δίδοται τύχῃ.
νθ'. περὶ καινοτομιῶν τῆς ἐπὶ θάλασσαν ἀπόψεως [3]).	Inc. ὁ αὐτὸς βασιλεύς.
Athanas. XXI. 2.	Des. νομοθεσίαν.
ξ περὶ γυναικὸς συντερκεδεδούσης (leg. ἰντερκεδευούσης) [4]).	Inc. εἰ καὶ πολλάκις.
περὶ διαφ. ἀναγν. §. 6.	Des. αὐτῆς γενέσθαι.

Hic codex, unde in eam, in qua nunc est, bibliothecam translatus sit, plane non constat, cum nec veteris proprietarii, nec possessoris cuiusquam ullam habeat significationem. Nec sane lubet in tanta rei obscuritate ex iis, quae Blume itin. Ital. tom. III. p. 162. seq. disputavit, novam aliquam coniecturam proponere, cum in hoc divinandi genere facile decipiaris. Ego, qui hunc codicem manuscriptum a me primo inventum esse arbitrarer, ex litteris, a *Fred. Aug. Bienero* ad me datis sero cognovi, eundem et *Roestellio*, qui nunc apud Berolinenses antecessoris munere fungitur, indefesso harum rerum investigatori, paullo ante innotuisse. Ita fit, ut, quam tibi laudem iure quaesitam esse credas, ab aliis praeceptam esse serus intelligas. — Hunc ego codicem in notis ad Athanasianum opus scriptis „*Cod. B.*“ nomine designare apud animum constitui meum.

VI. Oxonii bibliotheca est, quae Bodleiana nuncupatur. In ea adhuc delituit ingens iuris Romani thesaurus, quem V. Clar. *Eduardus Zachariae*, cum Angliam adiret, invenit, inventumque mecum communicavit. Cuius ego beneficii, quantas maximas possum, gratias ago insignis candoris viro, quem cum de facie non nossem, V. Ill. *Gust. Haenelius* et *Fred. Aug. Bienerus* effecerunt, ut eius animum benigna oratione ad hanc erga me benevolentiam allicerent, virique praestantissimi amicitiam mihi conciliarent. Hic est codex numero *3399.* hodie signatus [5]), qui olim *Seldeni* fuit [6]). Est, iudice *Zachariaeo*, saeculi decimi vel certe quidem undecimi, constatque foliis 196. eius formae, quam *in quarto* vocare solent, membranaceis. Habet genus prochiri a Basilio confecti, sed ex variis iuris Graeci fontibus, inprimisque ex iure Iustiniani adaucti et amplificati. Initio codicis aliquot eius operis tituli desiderantur; neque enim per iniuriam temporis licuit, ut integer hic codex ad nos perveniret. Incipit a medio titulo 6.; reliquorum titulorum ordinem seriemque nunc enarrabimus, sed prochiri Basiliani varia lectione adiecta: ζ. περὶ τῆς τοῦ βαθμοῦ συγγενείας [7]). — η'. περὶ δικαίου προικός. — θ'. περὶ ἐκδικήσεως προικός [8]). — ι'. περὶ δωρεῶν μεταξὺ ἀνδρὸς καὶ γυναικός. — ια'. περὶ λύσεως γάμου καὶ τῶν αἰτιῶν αὐτοῦ. — ιβ'. περὶ δωρεῶν [9]). — ιγ'. περὶ ἀνατροπῆς δωρεῶν. — ιδ'. περὶ πράσεως καὶ ἀγορασίας. — περὶ μετάξης καὶ περὶ πραγμάτων, ὧν ἡ δεσποτεία φιλονεικοῦται [10]). — περὶ ἐμφυτεύσεως [11]). — ιϛ'. περὶ δανείου καὶ ἐνεχύρου καὶ τόκου. [12]) — ιζ. περὶ μισθώσεως καὶ ἐκμισθώσεως [13]). — ιη'. περὶ

1) Hoc caput cont. sic exhibet: περὶ τῶν εὐνουχιζόντων καὶ περὶ τοῦ ἐλευθεροῦσθαι τοὺς εὐνουχιζομένους καὶ περὶ τῆς ποινῆς τῶν εὐνουχιζόντων τιτλ. ιη'. κεφ. η'. 2) Addit cont. τῆς ιη'. κεφ. η'. 3) Post ἀπόψεως cont. addit τῆς κα'. κεφ. β'.. 4) Addit cont. κεφ. α'. τ. κγ'., manifesto argumento, eum, qui haec ex Athanasiano opere excerpserit, libellum περὶ διαφ. ἀναγν. in suo etiam libro reperisse, ac pro tit. 23. eiusdem operis habuisse. 5) *Catalogi librorum manuscriptorum Angliae et Hiberniae*, Oxoniae 1697., fol. 164. A.: „*3399. (Bodlei.) 11. (Seld.) epitome iuris civilis titulis plus quam 43, quorum 7. est de gradibus, auctore sive Attaliata, seu Leone Imperatore.* Συγγένειά ἐστιν *et caet.*“ 6) *Ioannis Seldeni* bibliotheca in Bodleianam anno 1659. migravit. Vide *historiam Bodleianae bibliothecae* a **Bernardo** catalogis eiusdem bibliothecae praepositam. 7) Hic titulus prochiri Basiliani non est. Titulus 7. prochiri est περὶ κεκωλυμένων γάμων. Vide *Reitzi* praef. ad Harmenop. p. IX. tom. VIII. thes. Meermann., et *Wittium* in *Mus. Rhenano ed. Niebuhr.* tom. IV. p. 45. 8) Addit prochiron καὶ τῶν βαρῶν αὐτῆς. 9) Proch. περὶ τῶν ἐν ζωῇ δωρεῶν. 10) Haec, quae sunt a περὶ μετάξης ad φιλονεικοῦται, in prochiro desunt. 11) Hic est titulus prochiri 15. 12) Verba καὶ τόκου desunt in prochiro. 13) Verba καὶ ἐκμισθώσεως desunt in prochiro.

παρακαταθήκης. — *ιθ'. περὶ συστάσεως κοινωνίας.* — *κ'. περὶ λύσεως κοινωνίας καὶ ἀγωγῆς.* — *κα'. περὶ διαθήκης αὐτεξουσίου* [1]. — *κβ'. περὶ διαθήκης ὑπεξουσίων.* — *κγ'. περὶ διαθήκης ἀπελευθέρου* [2]. — *κδ'. περὶ διαθήκης ἐπισκόπων* [3]. — *κε'. περὶ ἀνατροπῆς διαθήκης καὶ περὶ μέμψεως αὐτῆς.* [4] — *κϛ'. περὶ λύσεως ὑπεξουσιότητος.* — *κζ'. περὶ μαρτύρων.* — *κη'. περὶ χειροτονίας ἐπισκόπων καὶ πρεσβυτέρων.* — *κθ'. περὶ κωδικέλλου* [5]. — *λ'. περὶ κληρονόμων.* — *λα'. περὶ ἀποκαταστάσεως.* — *λβ'. περὶ φαλκιδίου νόμου καὶ ἀμέτρων δωρεῶν* [6]. — *λγ'. περὶ ἀποκλήρων.* — *λδ'. περὶ ἐλευθεριῶν καὶ ἀναδουλώσεων* [7] — *λε'. περὶ ληγάτων προσκαίρων καὶ διηνεκῶν* [8]. — *λϛ'. περὶ ἐπιτρόπων* [9] — *λζ'. περὶ ποινῶν.* — *περὶ διαμερισμοῦ σκύλων.* — *περὶ ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων καὶ περὶ ἐπισκόπων καὶ μοναχῶν.* — *περὶ οἰκοδομῆς μοναστηρίων.* — *περὶ καινοτομιῶν.* — *λθ'. περὶ βίας* (leg. *βιαίας*) *ἁρπαγῆς πραγμάτων καὶ ἀγρῶν καὶ περὶ στασιαστῶν καὶ ἀπελάτων* (leg. *ἀπελατῶν*) *καὶ τῆς ἀποκαταστάσεως καὶ περὶ ἐμπρησμῶν καὶ περὶ τάφων, καὶ περὶ δημευομένων ἐν τῷ φίσκῳ καὶ περὶ ἀναζητουμένων καὶ περὶ δεπορτατευομένων καὶ περὶ αἱρέσεων.* — *μβ'. περὶ ὕβρεως καὶ ἁμαρτημάτων ἐλευθέρων τε καὶ δούλων.* — *μγ'. περὶ συκοφάντων* (leg. *συκοφαντῶν*) *καὶ κατηγόρων καὶ περὶ δηλατόρων καὶ περὶ πλαστοῦ καὶ περὶ δούλου διπλασιαζομένου καὶ περὶ θησαυροῦ.*

His quasi cuiusdam fundamenti loco positis, animus est eam, quae inter prochirum Basilianum et id opus, quod in Bodleiano codice est, intercedat, cognationem paucis illustrare. Contuli autem codicem Uffenbachianum, qui in bibliotheca senatus Lipsiensis reperitur, hodie reposit. I. num. 66. signatus, cum apographo, quod *Zachariaeus* ad me miserat. Cuius rei specimen hoc loco sum propositurus:

Tit. 9. Cod. Bodlei. 3399.	*Codex Uffenbachianus repos. I. no. 66. fol. 48. B. – fol. 51. B.*
Τίτλος θ'.	
Περὶ ἐκδικήσεως προικὸς καὶ τῶν βαρῶν αὐτῆς.	Deest. in Uff.
α'. Inc. *συνεστῶτος τοῦ γάμου.* Des. *πενομένους.*	Uff. X. 1.
Deest in Bodl.	Uff. X. 2. Inc. *ἐὰν ἀνήρ.* Des. *αὐτὴν εἰληφέναι.*
β'. Inc. *ἡ προῖξ.* Des. *διατ. οδ'.*	Deest in Uff.
γ'. Inc. *ὁ ἐπερωτηθείς.* Des. *διατ. ιζ'.*	Deest in Uff.
δ'. Inc. *ἔτι συνεστῶτος.* Des. *ἐνέχεται.*	Deest in Uff.
ε'. Inc. *ὁ πατήρ.* Des. *διατ. ιϛ'.*	Deest in Uff.
ϛ'. Inc. *ὁ ἀνήρ.* Des. *χρεωστεῖ.*	Uff. X. 3.
Deest in Bodl.	Uff. X. 4. Inc. *ὁ πενθερός.* Des. *καταδικάζονται.*
ζ'. Inc. *ἐπὶ τῆς.* Des. *τῶν πραγμάτων.*	Deest in Uff.
η'. Inc. *ἐὰν συμφωνηθῇ.* Des. *τὸ σύμφωνον.*	Deest in Uff.
θ'. Inc. *ἐὰν τήν.* Des. *ταύτην λαμβάνειν.*	Deest in Uff.
ι'. Inc. *ὅπου τὰ βάρη.* Des. *διατ. ιϛ'.*	Deest in Uff.
ια'. Inc. *ἐὰν ὁ πατήρ.* Des. *γαμβρὸς αὐτόν.*	Deest in Uff.
ιβ'. Inc. *ἐὰν ἐπηγγείλατο.* Des. *παρασχεῖν.*	Deest in Uff.
ιγ'. Inc. *πατήρ.* Des. *εὐπορεῖ.*	Deest in Uff.
ιδ'. Inc. *ὁ ἀνὴρ ἐπιτρέπων.* Des. *εἰληφέναι.*	Deest in Uff.
ιε'. Inc. *ἡ γονή.* Des. *διατ. η'.*	Deest in Uff.
ιϛ'. Inc. *ἀγρόν.* Des. *ἐπώλησε.*	Deest in Uff.
ιζ'. Inc. *ἐὰν συνφωνήσῃ.* Des. *τὸ σύμφωνον.*	Deest in Uff.
ιη'. Inc. *ἀνισχύρως.* Des. *διατ. α'.*	Deest in Uff.
ιθ'. Inc. *ἰσχυρῶς.* Des. *διατ. α'.*	Deest in Uff.

1) Proch. *αὐτεξουσίων.* 2) Proch. *ἀπελευθέρων.* 3) Proch. addit *καὶ μοναχῶν.* 4) Verba *καὶ περὶ μέμψεως αὐτῆς* desunt in proch. 5) Proch. *κωδικέλλων.* 6) Voces *νόμου καὶ ἀμέτρων δωρεῶν* desunt in prochiro. 7) Voces *καὶ ἀναδουλώσεων* desunt in proch. 8) Verba *προσκαίρων καὶ διηνεκῶν* desunt in proch. 9) Reliqui tituli prochiri sunt hi: 37. *περὶ τοῦ, πότε δεῖ ἐνάγειν τοὺς δανειστὰς κατὰ τῶν κληρονόμων τῶν τελευτησάντων.* 38. *περὶ καινοτομιῶν.* 39. *περὶ ποινῶν.* 40. *περὶ διαμερισμοῦ σκύλων.*

κα΄. Inc. ἐπερωτηθεὶς. Des. οὐ δυνατὸν. Uff. X. 5., sed usque ad verba ἐὰν συναρέσῃ tantum. Reliqua, quae in Cod. Bodl. reperiuntur, in Cod. Uff. desunt.

Reliquorum huius tituli fragmentornm haec est ad codicem Uffenbachianum comparatio: Bodl. κβ΄. Uffenb. X. 6. — Bodl. κγ΄. Uff. X. 7. — Bodl. κδ΄. Uff. X. 8. — Bodl. κε΄. Uff. X. 9. — Bodl. κϛ΄. et κζ΄. Haec desunt in Uff. — Bodl. κη΄. Uff. X. 10. — Bodl. κθ΄.—νγ΄. Desunt in Uff. — Bodl. νδ΄. Uff. X. 11. — Bodl. νε΄. νϛ΄. νζ΄. Desunt in Uff. — Bodl. νη΄. Uff. X. 12. — Desunt in Bodl., quae in Uffenb. X. 13—17. habentur. — Bodl. νθ΄.—ξα΄. Desunt in Uff. — Bodl. ξβ΄. Uff. X. 18. — Bodl. ξγ΄. Deest in Uff. — Bodl. ξδ΄. Uff. X. 10. — Desunt in Bodl., quae in Uff. X. 20—27. habentur. — Bodl. ξε΄. Uff. X. 28. — Bodl. ξϛ΄. Deest in Uff. In hoc capite desinit tit. 9. codicis Bodleiani. Quae autem in prochiro Basiliano leguntur post §. 28., in codice Bodleiano desunt omnia. — De fontibus si quaeritur, ex quibus hoc iuris civilis corpus compilatum sit, illud intuenti cuique apparebit, maximum iuris Iustiniani fuisse in eo libro conficiendo usum, Basilicorum autem plane nullum. Laudantur autem ibi ex libris Iustiniani Digesta, Codex, Novellae; ex commentariis ad Iustiniani Novellas scriptis permulta; denique ex eparchicis quaedam in hoc, quo de agitur, opus migrarunt. Ut proinde liqueat, hanc legum compilationem iis temporibus confectam esse, quibus librorum Iustiniani memoria per imperium Orientale oblitterata non fuerit. Accidit autem, nescio quo casu, ut, cum consuetudo lites ad Basilica dandi per Orientem invaluisset, iuris Iustiniani corpora neglecta iacerent. Adeoque perventum est, ut Basilica Digestis, Codici, Novellis derogare viderentur de iureconsultorum, qui istis temporibus fuerunt, sententia [1]). Quod cum constet saeculo p. Chr. n. decimo et undecimo accidisse [2]), consentaneum est, ut librum, qui in codice Bodleiano est, ante ea tempora confectum absolutumque esse dicamus. Accedit, quod ea est huius codicis aetas, quae hanc nostram opinionem omni ex parte confirmet. Noli tamen existumare, antequam Leo Sapiens imperium solus teneret, hanc nostram legum compilationem fieri potuisse. Nam in iis tituli 6. fragmentis, quae in codice Bodleiano supersunt, Novella a Leone philosopho ad Stylianum magistrum data laudatur, cuius Novellae hoc est initium: περὶ ἐπιγαμικῶν σομφώνων. Incip. τὸ μὲν ὑπόβολον. Quapropter coniectura ducor, ut sub finem noni post Christum natum saeculi vel initio decimi hoc, de quo agitur, legum corpus confectum esse credam. Itaque facile est ad coniiciendum, hunc librum, prout in codice Bodleiano reperiatur, non in hoc tantum libro manuscripto quasi quodam archetypo fuisse perscriptum, verum de vetustiore aliquo exemplari transsumtum videri. Id autem ita esse insignes codicis Bodleiani lacunae demonstrant, quarum lacunarum pars ibi notata est, pars notata non est. Qui autem fieri potuit, ut a scriba calligrapho nostri libri lacunae notarentur, nisi ex exemplari, unde hic Codex ductus est, satis constaret, aliquam orationis particulam intercidisse? —

Ex Athanasiano libro in codicem Bodleianum sat multi Novellarum loci translati sunt, quorum si qui diligentiam effugerint meam, condonandum id erit iuventuti meae, cum praesertim *Zachariaeus* permultis negotiis occupato mihi et quasi distento apographi a se confecti usum per parvulum temporis spatium concesserit. En tibi eorum, quos enotavi, locorum catalogum:

Tit. 6. in fine fol. 7. Inc. μὴ ἐμβαλλέσθω γυνή. Des. ἀποκρινέσθω. Hausta haec sunt ex Athan. tit. 4. const. 22. Quae autem deinceps leguntur inde a verbis εἰ δὲ συμβῇ usque ad verba ἀποκαλύψεως καὶ ἐκβάσεως, sunt ex eodem Athanasii loco deducta. —

Tit. 7. fol. 13. Inc. ὁ παρὼν νόμος. Des. παρακελεύεται. Haec deducta sunt ex Athanas. tit. 11. const. 5. —

Tit. 7. fol. 13. Inc. τοὺς ἀθέμιτον. Des. ἐκπίπτει τῆς προικός. Haec sunt Athanas. tit. 11. const. 1. Sequitur deinceps genuinus eiusdem Novellae contextus hoc modo: ἐκ τῶν νεαρῶν διατάξεων Ἰουστινιανοῦ. Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Φλόρῳ κόμητι πριβάτων. Τοὺς ὑπὲρ τῶν ἀθεμίτων ἔμπροσθεν γεγραμμένους νόμους et caet. Ut proinde Athanasii excerptum satis appareat ab initio Novellae quasi cuiusdam summarii loco esse collocatum. —

1) Vide *Bieneri* librum: *Die Geschichte der Novellen* p. 149—157., et librum observationum iuris Graeco-Romani meum p. 21. 2) Vide librum observat. meum l. l. p. 21—41.

Tit. 16. fol. 61. Inc. *Ἀθανασίου τοῦ σχολαστικοῦ. Ὁ δανειστὴς μισθώσας.* Des. *αὐτὸν τιμωρηθῆναι.* Haec hausta sunt ex Athanas. tit. 4. const. 22. vel ex tit. 15. parat. §. 2. Quamquam est aliqua scripturae diversitas, quam in nota ad tit. 15. parat. §. 2. religiose adnotavi. Vide Harmenop. *προχ.* lib. 3. tit. 5. §. 66. ed. Reitzi p. 195. Postmodo in codice Bodleiano haec leguntur: *τοῦ αὐτοῦ τίτλου κεφ. γ'. Ἐπειδὴ δὲ καί.* Des. *ἢ μισθῶσαι ἢ ἐνεχυριάσαι.* Haec sunt ex authentico eiusdem Novellae contextu deducta. —

Tit. 16. fol. 62. Inc. *διατ. κθ'. ἐκ τῶν Ἀθανασίου σχολαστικοῦ. Ὁ δανείσας.* Des. *τῆς προικός.* Haec deducta sunt ex Athanas. tit. 12. const. 6. —

Tit. 16. fol. 66. Inc. *ὁ τὴν ἰδίαν συγγραφήν.* Des. *ἐλέγχους καταθήσει.* Haec deducta sunt ex Athanas. tit. 9. const. 2. —

Eodem tit. fol. 66. Inc. *ὁ δὲ παραυτά.* Des. *ἀλλὰ τὸ πᾶν ἀπαιτεῖται ὡς νε. ογ.* Haec sunt Athan. tit. 9. const. 2. —

Eodem tit. et fol. Inc. *Ὁ δανειστὴς τὰς οἰκείας.* Des. *τῷ χρεώστῃ.* Haec sunt Athanas. tit. 9. const. 2. —

Eodem tit. fol. 68. haec leguntur: *ἐκ τῶν Ἀθανασίου. Λελύσθω τῆς ὑποθήκης ὁ ἀγρός, ἐκ τῶν καρπῶν αὐτοῦ πληρωθέντος τοῦ χρέους, καὶ διὰ τοῦτο μὴ ἐκποιείσθω παρὰ τοῦ δανειστοῦ ὁ ἀγρός, ὡς βι'. η'. κεφ. ιζ'.* —

Eodem tit. fol. 68. Inc. *ἐκ τῶν Ἀθανασίου Ἰουστινιανοῦ. Εἰ καὶ πολλάκις συναινέσει γυνὴ δανειζομένῳ.* Des. *προχώρησις εἰς πράγματα αὐτῆς γενέσθαι.* Haec deducta sunt ex Athanas. tit. 4. const. 22. —

Tit. 16. fol. 74. Inc. *μηδεὶς γεωργῷ δανείζων.* Des. *Ἰουλίων ὑπατίας Βαλισαρίου.* Haec sunt ex Athanas. tit. 16. const. 1. deducta. —

Tit. 29. fol. 107. Inc. *ταβουλάριοι.* Des. *καταθέσει.* Haec sunt Athanas. tit. 5. const. 5. —

Eodem tit. et fol. Inc. *τὰ ἐκμαρτύρια.* Des. *κατάθεσιν.* Haec sunt Athanas. tit. 5. const. 5. —

Tit. 29. fol. 110. Inc. *ὁ τρίτον παραγαγών.* Des. *παραγαγεῖν μάρτυρας.* Haec sunt Athanas. tit. 5. const. 5. —

Eodem tit. et fol. Inc. *εἰ ὡς δοῦλος.* Des. *ὑποκείσθω.* Haec sunt Athanas. l. l. —

Eodem tit. fol. 111. Inc. *ἐάν τις.* Des. *σχήματος ἢ διάταξις.* Haec sunt Athanas. l. l. —

Tit. 30. cap. 28. fol. 124. Inc. *οἱ ἐκ πατρός.* Des. *προΐσχονται δίκαια.* Haec sunt Athanas. tit. 9. const. 10. —

Tit. 34. cap. 29. fol. 182. Inc. *Ἐὰν δύο.* Des. *ὑπατίας Ἀππίονος.* Haec sunt Athanas. tit. 18. const. 4. —

Eodem tit. cap. 30. fol. 182. Inc. *ὁ αὐτὸς βασιλεύς.* Des. *τομήν.* Haec sunt Athanas. tit. 18. const. 5. —

Titulo, ut videtur, 37. fol. 152. Inc. *ὁ τολμήσας.* Des. *τόπον ἱερέων.* Haec sunt Athanas. tit. 18. const. 8. —

Eodem tit. et fol. Inc. *οἱ ὕπατοι.* Des. *Βελησαρίου.* Haec hausta sunt ex Athanas. tit. 22. const. 1. —

Eodem tit. fol. 153. Inc. *ὁ ταβελλίων.* Des. *ἐπανέρχεσθαι.* Haec sunt Athanas. tit. 2. const. 1. —

Eodem tit. et fol. Inc. *οἱ ἄρχοντες.* Des. *ὑποβαλλομένων.* Haec sunt Athan. l. l. —

Eodem tit. et fol. Inc. *οὐ κωλύεται.* Des. *δανείζεσθαι.* Haec sunt Athanas. l. l. —

Eodem tit. et fol. Inc. *ἐὰν μοναστήριον.* Des. *διοικηταί.* Haec sunt Athanas. tit. 2. const. 2. —

Eodem tit. et fol. Inc. *αἱ περιελθοῦσαι.* Des. *δεδοδῶκιν* (sic) *αὐτάς.* Haec sunt Athan. l. l. —

Eodem tit. et fol. Inc. *ὁ ἀρξάμενος κτίζειν.* Des. *κτίζεσθαι οἴκῳ.* Haec sunt Athanas. tit. 2. const. 3. —

Eodem tit. et fol. Inc. *τὰ εὐαγέσιν.* Haec sunt Athanas. l. l. —

Eodem tit. et fol. Inc. *χρὴ τούς.* Des. *προσαναφέρειν.* Haec sunt Athanas. tit. 1. parat. §. 4. —

Eodem tit. fol. 155. Inc. μηδεὶς ἐπιβαλλέτω. Des. τίμιος σταυρος. Haec sunt Athanas. tit. 1. const. 18. —

Eodem tit. fol. 156. Inc. ὁ αὐτὸς βασιλεύς. Des. Ἰουστινιανοῦ. Haec sunt Athanas. tit. 2. const. 2. —

Hunc ego codicem in varietate scripturae adnotanda „*Cod.* X." nota designare decrevi.

VII. Mediolani est bibliotheca, quae S. Ambrosii nuncupatur. In ea bibliotheca est codex membranaceus, optimae notae, olim in terra *Messapiae* comparatus, hodie I. 48. signatus. Eius codicis notitia ad me tum, cum Mediolani essem, perlata est omnino nulla, quae res negligentiae eorum, qui catalogos codicum manuscriptorum, qui istius bibliothecae sunt, confecerunt, tribuendum est, praesertim cum[2]) idem codex manuscriptus *Blumii* industriam effugerit. Ego ex Italia redux factus, cum V. Ill. *Caroli Witti* invisendi caussa *Halas Saxonum* adiissem, memini me audire, cum is diceret, eum codicem a se inventum esse, et, ut in itinere fieri solet, paucis descriptum. Roganti autem mihi, ut schedas a se conscriptas per aliquantulum temporis utendas mihi daret, vir et doctrinae ubertate et morum comitate insignis facilem sese praebuit, et quod eius in usum meum converti posse viderentur, iuris publici fieri iussit. Is codex canones apostolorum habet conciliorumque decreta, suo quaeque ordine disposita. Fol. 49. haec leguntur: νομοκανὼν σὺν θεῷ περιέχων συνοπτικῶς ὅλους πούς κανόνας τῶν τε ἁγίων οἰκουμενικῶν ζ. συνόδων καὶ τῶν ἁγίων ἀποστόλων, μεθ' ὧν καὶ τοῦ μεγάλου Βασιλείου καὶ ἑτέρων ἁγίων θεοφίλων πατρῶν (sic). Est nomocanon Photii patriarchae, sed magnam partem auctus et ex iuris Iustiniani fontibus interpolatus. Desinit fol. 183. tit. 11. cap. 4. Tituli 11. autem haec est inscriptio: τιτλ. ια'. κεφ. περὶ μοναστηρίων καὶ μοναχῶν καὶ περὶ ποιήσεως μοναστηρίων. Vide Voelli bibliothecam iuris canonici tom. II. p. 1043. Adiecta est ad canones apostolicos interpretatio Graeci cuiusdam Icti, cui de *Witti* sententia neque cum Balsamonis neque cum Zonarae nec cum Aristeni commentariis satis convenit. Incipit τρεῖς δὲ ἐξάπαντος (sic) ὀφείλουσι. In hac ἑρμηνείᾳ fol. 152. Nov. 6. Iustiniani refertur laudanturque *Theodori* et *Athanasii* commentarii. Inc. κεῖται δὲ ἐν τῷ Ἑρμοπολ. οὕτως. — Des. ἡ ταξεώτης. Postea haec leguntur ἐν δὲ τῷ Ἀθανασίῳ οὕτως κ. τ. ἑ. Ea hausta sunt ex Athan. tit. 1. const. 1. — Fol. 184. codicis quaedam ex Digestis excerpta leguntur. Ibidem incipit Iustinianarum Novellarum liber, in titulos 13. divisus. Cuius operis titulus hic est: νεαραὶ Ἰουστινιανοῦ βασιλέως περὶ τῶν θείων καὶ ἱερῶν ἐκκλησιαστικῶν κα κα (leg. κεφαλαίων.) Qui liber cum nec cum Athanasiano opere conveniat, nec ex Theodori Hermopolitani commentariis haustus sit, non abs re fore arbitratus sum, seriem ordinemque horum titulorum hoc loco ex *Witti* schedis proponi.

Τιτλ. α'. οὗτος ἐστὶν οὕτως (sic). Αὐτοκρ. Ἰουσ. Πέτρῳ τῷ ἐνδοξοτάτῳ ἐπάρχῳ πραετωρίων. Περὶ ἐκκλησιαστικῶν κφ κφ καὶ προνομίων καὶ ἄλλων κεφαλαίων εἰς τὰς ἁγιωτάτας τοῦ θεοῦ ἐκκλησίας καὶ τοὺς λοιποὺς σεβασμίους οἴκους ὁρῶνται (sic) τὸν παρόντα νόμον προφέρομεν. Desinit fol. 190. καὶ ἐν ταῖς ἐπαρχίαις φανερωθείη. Hic est genuinus Novellae Iustiniani 131. contextus. —

Deinde Iustiniani Nov. 6. posita est, ad Epiphanium missa. Desin. fol. 197. π. τῆς ψυχῆς ἡμῶν αὐτῆς. —

Sequitur excerptum, ut videtur, Nov. 16., ad Epiphanium missae, cuius hoc est initium: νόμον ἔναγχος (sic) ἐγράψαμεν. Des. fol. 197. B. τοὺς αὐτῶν ὑπεισιόντες βαθμούς. —

Postea haec leguntur ὥστε τὸν ἐπίσκοπον συνακροᾶσθαι τῷ ἄρχοντι. Incip. Ἐξ οὗπερ ἡμᾶς ὁ θεὸς τῇ ῥωμαίων. Est Nov. 86. —

Sequitur τίτλος δ'. περὶ πολιτείας μοναχῶν. Inc. ὁ ἐν ἀσκήσει μοναχικὸς βίος. Est Nov. 5., ad Epiphanium missa. —

Postea reperitur Nov. 133., ad Iohannem missa. Inc. ὁ μονήρης βίος καὶ ἡ κατ' αὐτὸν θεωρία. Des. κατὰ πάντα βουλόμενα (sic) τρόπον. —

Fol. 204. haec sunt: τιτλ. ε'. περὶ τοῦ μὴ ἐκποιεῖσθαι ἢ ἀνταλλάττεσθαι τὰ ἐκκλησιαστικὰ πράγματα. Inc. ἕνα σκοπὸν ἀεὶ τοῦτον. Des. fol. 209. Est Nov. 7., ad Epiphanium missa. —

Fol. 210. et 211. ab hoc argumento plane aliena sunt. —

---

1) De *Theodori Hermopolitani* fragmentis, quae in eo codice reperiuntur, in proleg. Theodori sermo erit. 2) Bibliotheca librorum manuscriptorum Italica ed. *Fried. Blume*, Gottingae 1834. 8. p. 8—12.

Fol. 212. τιτλ. ς. περὶ τῶν προϊόντων προικῴων συμβολαίων παρόντων παίδων. Inc. ἦλθεν (sic) εἰς ἀμφισβήτησιν ματαίαν. Des. καταστῆναι σπευσάτω. Est Nov. 19. ad Iohannem missa. —

Sequitur τιτλ. ζ'. περὶ τοῦ μὴ ἐπὶ λέγεσθαι (sic) τὰς δευτερογαμούσας γυναῖκας. Inc. καὶ τοῖς πρώην νενομοθετηκόσι Ῥωμαίοις. Des. διατεταγμένον. Est Nov. 2., ad Hermogenem missa. —

Postea haec reperiuntur τιτλ. η'. περὶ ἀθεμιτογαμιῶν καὶ τῶν ἐκ τῶν τοιούτων παίδων. Inc. τοὺς ὑπὲρ ἀθεμιτογαμιῶν ἔσθ' ὅτε. Des. fol. 216. his verbis: ἀποστρεφόμεθα συμπλοκάς. Haec est Nov. 12., ad Hermogenem (sic) missa. —

Deinde leguntur haec: τιτλ. ζ'. (sic) περὶ τῶν ἀπὸ νόμου καλουμένων κληρονόμων. Inc. ἦλθεν εἰς γνῶσιν. Des. fol. 221. παρασκευασάτω πάντως. Haec est Nov. 115., ad Iohannem (sic) missa. —

Fol. 222. incipit Nov. 1. cap. 1. §. 1. τὸν ἔμπροσθεν εἰρημένον λόγον ἢ τῶν ἐξ αὐτῶν βουλομένων πληρῶσαι τὸ διατεταγμένον. Des. fol. 224. μήτε ἐν ἀθυμίᾳ τελευτᾶν συγχωροῦντος. In quo illud quidem apparet inter fol. 221. et 222. aliquid excidisse. —

Sequitur τίτλος ἑνδέκατος, περὶ τοῦ μηδένα δανείζοντα γεωργῷ κρατεῖν τὴν ἐκείνου γῆν κ. τ. λ. Inc. ἁ μιμ. Πρᾶγμα δεινὸν καὶ πάσης ἐπέκεινα. Des. eodem fol. his verbis ζημιούμενον λήμμασιν. Est haec Nov. 32., ad Ageruchium missa. —

Succedit τιτ. ιβ'. περὶ τοῦ τοὺς κληρικοὺς τοῖς ἐπισκόποις ἀποκρίνεσθαι. Inc. γεγραφήκαμεν νόμους. Des. fol. 225. ἡ περὶ Παννονίαν (sic). Est Nov. 83., ad Iohannem missa. —

Sequitur Nov. 137., ad Petrum magistrum scripta. Inc. εἰς τοὺς πολιτικοὺς νόμους ψήφισμα τῶν χειροτονουμένων. Des. καὶ μὴ δικαίως ἐγένετο τοῦτο. —

Denique legitur Nov. 120., ad Iohannem missa. Inc. τι. ιγ'. περὶ ἐκκλησιαστικῶν διαφόρων κεφαλαίων. Πολλῶν καὶ διαφόρων νόμων. In fine eius Novellae lacuna apparet, in qua hic codex desinit.

In quo illud quidem apparet, satis magnam huius libri partem ex genuino Novellarum contextu haustam esse. Quare autem acciderit, ut in tredecim titulos divisus sit, non satis liquet. Nisi hoc ad similitudinem Photiani nomocanonis, qui idem in nostro codice reperitur, factum esse arbitremur. Cui coniecturae illud certe quidem non obstabit, quod Photii opus quatuordecim titulis constet. Facile enim accidere potuit, ut ad finem nostri codicis, ubi lacunam esse supra dictum est, titulus aliquis exciderit. Eius codicis summa erit vis ac potestas in castigandis Iustiniani Novellis. Habet enim, quae a reliquis codicibus absunt, et tamen vera esse videas, velut, quod in Nov. 32. epil. haec leguntur τὸν δανειστὴν δὲ ἰδεῖν ἐπὶ τοῖς ἑαυτοῦ ζημιούμενον, pro his codex Ambrosianus habet — ζημιούμενον λήμμασιν. Deinde quod Nov. 115. epilog. habet εἰς τὴν ἁπάντων γνῶσιν ἐλθεῖν παρασκευασάτω, codex Ambrosianus habet — παρασκευασάτω πάντως. Atque etiam in inscriptionibus Novellarum, quae dicuntur, referendis aliqua est scripturae diversitas. Sic Nov. 16. ad *Epiphanium* missa dicitur, cum in nostris Novellarum codd. mss. ad *Anthimum* vel *Anthemium* directa sit. Deinde Nov. 120. vulgo ad *Petrum magistrum*, Nov. 115. ad *Theodotum* missae dicuntur, cum in Ambrosiano codice ad *Iohannem* datae esse perhibeantur. Denique in Nov. 12. inscriptione mentio fit *Flori*, quo loco codex Ambrosianus *Hermogenis* facit mentionem. In haec intuenti cuique apparebit, hanc Novellarum collectionem ex his iuris fontibus, de quibus nobis hodie non satis constet, deductam esse.

VIII. In Vindobonensi, quae *Caesaris* nuncupatur, bibliotheca codex manuscriptus Graecus adservatur, qui hodie inter codices iuris civilis numero II. relatus est, satis ille quidem descriptus a *Lambecio* in comm. bibl. Caes. Vindob. edit. Kollari tom. VI. p. 24.—31., et a *Nesselio* in catal. bibliothecae Caesar. parte II. p. 12.—15. Is liber constat foliis 226. chartaceis, fuitque Constantinopoli ab *Augerio Busbeckio* comparatus, ac deinde in bibliothecam Caesaris translatus. Saeculi post Christum natum decimi quarti esse iudico. In eo exemplari

1) fol. 1—159. A. synopsis Basilicorum habetur;
2) fol. 159. B — 186. B. Novellae imperatorum Constantinopolitanorum;
3) fol. 187. A — 197. A. ecloga imperatorum *Leonis* et *Constantini* hoc titulo: ἐκλογὴ τῶν νόμων ἐν συντόμῳ γενομένη (sic) πα̃ρ Λέοντος καὶ Κωνσταντίνου τῶν σοφῶν βασιλέων. Post ea index XVIII. titulorum positus est. Tituli 1. initium hoc est: τι. α'. περὶ συστάσεως

μνηστείας καὶ λύσεώς αὐτῶν κέ. ά. Incipit συνίσταται μνηστεία. Quae eadem reperiuntur in *Leunclavi* iure Graeco-Romano tom. II. p. 101. Vide V. Clar. *Eduardi Zachariaei* fragmenta versionis Graecae legum Rotharis Longobardorum regis (Heidelbergae 1835. 8.) p. 9—12.

4) fol. 197. B — 200. B. anonymi collectio variarum legum habetur ex Iustiniani Institutionibus, Digestis, Codice, Novellis. Ubi nonnulli iureconsulti Graeci laudantur, velut *Stephanus*, *Iohannes Cubidius*, *Athanasius Scholasticus*. Ipse in schedis meis haec fere adnotavi: fol. 197. B. haec leguntur ἐκ τοῦ πρώτου βιβλίου Ἰουστινιανοῦ τί. κέ. περὶ γυναικὸς ἐνοχλοποιούσης (leg. ἐνοχοποιούσης), ἐὰν τὴν ὑπὲρ τοῦ ἀνδρὸς κεφ. ά. Duobus versibus interiectis, haec leguntur ἐκ τοῦ δευτέρου βιβλίου τοῦ κόδικος (sic) Ἰουστινιανοῦ Στεφάνου ἀντικίνσορος (sic) περὶ κληρονόμων ἐναδιαθέτων τὸ ποία κληρονομεῖν δύναν (sic) ἢ μὴ δύνανται. Sequuntur sex eiusdem modi excerpta, sed, quae parvi facienda sint. Postea haec leguntur τῆς ργ΄. τῶν νεαρῶν διατάξεων. Incip. ὁ ἀντιφωνῶν καὶ λέγων. Des. fol. 198. A. οὐδὲν πέπρακται. Quae verba cum Athanasii tit. 7. const. 7. parum conveniunt. Sequuntur quaedam ex Codice excerpta. Postea vero haec reperiuntur τῆς δ΄. τῶν νεαρῶν διατάξεων. Inc. ὁ καθ' οἱονδήποτε τρόπον χρεωστούμενος. Des. ἢ τῶν χρεωστούντων αὐτῷ, quae cum Athanasii tit. 15. const. 1. parum conveniunt. Sequitur aliud ex Codice excerptum. Postea haec leguntur ἐκ τῶν νεαρῶν διατάξεων τοῦ Ἰουστινιανοῦ (sic). Inc. Προβάτῳ. Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Φλόρῳ κόμητι. Τοὺς ὑπὲρ τῶν ἀθεμίτων, qui est genuinus Novellae 12. Iustiniani contextus. Deinde quaedam posita sunt ex Digestis et Codice excerpta, parvulusque liber, cuius hic est titulus: περὶ τῆς τῶν βαθμῶν συγγενείας ἐκ τοῦ τρίτου βιβλίου τῶν ἰνστιτουώτων. Post haec alia ex Codice et Digestis excerpta leguntur. Sequuntur Athanasiana haec: fol. 200. A. ἀπὸ βιβλίου Ἀθανασίου σχολαστικοῦ ἐκ τῶν διγέστων καὶ τοῦ θ΄. βιβλίου τοῦ κώδικος. Inc. ἐὰν οἱοδήποτε (sic) τρόπῳ. Des. χωρὶς τῶν ἰδίων γονέων χωρίζεται. Haec ex Athanasii tit. 10. const. 9. deducta sunt, quo loco huius codicis varias lectiones, addita „*Cod. C.*" designatione, commemoravi singulas. Sequitur *Iohannis Cubidii* fragmentum hoc modo: ἐκ τοῦ ποιναλίου Ἰωάννου Κουβιδίου ἀντικίνσορος. Ὁ (leg. οἱ) εἰς βλάβην ἀνθρώπων δαίμονας ἐπικαλούμενοι (sic) θηρίοις παραδιδόσθωσαν. ὁ μοιχεύων τὴν ὑπὸ πολλῶν διακέρδος (leg. διὰ κέρδος) ἀφανιζομένην οὐ κατέχεται τὰ περὶ μοιχείας ἐγκλήματα (leg. τῷ — ἐγκλήματι), ὡς οὐδὲ μοιχεύων τὴν ἐν ἐργαστηρίῳ ὑπηρετοῦσαν. Ad haec adiiciuntur quaedam ex Codice excerpta.

5) fol. 200. B — 203. A. νόμος Ῥοδίων habetur;
6) fol. 203. A — 204. A. leges militares;
7) fol. 204. A — 226. A. prochirum Basilianum hoc initio: μνηστεία ἐστὶ μνήμη et caet.;
8) fol. 226. A — 226. B. leges colonariae.

IX. In eadem bibliotheca Vindobonensi servatur et alius codex manuscriptus Graecus, hodie inter codices iuris civilis numero XV. signatus. Is liber ab Augerio Busbeckio Constantinopoli comparatus est, et a *Lambecio* in commentariorum de bibliotheca Caesaris lib. VI. cod. 7. ed. vet. tom. VI. p. 31—33. et *Nesselio* in catal. bibl. Caes. Vindob. parte II. p. 31—33. satis accurate descriptus. Constat foliis 215. chartaceis, continetque

1) fol. 1 — fol. 38. A. *Basilii, Constantini, Leonis* prochirum, quadraginta titulis constans;
2) fol. 38. A — fol. 39. B. libellum de iureiurando;
3) fol. 39. B — fol. 42. A. leges militares;
4) fol. 42. A — fol. 46. A. leges Rhodias;
5) fol. 46. A — fol. 49. B. leges colonarias;
6) fol. 49. B — fol. 54. A. collectanea varia iuris civilis;
7) fol. 54. A — fol. 64. B. Athanasii eclogam;
8) fol. 65. A — fol. 66. B. glossas iuris;
9) fol. 67. A — fol. 68. A. canones apostolorum;
10) fol. 68. A — fol. 73. B. excerpta iuris civilis, inter quae „*officia Magnae ecclesiae S. Sophiae Constantinopolitanae*";

11) fol. 74. A — fol. 183. B. anonymi exercitia varia ad usum linguae Graecae comparandum condita;
12) fol. 184. A — fol. 191. A. Theodori Prodromi tetrasticha;
13) fol. 192. B — fol. 215. B. Agapeti librum de bene administrando imperio ad imperatorem Iustinianum missum.

Eclogae autem Athanasianae [1] hic est titulus: fol. 54 .A. *Ἀθανασίου σχολαστικοῦ Ἐμισηνοῦ ἐκ τῶν, ὧν παρελέξατ* (legendum *παρελέξατο*) *ἐκτε τοῦ κϛ* (legendum *ἔκ τε τοῦ κώδικος*) *καὶ τῶν νεαρῶν διατάξεων τοῦ μεγ* (leg. *μεγάλου*) *Ἰουστινιανοῦ ὁμοί* (leg. *ὁμοίως*) *ἐκ τῶν παρατίτλων*. Primum caput hoc est: *περὶ χειροτονίας ἐπισκόπων. Ζήτει ἔμπροσθεν τ* (leg. *τῶν*) *λέξεων κϛ* (legendum *κανόνα*). Inc. *ὁ χειροτονῶν*. Des. *αὐτῷ τὴν χειροτονίαν*. Haec hausta sunt ex Athanas. tit. 1. const. 1. —

Sequitur capitulum *περὶ τῶν μετὰ τὴν μνηστείαν ἢ μετὰ τὸ γαμῆσαι μονασάντων* et caet. Inc. *ὁ μονάσας ἀζημίως*. Haec sunt Athanasii tit. 1. const. 2. Postea interponuntur aliae sententiae ex Athanasiano opere deductae, quarum in contextu Athanasii formando et castigando nulla aut certe quidem perexigua futura est utilitas, velut *ὁ μονάσας* (Athanas. tit. 1. const. 2.); *ἀναιρείσθω* (Athanas. l. l.); *οἱ μοναχοὶ* (Athanas. l. l.); *ὁ ἀπὸ μοναχοῦ* (Athanas. l. l.); *ἡ διάταξις* (Athanas. tit. 1. const. 14.); *τὰ ἱερὰ* (Athanas. tit. 2. const. 1.); *μηδεὶς εὐαγὴς* (Athanas. tit. 2. const. 3.)

Fol. 62. B. haec leguntur: *περὶ παίδων φυσικῶν, νόθων καὶ γνησίων. ἴ. ιε'. τῶν νεαρῶν διατάξεων*. Inc. *οἱ ἐκ διαφόρων γάμων*. Des. *παρὰ τῇ μητρὶ καὶ τρέφονται*. Haec ex genuino Nov. 117. cap. 7. contextu hausta sunt, neque quicquam habent similitudinis ad Athanasii tit. 10. const. 9.

Eodem folio haec etiam leguntur: *διάταξις δύο ἔχει*, cuius tituli varietatem scripturae ad Athanas. tit. 6. const. 1. commemoravi.

Deinde sequuntur verba Nov. 52. genuina, quorum verborum hic est finis „*φανερὰ πᾶσιν σπουδασάτω.*"

Post haec in codice rubrica *πεπὶ ἐμπρησμένου* (sic) posita est.

Fol. 63. B. haec leguntur: *περὶ τῶν παραιτίων λοιπῶν λυομένων* (legendum *περὶ τῶν διὰ ῥεπουδίου λυομένων*) *γάμων ἢ τοῦ ἀνδρὸς ἢ τῆς γυναικός*. Inc. *αἱ μεν* (leg. *μὲν*) *οὖν ἐπικετέραι* (leg. *ἐπιεικέστεραι*.) Des. *ἡ Θεοδωσίου τοῦ τῆς θείας λήξεως ἄρισεν διάταξις*. Haec sunt Nov. 22. cap. 14. §. 1 — cap. 16. verba genuina. — Hunc ego codicem in apparatu critico „*Cod. D.*" nomine designare decrevi.

Dictum est, quot Codices Athanasiani operis exstent, ubi exstent, cuius conditionis sint. Nunc dicendum est de iis codicibus manuscriptis, quibus *Iohannes Leunclavius* et *Carolus Annibal Fabrotus* usi sint ad constitutionum ecclesiasticarum collectionem tripertitam et edendam et critica arte et disciplina castigandam. Qua de re etsi duoviri eruditione vel maxime insignes *Bienerus* [2] et *Wittius* [3]) disseruerunt, sunt tamen, quae eorum lucubrationibus addi posse videantur. In quo illud quidem quasi cuiusdam fundamenti loco ponendum est, a *Leunclavio* quidem Graecum eius collectionis contextum editum non esse, sed Latinam tantum eius rei versionem, quae Francofurti 1593. 8. prodiit; a *Fabroto* autem hoc actum, ut et Graeca prodirent, quod cum morte praeventus efficere non potuisset, opus postumum typis mandatum esse in bibliotheca iuris canonici, quae Lutetiae Parisiorum 1661. fol. prodiit, ed. *Voelli* et *Iustelli* tom. II. p. 1217. — 1361., sed adiecta *Leunclavi* versione et duobus *Notatorum* libris. Iam illud quidem, quod *Bienerus* [4]) pro certo posuit et indubitato, *Leunclavi* versionem ex Graeco codice manuscripto, qui *Fabroti* codicibus manuscriptis plane diversus fuerit, esse derivatam, nemo facile negabit. Nam

1) Vide V. III. *Witte* in libro: *die leges restitutae des Iustinianeischen Codex*, p. 28. seq. 2) in libro: *Die Geschichte der Novellen* p. 179. seq. 3) l. l. p. 24. not. 4. 4) l. l. p. 180. not. 56.

Graecum quidem codicem manuscriptum *Leunclavio* ad manum fuisse, ipse significat multis libri primi *Notatorum* locis, quibus Graecum contextum laudat, et in nota marginali ad lib. 1. tit. 3. paratitl. p. 50.; alium autem fuisse eum codicem atque *Fabroti* codices manuscriptos, constat tum ex scripturae discrepantia, quae inter eos codices intercedit [1]), tum ex subscriptionum, quas vocant, dissimilitudine [2]), tum denique ex manifestis posteriorum iureconsultorum interpolationibus, quae in *Leunclavi* manuscriptis codicibus inveniuntur, cum in *Fabroti* exemplaribus desint [3]). Illud autem *Bienero* [4]) non assentior, quod unum eumque solum codicem manuscriptum *Leunclavio* in Latina versione conficienda ad manum fuisse sibi persuaserit. Nam et est, ubi *Leunclavius* ex aliis codicibus manuscriptis scripturae discrepantiam adnotare videatur [5]), nec desunt eiusdem scriptoris testimonia satis luculenta, quibus haec nostra opinio confirmetur [6]). Illud non satis videtur constare, unde idem *Leunclavius* hos codices manuscriptos nactus fuerit. Qua in re definienda, cum certi quidquam afferri non possit, ad conieeturam confugiendum est. Unum autem ex his exemplaribus videtur in ipsa *Leunclavi* bibliotheca delituisse [7]), quam quidem habuit codicibus manuscriptis instructissimam [8]). Alterum, nisi ex eodem fonte deductum arbitrere [9]), ex *Iohannis Sambuci* [10]) bibliotheca vel *Gerarti Falkenburgi* [11]) vel *Francisci Pithoei* [12]) vel *Friderici IV. principis Palatini* [13]) profectum videri possit. — Venio ad *Caroli Annibalis Fabroti* codices manuscriptos. Is in edenda hac legum ecclesiasticarum collectione usus est duobus antiquis exemplarihus manu exaratis, quorum alterum cum in dominio *Nicolai Claudii de Peiresc* [14]) Senatoris Aqui-Sextiensis fuisset, ipsi *Fabroto* proprietatis nomine cessit [15]); alterum autem fuit *Caroli de Monchal* [16]) archiepiscopi Tholosani, cuius codicis apographum *Iustellus* possedit [17]). Quo utroque codice manuscripto, quemadmodum *Fabrotus* in edendo nostro libro usus fuerit, nunc est exponendum. In Graeco contextu castigando secutus videtur vel maxime *codicis Peiresciani* auctoritatem, quem et a bonitate et ab antiquitate in notis ad lib. I. tit. 1. tom. II. p. 1377. A. commendavit. In quo usque adeo huius libri editor processit, ut nec vitia eius codicis vel maxime manifesta ex con-

---

1) Velut tit. 3. const. 1. p. 44. not. 2., et const. 2. p. 44. not. 24. 2) Velut tit. 3. const. 2. p. 45. not. 76., et tit. 1. const. 17. p. 24. lin. 24. 3) Velut tit. 1. const. 2. p. 4. not. 53., p. 8. not. 93., p. 11. not. 56. 4) l. l. p. 180. not. 56. 5) Velut lib. 3. tit. 1. const. 10. p. 125. *Anthimo*] al. (ias) Anthemio. — Heraclii const. 2. p. 173. *notarii ad XL.*] al (ias) XII. 6) Velut lib. 3. tit. 1. const. 5. p. 122. *Menae archiepiscopo*] „in uno exemplari nostro paratitlorum *Ioanni praefecto praetorio.*" Atque in Notatorum lib. 1. cap. 31. p. 198. sic: „in l. 5. *C. de haeretic. et Manich.* aliter in editis libris nostris scripta, quam *in manu exaratis paratitlorum.*" Illud autem satis constat, nostram legum collectionem a *Leunclavio* semper ubique nuncupari „*auctorem paratitlorum, librum paratitlorum, paratitla.*" 7) Lib. 1. tit. 3. parat. p. 50. *cuius initium* τοὺς συνειδότας] „Latinae voces legi non possunt in meo libro." 8) Certe quidem *Novellae imperatorum*, in iure Graeco Romano typis mandatae, haustae sunt maximam partem ex *Leunclavi* manuscriptis codicibus (Ius Graeco-Romanum tom. I. p. 72). Atque etiam *epitome canonum Harmenopuli* (l. l. p. 1.) et pars scriptorum *Nicolai Prisci* (l. l. p. 249.), denique lib. 2., lib. 7. et 8. Responsorum (l. l. p. 395., p. 442., p. 478.) ex eadem bibliotheca prodierunt. Adde Attaliatae ποίημα νομικὸν (l. l. tom. II. p. 1.) 9) Quae quidem coniectura iuvatur his Leunclavi verbis ad lib. III. tit. 1. const. 5. p. 122. „in uno exemplari nostro paratitlorum *Ioanni praefecto praetorio.*" 10) Usus est autem Leunclavius *Sambuci* membranis in edenda *Synopsi Basilicorum* (vide *praefationem* ad Synopsin) et *Novellis imperatorum* (vide Ius Graeco-Rom. tom. I. p. 72. et tom. II. p. 134.) *epitome canonum Harmenopuli* (tom. I. p. 1.) et *fragmentis Nicolai Prisci* (l. l. p. 429.) et *libro II. et VII. et IX. Responsorum* (l. l. p. 395., 442. et 547.) et *Ecloga Leonis* l. l. tom. II. p. 79.). 11) Cod. mss. *Falkenburgi* Leunclavio ad manum erant in *Attaliata* edendo (Ius Graeco-Rom. tom. II. p. 1.) 12) *Francisci Pithoei* codicibus manuscriptis usus est *Leunclavius* in edendis *Novellis imperatorum* (Ius Graeco-Romanum tom. I. p. 5.) et *meditatione de nudis pactis* (l. l. tom. II. p. 192.) et *Eustathio* (l. l. p. 207.) *et Rufi legibus militaribus* (l. l. p. 249.) et *legibus colonariis* (l. l. p. 256.) et *legibus Rhodiis* (l. l. p. 265.) 13) Codicibus mss. bibliothecae septemviralis *Friderici IV.* iussu usus est *Leunclavius* in *Synopsi* edenda (Notat. lib. II. cap. 34. p. 371.) et *Rufi legibus militaribus* (Ius Graeco-Romanum tom. II. p. 249.) 14) In catalogo bibliothecae Peiresclanae, qui apud *Montefalconium in bibliotheca bibliothecarum* tom. II. p. 1181 — 1189. habetur, eius codicis mentio facta non est. Neque, quod ego sciam, in bibliotheca publica eius oppidi, quod *Carpentoracte Meminorum* nuncupatur, ubi codices manuscripti *bibliothecae Peirescianae* adservantur, hodie exstat. Vide *Haeneli* mei *catalogos librorum manuscriptorum* (Lipsiae 1830. 4.) p. 115 — 117. 15) Id anno 1637. vel postmodo factum videtur esse. Mortuus est enim Peirescius a. VIII. Cal. Iulias 1637., quem Fabrotus l. l. p. 1377. τὸν μακαρίτην vocaverit. 16) Eius viri doctissimi codices manuscripti, quo tandem loco hodie sint, mihi non satis constat. Is cum anno post Christum natum 1551. diem obierit supremum, ante hoc tempus *Iustelli* apographum confectum esse coniicias. 17) Vide bibliothecam iuris canonici ed. *Voëlli* et *Iustelli* tom. II. p. 1217. et 1218. Adde *Bienerum* l. l. p. 180.

textu sustulerit[1], et, si quam lacunam ex apographo Iustelliano correxerit, tamen codicis Peiresciani scripturam stellula adiecta ad marginem religiose indicaverit[2]. In designamdis autem singulis codicibus manu exaratis mira apparet editoris fluctuatio. Nam, qui in *Fabroti* notis ad hanc legum collectionem conscriptis[3] constanti dicendi ratione laudatur *Codex Peirescii*[4] vel *Peirescianus*[5], idem in adnotatione critica ad marginem contextus adposita semper ubique audit *Codex Fabroti*[6]. Deinde codex Iustelli in notis ad marginem adpositis saepenumero laudatur hac dicendi ratione „*MS. Iustelli*"[7]; in notis autem, quae vere Fabroti sunt, nusquam. Quae res faciunt, ut has notas, quae in margine contextus adiectae sunt[8], Fabroti esse negemus, verum ab eo, qui mortuo Fabroto hunc librum typis exscribendum curaverit, profectas esse credamus. Illud mirum est, quod esse videamus, ubi „*aliud MS.*" in notis laudetur; quibus locis, qui codex manu exaratus designetur, mihi non satis constat. Coniectura tamen ducor, ut credam eum librum significari, qui alias „*MS. Iustelli*" nuncupetur. Nam et codicis Peiresciani vestigia is, qui hunc librum edidit, fere semper pressit, et alioquin constat, duos tantum codices manuscriptos editori ad manus fuisse, *Peirescianum* dico et apographum *Iustelli*[9]. De forma horum codicum manuscriptorum externa aetateque omnino nihil memoriae proditum est. Nisi quod, teste Fabroto in notis p. 1377. A., codex Peirescianus hunc titulum praefert: *Θεοδώρου διακόνου τῆς ἁγιωτάτης τοῦ θεοῦ μεγάλης ἐκκλησίας νομοφύλακος καὶ χαρτοφύλακος καὶ πρώτου τῶν Βλαχερνῶν τοῦ Βαλσαμῶνος, τοῦ μετὰ χρόνους τινὰς γεγονότος πατριάρχου Θεουπόλεως μεγάλης Ἀντιοχείας.* Quae res in caussa fuit, quare Fabrotus totum hunc librum Theodoro Balsamoni tribuerit[10].

Venio ad rem, quae ad artem criticam disciplinamque exigenda est tota, expediendam indicandamque. Dicendum est enim, quaenam probandi vis in unoquoque horum, quibus usus sum, codicum insit, siquidem his quasi quibusdam columnis inferior disputatio nitetur tota. Ac primum quidem hoc inter nos convenire oportet, tot codicum manu exaratorum, quibus nostri libri minutae aliquae particulae contineantur, quasi quasdam familias fuisse. Ego, quod quidem coniectura assequi possim, has singulas codicum familias ad unam gentem revocare ausim, tum propter vitia satis manifesta, quae in singulis singularum familiarum codicibus manu exaratis aequaliter reperiuntur, tum propter appendicis, quae in codice Parisiensi numero **1381.** signato reperitur, rationem. Ac primum quidem de vitiis manifestis dicendum est. Tit. **1.** const. **1.** haec est in codice Parisiensi subscriptio: *ὑπατείας Βελισαρίου καὶ Εὐτροπίου.* Sic habent et Fabroti codd. mss. et Leunclavius. Verum hic ulcus latet. Nam et in reliquis Novellarum collectionibus *Eutropii* consulis nulla est mentio[11], neque fasti consulares[12] *Eutropii* habent ullam significationem. Enimvero error ortus est ex nota, qua *ὁ λαμπρότατος* in codicibus manu exaratis designari solet. Est enim *ὁ λαμπρότατος vir clarissimus*[13], quo dicendi genere consules in Novellarum subscriptionibus designari solent[14]. Quae nota ab eo, qui codicem archetypum, unde

1) Vide lib. I. tit. 1. parat. §. 1. p. 1242., tit. 2. p. 1248., tit. 3. p. 1260. et lib. III. tit. 2. const. 3. p. 1348., const. 6. p. 1351. 2) Vide lib. I. tit. 1. p. 1237., ibid. p. 1238., tit. 2. p. 1244., ibid. p. 1247., tit. 3. p. 1254., ibid. p. 1265., lib. III. tit. 1. const. 4. p. 1329., ibid. tit. 2. const. 3. p. 1347., ibid. p. 1348., p. 1349., const. 8. p. 1351., p. 1352., tit. 2. parat. p. 1354., tit. 3. const. 1. p. 1356., nov. Heraclii p. 1366. 3) In bibliothec. iuris canonici tom. II. p. 1377—1421. 4) Veluti p. 1377. et 1385. 5) Veluti p. 1392., 1404., 1406., 1419. 6) Veluti p. 1237., 1238., 1244., 1247., 1254., 1265., 1329., 1347., 1348., 1349., 1351., 1352.. 1354., 1356., 1366. 7) Veluti p. 1242., 1248., 1260., 1262., 1345., 1346., 1348., 1350., 1351., 1359., 1373. 8) Veluti p. 1311., 1325., 1329., 1333. 9) Bibliotheca iuris canon. tom. II. p. 1217.: „*nunc vero Graece primum in lucem prodit, ex duobus antiquis Codicibus MSS.* „*inter se collatis.*" Vide et p. 1218. 10) In bibliotheca iuris canonici tom. II. p. 1217. et p. 1377. 11) Vide Bienerum in libro: *Die Geschichte der Novellen* p. 510. 12) Vide Petri Relandi fastos consulares p. 712. seq. 13) Nov. 166. *Ὠρταλίνῳ τῷ λαμπροτάτῳ ὑπατικῷ Λυδίας.* Vide Ducangium in glossario Graec. p. 787. 14) Vide Bienerum l. l. p. 509—530. Inscriptio, quae apud Relandum in fastis consularibus p. 716. refertur: *Υ. ΦΛ. ΑΠΠΙΩΝΟΣ. ΤΟΥ. ΛΑΜΠ. ΙΝΔ. Β.* Actio prima concilii Constantinopolitani apud eundem Relandum l. l. p. 713. *μετὰ τὴν ὑπατείαν Φλαβίου Βελισσαρίου τοῦ λαμπροτάτου τῇ πρὸ ἓξ νόννων μαΐων ἰνδικτιῶνος ιδ'.* Epistola Hormisdae apud Relandum l. l. p. 686. *ἐδόθη πρὸ δ'. εἰδῶν Φεβρουαρίων μετὰ τὴν ὑπατείαν Ἀγαπητοῦ τοῦ λαμπροτάτου.* In epistola Theodosii l. l. p. 622. *μετὰ τὴν ὑπατείαν Ζήνωνος καὶ Ποστουμιανοῦ τῶν λαμπροτάτων.* In actis concilii Chalcedonensis l. l. p. 624. *ὑπατείας Ἀστερίου καὶ Πρωτογένους τῶν λαμπροτάτων ὑπάτων.* Codex canonum ecclesiae Africanae l. l. p. 557. *ἐπὶ Βάσσου καὶ Φιλίππου τῶν λαμπροτάτων ὑπάτων.* Vide codicem canonum ecclesiae Afric. ed. Iustelli p. 348., p. 358., p. 374., p. 381., p. 387.

nostri codices originem habuerunt suam, male accepta in caussa fuit, quare novum inauditumque consulem in hac subscriptionis parte haberemus, cum ab initio sic scriptum esset: *ὑπατείας Βελισαρίου τοῦ λαμπροτάτου.* — Atque etiam tit. 13. const. 3. tam in codice Parisiensi, quam apud Fabrotum et Leunclavium *imperatorem Iustinianum* praefert, cum tamen satis constet, *Iustinum* significari [1]). Scribendum igitur *αὐτοκράτωρ Ἰουστῖνος* pro verbis *αὐτοκράτωρ Ἰουστινιανός*. Utrumque nomen in codd. mss. saepenumero confusum habetur [2]). — Porro tit. 2. const. 5. haec habentur et in codice Parisiensi et apud Fabrotum: *ὑπὸ τὸν β'. τοῦ β'. τίτλον.* Atqui verba *τὸν β'.* aperte corrupta sunt. Vide p. 38. not. 36. — Denique, quae de genuino Athanasiani libri titulo eiusque in variis codicibus mss. corruptela disputavimus, hanc coniecturam ad liquidum perducunt.

Transeo ad secundam huius disputationis partem, hoc est, ad appendicis, quae codici Parisiensi adiecta est, adumbrationem. Post tituli 22. paratitla positus est libellus *περὶ διαφόρων ἀναγνωσμάτων.* Is in codicis Parisiensis indice fol. 9. A. duobus numeris significatur, hoc est, *ζ'.* et *κγ'.* Prior numerus tituli 22. const. 7. demonstrat, posterior tituli 23. habet quasi quandam significationem. Manifesto indicio, quam non recte hic libellus pro Athanasiani operis parte habeatur. Codex tamen bibliothecae Vallicellensis E. 55. eundem libellum pro nostri corporis titulo 23. habuit. Caput 61. enim, quod in huius libelli §. 6. habetur, ibi laudatur his verbis: *κεφ. α'. τιτλ. κγ'.* Ut proinde facile sit ad coniiciendum, ea, quae in eo codice habentur, excerpta ex codice, qui eodem, quo codex Parisiensis, modo appendicem habuerit adiectam, esse deducta. Atque haec quidem sufficient ad demonstrandum, quam non sit veri dissimile, si qui eos, quibus usi sumus, codices manuscriptos ex uno eoque quasi quodam communi omnium exemplarium fonte et quasi archetypo derivatos esse coniiciat. Neque desunt exempla monumentorum, quae, etsi multis in codicibus circumferantur, tamen unam eamque omnium omnino librorum manuscriptorum communem originem satis ostendant. Id in Varronis de lingua Latina libris accidisse Spengelius demonstravit, in Ciceronis ad Diversos epistolis Orellius, in Catulli carminibus Lachmannus, in Agrimensorum libris Niebuhrius, in utriusque imperii notitia Boeckingius. Quae res virum praestantissimum Guilielmum Ottonem Reitzium in Theophili manuscriptis codicibus iudicandis videtur fugisse.

Disputanti mihi de singulis singulorum codicum familiis illud praefandum est, in devias hic me et incultas regiones divertere, ubi, quoquo ingrediare, ipse facias iter oporteat. Atque illud quidem ex his, quae capite III. disputavimus, inter nos constabit, eorum librorum, qui purum putum Athanasii librum habeant ex eove excerpta, et eorum, qui tripertitam Pseudo-Balsamonis collectionem, diversam esse toto coelo rationem.

Ac primum quidem, ut hinc ordiamur, codex Parisiensis Graecus 1381. multas habet easque satis insignes lacunas, quae et in codice Vallicellensi E. 55. [3]) et in Fabroti Leunclavique codicibus manuscriptis recte et ordine supplentur [4]). Deinde idem liber non pauca habet certae cuiusdam interpolationis vestigia, quorum eam partem, quam capite II. tractavimus, hoc loco tacito praeteribimus. Huc accedit, quod ipsa epitomarum oratio, quamquam satis raro, videatur tamen aliquando ad recentioris iuris formam effigiemque efficta esse et interpolata. Sic exempli gratia, quod imperator Iustinianus Nov. 123. cap. 13. octo annis minorem lectorem ordinari negavit [5]), id Athanasius tit. 1. const. 2. expressit hoc modo: *χειροτονείσθω — μήτε ἀναγνώστης*

1) Vide Athan. p. 46. not. 78. 2) Vide notam 78. ad tit. 13. const. 3. Adde Relandi fastos consulares p. 691. 3) Vide tit. 4. const. 8. p. 55. not. 55. 4) Vide tit. 1. const. 2. p. 8. not. 71. et 2. et 12., p. 11. not. 82. et 53., p. 13. not. 55., const. 3. p. 15. not. 77., const. 7. p. 17. not. 75., p. 18. not. 6., tit. 2. const. 2. p. 30. not. 36. et 58., p. 31. not. 6., p. 34. not. 72., p. 35. not. 33. et 43., p. 36. not. 78., const. 8. p. 40. not. 5., tit. 2. parat. §. 4. p. 43. not. 54., tit. 3. const. 2. p. 45. not. 63., p. 46. not. 1. 5) In Iustiniani Novella de octo annis minore fuisse sermonem hi loci satis demonstrant: Iulianus const. 115. cap. 445. *nemo lectoribus connumeretur, qui minor octo annis fuerit.* Pseudo-Eustathius in libro *ῥοπῶν* ed. Zachariaei p. 212. *ὁ ἀναγνώστης ἐλάττων τῶν ὀκτὼ χρόνων οὐ χειροτονεῖται.* Balsamo ad Photii nomocanonis tit. 1. cap. 28. ed. Iustelli p. 847. *πλὴν γίνωσκε, ὅτι ἡ μὲν νεαρὰ τοῦ Ἰουστινιανοῦ εἰς πλάτος εὑρισκομένη λέγει γίνεσθαι ἀναγνώστην τὸν ὄντα χρόνων η'· — καθὼς τοῦτο φησὶ καὶ τὸ παρὸν βιβλίον.* Ergo idem et in nomocanone legit *τὸν δὲ ἀναγνώστην η'.*, ubi hodie scriptum est *τὸν δὲ ἀναγνώστην κ'.* Pessima est ad marginem Iustellianae editionis coniectura legentis „*ιη'.*" Vide supra cap. III. A.

ο μὴ ἐπιβὰς τοῦ η'. ἔτους. Ubi codex Parisiensis ὁ μὴ ἐπιβὰς τοῦ ιηετους habet. Quae res, nisi fallor, ad numeri ιη'. similitudinem accedit. Cum autem Theodorus Balsamon in commentario ad Photiani nomocanonis tit. 1. cap. 28. ed. Iustelli p. 847. auctor sit, octo annorum numerum in decem et octo annorum seriem fuisse in ἀνακαθάρσει, hoc est Basilicorum libris mutatum transformatumque, eamque rem Basilica lib. 3. tit. 1. them. 25. ed. Heimbach. tom. I. p. 100. disertis verbis confirment, suspicio tibi subnascatur oportebit de facta ex Basilicis Athanasiani loci interpolatione. Aliud interpolatoris vestigium deprehendere videor in tit. 1. const. 2., ubi haec leguntur p. 4.: ὁ ἥττων τῶν τριάκοντα ἐνιαυτῶν μὴ χειροτονείσθω ἐπίσκοπος. Sic Codex Parisiensis et codd. mss. Fabroti Leunclavique. Deinde eadem constitutio p. 8. haec habet: ὁ ἥττων τῶν τριάκοντα ἐνιαυτῶν μὴ χειροτονείσθω ἐπίσκοπος, πρεσβύτερος ἢ διάκονος. Sic codex Parisiensis. Fabrotus vocem ἐπίσκοπος plane omisit. Ultima eius loci verba sine dubio corrupta sunt, atque ex Fabroti codd. mss. restituenda. Vide pag. 8. not. 91. Sed, quid illud ἐπίσκοπος sibi velit, parum liquet. Ego uncis includendum curavi, tum quod Nov. 123. cap. 1. §. 1. in episcopo triginta quinque annorum aetatem requirit, caputque 13., quod hoc loco designatur, de episcopi aetate ne loquatur quidem, tum quod hanc meam opinionem et Iulianus antecessor et Pseudo-Eustathius et Photius satis confirmant [1]. Quid igitur existimandum erit? Enimvero utrumque locum ex Basilicorum auctoritate dicemus satis luculenter eo, quo non oportebat, modo interpolatum. Theodorus Balsamon [2] auctor est, episcopi aetatem Novella 123. definitam in Basilicis esse praetermissam, denique solam Novellae 137. auctoritatem esse sequendam, quippe quae, cum triginta annis minorem episcopum ordinari vetuerit, hanc Novellae 123. particulam abrogare videatur. Neque haec res eum, qui τὰς ῥοπὰς interpolavit, videtur fugisse. Dicit enim [3], Novellae 123. caput 3. in Basilicis positum non esse, quippe quod Novellam 137., quae in episcopi persona triginta annorum aetatem requirat, receperint. Cumque et ipsa Basilica hanc Graecorum interpretum opinionem satis confirment [4], non dubito, quin aequi harum rerum iudices meam de Novellae 123. interpolatione coniecturam sint comprobaturi.

Transeo ad codicis Vallicellensis littera E. numero 55. signati vim et potestatem, quam in oratione Athanasiani operis castiganda sit habiturus, recte definiendam. Is, quamquam non habet, nisi excerpta ex hoc libro capitula, tamen et ab integritate et ab orationis puritate commendatur. Nam et hiatus vel maxime insignes codicis Parisiensis Graeci 1381. recte supplet, et serioris alicuius interpolationis vestigia non habet. Qui si librum, quem edimus, habuisset totum, non dubito, quin in oratione Athanasii conformanda reliquis codicibus manuscriptis, si non praeferendus, at certe aequandus fuisset. Illud quidem, opinor, intuenti cuique in ea, quae supra de hoc libro diximus, constabit, eum, qui haec excerpta confecerit, totum Athanasii librum una cum eius appendice, quae περὶ διαφόρων ἀναγνωσμάτων titulum praefert, ante oculos habuisse. Singula enim, quae laudantur, eius operis capitula ex omnibus fere huius libri titulis, partim ex appendice quoque hausta sunt.

---

1) Iulianus const. 115. cap. 428. *Et hoc autem decretis oportet imponi, quod non minus, quam triginta quinque aetatis annos agere electum a se personam cognoscant.* Pseudo-Eustathius ῥοπῶν *ed. Zachariaei:* ὁ ἐπίσκοπος χειροτονούμενος οὐκ ὀφείλει ἥττων τῶν λε'. χρόνων εἶναι, καθὼς φησιν ἡ ρκγ'. νεαρά. Photius nomocanonis tit. 1. cap. 28. ed. Iustelli p. 847. φησὶ τὸν χειροτονούμενον μὴ ὀφείλειν ἥττονα — τὸν ἐπίσκοπον λε'. (ἐτῶν). 2) In nomocan. Photii tit. 1. cap. 28. p. 847. ἐν δὲ τῇ ἀνακαθάρσει ὁ μὲν χρόνος τοῦ ἐπισκόπου παρελείφθη τελείως· — ὀφείλεις οὖν προσέχειν πλέον τοῖς γεγραμμένοις ἐν τοῖς βασιλικοῖς παρὰ τοῖς περιεχομένοις ἐν τοῖς βιβλίοις τοῖς ἐνεργοῦσιν πρὸ τῆς ἀνακαθάρσεως καὶ σχολάσασιν. ἡ ιζ'. διάταξις τοῦ α'. τίτλου τῶν νεαρῶν ἐστι νεαρὰ Ἰουστινιάνειος ρλζ'., ἥτις ἐτέθη ἐν βιβλίῳ τῶν βασιλικῶν γ'. τιτ. α'. κεφ. η'., ὅπερ κεφάλαιον κατεστρώθη ἐν τῷ κγ'. κεφαλαίῳ τοῦ παρόντος τίτλου, ἔχον κατὰ τὰς ἀρχὰς οὕτως· θεσπίζομεν, ὁσάκις χρεία γένηται χειροτονηθῆναι ἐπίσκοπον, ταῦτα ῥητῶς ἐν μέρει· ἀλλ' εἰδότες αὐτοὺς τῆς ὀρθῆς καὶ καθολικῆς πίστεως καὶ σεμνοῦ βίου καὶ ὑπὲρ τὸ λ'. ἔτος εἶναι τούτους ἐπελέξαντο. ἀναιρεῖ γοῦν ἡ τοιαύτη νεαρά, ὅσον εἰς τοὺς χρόνους τοῦ ἐπισκόπου, τὴν ρκβ'. νεαράν. 3) Sic enim ex editione Iac. Cuiaci Zachariaeus l. l. p. 233. not. 45.: τῆς ρκγ'. νεαρᾶς κεφ. γ'., ὅπερ οὐκ ἔστιν εἰς τὰ βασιλικά· ἐδέχθη γὰρ μᾶλλον τὸ τῆς νεαρᾶς κεφ. α'., ὅπερ καὶ λ'. χρόνων αὐτὸν ὑπάρχοντα ἐπιτρέπει χειροτονεῖσθαι, ὡς βι. γ'. τῶν βασιλ. τι. α'. κεφ. η'. 4) Basilic. lib. 3. tit. 1. them. 8. ed. Heimbach tom. I. p. 93. ἀλλ' εἰδότες αὐτοὺς τῆς ὀρθῆς καὶ καθολικῆς πίστεως καὶ σεμνοῦ βίου καὶ ὑπὲρ τὸ τριακοστὸν ἔτος εἶναι.

PROLEGOMENA

[illegible] commemoranda [illegible] codicum manuscriptorum familia, quae tripartitam Pseudo- [illegible] collectionem habet. Atque illud quidem, quod supra diximus [illegible] deprehendantur, lacunas in Fabroti Leunclavique codicibus [illegible] nisi fallor, demonstrat, ex aliis iisque ple- [illegible] collectionis libros manu exaratos descendere. [illegible] auctoritas in oratione Athanasiani operis castiganda [illegible] propter antiquissimam eius collectionis origi- [illegible] habeatur, praestantiam [1]). In quo tamen caute [illegible] Sunt enim multae Fabrotianorum Leunclavianorumque librorum [illegible] a scribis calligraphis factae habent suspicionem, nec desunt certa [illegible] data opera enarrabimus. Primum interpolationis genus est, [illegible] Novellae, qui sit in CLXVIII Novellarum corpore [illegible] adiectus habetur. Atque hoc quidem in utrius- [illegible] factum videmus [2]). Alterum interpolationis genus in hoc [illegible] ipsa Novellarum Iustinianarum eaque genuina verba [illegible] 1. const. 2. p. 7. not. 48. [illegible] viri docti codicibus manuscriptis communiter habetur. [illegible] habentur. Tertio loco commemorandum ve- [illegible] 1. const. 2. p. 11. not. 49. [illegible] mutatum in aliudque dicendi genus transfusum esse [illegible] Athanasius habet ἐν Κωνσταντινουπόλει εὑρισκό- [illegible] ἐν Βυζαντίῳ. Sic tit. 1. const. 3. p. 15. not. 70. [illegible] not. 97. Athanasius [illegible] ubi Fabrotus εἰ δὲ χρεὼς τούτων. Sic tit. 1. const. 15. p. [illegible] not. 83. Athanasius [illegible] ubi Fabrotus ἢ κοινωνίας. Sic tit. 1. parat. §. 4. p. 25. [illegible] τοὺς τελευτῶντας, ubi Fabrotus ἢ τοὺς τελευτήσαντας [illegible] 2. const. 3. p. 36. not. 89. Athanasius [illegible], ubi Fabrotus οὐ δεῖ. Sic tit. [illegible] διατεθέντα, ubi Fabrotus τὰ εὐσεβῶς [illegible] Eiusmodi interpolationes in Leunclavi codicibus ma- [illegible] crebro invenientur. [illegible] Fabrotus puram putam Athanasii orationem exhibet. Vide tit. 1. const. 2. p. 4. not. 33., p. 8. not. 93., p. 11. not. 36. et const. 5. p. 16. not. 28. Unde simul et hoc apparet, Leunclavi codices manuscriptos de interpolationibus [illegible] operisque Athanasii oratione [illegible] agnoscendis ex [illegible] adhibere licuit. Caeterum magna interesse [illegible] momenti, quam illos, quos Fabroto [illegible] quae vel maxime in his locis [illegible] inter utriusque generis codices manu exaratos simi- [illegible] tamen in eandem scripturam [illegible] a codicis Parisiensis Graeci 1381. auctoritate [illegible] 2. const. 7. p. 39. not. 80., const. 9. p. 40. not. 46., const. 10. p. 41. not. 69. Vide tit. 1. const. 17. p. 23. not. 60., tit. [illegible] tamen Leunclavi codices manuscripti lacunas, quae in Fabroti codicibus supplentur. Habent [illegible] const. 2. p. 11. not. 32., const. 9. p. 19. not. 33., tit. 3. const. 1. p. 45. not. 49., const. 3. p. 47. not. 31., const. 4. not. 46., tit. 3. parat. §. 1. p. 48. not. 75. Vide tit. 1. [illegible] in Leunclavi manuscriptis codicibus, quae in Fabroti libris plane non habeantur, quaeque vera esse [illegible] videas. Vide tit. 3. const. 2. p. 43. not. 76. Contra ea sunt etiam [illegible] Leunclavium reperies, quae apud Fabrotum [illegible] diversa sunt. Adeoque hic illic apud [illegible] not. 2., et const. 2. p. 43. not. 76. Itaque tantum abest, ut hi, unde Leunclavius sua hausit, [illegible] Vide tit. 3. const. 1. p. 44. [illegible] libri [illegible] quos Fabrotus adhibuit, manu exara- [illegible]

---

1) Vide [illegible] tit. 2. parat. §. 4. p. 43. not. 54., aliosque locos, quos, [illegible] 2) Vide tit. 1. const. 2. p. 6. not. 68. et 74., p. 11. [illegible] const. 13. p. 20. not. 15., p. 21. [illegible] p. 36. not. 93., const. [illegible] 3) Tit. 1. const. 7. p. 18. not. 90., [illegible] §. 5. p. 26. not. 99., [illegible] eadem not. [illegible] §. 2. not. 13.

Quartam codicum manuscriptorum familiam hanc esse video, quae ad Basiliani prochiri argumentum refertur. In eo numero habentur codex manuscriptus bibliothecae Senatus Lipsiensis Rep. I. num. 66. et codex Bodleianus numero 3399. signatus. Utriusque codicis in oratione Athanasii castiganda, ut nec levis est auctoritas, ita contra ea in lacunis supplendis fere nulla. Habet autem uterque codex lectiones a codicis Parisiensis 1381. fide abeuntes, quas utrum compilatoris ingenio, an negligentiae debeamus, satis incertum est. Illud quidem iuvat hoc loco praedicare, ad horum librorum, qui manifesta eaque recenter impressa habeant interpolatorum vestigia, auctoritatem nonnisi perraro mihi fuisse descendendum. Quamquam scripturae varietatem in notis diligenter adnotavi.

His, quae enumeravi, subsidiis contractis, id egi, ut Athanasii orationem, quod eius per codicum manuscriptorum consensum liceret, puram genuinamque expromerem. In quo tamen vel maxime ad codicis Parisiensis numero 1381. signati auctoritatem tota res videbatur conformanda esse. Is enim liber et scripturae antiquitate facile reliquis praestat, et, quod ego sciam, ex recentioribus iuris civilis fontibus, interpolatus non est, nisi raro admodum. Itaque eius codicis scripturam et sic in orationis contextu collocavi, ubi reliqui, quos supra dixi, fontes genuinam Athanasii manum referre videri poterant. Quin et, ubi propter insignes, quibus scriba calligraphus nostrum codicem inquinavit, corruptelas ea, quae huius codicis est, scriptura vix ac ne vix quidem defendi posse videbatur, malui tamen in hoc antiquitatis quasi quoddam instar imaginemque intueri, quam ad reliquorum codicum manuscriptorum auctoritatem confugere. Non deerunt, qui vel hoc nomine me reprehendendum esse arbitrentur; verum, ut ingenue dicam, quod sentio, malui in paucorum hominum odia incurrere, quam metam mihi propositam plane non attingere. In notis ad ipsam Athanasii orationem adiectis reliquorum subsidiorum scripturam religiose adnotavi; corruptis huius libri locis per coniecturae modum medicinam adhibere studui, non quo totam orationis seriem tenoremque emendatione inquinarem mea, sed, ut leviter corrupta in integrum restituerem, ipsiusque corruptelae originem paucis demonstrarem. Id ut ita facerem, et amicorum, qui me meaque tuentur, mihi persuasit auctoritas, et celeberrimum *Immanuelis Bekkeri*, regii apud Berolinenses professoris, exemplum, qui in Graecis scriptoribus castigandis et ad codices manuscriptos emendandis eandem, quam supra posuimus, rationem tenuit. Denique *Gustavus Haenelius*, dulce columen decusque meum, *dissensionibus dominorum*, qui vulgo glossatores audiunt, nuper editis demonstravit, quantum haec ἀνέκδοτα tractandi ratio reliquis praestaret. Non tamen committendum putavi, ut in manifesto calligraphi, qui codicem Parisiensem scripsit, errore et hallucinatione a reliquorum codicum auxilio me abstinerem, praesertim cum satis multae in illo codice deprehendantur lacunae, quae ex reliquis libris facile nulloque plane negotio expleri queant. In Alexandrinae dialecti vestigiis rimandis codicis Parisiensis scripturam summa cum religione expressi, ratus ab iis, quae antiquitatis imaginem referant, ne digitum quidem esse discedendum. Idem et in illis locis, qui magis incertam huius rei habent significationem, observandum esse existimavi. Eiusmodi verba, additis parentheseos signis, littera v. (hoc est *vulgo*) praescripta, ad τῆς κοινῆς διαλέκτου rationem semper ubique revocavi, eorum, qui Graecae linguae discendae et cognoscendae non ita multum operae dederunt, commodis utilitatique inserviturus.

Magnam esse eius, qui Theodoro Balsamoni tribui solet, corporis legum civilium tripertiti in prioribus tribus Athanasiani libri titulis et emendandis et ad genuinam eius scriptoris orationem revocandis vim atque auctoritatem, numquis est, quem fugiat? Contuli autem, quam potui, diligentissime Graecam eius libri orationem, a Carolo Annibale Fabroto editam, eiusque scripturae ab Athanasiano libro discrepantiam in notis addito signo „*Fabr.*“ vel „*Fabrot.*“ significavi. Adhibui autem etiam Iohannis Leunclavi versionem Latinam primae editionis. Quae ubi cum Graecis Fabroti codicibus plane conveniret, aut etiam ab iisdem aliquantulum recederet, in notis signo „*Leuncl.*“ vel „*Leunclavi*“ addito designanda visa est. Enotavi eam quoque, quae ab eodem Leunclavio in libris Notatorum iuris publici facta est, scripturae varietatem, haustam illam quidem ex iisdem, quibus ad Latinam versionem adornandam usus est, codicibus manuscriptis.

Reliquorum codicum manuscriptorum, quorum in hoc libro conficiendo usus fuit, scripturam, si quid a fide exemplaris Parisiensis numero 1381. signati abiret, in notis commemoravi, ac,

si quid utilitatis inde ad Athanasianum librum castigandum emendandumque redundare videretur, paucis significavi. Verum modus eius rei esse debuit. Neque enim iustum commentarium scribere volebam.

Paratitlorum, quae singulis Athanasii titulis adiecta sunt, multum esse in ipsis Athanasii verbis castigandis usum, magnam auctoritatem numquis non videat? Itaque hoc auxilio, quod eius fieri posset, ad libri orationem et supplendam et castigandam non ita raro usus sum, in quo tamen ea, quae cap. II. de tota hac caussa admonui, diligenter observavi.

In emendanda nostri libri oratione magnam vim et potestatem habuit genuinus Novellarum constitutionum contextus. Eum ego semper ubique adhibui, tum, ut perversam codicum scripturam corrigerem, tum, ut, quae sunt quorundam codicum ex recentioribus iuris civilis fontibus interpolationes, hac data dicendi opportunitate aperirem. Denique eodem auxilio est ubi ad explendas codicis Parisiensis lacunas non ita aegre usus sim.

Si quid ex ingenio corrigendum visum est, feci id quidem non invitus, eamque rem in notis diligenter indicavi. Simul autem etiam de caussis exposui, quae me ad illam et illam opinionem adduxissent. Neque enim volebam cuiquam videri quidquam sine caussa idonea suspicari. Verum hic quoque modus adhibendus fuit. Erit fortasse, qui, dum brevis esse laboro, obscurum me esse arguat. Is quid sibi velit, ipse viderit. Neque enim iuris parum consultis scribere apud animum constitui meum. Neque ullas protuli emendationes, quin certiores videri possint. Etenim non est cuiusquam hominis prudentis et considerati, levem coniecturae auram captare, easque emendationes, quae in aleae speciem cadant, in medium proferre. Quamquam autem frater mihi cum primis dilectus hoc mihi dedit, ut meas de Basilicis emendandis coniecturas fere omnes calculo comprobaverit suo, tamen non hoc mihi sumo arrogoque, ut quasi quandam divinationem habere videar. Quae si in eo, qui arti criticae et disciplinae operam dat, potest esse ulla, naturae est illud quidem beneficium et quasi quaedam ingenita homini vis, quae arte, disciplina, studio quaeri pararique non potest. Itaque desperatis nostri libri locis malui plane nullam medicinam adhibere meamque inscientiam ingenue confiteri, quam ipse perperam iudicare, pro verisque aut certe quidem pro veri similibus venditare, quae iustis harum rerum aestimatoribus minus probentur. Non dubito, quin viri docti, qui hanc Romanae iurisprudentiae partem excolendam sumserunt, si se ad Athanasium et explicandum et arte critica expoliendum contulerint, multa et praeclara, quae a me nec animadversa nec cogitata quidem sunt, in medium sint prolaturi. Satis erit hoc loco V. Ill. *Bieneri* sagacitatem praedicare, ad quem cum de multis rebus retulissem, hoc semper ab eo responsum tuli, quod omnes omnium locorum difficultates quasi divinitus solveret. Neque mihi deesse voluit V. Clar. *Pomnitzius*, amicus praestantissimus, cuius emendationes in notis posui perpaucas illas quidem, sed optimas. Denique V. Ill. *Stallbaumius*, quem de quibusdam nostri libri locis consulendum esse putaram, desperata quaedam Athanasiani corporis vulnera mira quadam felicitate sanavit.

Venio ad Latinam nostri libri versionem. Cum enim hoc mihi ab *Haenelio* meo negotium datum vidissem, ut eorum, qui linguae Graecae non ita gnari peritique sunt, caussa nostri libri in Latinum sermonem translationem conficerem, tali tantoque viro dicto audiens esse malui, quam hoc taediosum sane laboris genus detrectare. Itaque, remotis iuris Iustiniani libris, hoc agendum putavi, ut id, quod Graeci *κατὰ πόδας* vocarunt, quod eius fieri posset, verbum verbo redderem. Deinde iuris Iustiniani libros adhibui, non quo opusculum meum ad eorum tenorem corrigerem, verum, ut dicendi formas istis temporibus minus usitatas iis, quae magis in usu habebantur, permutarem, et quasi quandam totius translationis aequabilitatem facerem. Cum autem in Graecis castigandis id a me actum esset, ut Athanasii orationem ad fidem vetustissimi exemplaris Parisiensis ederem, aut certe eo modo, quo verisimile esset ab eius codicis auctore scriptum fuisse, in Latina versione adornanda ab eo consilio recedendum esse visum est. Itaque Graeca eo modo transtuli, quo verisimile esset, ab ipso Athanasio profecta esse. Ita ex tanta scripturae varietate, quae in notis indicatur, in versione conficienda semper ubique id dicendi genus elegi, quod intuenti mihi in omnes Athanasiani libri angulos ad eius scriptoris usum et consuetudinem vel maxime videretur aptum esse et accommodatum. Quod et sic feci, ubi probantis improbantisque

significatio in notis habetur nulla. Ita emendationum in notis propositarum bona pars Latino sermone exprimenda fuit, quos locos, adiecto plerumque interrogationis (?) signo, indicavi. Denique, si quae orationis lacunae in libri contextu apparerent, in notis autem ex aliis codicibus manuscriptis aliisque iuris civilis fontibus explerentur, faciundum putavi, ut totus orationis tenor seriesque Latina lingua redderetur. Quodsi de me quaeras, quale dicendi genus in Latina translatione conficienda sim secutus, sic habeto: me, licet puritatis linguae Latinae amantissimum, tamen committere noluisse, ut, qui scriptor Graecitatis senescentis vestigia quam plurima haberet, idem civitate Romana donatus Ciceronis, Sallustii, Livii dicendi genus referret. Huc accedit plurimum difficultatis ex eo, quod iis, quibus Athanasius vixit, temporibus, multae et aliae voces Graecae in usu fuerunt, quae ne possint quidem ullo modo ad priscorum illorum temporum puritatem Latino sermone reddi, velut ἀντεναγωγή, ἀδνούμμιον similia. Itaque senescentem Graecitatem cum Latinitate senescente contendere malui, quam dissimilibus dissimilia componere. — Si quando in Graecis in Latinum sermonem transferendis longior fui, feci id quidem obscuritatis fugiendae caussa. Verum et hic, quae sententiarum explicandarum declarandarumque caussa de meo adiicienda visa sunt, additis parentheseos signis, a reliquo orationis tenore separavi.

CAPUT VI.

Expositis his, quae in Athanasii libro edendo ad manus mihi fuerunt, subsidiis, cognitisque his, quas in hoc opere conficiendo mihi proposui, legibus, restat, ut, si quid utilitatis ex hoc scripturae genere ad iuris studium et excolendum et illustrandum redundare videatur, paucis commemoremus. Quae disputatio tripartita erit. Primum enim de Romani iuris historia quasi quosdam flosculos carpemus delibabimusque, haec capita in medium prolaturi, quae ex hoc legum corpore nova quasi quadam luce collustrantur. Deinde, qui sit eiusdem libri in Novellis Iustiniani constitutionibus arte critica et disciplina castigandis perpoliendisque fructus, quaeque utilitas, dicemus. Denique non abs re erit paucis significare, qualem quantamque vim et potestatem in iisdem legibus recte interpretandis habiturus sit is, quem edimus, Athanasii liber.

Ac primum quidem, quod ad iuris Romani historiam attinet, hoc loco commemorandum est singulare illud Athanasii iureconsulti constitutiones τοπικὰς et χρονικὰς a reliquis legibus, quae omnium omnino imperii Orientalis provinciarum vel temporum communes fuerunt, segregandi studium. De qua re cum prolegomenῶν capite II. satis dictum sit, non opus est, ut, quae supra exposuimus, hoc loco repetamus. Neque vero quemquam, qui prolegomenῶν caput III. perlegerit, fugiet, quot qualesque iuris Graeco-Romani loci, qui crassis occultati tenebris circumfusique latuerunt adhuc omnes, admoto hoc quasi quodam litterarum lumine collustrentur suoque splendore omnibus huius studii angulis repercusso remotissimas quasque huius tractus regiones quodammodo illuminent. Quid, quod hoc Novellarum legum corpus Iustiniani constitutiones habet, quas temporum iniuria nobis invidit in totum, aut certe integras ad nostram aetatem pervenire non sivit? Atque eius quidem, quod primo loco posuimus, generis est tit. 20. const. 5.; ad id, quod secundo loco commemoravimus, genus tit. 4. const. 12. referenda est. Atque adeo in tanta inscriptionum, quas vocant, varietate, quae in omnibus, quae adhuc innotuerunt, Novellarum constitutionum collectionibus deprehenditur, spernenda non est Athanasiani libri auctoritas. Habentur enim ibi permultae Novellarum constitutionum formae, ad alios, quam, qui vulgo habentur, magistratus emissae. Liceat mihi hoc loco haec eius rei exempla afferre: tit. 3. const. 1., tit. 4. const. 14., tit. 5. const. 2., tit. 7. const. 6., tit. 9. const. 11. et 12. De

qua re et prolegomenῶν capite II. dictum est aliquid. Quod autem multum ac saepenumero a viris doctis dubitatum est et in utramque partem disputatum, utrum illa et illa Iustiniani Novella constitutio Latina, an Graeca oratione fuerit conscripta, ad eam rem recte iudicandam definiendamque id, quod edimus, Novellarum legum corpus non ita parvum allaturum est auxilium. Nam in singularum Novellarum constitutionum epitomis referendis Athanasius id egit, ut, quae sunt prima cuiusque constitutionis verba, diligenter adnotaret. Quae ubi Latina sunt, argumento sunt satis manifesto, genuinum eius legis contextum Latino sermone fuisse conscriptum; ubi Graeca habentur, Graecae linguae indicium faciunt. Quae observatio mea non est; debetur divino *Bieneri* ingenio, qui, hoc auxilio si non caruisset, ea, quae de Pseudo-Balsamonis tripartita legum ecclesiasticarum collectione in historia Novellarum exposuit, non dubito, quin ad totum Athanasii librum dicendo prolaturus fuisset. Atque etiam rationes chronologicae Novellarum constitutionum mirum in modum ex Athanasii libro illustrantur. Sic, uno exemplo ut defungar, in Novellae 38. ea parte, quae subscriptio vocatur, indictionis 11. mentio facta est, cum indictio 14. nominanda fuisset[1]). Idem factum apud Athanasium tit. 8. const. 1., ubi haec leguntur: *ἐγρ/ πρὸ ε΄. καλανδῶν μαρ. μετὰ τὴν ὑπατίαν Βελισαρίου ἰνδ. ια΄.* Cuius rei caussa quae sit, idem Athanasius aperuit his verbis: *σημείωσαι, ὅτι ἐπὶ τῆς ιδ΄. ἐπινεμήσεως μετὰ τὴν ὑπατείαν Βελισαρίου ἐκφωνηθῆσα* (v. *ἐκφωνηθεῖσα*) *ἡ διάταξις εἰς τὴν ια΄. ἐπινέμησιν τὴν οἰκείαν ἀνάγει νομοθεσίαν.* Vides igitur, in huius constitutionis subscriptione factam 11. indictionis mentionem non aliam ob caussam, quam, quod ab eo tempore haec eadem Novella legis vicem obtinere esset iussa. Neque vero desunt Athanasiani libri loci, qui ad Codicem repetitae praelectionis illustrandum emendandumque adhiberi queant. Sic ad lib. 10. Cod. tit. 4. constitutionem 4. et 5. supplendam V. Ill. *Bienerus* Athan. tituli 8. constitutione 4. usus est[2]). Atque etiam V. Clar. *Willi* de uno titulo ex libro Codicis octavo eximendo disputatio[3]) egregie confirmatur ex Athan. tit. 10. const. 6., ubi, quae laudatur *βι΄. η΄. τοῦ κωδ. τι΄. ιγ΄. διάταξις κζ.*, in nostris Codicis editionibus lib. 8. tit. 14. const. 27. habetur. Denique, quod adhuc ignorabatur, librum Codicis quintum *τὸ δὲ σπονσαλίβους βιβλίον* apud Graecos audiisse, id ex Athanasii tit. 10. const. 6. discere licebit. Sic enim ibi habetur: *ἡ πρὸ γάμου δωρεὰ ἰσόμετρος γενέσθω τῇ προικὶ καὶ παραπλησίους ἐχέτω τοὺς κάσους. ἀνάγνωθι βι΄. α΄. τοῦ κωδ. τι΄. ιδ΄. ιε΄. καὶ ἐν τῷ δὲ σπονσαλίβους βι΄. τ. γ΄. διατ. θ΄.* (leg. *ιθ΄.*) *καὶ σύγκρινον τὰ ἀμφότερα.* Significatur lib. 5. Cod. tit. 3. constitutio 19. Neque enim ad Digestorum librum singularem, qui *de sponsalibus* audit, referri potest, cum totus libri 23. tituli 3. tenor his, quae posuimus, satis aperte contradicat. Sed haec, quae adhuc diximus, omnia etsi scitu non sunt iniucunda, tamen tanti non sunt, ut magnum iuris studio incrementum videantur esse adlatura. Illud autem praeclare, ni fallor, Athanasius docet, ipsis adeo imperatoris Iustiniani temporibus de Novellarum interpretatione ab iureconsultis admodum esse dubitatum, et in utramque partem disputatum. Nec mirum. Crediderunt enim Graeci Iustinianorum librorum interpretes, quid de illa et illa constitutione explicanda censerent, ex sua ipsorum persona palam esse pronunciandum[4]). Sic, quae Novella 18. de legitimae, quae descendentibus debetur, portionis incremento sancita sunt, Athanasius tit. 9. const. 2. ad ascendentes quoque proferenda censuit. Idem tit. 16. const. 3. Novellas 32. et 34. quibusdam videri generales leges significavit, eamque opinionem calculo comprobavit suo, idem tamen ingenue confessus, istas ex Novellae 33. tenore videri esse locales constitutiones. Neque desunt Theodori Hermopolitani loci, qui id ita factum esse satis confirment. Is certe in iis, quas conscripsit, Iustinianarum Novellarum epitomis suam interpretandi rationem est ubi satis dubitanter proposuerit. Vide eum ad Nov. 47. cap. 1., ad Nov. 49. cap. 2., ad Nov. 90. cap. 2., ad Nov. 111. Quid, quod Theodori Athanasiique de eadem constitutione interpretanda manifesta appareat dissensio? Sic in Novellae 90. capitis 6. interpretatione Athanasius tit. 5. const. 5.

---

1) Vide Bienerum in libro: *Die Geschichte der Novellen* p. 513. 2) In libro: *Beyträge zur Revision des Justinianischen Codex* p. 234. seq. 3) In libro: *Die leges restitutae des Justinianischen Codex* p. 76. 4) Scholium Thalelaei ad const. 4. Cod. II. 7. in Basil. ed. Heimbach. tom. I. p. 342. *ἐγὼ σὺν τῆς περὶ τούτου γνώμης οὐκ ἀφίσταμαι. ὁ δὲ βουλόμενος ἑτέρως τὰς δύο ταύτας διατάξεις νοεῖν, ὡς βούλεται, νοείτω αὐτάς· ἑρμηνεύοντος γάρ ἐστιν τὸ λέγειν, ὅπερ νομίζει, εἰ καί τινες μὴ πείθονται τῇ αὐτοῦ ἑρμηνείᾳ.*

aliam opinionem secutus est, quam quae apud Theodorum in Basilic. tom. II. p. 596. habetur. Quod utriusque interpretis dissidium Nomophylax l. l. p. 597. adnotare maluit, quam intactum relinquere. Idem de Iustiniani Digestis et Codice factum esse multi docent Graecorum interpretum loci, qui cum ab iis, qui hanc iuris Romani partem excolendam perpoliendamque sumserunt, nondum sint in medium prolati, nobis licebit, data hac dicendi opportunitate, eam rem ad liquidum perducere. De Digestis sic habeto. In fr. 9. §. 3. D. 12. 2. interpretando apparet Stephani Theophilique dissensio[1]; in fr. 11. prooem. D. l. l. Theophili aliorumque interpretum dissensus notatur[2]; in fr. 31. §. 1. D. 12. 1. Stephanus[3] sui praeceptoris Theophilique varietatem retulit; in fr. 42. §. 1. D. l. l. Stephanus in alia omnia discessit, quam quae apud Theophilum habentur[4]; porro variae Isidori Theophilique opiniones exstant[5] de fr. 57. D. 5. 3.; deinde in fr. 10. §. 1. D. 13. 1. diversae sunt Theophili et anonymi Pandectarum interpretis interpretandi rationes[6]; denique in fr. 18. D. l. l. Thalelaeus anonymusque iureconsultus inter sese dissenserunt[7]. De Iustiniano Codice multi et alii Graecorum interpretum loci dubitare nos non sinunt. Sic in const. 9. Cod. II. 3. Graeci, qui Iustiniano aetate suppares fuerunt, interpretes inter sese dissentiunt[8]. Eiusmodi dissidii, quod inter Eudoxium, Domninum, Demosthenem et Patricium intercessit, vestigia occurrunt in *ἑρμηνείᾳ* const. 6. Cod. II. 13.[9]. Idem accidit in const. 10. Cod. l. l. interpretatione. Aliam enim Demosthenes Patriciusque in ea re expedienda viam sunt ingressi, aliam Thalelaeus[10]. Item inter Eudoxium Patriciumque de const. 4. Cod. II. 12. explicanda non satis convenit, auctore Thalelaeo, qui Patricii opinionem tuetur[11]. Denique, ut refert Theodorus[12], in const. 27. Cod. VIII. 54. interpretanda Patricius Domninusque in diversas partes abierunt.

Transeo ad alteram huius disputationis partem, hoc est dicam sed paucis, quam vim et potestatem hic Athanasii liber in Novellis Iustiniani emendandis perpoliendisque sit habiturus. Ac primum quidem Novellarum constitutionum subscriptiones commemorandae sunt, quae ex hoc quasi quodam fonte vel corruptae emendari, vel plane omissae suo quaeque loco restitui queant, his locis: tit. 1. const. 3. (Nov. 86.), const. 15. (Nov. 79.), const. 17. (Nov. 137.), tit. 2. const. 1. (Nov. 7.), const. 7. (Nov. 40.), const. 11. (Nov. 43.), const. 12. (Nov. 59.), tit. 3. const. 2. (Nov. 129.), const. 4. (Nov. 132.), tit. 4. const. 17. (Nov. 125.), const. 23. (Nov. 145.), const. 24. (Nov. 15.), tit. 5. const. 3. (Nov. 124.), tit. 6. const. 3. (Nov. 88.), tit. 7. const. 4. (Nov. 50.), const. 5. (Nov. 93.), const. 7. (Nov. 115.), tit. 8. const. 1. (Nov. 38.), const. 2. (Nov. 45.), const. 5. (Nov. 101.), tit. 9. const. 2. (Nov. 18.), const. 3. (Nov. 39.), const. 4. (Nov. 48.), const. 5. (Nov. 66.), const. 11. (Nov. 159.), tit. 10. const. 1. (Nov. 2.), const. 3. (Nov. 61.), const. 9. (Nov. 117.), const. 10. (Nov. 119.), tit. 11. const. 5. (Nov. 143.), tit. 14. const. 1. (Nov. 44.), tit. 15. const. 3. (Nov. 136.), tit. 16. const. 1. (Nov. 32.), const. 3. (Nov. 33.), const. 4. (Nov. 135.), tit. 18. const. 4. (Nov. 162.), const. 6. (Nov. 157.), const. 7. (Nov. 153.), tit. 20. const. 4. (Nov. 85.), tit. 21. const. 3. (Nov. 122.). Deinde in singularum Novellarum epitomis conficiendis Athanasius, cum genuino Novellarum contextu usus sit, quae sint in iis constitutionibus ex

---

1) Scholium *b.* ad Basil. lib. 22. tit. 5. them. 9. ed. Fabr. tom. III. p. 149. 2) Scholium *m.* ad Basil. l. l. them. 11. ed. Fabr. tom. III. p. 155. Nota autem, hoc scholium ab eo, qui Theophilo aetate suppar fuerit, scriptum esse. Audit enim Theophilus *ὁ μακαρίτης*. Atqui hoc dicendi genus ad eos tantum pertinet, qui nostra memoria diem obierunt supremum. Vide Bentleii de Phalaride dissertationem p. 9. et Ruhnkenium ad Timaei *λέξεις Πλατωνικὰς* p. 59. B., Wagnerum ad Alciphronis epistol. lib. III. epistol. 37. p. 119. 3) Scholium *x.* ad Basil. lib. 23. tit. 1. them. 31. tom. III. p. 295. 4) Scholium *f.* ad Basil. lib. 23. tit. 1. them. 42. tom. III. p. 319. 5) Scholium *e.* ad Basil. lib. 42. tit. 1. them. 57. tom. V. p. 644. 6) Scholium *a.* ad Basil. lib. 60. tit. 10. them. 10. tom. VII. p. 261. Nota, Theophilum in hoc scholio *τὸν μακαρίτην* dici. 7) Scholium *b.* ad Basil. libr. 60. tit. 10. them. 18. tom. VII. p. 270. Nota id, quod ibi habetur, dicendi genus: *Θαλελαῖος μέντοι ὁ μακαρίτης*. 8) Vide scholium ad Basil. lib. 11. tit. 1. them. 70. ed. Heimbach tom. I. p. 649. 9) Scholium ad Basil. lib. 8. tit. 2. them. 79. ed. Heimbach tom. I. p. 403. 10) Scholium ad Basilic. lib. 8. tit. 2. them. 84. ed. Heimbach tom. I. p. 405. 11) Scholium *f.* ad Basilic. lib. 21. tit. 3. them. 4. ed. Fabr. tom. II. p. 644. 12) Scholium *i.* ad Basil. lib. 47. tit. 1. them. 60. ed. Fabr. tom. VI. p. 217.

recentioris iuris fontibus factae interpolationes, satis ostendit. Eius rei multa ut in medium proferamus exempla, opus non est. Neque enim ea, quae eius, quam molior, Novellarum editionis propria esse debent, data hac dicendi occasione praecipere volo. Duo tantum Novellarum locos commemorabo, ex posterioribus iuris civilis fontibus mirum in modum interpolatos, de quibus interpolationibus vel ex solo Athanasio constare possit. Alter est Novellae **131**. cap. **1**., ubi Codex Venetus haec habet: *τῶν γὰρ προειρημένων ἁγίων ἑπτὰ συνόδων καὶ τὰ δόγματα.* De quo loco videnda sunt, quae capite III. adnotavimus. Verum iam non de septem, sed de quattuor tantum conciliis Iustinianum locutum esse constat ex Athanasii tit. **2**. const. **3**., ubi haec habentur: *αἱ ὑπὸ τῶν δ'. συνόδων τῶν ἐν Νικαίᾳ καὶ Ἐφέσῳ καὶ ἐν Κωνσταντινουπόλει καὶ ἐν Χαλκηδόνι τεθέντες ὅροι νόμων τάξιν ἐχέτωσαν καὶ τὰ δόγματα αὐτῶν ὡς αἱ θεόπνευστοι τιμάσθωσαν γραφαί.* — Alter locus est Nov. **123**. cap. **13**., ubi lectoris aetas definitur his verbis: *οὔτε δὲ ἀναγνώστην ἐλάττονα τῶν ὀκτωκαίδεκα ἐνιαυτῶν.* Sic Codex Venetus. Hoc quoque loco alia Iustiniani sententia fuisse videtur. Ipsum enim imperatorem de octo annis egisse Athanasius testatur tit. **1**. const. **2**., ubi Fabroti codices manuscripti haec habent: *μὴ χειροτονείσθω — μήτε ἀναγνώστης ὁ μὴ ἐπιβὰς τοῦ η'. ἔτους.* Vide, quae capite III. a nobis dicta sunt. — Huc accedit, quod ipsae Athanasii epitomae ad genuinum Novellarum contextum ita sint expressae et accommodatae, ut ipsa earum legum verba fere referant. Quae res magnam habebit utilitatem et in multis virorum doctorum coniecturis, quibus genuinas Novellas inquinaverunt, recte refellendis, et in corruptis earum constitutionum locis mira quadam felicitate in integrum restituendis. Ad id, quod primo loco posuimus, genus referenda sunt haec Nov. **155**. cap. **1**. verba: *φυλάττεσθαι μὲν γὰρ καὶ τὸ ἡμέτερον θεσπίζει κράτος τὴν ὀφειλομένην τοῖς γονεῦσι παρὰ τῶν παίδων αἰδῶ, καὶ πᾶσαν τιμήν τε καὶ θεραπείαν, ἐν ᾧ μηδεμία βλάβη παρ' αὐτῶν κατ' ἐκείνων γένοιτο.* Verba *ἐν ᾧ* habent et Codex Venetus et Codex Florentinus. Hombergkius tamen haec adnotavit: „*Forte legendum ἐφ' ᾧ.*" Quid Athanasius? Tit. **13**. const. **3**. haec habet: *καίτοι χρῆναι γάρ φησιν φυλάττεσθαι τὴν ὀφειλομένην τοῖς γονεῦσιν παρὰ τῶν παίδων αἰδῶ, καὶ πᾶσαν τιμήν τε καὶ θεραπείαν, ἐν ᾧ μηδεμία βλάβη παρ' αὐτῶν κατ' ἐκείνων γένοιτο.* Sic idem Athanasius tit. **5**. const. **4**. *ἐν ᾧ δὲ μὴ ἔστιν ἄρχων, — διὰ τῶν ἀρχόντων τὰ εἰρημένα πραττέτω.* Sic et liber *περὶ διαφ. ἀναγνωσμάτων* §. **6**. *ὁ διάδοχος αὐτοῦ δεχέσθω τὴν κέλευσιν καὶ ἐμφανιζέτω καὶ πληρούτω τὰ ἐν αὐτῇ, ἐν ᾧ μὴ ἀδικεῖται τὸ δημόσιον.* Tit. **10**. const. **5**. *ὅτι ὁ δοῦναι τὶ βουληθείς, ἐν ᾧ τὴν λῆψιν ὁ λαβεῖν ἠξιωμένος παραιτεῖται, ὅμοιος ἐστὶν τῷ δεδωκότι.* Vide et libellum *περὶ διαφ. ἀναγνωσμάτων* §. **14**. Ergo Hombergki coniecturae locus esse nequit. — Alterius generis haec fere sunt exempla:

I. Nov. 22. cap. 22.

In Nov. **22**. cap. **22**. mulier, quae, prioribus nuptiis solutis, intra luctus tempus ad secundas nuptias transeat, quibus poenis afficiatur, longe lateque exponitur. Inter eas poenas infamiae nota refertur, quae semel contracta, siquidem ea mulier ex priore matrimonio liberos non habeat, rescripto principali abstergi queat. Sin minus, nullam plane utilitatem ex eo rescripto ad matrem esse redundaturam. *Καὶ ἥ γε*, inquit, *πρὸ τῶν ἄλλων αὐτῇ ποινῶν ἐπαχθεῖσα, φαμὲν δὴ τὴν ἀτιμίαν, εἰ μὲν ἄπαις ἐκ τῶν προτέρων εἴη γάμων, λέλυται βασιλέως γράμμασι κελεύοντος. εἰ δὲ παῖδες ὑπεῖεν οἱασδήποτε γονῆς, ἔξεστι μὲν αὐτῇ βασιλέως ὑπὲρ τῆς ἀτιμίας δεῖσθαι, οὐ μὴν ὄφελός τι τῶν ἀντιγραφομένων ἔχειν.* Vox *λέλυται* suspecta est. Nam praesens tempus in hoc dicendi genere locum habet, perfectum non item. Neque enim hoc dicit imperator, infamiae macula, si liberos non habeat, rescripto principali liberatam esse mulierem, verum liberari posse. Quid, quod postea *ἔξεστι* voci *λέλυται* oppositum habetur? id nonne satis significat praesenti tempori hic esse locum? Codex Venetus tamen *λέλυται*, Haloander *λελύσεται*, Basilica lib. **28**. tit. **4**. ed. Fabr. tom. IV. p. **456**. *λύεται.* Cur non legis *λύεται?* En tibi sponsorem eius emendationis Athanasium tit. **10**. const. **2**.: *τὴν δὲ αὐτῆς ἀτιμίαν λύει, παίδων αὐτῇ μὴ ὑπόντων, βασιλέως ἀντιγραφή· εἰ δὲ παῖδες αὐτῇ ὦσιν —, δεῖται μὲν καὶ οὕτως βασιλικῆς κελεύσεως* et reliqua. Accedit *vulgatae versionis* auctoritas. Spangenbergius: *solvitur imperatoris litteris iubentibus.* Quibuscum consentit et codex Monacensis et liber Vindobonensis. Huc accedit quodammodo auctoritas

Iuliani, qui const. 36. cap. 141. haec habet: *Sed si quidem liberos ex priori matrimonio non habeat, infamiam quidem solvere poterit, si preces imperatori porrexerit, et divino principis nutu priori opinioni restituta fuerit.*

II. Nov. 89. cap. 6.

Iustinianus hoc capite de liberis naturalibus haec in medium protulit: *εἰ δέ τις γνησίους μὲν παῖδας οὐκ ἔχει, νόθοι δὲ αὐτῷ καὶ μόνοι καθεστᾶσιν, ἐξέστω μετὰ τοῦ τῆς βουλῆς ἄχθους αὐτῷ γράφειν τούτους κληρονόμους.* Sic codices Graeci Novellarum. Vulgata versio Spangenbergi: „*liceat ei curiae honore scribere eos haeredes.*" Sic et codex Vindobonensis et Monacensis. Ut proinde dicendum sit, aut in eo, unde vulgata versio hausta sit, codice Graeco fuisse *ἐξέστω μετὰ τῆς τῆς βουλῆς τιμῆς αὐτῷ γράφειν τούτους κληρονόμους*, aut voces „*honor*" et „*onus*" fuisse ab iis, qui vulgatam versionem transscribendam curarunt, mirum in modum confusas. Quae tamen earundem vocum confusio et in aliis codd. mss. reperitur. Graeca tuetur et Athanasius tit. 11. const. 4. Sic enim habet: *ὁ μόνους νόθους παῖδας ἔχων μετὰ τοῦ ἄχθους τῆς βουλῆς γραφέτω αὐτοὺς κληρονόμους, εἰ βούλεται ἢ εἰς ὁλόκληρον ἢ πάντως εἰς τὸ ἐνναούγκιον.* Sic et Nov. 38. cap. 1. *ἐξέστω μετὰ τοῦ τῆς βουλῆς ἄχθους γράφειν αὐτῷ καὶ τούτους κληρονόμους.* *Curialia onera* habet et *Iulianus antecessor* const. 82. cap. 314., sed, ubi de alio nostrae constitutionis capite sermo est.

III. Nov. 97. cap. 1.

In Novellae 97. cap. 1. is, qui ad domum restituendam agrumve emendum pecunias credidit, dotis privilegio concedere iubetur. Addit Iustinianus, haec propter muliebrem imbecillitatem a se esse sancita, dotesque ullo modo minui non vult; *ἱκανὸν ὄν*, inquit, *ὅτι τῶν κερδῶν ἐκπίπτουσιν, εἴγε προγενέστερα τῆς πρὸ γάμου δωρεᾶς εὑρεθείη, καὶ ἱκανόν τι καθέστηκεν αὐταῖς ἡ ἐντεῦθεν ζημία, οὐ μὴν αὐτὰς βουλόμεθα καὶ περὶ αὐτὴν τὴν προῖκα κινδυνεύειν. Προγενέστερα* sunt, quae tempore priora sunt. Sic Nov. 109. cap. 1. *ὥςε καὶ προγενεςτέρων δανειστῶν προκρίνεσθαι.* Eodem plane modo, quo *μεταγενέστερος* is, qui tempore posterior est, dicitur. Nov. 97. cap. 3. *ἐπὶ γὰρ τούτων ἁπάντων κυριώτεροι καθεστήκασιν οἱ μεταγενέστεροι δανεισταί.* Paullo post: *ἔλθοι δὲ καὶ ἕτερος δανειστὴς μεταγενέστερος μέν.* Iam sententia haec est: privilegium eius, qui ad domum restituendam agrumve emendum crediderit, dotis quidem privilegio concedere, cum iniquum sit, muliebrem imbecillitatem dotis periculum subire; de ante nuptias donatione autem ex hac lege nihil rogari. Ibi enim iam non de damno evitando, verum de lucro captando agi. Itaque creditoris privilegium et sic locum habere, si ante nuptias donatio tempore prior esse inveniatur. Itaque reiicienda sunt, quae *Antonius Faber* coniectaneorum lib. VIII. cap. 11. et *Hombergkius* in nota ad hunc locum attulerunt. Codex Venetus *ἱκανὸν ὄν — εἴτε προγενέστερα τῆς προγάμου δωρεᾶς εὑρεθείη.* Codex Florentinus *ἱκανὸν ὄν — εἴγε προγενέστερον τὸ τῆς προγά' δωρεᾶς εὑρεθείη.* Vulgata versio Spangenbergi: *sufficit enim, quod a lucris cadunt, si priora antenuptiali donatione inveniantur.* Codex Monacensis, qui inter iuris civilis pergam. codices numero 10. signatus est: *sufficit, quia lucris cadunt, etsi prior antenuptialis donatio inveniatur.* Codex Vindobonensis, qui inter codices iuris civilis Latinos numero 19. signatus est: *sufficit, quia lucris cadunt, si prior antenuptialis donatio inveniatur.* Ergo lege *ἱκανὸν ὄν, — εἰ καὶ προγενέστερα τὰ τῆς πρὸ γάμου δωρεᾶς εὑρεθείη.* Similiter Athanasius eo, quem infra recitabimus, loco: *ἐκ δὲ τῆς τοῦ πατρὸς ἀπειθίας — κινδυνεύει τὰ τῆς προικός.* Do tibi eius emendationis sponsorem eundem Athanasium tit. 10. const. 6.: *ὁ μὲν δανείσας εἰς ἀγορασίαν ἢ ἀνανέωσιν κτήσεως ἢ οἴκου ἢ πλοίου ἢ ἑτέρου τινὸς τοιούτου, τῶν μὲν ἄλλων προτιμάσθω δανειστῶν εἰς ταῦτα, εἰ καὶ προγενέστεροι τυγχάνουσιν, μόνῃ δὲ παραχωρείτω προικί, οὐκέτι δὲ καὶ τῇ πρὸ γάμου δωρεᾷ, κἂν προτερεύει κατὰ τοὺς χρόνους ἡ αὐτὴ δωρεά.*

IV. Nov. 97. cap. 6.

In eiusdem Novellae cap. 6. §. 1. filia, quae in parentis potestate est, cum absque parentis iussu dotem repetere non possit, si quidem ab eo impetravit, ut consensum dotis actioni

accommodaret suum, ius suum integrum habere dicitur. Quodsi, filia rogante, pater cessavit, filia nudam, quam contra inopis mariti bona habet, dotis actionem conferet. Erit autem omnium omnino fratrum conditio aequalis. Movebunt enim cuncti eam actionem, id, quod consecuti erunt, inter se aequaliter divisuri. Tum haec posita sunt: *ἀλλ' εἰ μὲν ὁ πατὴρ ἐπὶ τῶν τοιούτων θεμάτων ἐπιδοίη τὴν προῖκα καὶ περὶ τῆς αὐτοῦ περιουσίας ἐλπίζεσθαι τῆς συνεισφορᾶς μέλλοι, τοῦτο κρατεῖν· εἰ δὲ μείζων τυχὸν ἡ ἐπίδοσις εἴη καὶ ἡ συνεισφορὰ περὶ ἐκείνην στρέφεται τὴν ἐλπίδα, — τηνικαῦτα αὐτὴν τὴν θυγατέρα κινεῖν καὶ μὴ ἔχειν πρόφασιν τὸ μὴ δυνηθῆναι κινῆσαι, ἀλλ' ἑαυτῇ τε βοηθῆσαι —*. Iam vide hanc dicendi rationem „*si pater dotem dederit*", reliquis „*si forte dos maior sit*" oppositam. Quid ita? num, quae antea dicta sunt, ad minoris quantitatis dotem referenda sunt? Atqui nihil supra dictum est, unde de ea re constare possit. Ut proinde dicendum sit, aut bonum Iustinianum in logicae artis et disciplinae leges peccasse, aut hunc locum male corruptum esse. Istud *μείζων* codd. mss. graeci habent ad unum omnes, vulgataque versio tuetur. Quam non multo melius scribetur *εἰ δὲ ἄλλων, μητρὸς τυχόν, ἡ ἐπίδοσις εἴη*, hoc est „*sin autem alii, fortasse mater, dotem dederint*"? Dabo tibi huius emendationis sponsorem Athanasium, qui tit. 10. const. 6. haec protulit: *ἡ δέ, ὑπεξουσία οὖσα, εἰ διεμαρτύρατο τὸν πατέρα ἐκδικῆσαι τὴν προῖκα, ὁ δὲ ῥαθυμήσας οὐκ ἐξεδίκησεν, οὔτε δὲ παρέσχεν αὐτῇ ἄδειαν τοῦ ἐκδικῆσαι τὴν προῖκα, τότε μόνην αὐτὴν τὴν ἀγωγὴν τῆς προικὸς συνεισφέρουσα τοῖς ἀδελφοῖς, κληρονομεῖ τὸν πατέρα, τοῦ ἀποτελέσματος τῆς ἀγωγῆς πάντας κοινῶς ὁρῶντος. εἰ δὲ ἕτερος τὶς καὶ οὐχ ὁ πατήρ, ἀλλὰ τυχὸν ἡ μήτηρ ἐπέδωκεν τὴν προῖκα καὶ ἡ συνεισφορὰ περὶ ἐκείνην στρέφεται τὴν ἐλπίδα, ἐκ δὲ τῆς τοῦ πατρὸς ἀπειθίας τοῦ μήτε κινῆσαι κινδυνεύει τὰ τῆς προικός, δύναται ἐπὶ τούτου τοῦ θέματος ἡ θυγάτηρ — καὶ χωρὶς αὐτοῦ ταύτην ἀπαιτεῖν.* Haec emendatio etsi alia probatione non eget, tamen et Iuliano repugnat, qui *μείζων* in suo codd. mss. invenit. Sic enim cap. 345. *Haec autem totiens vera sunt, quoties dotis quantitas ampla non sit. Si enim ampla fuerit —.*

V. Nov. 148. cap. 2.

In Novellae 148. capite 2. Iustinus a tributorum indulgentia militares foederatorumque discussiones nominatim excepit; item omnes, qui a collatoribus aliquid acceperant, cumque in fisco deponendum fuisset, nondum deposuerant. Cuius exceptionis hanc reddit caussam satis idoneam: *τοὺς γὰρ ὑποτελεῖς ἐλεοῦντες τῆς παρούσης ἠξιώσαμεν φιλανθρωπίας, οὐ μὴν τοὺς παρ' αὐτῶν τὰ δημόσια προλαβόντας χρήματα, ἀποστερεῖν τὲ τὸ δημόσιον βουλομένους, ἤγουν ἐκείνους, ὅπου ἂν ἐκτεταμένοι τύχοιεν ὄντες.* Cautum est igitur, ne tributorum exactores indulgentiae nomine fiscum eosve, ad quos destinati essent, defraudarent. Sed quid illud *ἐκτεταμένοι*, hoc est *extensi*? Habet tamen codex Venetus. At codex Florentinus *ἐκτεταγμένοι*. Recte. Sunt enim *ἐκτεταγμένοι*, qui ad tributa colligenda delegati sunt. Vide Ducangium in glossario Graecitatis p. 1522. Athanasius tit. 20. const. 6. *οἷα δὴ τῆς διατάξεως τοῖς συντελεσταῖς μόνον συγχωρούσης τὰ ὀφλήματα, οὐ μὴν τοῖς παρ' αὐτῶν τὰ δημόσια κομισαμένοις καὶ ἀποστερεῖν τοὺς ἐκταγαρίους ἢ τὸ δημόσιον πειρωμένους.*

Operae pretium, ut opinor, facturi sumus, si ad huius operis finem aliquot exempla apposuerimus, in quae intuenti cuique satis appareat, qualis quantaque eius, quem edimus, libri vis ac potestas in Iustiniani Novellis recte interpretandis futura sit. In quo illud praefandum est, curtam satis mihi esse supellectilem, neque hoc iam a me agi, ut singularum controversiarum litiumque, quas nostrae memoriae iureconsulti de Novellis constitutionibus interpretandis habeant constitutas, historiam recte ordineque referamus. Eligam autem ex multis et aliis, quae de his rebus in adversariis congesta collectaque habeo, vel maxime has caussas, de quibus a nostrae aetatis iureconsultis in utramque partem disputatum est, electasque secundum CLXVIII Novellarum seriem ordinemque digeram.

1.' Nov. 1. cap. 4.

Duoviri ad conditionem insignes iique ad promovendam iuris scientiam, ut opinor, nati de huius Novellae interpretatione nostra aetate inter se digladiati sunt, *Loehrium* [1]) dico et *Franckium* [2]). Novissime *Muehlenbruchius* [3]) hanc litem secundum Franckium dare maluit. Ipsa Iustiniani verba haec sunt: *εἰ μέντοι ῥητῶς ἐπισκήψειε μὴ βούλεσθαι τὸν κληρονόμον παρακατασχεῖν φαλκίδιον, ἀνάγκη τὴν τοῦ διαθεμένου γνώμην κρατεῖν καὶ ἢ βουλόμενον αὐτὸν ὑπηρετήσασθαι τῷ διαθεμένῳ, ἴσως καί τινα δίκαιά τε καὶ εὐσεβῆ καταλιπόντι, τὸ κέρδος οὐκ ἐν τῷ λαβεῖν, ἀλλ' ἐν τῷ μόνον εὐσεβῶς ἔχειν, καὶ μὴ δοκεῖν ἀκερδῆ τὸν τοιοῦτον εἶναι κλῆρον, ἤ, εἰ μὴ βούλοιτο, αὐτὸν μὲν ἀναχωρῆσαι τῆς τοιαύτης ἐνστάσεως, χώραν δὲ γενέσθαι, καθάπερ ἔμπροσθεν εἰπόντες ἔφθημεν, ὑποκαταστάτοις τὲ καὶ συγκληρονόμοις καὶ ληγαταρίοις καὶ φιδεϊκομμισσαρίοις, καὶ οἰκέταις καὶ τοῖς ἐξ ἀδιαθέτου καὶ τοῖς ἄλλοις κατὰ τὴν ἔμπροσθεν ὑφ' ἡμῶν ἐξηυρημένην ἐπὶ τοῖς τοιούτοις ὁδόν.* Nos in hoc loco interpretando satis habebimus veterum, qui Iustiniano aetate suppares fuerunt, interpretum sententias referre, qualiaque contra a *Franckio* adlata sunt argumenta, paucis significare. Atque illa quidem verba *καὶ ἢ βουλόμενον αὐτὸν ὑπηρετήσασθαι τῷ διαθεμένῳ — ἤ, εἰ μὴ βούλοιτο, αὐτὸν μὲν ἀναχωρῆσαι τῆς τοιαύτης ἐνστάσεως* hi, de quibus sermo est, scriptores ita acceperunt, ut haeredis instituti liberum crederent esse arbitrium, utrum haereditatem adire, an eandem repudiare mallet. Sic Iulianus antecessor const. 1. cap. 2. *alioquin si sciens, quantum habeat patrimonium, specialiter expresserit, ut non liceat heredi Falcidiae legis beneficio uti, necesse est voluntatem ipsius tenere. Et si quidem adire maluerit hereditatem, — omnimodo legata et fideicommissa persolvat —. Sin autem repudiaverit hereditatem, locus fiat substitutis* et caet. In eadem opinione fuit et Athanasius tit. 9. const. 1.: *ὅταν ὁ τεστάτωρ,* inquit, *κελεύσει μὴ παρακρατηθῆναι τὸν φαλκίδιον, οὐκ ἀναγκάζεται ὁ κληρονόμος ἀδιτεῦσαι, ἀλλὰ τοῖς ἔμπροσθον εἰρημέναις διαδοχαῖς χώρα γενήσεται.* Quae eadem interpretandi ratio *Loehrio* [4]) placuit, *Franckio* [5]) displicuit. Hanc autem Franckius credidit Iustiniani verborum esse sententiam: si testator prohibuerit, quominus quarta Falcidia deducatur, legata absque quartae deductione solvenda esse, aut, si hoc facere nolit, recedendum esse haeredi ab institutione. Sed, quod pace viri praestantissimi dixerim, hoc est fingere, non demonstrare. Ubinam hoc dicitur, de eo, qui solida legata solvere detrectaverit, haerede hoc loco esse sermonem? Unde viro praestantissimo constat de haerede quartam Falcidiam de legatis deducere volente? At Iustinianus hoc dicit: „*si testator prohibuerit, quominus quarta Falcidia deducatur, omni modo testatoris voluntatem esse servandam.*" Deinde, quid de haerede faciundum sit, explicat per voces *καὶ ἢ — ἤ*, duosque casus commemorat, qui soli in hac caussa cogitari possint. Aut haeres *volet* (*βουλόμενον*) testatoris voluntatem servari, itaque ad eam voluntatem iubetur operam suam accommodare (*ἀνάγκη — ὑπηρετήσασθαι τῷ διαθεμένῳ*); aut *nolet* (*εἰ μὴ βούλοιτο*), itaque ab ea institutione recedere iubetur. Itaque manifestum est ex hac verborum *βούλεσθαι* et *μὴ βούλεσθαι* oppositione, aliquid hoc loco liberae haeredis voluntati dari, utrum facere velit, an nolit. Quodsi de haerede, qui haereditatem iam adiit, hoc loco agi putemus, verendum est, ne Iustinianus iuris parum consultus videatur fuisse, qui haeredem, qui haereditatem adiit, ignoraverit a legatariis fideicommissariisque ex testamento actione compelli posse, ut solida legata fideique commissa persolvat. In quo satis constat liberae haeredis voluntati arbitrioque locum esse nullum. Contra vero si verba *βούλεσθαι* et *μὴ βούλεσθαι* ad facultatem haereditatem adeundi repudiandique haeredi concessam referenda esse censeas, et sententia Iustiniani recte ordineque procedet, et habebis, quod

---

1) In libro: *Archiv für civilistische Praxis* tom. V. p. 391 — 398. 2) In libro: *Beiträge zur Erläuterung einiger Rechtsmaterien* p. 149 — 157. 3) In doctrinae Pandectarum ed. 3. tom. III. p. 464. not. 2. 4) l. l. p. 396 — 398. 5) l. l. p. 151. *Justinian sagt nähmlich: „der Erbe, welchem der Abzug der Quart verboten ist, soll ohne Abzug die Vermächtnisse zahlen, oder, wenn er diess nicht will,* recedere ab institutione." Paullo post idem l. l. *Justinian spricht von dem, der die vollständige Zahlung der Vermächtnisse verweigert, weil er die* quarta Falcidia *abziehen will, also von dem Erben, der schon angetreten; denn dann erst kann von Auszahlung der Vermächtnisse und einem Abzuge der Quart die Rede seyn.*

in libero haeredis arbitrio collocatum videatur, utrum facere velit, an nolit. In quo illud quidem pro certo posui et indubitato, vocem *βουλόμενον* ad superiora illa *τὴν τοῦ διαθεμένου γνώμην κρατεῖν* esse referendam. Nam, cum ad haec duo tantum referri queat, aut ad ea, quae supra dicta sunt, aut ad ea, quae infra, mihi quidem dubium non est, quin ad ea, quae post *βουλόμενον* dicta sunt *αὐτὸν ὑπηρετήσασθαι τῷ διαθεμένῳ (ἀνάγκη)*, non referatur, siquidem verendum est, ne subabsurda sit sententia dicentis, necesse esse, ut, si velis, cuiuspiam voluntatem exequare. Qui enim, ut aliquid faciat omittatve, cogitur, eius non potest in ea re explicanda liberum esse arbitrium. Itaque concidet et alterum Franckii argumentum, qui Iulianum antecessorem cum ipso Iustiniano pugnare existimaverit [1]. Nam, quae eius rei demonstrandae gratia argumenta in medium attulit, mihi non placent. Porro, quod Iuliano antecessori convicium fieret [2], caussa erat plane nulla. Quippe verendum est, ne idem in Athanasium cadat, qui in eadem, qua Iulianus sententia fuerit. Neque vero illud videtur satis considerate fieri, si quis veterum interpretum, quorum fuit et iudicium acrius et eruditio non ita contemnenda, fidem suspectam faciat non alia de caussa, quam quod eam, quam proposueris, opinionem evertant totam. Reliqua Franckii argumenta, quibus suam interpretandi rationem confirmare studuit, haec sunt. Dicit [3], nostra huius loci interpretatio si recte haberet, totum primae Novellae tenorem satis incommode interpellari. At quota quaeque ex Iustiniani Novellis eandem legislatoris mentem eandemque legis ferendae rationem per singulas quasque legis particulas aequabiliter praefert et omni ex parte diligenter persequitur? Huc accedit, quod in capitis primi fine prima huius legislationis pars disertis verbis conclusa sit [4], quodque initium eius, de quo hoc loco agitur, capitis ita sit comparatum, ut utriusque capitis in unam Novellam coniunctionem casu magis, quam connexa sententiarum ratione accidisse satis demonstret [5]. Quam tamen opinionem ut funditus everteret, Franckius ad ea, quae secundi sunt capitis, verba *καθάπερ ἔμπροσθεν εἰπόντες ἔφθημεν* descendere voluit. Ea etsi ductu auspiciisque Franckii [6] ad primum eius Novellae caput referenda esse putamus, ad deperditam aliquam Iustiniani constitutionem non item, tamen nihil est in caussa, quare ad haereditatis ab haerede scripto aditae caussam pertinere arbitremur. *Καθάπερ* est, ut ipsa vocis origo demonstrat, *secundum id, quod*. His igitur verbis *χώραν δὲ γενέσθαι, καθάπερ ἔμπροσθεν εἰπόντες ἔφθημεν, ὑποκαταστάτοις κτέ.* nihil aliud designatur, nisi hoc: *et in hac caussa secundum eas regulas, quae primo capite de singulis successorum ordinibus habentur, locum esse haeredibus substitutis et reliquis.* Ut proinde opus non sit, verba *καθάπερ ἔμπροσθεν εἰπόντες ἔφθημεν* ad superiora illa *ἤ, εἰ μὴ βούλοιτο, αὐτὸν μὲν ἀναχωρῆσαι τῆς τοιαύτης ἐνστάσεως* tacita animi mentisque cogitatione adhiberi, id quod ne posse quidem fieri, vel vox *δὲ* interposita satis demonstrat. Quae vero ultimo loco posita sunt: *κατὰ τὴν ἔμπροσθεν ὑφ' ἡμῶν ἐξηυρημένην ἐπὶ τοῖς τοιούτοις ὁδόν*, non ad totam illam, quae supra posita est, enuntiationem referuntur, verum ad haec sola *καὶ τοῖς ἄλλοις*, ita ut reliqui, qui secundum rationem a Iustiniano inventam ad eam haereditatem vocantur, successores hoc loco praetermissi generaliter designari videantur. Itaque comma, quod verbis *τοῖς ἄλλοις* et *κατὰ τὴν κτέ.* in nostris Novellarum editionibus interiectum habetur, iure meritoque delendum erit.

II. Nov. 18. cap. 1.

Iustinianus in hoc capite legitimae portionis modum definivit, ita ut, si quattuor minusve filii essent, triens haereditatis deberetur; sin quinque vel ultra, semis. De reliqua substantia testatori liberam testamenti factionem esse iussit, statimque postea haec addidit: *τούτου κρατοῦντος ἐφ' ἁπάντων τῶν προσώπων, ἐφ' ὧν ἐξ ἀρχῆς ὁ τοῦ πάλαι τετάρτου τῆς de inofficioso νενομοθέτηται λόγος.* Quaesitum est a nostris iureconsultis, haec Novellae 18. verba utrum ad parentes,

---

1) l. l. p. 151. *Schon hierdurch allein scheint bewiesen, dass Julians Ansicht mit Justinians Worten in Widerspruch steht.* 2) l. l. p. 151. *Dass Julian hier aber mindestens sehr ungenau den Sinn Justinians wiedergab, ergiebt die blosse Betrachtung der schon citirten Worte.* 3) l. l. p. 153. 4) Nov. 1. cap. 1. ad finem: *καὶ μηδεὶς πρὸς τὸν νόμον δυσχεραινέτω τοῦτον. — οὐ γὰρ τοῖς ἐφ' ἡμῶν, οὐδὲ τοῖς νῦν μόνον ἀνθρώποις, ἀλλὰ παντὶ καὶ τῷ μετὰ ταῦτα ῥέοντι νομοθετοῦμεν χρόνῳ.* 5) Nov. 1. cap. 2. *ἐντεῦθεν ἡμᾶς εἰσῆλθε βουλή καί τις ἔννοια τοῦ Φαλκιδίου νόμου.* 6) l. l. p. 155.

quibus portio legitima deberetur, proferenda sint, necne. Cumque multi et alii proferenda esse censuissent, inter quos viri praestantissimi *Franckius*[1]) et *Muehlenbruchius*[2]), vir doctissimus *Marezollius*[3]) in alia omnia discessit, qui ea, quae supra recitavimus, ad solas reliquorum descendentium personas referre maluit, eamque opinionem ex Iuliani antecessoris epitome confirmavit[4]). Atque descendentium quidem personarum in genuinis Novellae 18. verbis mentio habetur nulla. Itaque credamus necesse erit, haec Iuliani verba ex ea, quae ipsius temporibus Constantinopoli observabatur, hanc Novellam interpretandi ratione profecta esse, qualia multa et alia apud eundem scriptorem habentur[5]); aut statuamus oportebit, in Iuliani codice manuscripto haec fuisse ita concepta: *τούτου κρατοῦντος ἐφ' ἁπάντων τῶν κατιόντων προσώπων.* Atque ea quidem, quam ultimo loco posuimus, coniectura plane non procedit tum propter codicum Graecorum consensum, tum propter vulgatae versionis auctoritatem, tum denique propter Athanasii iureconsulti testimonium. Is enim tit. 9. const. 2. haec habet: *φησὶν δὲ ἡ διάταξις ἐπ' ἐκείνων τῶν προσώπων κρατεῖν τὸν νόμον, ἐφ' ὧν ἐξ ἀρχῆς ὁ τοῦ παλαιοῦ τετάρτου τῆς δὲ* inofficioso *νενομοθέτηται λόγος.* Deinde idem Athanasius veterem hanc esse iureconsultorum Graecorum de hac lege interpretanda dissensionem significans, ipse ad hanc adduci se patitur opinionem, ut ista verba ad adscendentes porrigenda esse censeat. Sic enim l. l.: *καὶ σκόπει μήποτε καὶ τοῖς ἀνιοῦσιν δυνατὸν λέγειν ἐντεῦθεν τὸ νόμιμον αὐξάνεσθαι μέρος καθ' ὁμοιότητα τῶν κατιόντων· καὶ γὰρ ἐν τῇ περὶ τῶν νόθων διατάξει* (Nov. 89. cap. 12.) *οὕτως φησὶν ἡ διάταξις· „εἰ δὲ ἔχοιεν οἱ ἔμπροσθεν εἰρημένοι τινὰς τῶν ἀνιόντων, τὴν νόμιμον αὐτοῖς καταλιμπανέτωσαν μοῖραν, ἣν ὁ νόμος καὶ ἡμεῖς ἐτάξαμεν." ὥςε ἐντεῦθεν τεκμαίρεσθαι, ὅτι καὶ τοῖς ἀνιοῦσιν τὸ νόμιμον ηὐξήθη μέρος ἐκ τῆς παρούσης διατάξεως. οὐδαμοῦ γὰρ φαίνεται τὸ τῶν ἀνιόντων νόμιμον μέρος ἐν ἄλλαις τυπώσας διατάξεσιν ὁ καλλίνικος ἡμῶν βασιλεύς, καί, ὡς ἔοικεν, τὴν παροῦσαν διάταξιν αἰνιττόμενος τὰ προειρημένα διεξῆλθεν ἐν τῇ περὶ τῶν νόθων νομοθεσίᾳ τοῦδε τοῦ συντάγματος.* In quo illud sane miramur, Athanasium nostrum in hac controversia decidenda eadem via esse ingressum, quam nostrae memoriae iureconsulti tenere voluerunt[6]). Caeterum non defuerunt ex Graecis, qui, quod ab Athanasio cum quadam dubitatione dictum est, id ita esse pro certo et indubitato posuerint. Sic Basilicorum scholiastes, qui apud Fabrotum tom. V. p. 483. habetur: *τὸ πλάτος „κατὰ τὴν δ'." ἔχει, καὶ παρακρατεῖ τοῦτο σχόλιον παλαιόν. τοῦτο δὲ τὸ νόμιμον μέτρον ηὔξησεν ἐπὶ τῶν ἀνιόντων καὶ κατιόντων ἡ ιη'. νεαρὰ ἐν τῷ α'. κεφαλαίῳ, ὁμοίως καὶ ἐπὶ ἀδελφῶν.* Quae ex antiquo aliquo Novellarum interprete hausta videntur.

III. Nov. 22. cap. 24.

Cum inter omnes constet[7]), filiisfamilias in omnibus his casibus, in quibus res patribus suis non acquisitas habeant, nullam temporalem praescriptionem opponi, nisi, ex quo actionem movere potuerint, hoc est, postquam parentis potestate fuerint liberati, tamen imperator Iustinianus in Nov. 22. cap. 24. aliquid, quod his, quae diximus, contrarium sit, sanxisse videtur. Cum enim cap. 22. eas poenas descripsisset, quae ei, quae, priore matrimonio soluto, intra annum luctus ad secundas nuptias transisset, mulieri infligerentur; cumque cap. 23. ea, quae post annum luctus elapsum idem fecisset, si filios haberet, omnibus omnino rebus, quae ex prioris mariti liberalitate ad eam pervenissent, carere iussa esset, nisi quod ususfructus earum rerum penes mulierem esset, proprietate earum rerum ad filios redeunte; cum denique ad finem eiusdem capitis idem in marito, qui prioribus nuptiis neglectis ad secunda vota transiret, valere iussum esset:

---

1) In libro: *Das Recht der Notherben und Pflichttheilsberechtigten* p. 208. 2) In doctrina Pandectarum tom. III. p. 293. ed. 3. et in continuatione libri Glueckiani tom. XXXV. p. 243—255. 3) In libro, cuius titulus hic est: *Zeitschrift für Civilrecht und Prozess, herausgegeben von Linde, Marezoll, Wening-Ingenheim* tom. I. p. 251. seq. 4) Const. 34. cap. 114.: *hoc autem, quod de filiis filiabusque dicimus, teneat etiam in omnibus descendentium personis, quibus scilicet de inofficioso agere permissum est.* 5) Vide *Loehrium* in libro: *Archiv für civilistische Praxis* tom. V. p. 393. 6) Vide scriptores a Marezollio l. l. p. 279. not. 1. laudatos et Muehlenbruchium l. l. p. 293. not. 2. 7) Vide const. 1. §. 2. Cod. VII. 40. Vide Unterholzneri librum: *Ausführliche Entwickelung der gesammten Verjährungslehre* (Leipzig 1828.) tom. I. p. 117—119.

hoc, de quo agitur, capite 24. disertis verbis imperator prohibuit, quominus talia lucra nuptialia a parentibus vel alienarentur, vel pignoris nomine obligarentur; sin contra, totam eorum substantiam hypothecae nomine liberis obligatam videri censuit. Deinde haec reperiuntur: *καὶ ἴστωσάν γε καὶ ἐκ τοῦδε ἡμῶν τοῦ νόμου, ὡς, κἂν εἴ τινα παρὰ τῶν τοιούτων γονέων ἀγορασίαν ποιήσαιντο, κἂν εἰ λάβοιεν δωρεάν, κἂν εἴ τι τῶν πάντων πράξαιεν, ἐν ἴσῳ τοῖς μήτε πεπραγμένοις μήτε γεγραμμένοις ἔσται τὸ γενόμενον. ἐκδικήσουσι γὰρ αὐτὰ πάντως οἱ παῖδες, κληρονόμοι τὲ αὐτῶν καὶ διάδοχοι, παρά τε κληρονόμων ἐκείνων καὶ διαδόχων οὐκ ἄλλως ἀποκλειόμενοι, πλὴν εἰ μὴ τριακονταετὴς παρέλθοι χρόνος, καὶ ἡ κατοχὴ κυρίους τοὺς λαβόντας καταστήσει, ἀρχομένου τοῖς παισὶν τοῦ χρόνου τρέχειν, ἐξ οὗπερ αὐτεξούσιοι φανεῖεν ὄντες ἢ γενόμενοι, πλὴν εἰ μή τις ἄνηβος ἡλικία προσβοηθήσειεν ἔτι.* *Unterholznerus*[1]) haec verba sic accipi posse existimavit, ut triginta annorum praescriptioni in hac caussa videretur locus non esse, nisi si iuris acquisitionem haberet. Mirum tamen, quod et Theodorus Hermopolitanus et Athanasius et Iulianus antecessor hunc locum de triginta annorum praescriptione rei vindicationi opponenda interpretati sint. Et Theodorus quidem in Basilicorum tom. IV. p. 489. *εἰ γὰρ ἐκποιήσουσίν τι αὐτῶν, ἐκδικεῖται* (hoc est *vindicatur*), *εἰ μὴ ἄρα τριάκοντα ἔτη παρῆλθεν, ἀφ' οὗ γεγόνασιν αὐτεξούσιοι οἱ ὀφείλοντες αὐτὰ διεκδικεῖν παῖδες.* Athanasius autem haec habet tit. 10. const. 2.: *εἰ δέ τι*, inquit, *ἐξ αὐτῶν ἐκποιήσωσιν οἱ δευτερογαμήσαντες γονεῖς, δύνανται οἱ παῖδες τοῦτο διεκδικεῖν εἴσω λ'. ἐνιαυτῶν, ἀρχομένων τρέχειν, ἀφ' οὗ γένωνται αὐτεξούσιοι· εἰ δὲ ἄνηβοι εἰσίν, ἀφ' οὗ γένωνται μετὰ τὴν ὑπεξουσιότητα ἔφηβοι.* Denique Iulianus antecessor const. 36. cap. 143. *Sed post obitum eius eas vindicabunt sine ullo obstaculo, et non solum ipsi, sed etiam eorum haeredes res distractas vel pigneratas vindicabunt, — nulla temporali praescriptione exclusi, nisi forte triginta annorum curricula transacta fuerint, quae computari oportet ex eo tempore, quo liberi suae potestatis effecti sunt, excepta videlicet pupillari aetate, quia impuberibus nulla temporis computatio currit.* Quid ergo faciemus? Enimvero Unterholznerus non ita bene singula Iustiniani verba videtur construxisse. Neque enim haec: *καὶ ἡ κατοχὴ κυρίους τοὺς λαβόντας καταστήσει*, uti vir doctissimus voluit, ad illa *πλὴν εἰ μὴ τριακονταετὴς παρέλθοι χρόνος* referenda sunt (alioquin enim *καὶ ἡ κατοχὴ κυρίους τοὺς λαβόντας καταστῆσαι* propter id, quod praecedit *παρέλθοι*, dicendum fuisset), verum manifesta est haec horum verborum *ἐκδικήσουσι γὰρ αὐτὰ πάντως οἱ παῖδες* oppositio iis, quae postea dicuntur, *καὶ ἡ κατοχὴ κυρίους τοὺς λαβόντας καταστήσει.* Ut proinde haec sit eorum verborum sententia: *vindicabunt enim omni modo eas res liberi eorumque successores ab haeredibus illorum successoribusque, nisi tricennali praescriptione submoveantur, et possessio, illi, qui acceperunt, earum rerum dominium ut nanciscantur, efficiet, ita ut initium eius spatii ab eo temporis momento computetur, quo sui iuris facti sint.* Caeterum Unterholznero[2]) illud assentior, quod hanc, quae hacce lege introducta est, tricennalem praescriptionem ad aliam caussam, nisi ad ea, de quibus hoc loco sermo est, lucra nuptialia, non retulerit. Idque ita esse et Theodorus Hermopolitanus et Athanasius et Iulianus antecessor confirmant uno ore omnes.

IV. Nov. 72.

Vetus opinio est eaque pervulgata, cautum esse hac, quam commemoravimus, lege, ut ne creditores debitoresque eorum, qui in tutela vel cura sunt, ad eam tutelam curamve suscipiendam admitterentur. Quae eadem opinio est Viri Clar. *Rudorffi*[3]). Is, quamquam prooemio eius Novellae eorum, qui *κηδεμόνες — τῶν νέων εἴτε ἀνήβων εἴτε ἐφήβων μέν, ἐπὶ δὲ τῆς δευτέρας ἡλικίας ὄντων* sunt, fit mentio, tamen ad omnes omnino tutores curatoresque pertinere totam hanc Novellam constitutionem censuit, quod cap. 5. generaliter haec dicantur: *καὶ ταῦτα φαμὲν ἐπὶ κηδεμόνος παντός,*

---

1) l. l. tom. I. p. 120.: *Will man die Verordnung ganz wörtlich nehmen und den Worten: καὶ ἡ κατοχὴ κυρίους τοὺς λαβόντας καταστήσει, ihr Recht widerfahren lassen, so ist sogar die dreyssigjährige Verjährung in der Regel für immer ausgeschlossen und die Ausnahme beschränkt sich auf den Fall, wo diese Verjährung die Natur einer erwerbenden (Verjährung) hat.*" 2) l. l. p. 120. 3) In libro: *Das Recht der Vormundschaft* tom. II. p. 80.

ἐφ' ὧν ὅλως κηδεμονίας τινῶν εἰσάγουσιν οἱ νόμοι, ἀσώτων τυχὸν ἢ μαινομένων ἢ παραφρονούντων ἢ εἴτι ἕτερον ὁ νόμος εἶπεν ἤδη ἢ καί τι παράδοξον ἡ φύσις ἐξεύροι. Recte, opinor. Nam *κηδεμόνος* voce utrumque hominum genus tutores curatoresque demonstrantur[1]. Huc accedit, quod huic interpretandi rationi cum eo fine, quem imperator Iustinianus hac lege attingere voluerit, omnes in partes conveniat. Sic enim cap. 8. ad finem: *οὗτος ἡμῖν ὁ νόμος ὑπὲρ ἀσφαλείας κείσθω τῶν κηδεμονείας δεομένων. εἰ δέ τι καὶ ἕτερον προσεξεύροιμεν, οὐδὲ τοῦτο νόμῳ περιλαβεῖν ὀκνήσομεν, ἵνα διὰ πάντων πατέρες τοῖς ἑαυτοῖς βοηθεῖν οὐ δυναμένοις γενώμεθα.* Sic et Iulianus const. 65.: *Nemo qui dicit se obnoxium pupillum habere vel eum, qui curatore eget, tutor aut curator ipse creetur. Sed et is, qui manifeste obnoxius impuberi vel ei, qui cura indigeat, fuerit, tutor vel curator non fiat.* Denique cap. 223.: *Haec autem omnia de omnibus curatoribus posita sunt non solum adolescentium, sed etiam prodigorum vel furiosi vel mente capti, vel siquid aliud aut lege expressum est, aut natura adinveniat.* Atque etiam Athanasius tit. 13. const. 1. eam rem confirmat. *Ὁ καλούμενος*, inquit, *εἰς ἐπιτροπὴν ἢ curatούραν ὑπεύθυνος διαφανῶς ὢν τοῖς ἀφήλιξιν, ἢ ὑποκειμένους αὐτοὺς ἔχων, μὴ παρερχέσθω εἰς τὴν τούτων κηδεμονίαν. — σημείωσαι, ὅτι ἐπὶ ἑκάστῳ κηδεμόνι χώρα τῷ νόμῳ.* Nam, quod ante de tutoribus pupillorum minorumque curatoribus protulit, postea ad omnia omnino tutorum curatorumque genera disertis verbis protulit.

V. Nov. 89. cap. 15.

Inter multos eosque celeberrimos iuris Romani interpretes illa quaestio agitata est, liberi, qui ex nefariis aut incestis aut damnatis nuptiis nati sunt, sintne a parentibus alendi, necne. Ac patrem quidem, eos ut alat, compelli posse ad unum omnes negant[2]. De matre autem res est altioris indaginis. Huius disputationis cardo in Novellae 89. cap. 15. interpretatione positus est. *Τελευταῖον δὲ ἡμᾶς*, inquit, *τοῦ νόμου μέρος ἐνδέχεται, ὥστε καὶ αὐτὸ τὴν προσήκουσαν τάξιν λαχεῖν καὶ ἐξαριθμήσασθαι, τίνες οὐδὲ αὐτοῦ τοῦ τῶν νόθων ἄξιοι καθεστᾶσιν ὀνόματος. πρότερον μὲν γὰρ πᾶς ὁ ἐκ συνελεύσεων (οὐ γὰρ καλέσομεν γάμον) ἢ νεφαρίων ἢ ἰνκέστων ἢ δαμνάτων προελθών, οὗτος οὐδὲ φυσικὸς ὀνομασθήσεται, οὐδὲ ἀποτραφήσεται παρὰ τῶν γονέων, οὐδὲ ἕξει τινὰ πρὸς τὸν παρόντα νόμον μετουσίαν.* Singula Iustiniani verba intuentibus nobis illud quidem apparet, ab initio *τοὺς νόθους παῖδας* esse commemoratos. Quae quidem res habet aliquam *patris naturalis* significationem. Sic enim semper ubique Iustinianus hac voce usus est, si quid ad patris naturalis personam spectaret. Huc accedit, quod superiora huius Novellae capita de ea, quae inter naturales liberos patremque intercedat, ratione loquantur. Ut proinde *Glueckius*[3] haec verba: *οὐδὲ ἀποτραφήσεται παρὰ τῶν γονέων* ad patrem solum non male retulerit, ad matrem non item. Neque obstat pluralis numerus *παρὰ τῶν γονέων* ad singularem numerum verborum *ὁ — προελθὼν οὗτος* accommodatus. Numquis dubitabit, quin in singulari numero, prout hoc loco positus est, vis ac potestas collectiva insit? Porro *γονεύς*, etsi non ita raro ad utrumque parentem et patrem et matrem referatur, tamen est, ubi ad solum patrem spectet[4]. Denique hunc locum eo, quo Glueckius, modo interpretatus est et Athanasius tit. 11. const. 4. *Οἱ ἐκ συνελεύσεων κεκωλυμένων τεχθέντες οὐ κληρονομοῦσιν τὸν πατέρα, οὐδὲ τρέφονται παρ' αὐτοῦ, ἀλλ' οὐδὲ τῆς τῶν νόθων ἀξιοῦνται προσηγορίας.* Inde et hoc constat, egregie falli, si qui pro verbis *οὐδὲ ἀποτραφήσεται παρὰ τῶν γονέων* legendum esse censeat *οὐδὲ ἀποτραφήσεται παρὰ τῶν γνησίων.* In qua opinione non ita paucos viros iurisconsultos fuisse video[5].

---

1) Vide Rudorffium l. l. p. 29. not. 10. et Muehlenbruchium in libro: *Die Lehre von der Cession der Forderungsrechte* ed. III. p. 391. not. 327. 2) Vide Glueckium in libro: *Hermeneutisch-systematische Erläuterung der Lehre von der Intestaterbfolge* §. 137. p. 507. edit. II. 3) l. l. p. 508.: *Unter diesen verschiedenen Meinungen verdient wohl diejenige unstreitig den Vorzug, nach welcher die Worte der* Nov. 89. cap. 15. *so zu verstehen sind, dass solche Kinder — nicht die Rechte der Concubinen-Kinder und folglich auch keinen Anspruch auf Alimente von Seiten des Vater's haben sollen.* 4) Theophil. paraphr. lib. 1. tit. 12. §. 218. ed. Reitzi p. 122.: *τὸ δὲ κατὰ τῶν υἱῶν in potestate πλείστοις διαλύεται τρόποις. τέως γὰρ ἡ τοῦ γονέως τελευτὴ αὐτεξούσιον ποιεῖ τὸν παῖδα.* 5) Vide Glueckium l. l. p. 372.

VI. Nov. 100.

In hac Iustiniani Novella dotis cautae, non numeratae tam actionem, quam exceptionem certis temporibus cohiberi plerique viri docti existimarunt[1]). *Buchholzius*[2]) tamen tam ex tenore huius Novellae constitutionis, quam ex eo, quod legislator in hac lege ferenda secutus est, consilio satis probabiliter docuit, de sola dotis cautae, non numeratae querela hoc loco esse actum. De hac caussa veterum interpretum est inter sese dissensio. Iulianus quidem et Athanasius Buchholzi opinionem tuentur. Ac Iulianus quidem const. **93**. cap. **349**.: — *siquidem, antequam biennii tempus impleatur, liceat marito vel heredi eius non numeratae dotis intra annum — querimonia uti. Quodsi supra duos annos (intra decennium tamen) matrimonium solutum fuerit, intra tres menses maritus vel heredes eius eadem querimonia utentur. Decennio autem completo, si nulla querimonia usus est, videatur dotem accepisse. — Ille autem debet non numeratae dotis querimonia uti, qui scriptus est dotem accepisse. Querimoniam autem fieri oportet non nuda denuntiatione, sed in scriptis. Quodsi et in iudicio instruatur, oportet omni modo mulierem certiorari.* Athanasius autem tit. **10**. const. **11**. de sola dotis non numeratae querela loquitur, ad finem autem haec addit: *σημείωσαι, ὅτι ἀπολήψεως οὔσης προικός, οὐ χώρα τῇ μέμψει.* Contra vero Theodorus Hermopolitanus ad Nov. **100**. in Basilic. lib. **29**. tit. **3**. const. **1**. de exceptione interpretatus est. Sic enim habet ex codicis Florentini testimonio: *ἐὰν δὲ πλέον μὲν τῆς διετίας, ἧττον δὲ τῆς δεκαετίας ἐπεκταθεὶς ὁ γάμος μετὰ ταῦτα λυθῇ, τότε ἁρμόζει ἐντὸς δέκα ἐνιαυτῶν ἡ εἰρημένη παραγραφὴ τῷ ἀνδρί. — εἰ δὲ συσταθῇ ὁ γάμος ὑπὲρ τὰ ι΄. ἔτη καὶ μὴ γένηται ζήτησις περὶ τῆς ἀπαριθμήσεως τῆς προικός, ἀναιρεῖται παντελῶς ἡ τῆς ἀναργυρίας παραγραφή.* Denique constitutionem **3**. Cod. V. **15**. hac lege Novella abrogatam esse, idem testatur l. l. his verbis: *ἀνάγνωθι βι΄. δ΄. τοῦ κωδ. τι΄. λ΄. διατ. ιε΄. καὶ βι΄. ε΄. τι΄. ιε΄. διατ. γ΄., καὶ ἴσθι ὅτι τὰ εἰρημένα ἐκεῖσε ἀνῄρηται ὑπὸ τῆς προκειμένης νεαρᾶς διατάξεως.* Buchholzius[3]) tamen Theodorum in hac sententia fuisse ait, ut constitutionem **3**. Cod. l. l. hac lege Novella abrogatam esse negaret.

VII. Nov. 111.

Imperator Iustinianus, cum in const. **23**. Cod. I. **2**.[4]) ecclesiis, xenonibus, ptochotrophiis, monasteriis, orphanotrophiis, brephotrophiis, gerontocomiis, civitatibus, aut si in redemptionem captivorum aliquid relictum esset, nullam praescriptionem, nisi centum annorum opponi posse iussisset, eam legem postea immutavit. Centum annorum praescriptionem ecclesiis, monasteriis, aliis religiosis locis datam plane abrogavit, aliasque temporis metas eorum actionibus praestituit. Sic enim Nov. **11**. prooem. et cap. **1**.: „Probat igitur hoc praesentis etiam necessitas sanctionis, in qua *privilegium, ex religioso proposito ecclesiis Dei, et monasteriis aliisque religiosis locis constitutione nostra nuper indultum, necessaria correctione distinguimus* — cum ratione simul ac religione tractantes praedictum privilegium usque ad possibilem modum deducere experimento *retraximus* et *iubemus* — nunc *venerabilibus ecclesiis, monasteriis et xenodochiis, nec non*

---

1) Vide scriptores a *Buchholzio* laudatos in libro: *Juristische Abhandlungen aus dem Gebiete des heutigen Römischen Rechtes* p. 170. not. 2. 2) l. l. p. 172 – 178. 3) l. l. p. 177. not. 18. *Auch die Basiliken* lib. 29. tit. 3. *sprechen nur von der* querela *in Beziehung auf unsre Novelle, und Theodorus sagt im Scholion a., dass die* c. 3. C. de dote cauta (V. 15.) *nicht durch diese Novelle aufgehoben sey.* 4) Ut inter divinum publicumque ius et privata commoda competens discretio sit, sancimus, siquis aliquam reliquerit haereditatem vel legatum vel fideicommissum vel donationis titulo aliquid dederit vel vendiderit, sive sacrosanctis *ecclesiis*, sive venerabilibus *xenonibus*, vel *ptochotrophiis*, vel *monasteriis* masculorum vel virginum, vel *orphanotrophiis*, vel *brephotrophiis*, vel *gerontocomiis, necnon iuri civitatum:* vel donatorum vel venditorum vel relictorum eis longaeva sit exactio, nulla temporum solita praescriptione coartanda. *Sed et, si in redemptionem captivorum quaedam pecuniae vel res relictae vel* legitimo modo *donatae sunt*, et earum exactionem longissimam esse censemus. Et nobis quidem cordi erat, nullis temporum metis huiusmodi *actiones* circumcludi, sed, ne videamur in infinitum hanc extendere, longissimum vitae hominum tempus eligimus, et non aliter eam exactionem finiri concedimus, *nisi centum annorum curricula excesserint.*

orphanotrophiis et brephotrophiis et ptochotrophiis quadraginta annorum protelatio conferatur, — quoniam hanc decem annorum adiectionem solis, ut dictum est, *religiosis locis* eorumque iuri vel contractibus *indulgemus.*" Ex his, quae recitavimus, verbis controversia viris doctis oborta est, utrum centum annorum privilegium hac lege sublatum sit totum, an saltem civitatibus et iis, quae redimendorum captivorum caussa relicta sunt, relictum. Plerique ex nostrae memoriae iureconsultis eam, quam primo loco posuimus, sententiam tuentur[1]. Pro certo enim posuerunt et indubitato, totum hoc privilegium Iustiniano displicuisse. Verum ipsa Iustiniani verba satis docent, Iustiniano tantum *ecclesiarum, monasteriorum aliorumque religiosorum locorum* in mentem venisse[2]. Iam vide hoc, quemadmodum vox „*religiosorum*" ad civitatum ius pertinere queat, aut qua ratione dici possit, vocem „*locorum*" ad omnes omnino res, quae redimendorum captivorum caussa relictae sunt, designandas adhiberi? Quod neque per grammaticae artis praecepta, neque per logicae disciplinae leges fieri ullo modo potest. Quid, quod Iustinianus, quid sibi voluerit, ipse disertis verbis paullo postea explicuit? Capite 1. enim commemoravit *venerabiles ecclesias, monasteria, xenodochia, orphanotrophia, brephotrophia, ptochotrophia,* quae et recte *religiosi loci* vocantur, et in const. 23. Cod. I. 2. civitatibus iisque, quae redimendorum captivorum caussa relicta sunt, disertis verbis opposita habentur. Itaque, quod ego sciam, nihil plane in caussa est, quare centum annorum praescriptionem in his, quas ultimo loco posui, caussis abrogatam videri credamus. Neque sane Iulianus antecessor const. 104. cap. 366. eorum favet sententiae, qui et in his caussis centum annorum praescriptionem sublatam esse velint. Denique Theodorus Hermopolitanus et Athanasius nostram interpretandi rationem secuti sunt. Ac Theodorus quidem Hermopolitanus apud Pseudo-Eustathium *ῥοπῶν* ed. Zachariaei p. 240. *τὰ εἰς ἀνάρρυσιν αἰχμαλώτων ἀποκλείονται τῇ ἑκατονταετίᾳ.* Addit editio Iacobi Cuiaci: *ὡς βι. α'. τοῦ κωδ. τί. β'. διατ. κγ'. τοῦτο δὲ εἰς τὰ μὲν βασιλικὰ οὐ κεῖται, φησὶ δὲ Θεόδωρος ἐν ρια'. νεαρᾷ, ὅτι μέχρι νῦν κρατεῖ.* Athanasius autem tit. 2. const. 5. *σημείωσαι, ὅτι ἐπὶ τοῖς κεχρεωστημένοις ταῖς πόλεσιν καὶ τοῖς εἰς ἀνάρρυσιν αἰχμαλώτων καταλειφθεῖσιν, ἐφ οἷς δέδωκεν ὁμοίως τὸ προνόμιον τῆς παραγραφῆς τῆς ἑκατονταετίας διάταξις ἀνηνεγμένη ἐν τῷ α'. βιβ. τοῦ κωδ. ὑπὸ τοῦ β'. τίτλου οὖσαν τὸν ἀριθμὸν κγ'., οὐκ ἀνεῖλεν παντελῶς ἡ παροῦσα διάταξις.*

VIII. Nov. 115. cap. 4.

Inter caussas, quare parentes a liberis testamento exhaeredari queant, haec a Iustiniano l. l. relata est: *εἰ ὁ πατὴρ τῇ ἰδίᾳ νύμφῃ ἢ τῇ παλλακίδι τοῦ οἰκείου παιδὸς συμμιγείη.* Verba *τοῦ οἰκείου παιδὸς* et *Buchholzius*[3] et *Muehlenbruchius*[4] ita esse interpretanda censuerunt, ut ad filiumfamilias spectarent, ad alios non item. Si quaeritur, quae res viros doctos in hanc opinionem induxerit, duas tantum video reddi posse rationes, sed non satis idoneas. Unam, quam Buchholzius[5] tangere voluit, ipse Muehlenbruchius satis refutavit[6]. Alteram, quam Muehlenbruchius commemoravit, haec est, hoc dicendi genere *τοὺς οἰκείους παῖδας* alios non designari, nisi *filiosfamilias.* Cuius rei demonstrandae caussa ad Reitzi glossarium Theophilinum[7] provocavit. Verum nec hoc probandum videtur, quod ea, quae Reitzius dixit, ad potestatem parentum pertinere crediderit, nec illud, quod, quae ad Theophilum pertinent, ad Novellas Iustiniani interpretandas adhibere voluerit. Neque Reitzi verba, ut ex exemplis ab eo viro adlatis apparet, huc, quo Muehlenbruchius voluit, referri queunt, neque sibimet ipse deerit Iustinianus, qui Nov. 22. cap. 41. *τον πατέρα, εἰ κελευσθείη τῷ οἰκείῳ παιδὶ πρεσβεῖον δοῦναι* de omnibus omnino

1) Vide *Unterholzneri* librum: *Ausführliche Entwickelung der gesammten Verjährungslehre* tom. I. p. 152—156., et Buchholzii librum: *Juristische Abhandlungen aus dem Gebiete des heutigen Römischen Rechtes* p. 361. 2) Probat igitur, *inquit,* hoc praesentis etiam necessitas sanctionis, in qua privilegium ex religioso proposito *ecclesiis Dei, et monasteriis, aliisque religiosis locis constitutione nostra* nuper indultum necessaria correctione distinguimus. 3) In libro: *Juristische Abhandlungen aus dem Gebiete des heutigen Römischen Rechtes* p. 133. 4) In continuatione libri Glueckiani tom. 37. p. 168. 5) l. l. not. 33. 6) l. l. p. 169. 7) Tom. II. p. 1282., ubi haec leguntur: „*οἰκεῖος suus, proprius.* Iureconsultis Graecis perpetuum."

liberis in medium protulerit, neque Iustiniano Athanasius, qui saepenumero[1]) ad eum, quem supra descripsimus, modum hoc dicendi genere usus esse reperiatur. Ipse Muehlenbruchius, quid verum esset, quid non, ex Iuliano antecessore didicisse debebat. Sic enim Iulianus const. **107**. cap. **375**.: „si pater cum nuru sua vel concubina *filii sui* commixtus fuerit". Quam eandem sententiam confirmat et Athanasius tit. **7**. const. **5**. *ἢ τῇ γαμετῇ ἢ τῇ παλλακῇ τοῦ παιδὸς ὁ πατὴρ συνδιεφθάρη.*'

IX. Nov. 127. cap. 3.

Imperator Iustinianus, cum iis, quae ad secundas nuptias non transirent, viduis usumfructum ante nuptias donationis, quam ex priore matrimonio consecutae essent, dedisset, liberis autem ex priore matrimonio natis eius donationis proprietatem conservasset, Nov. **127**. cap. **3**. hoc sanciendum putavit, ut ex ea proprietate portio virilis secundum numerum liberorum et ipsi viduae competeret. *Ἐπειδὴ δέ*, inquit, *καὶ τὰς γυναῖκας τὰς εἰς δεύτερον γάμον οὐκ ἐρχομένας, προτιμήσεως τινὸς ἀξίας παρὰ τὰς δευτερογαμούσας εἶναι νομίζομεν, θεσπίζομεν, εἴτις ἀποβαλομένη τὸν ἄνδρα ἑτέρων ἀπόσχοιτο γάμων, ἔχειν μὲν αὐτὴν τὴν χρῆσιν τῆς πρὸ γάμου δωρεᾶς,* [*καθὰ καὶ πρότερον ἐθεσπίσαμεν,*] *ἔχειν δὲ αὐτὴν καὶ δεσποτείας τοσοῦτον, ὅσον ἡ πρὸς τοὺς παῖδας ἀναλογία ποιεῖ, ἵνα κατὰ τὸν τῆς δεσποτείας λόγον ἑνὸς καὶ αὐτὴ* (male vulgo *αὐτῇ*) *παιδὸς πρόσωπον ἔχειν δοκεῖ.* Vir doctissimus *Marezollius*[2]) haec Iustiniani verba ad matrimonia quocunque modo soluta retulit, non tantum ad ea, quae morte mariti dirimuntur. Contra quam *Cuiacio* et *Glueckio* visum est[3]). Non ego hoc loco aliorum scrinia compilabo; hoc unum addam, eandem huius Novellae legis interpretationem haberi et apud Athanasium et apud Theodorum Hermopolitanum. Et Athanasius quidem tit. **9**. const. **12**. haec protulit: *ἡ μὴ δευτερογαμοῦσα γυνὴ πάσης μὲν τῆς πρὸ γάμου δωρεᾶς ἐχέτω χρῆσιν, ἐκδικήσει δὲ καὶ μέρος τῆς δεσποτείας αὐτῆς πρὸς τὸν ἀριθμὸν τῶν παίδων.* Theodorus autem ad Nov. **22**. in Basilicorum ed. Fabroti tomo IV. p. **447**. *τῶν γαμικῶν κερδῶν οἱ μὴ δευτερογαμοῦντες τελείως δεσπόζουσι. μέμνησο τῆς β'. νεαρᾶς. τοῦτο ἀναιρεῖ ἡ ϙη'. νεαρά. πλὴν ἴσθι, ὅτι ἄλλο προστίθησι τῇ εἰρημένῃ ϙη'. ἡ ρκζ'. νεαρά. ἀνάγνωθι οὖν τὰς δύο διατάξεις· σήμερον γὰρ ὁ μὴ δευτερογαμῶν ἑνὸς μόνου παιδὸς ἔχει μέρος κατὰ δεσποτείαν.* Haec quidem Theodorus ad Novellae **127**. tenorem. Cumque uterque Iustinianarum Novellarum interpres generaliter de omnibus omnino matrimoniis locuti esse reperiantur, non dubito, quin exinde ad Marezollianam opinionem adiuvandam ad liquidumque perducendam aliquid utilitatis sit redundaturum.

Verum haec, ut opinor, ad id, quod supra posui, demonstrandum sufficient. Itaque, ne longi esse videamur, hoc loco paullisper subsistimus animi a tali tamque taedioso labore avocandi caussa, et, si quae alia Athanasii librum illustrare videantur, aliis viris doctis in medium adferenda relinquimus. Nos interea, his quasi quibusdam auxiliis adminiculisque freti, ad Iustiniani Novellas et illustrandas et critica arte ac disciplina perpoliendas transibimus, neque committemus, ut, quam ductu auspiciisque viri longe doctissimi *Gustavi Haeneli* administrandam suscepimus provinciam, eandem mature deseruisse videamur.

---

1) Tit. 9. const. 10. *οὗτοι γὰρ μετὰ τῶν οἰκείων γονέων συναναπέμπονται, κἂν ὑπεξούσιοι αὐτοῖς καθεστήκασιν.* Tit. 9. const. 11. *ἐάν τις εἰς τοὺς οἰκείους διαθέμενος παῖδας.* Et tit. 10. const. 2. *κἂν ὑπεκατέστησεν αὐτὴν ὁ ἀνὴρ τῷ οἰκείῳ παιδί.* 2) In libro: *Zeitschrift für Civilrecht und Prozess von Linde*, tom. III. p. 105. 3) Vide l. l. p. 104.

[Τίτλοι[1]] τῶν νεαρῶν διατάξεων[2]) ἐπινοηθέντες[3]) ὑπὸ[4]) Ἀθανασίου σχολαστικοῦ[5]) Ἐμισηνοῦ[6]).

Tituli Novellarum constitutionum dispositi ab Athanasio, advocato, Emiseno.

Α'.

(Περὶ ἐπισκόπων καὶ κληρικῶν καὶ μοναχῶν καὶ μοναστηρίων[7])).

TITULUS I.

De episcopis et clericis et monachis et monastriis.

α'. (νόμος περὶ τοῦ, πῶς δεῖ χειροτονεῖσθαι ἐπισκόπους, πρεσβυτέρους, διακόνους ἀρένας (v. ἄρρενας) τὲ καὶ θηλείας).

Const. 1. Lex de hoc, quemadmodum debeant ordinari episcopi, presbyteri, diaconi et masculi et feminae.

β'. (περὶ ἐπισκόπων καὶ κληρικῶν.)

Const. 2. De episcopis et clericis.

γ'. (ὥσ)τε (ὑ)περ(τ)ιθεμ(ένου)ς τ(οὺς ἄρχοντας[8]) ἀκούει)ν τῶν τοῦ προσι(όντο)ς (δικαίων[9]) συν)ε(λ)αύ(νεσθαι ὑπὸ τῶν ἐπισκόπων[10]) το)ῦτο (πράττειν καὶ τὰ ἑξῆς).

Const. 3. Ut magistratus, qui differunt audire iura adeuntis, compellantur ab episcopis ad hoc faciundum, et quae deinceps.

δ'. (περὶ τοῦ τοὺς κληρικοὺς τοῖς ἐπισκόποις ἀποκρίνασθαι[11])).

Const. 4. Ut clerici episcopis respondeant.

ε'. (περὶ) καθαιρ(έσεως Ἀνθήμου (v. Ἀνθίμου)[12]) καὶ Σευήρου[13]) καὶ[14]) Πέτρου καὶ Ζωορᾶ[15]).

Const. 5. De depositione Anthimi et Severi et Petri et Zoorae.

ς'. (περὶ τοῦ) ἐν ἰδ(ιωτικοῖς[16]) οἴκοις[17]) ἱερὰν μυ)στ(αγωγὴν[18]) μὴ γίνεσθαι).

Const. 6. De hoc, ut in aedibus privatis sacer mysteriorum cultus ne fiat.

ζ'. (περὶ τοῦ μηδένα κτίζειν[19]) εὐκτήριον) οἶ(κον χωρὶς[20]) γνώμης τοῦ ἐπισκόπου καὶ τὰ ἑξῆς).

Const. 7. Ut ne quisquam aedificet oratoriam domum absque episcopi voluntate, et quae deinceps.

η'. (ὥστε τὰς περὶ τὸ) Βιμι(νάκιον γενομέ[21]))νας ὑπὸ (Ῥωμαίους πόλεις ὑπὸ) ἰδικὸν|[22]) ἀρχιεπίσκοπον[23]) εἶναι, μὴ[24]) μὴν ὑπὸ τὸν Θεσσαλονίκης.

Const. 8. Ut civitates circa Viminacium, quae sub Romanorum potestatem redactae sunt, sub speciali sint archiepiscopo, non autem sub Thessalonicensi.

θ'. νόμος περὶ τοῦ ὡρισμένον[25]) εἶναι τὸν ἀριθμὸν τῶν κληρικῶν τῆς μεγάλης ἐκκλησίας καὶ τῶν λοιπῶν ἐκκλησιῶν[26]).

Const. 9. Lex, qua statuitur, ut definitus sit numerus clericorum magnae ecclesiae et reliquarum ecclesiarum.

---

1) Incipit fol. 1. A. Vox τίτλοι deest in Codice. 2) Codex διαταξ. habet. 3) Codex ἐπενιηθέντες. In quo illud quidem apparet, hunc titulum ab ipso Athanasio compositum non esse. Vide, quae prolegomenῶν cap. I. disputavimus. Τίτλοι ἐπινοηθέντες eodem modo dicuntur, quo apud Synesium haec habentur: διὰ κακῶν ἐπινοηθέντων πρός τινῶν. Coniicias et ἐκτεθέντες. 4) Vox ὑπὸ punctis suppositis notata est in Codice, quod est delentium signum. 5) Pro σχολαστικοῦ Codex habet χρ°. Ex subscriptione Codicis fol. 9. B. emendavi. 6) Sic et fol. 9. B. Hoc loco Codex εμισηνου. Totum fol. 1. A. situ corruptum est, ut perpauca legi possint. Quicquid praeter libri inscriptionem legi potuit, a me uncis inclusum est. 7) Leg. μοναστριῶν. Tit. 1. inverso ordine καὶ μοναστριῶν καὶ μοναχῶν. 8) Pro ἄρχοντας Codex habet ᵡᵡ ἀρ. 9) Pro δικαίων Codex habet δικαιων. 10) Codex ἐπισκοπῶν. 11) Codex sic habet. Tit. 1. const. 4. ἀποκρίνεσθαι. 12) Codex εσθωσαν θήμου. 13) Codex Σευῆρον. 14) καὶ deest tit. 1. const. 5. 15) Pro καὶ Ζωορᾶ Codex habet ιρὰ Ζωορα. 16) Codex ἰωτόκοις. 17) Codex οἴκοις. 18) Pro μυσταγωγὴν tit. 1. const. 6. habet λειτουργίαν. 19) Pro μηδένα κτίζειν Codex habet μὴ ἐγκατακτίζειν. 20) Codex χώρις. 21) Pro νάκιον γενομέν Codex habet ναειον γεγονει. 22) Incipit fol. 1. B. 23) Codex ἀρχιεπισκόπων. 24) Codex μη. 25) Tit. 1. const. 9. ὁρισμένον habet. 26) Verba καὶ τῶν λοιπῶν ἐκκλησιῶν desunt tit. 1. const. 9.

Β'.

Περὶ ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων καὶ τίτλων.

TITULUS II.

De ecclesiasticis rebus ac titulis.

1) Pro ι'. Codex habet γ̄. 2) Codex μεταπιθεσθαι. 3) Codex τινες. 4) Tit. 1. const. 12. post ἀφίστανται addit ἕτεροι δὲ ἀντ' αὐτῶν ἀντικαθίστανται. 5) Pro σημείωσαι κανόνα Codex habet σ⁄ κα. 6) Codex ἔχη. 7) Pro δεῖ δικάζεσθαι Codex habet διδισαζεσ. 8) Pro verbo προτέραν habet πρὸ αὐτῆς ιγ'. tit. 1. const. 16. 9) Voces ἡ διάταξις desunt tit. 1. const. 17. 10) Codex προσκομήδης. Incipit fol. 2. A. 11) Tit. 2. const. 1. habet νόμος περί. 12) Codex μι. 13) Pro ἐκποιήσασθαι Codex habet ἐκποιεῖσθαι tit. 2. const. 1. 14) Tit. 2. const. 3. addit τῶν post περί. 15) Codex ἑκατῶν. 16) Codex διαταξις. 17) Codex ἑκατῶν ἐνιαυτῶν. 18) Sic recte tit. 2. const. 9. Hoc loco Codex habet τοὺς λοιπούς. 19) Codex γίνεσθαι. Tit. 2. const. 9. μὴ ὡς ἔτυχε γίνεσθαι.

ι. περὶ τοῖ, τα γήδια[1]) ἢ οἴκους[2]) ἢ ἀμπελῶνας|[3]) καταλιμπανομένους[4]) τῇ ἐκκλησίᾳ Μυσίας εἰς ἀνάρυσιν (v. ἀνάρρυσιν) αἰχμαλώτων, εἰς ἀποτροφὴν[5]) τῶν πτωχῶν καὶ τὰ ἑξῆς.

ια'. περὶ τῶν ἐργαστηρίων τῆς ἐκκλησίας[6]) Κωνσταντινουπόλεως κ. τ. ἑ.

ιβ'. ἡ διάταξις[7]) τάττει[8]) τὰς δαπάνας τὰς ὀφειλούσας γίνεσθαι[9]) περὶ τὰς τῶν τελευτώντων κηδίας (v. κηδείας).

Const. 10. De hoc, ut agri aut domus aut vineae, quae ecclesiae Mysiae relinquuntur ad redemptionem captivorum, ad alimenta pauperum, et quae deinceps.

Const. 11. De officiis ecclesiae Constantinopolitanae, et quae deinceps.

Const. 12. (Haec) constitutio sumtus definit, qui debent fieri in decedentium funeribus.

Γ'.

Περὶ ἑρετικῶν (v. αἱρετικῶν) καὶ Ἰουδαικῶν καὶ Σαμαριτῶν (v. σαμαρειτῶν).[10])

α'. περὶ αἱρετικῶν καὶ γαμετῶν αὐτῶν.

β'. περὶ Σαμαριτῶν (v. Σαμαρειτῶν).

γ'. περὶ Σαμαριτῶν (v. Σαμαρειτῶν), καὶ ἀνεροῦσα (v. ἀναιροῦσα) τὴν πρὸ αὐτῆς[11]).

δ'. ἔδικτον περὶ αἱρετικῶν.

ε'. ὥστε ἄδιαν (v. ἄδειαν)[12]) εἶναι τοῖς βουλομένοις Ἑβραίοις ἐν ταῖς συναγωγαῖς αὐτῶν διὰ τῆς Ἑλληνίδος φωνῆς[13]) ἢ[14]) τῆς Ἰταλικῆς διὰ τῆς τῶν ἄλλων γλώττης συμμεταβαλλομένης[15]) τοῖς τόποις ἀναγινώσκειν τὰς ἱερὰς[16]) γραφὰς καὶ τὰ ἑξῆς.|[17])

TITULUS III.

De haereticis et Iudaeis et Samaritis.

Const. 1. De haereticis et uxoribus eorum.

Const. 2. De Samaritis.

Const. 3. De Samaritis. Ac tollit (haec constitutio) eam, quae ante eam (posita est).

Const. 4. Edictum de haereticis.

Const. 5. Ut licitum sit Hebraeis, si velint, in synagogis suis voce Graeca vel Itala (vel) reliquorum lingua cum locis (ipsis) mutanda legere sacras scripturas, et quae deinceps.

Δ'.

Περὶ ἀρχόντων καὶ δικαστῶν[18]) καὶ τοποτηρητῶν[19]) καὶ δικαιολογίας[20]) αὐτῶν καὶ ἐκδίκων[21]).

α'. περὶ τοῦ τοὺς ἄρχοντας χωρὶς τῆς οἰασοῦν δώσεως (v. δόσεως) γίνεσθαι.

β'. περὶ τῶν πραετόρων[22]).

γ'. μάνδατα παρεχόμενα[23]) σὺν τοῖς κωδικίλλοις τοῖς κατὰ τόπον ἄρχουσι[24]).

δ'. περὶ τοῦ πραίτορος Πισιδίας.

ε'. περὶ τοῦ πραίτορος Λυκαονίας.

ϛ'. περὶ τοῦ πραίτορος Θρᾴκης.

TITULUS IV.

De magistratibus et iudicibus et vicariis et iurisdictione (?) eorum et defensoribus.

Const. 1. De hoc, ut magistratus sine ulla datione fiant.

Const. 2. De praetoribus.

Const. 3. Mandata, quae dantur cum codicillis magistratibus, qui certis provinciis praesunt.

Const. 4. De praetore Pisidiae.

Const. 5. De praetore Lycaoniae.

Const. 6. De praetore Thraciae.

---

1) Codex ταγήδια. 2) Pro οἴκους Codex habet οἰκ. 3) Codex ἀμπελῶνας. Incipit fol. 2. B. 4) Sic Codex tit. 2. const. 10. Codex hoc loco κατὰ λιμπανομένων. 5) Pro εἰς ἀποτροφὴν Codex habet εἰς ἀπὸ τροφήν. Tit. 2. const. 10. habet καὶ ἀποτροφήν. 6) Voces τῆς ἐκκλησίας desunt tit. 2. const. 11. 7) Pro διάταξις Codex habet διατ. 8) Tit. 2. const. 12. πράττει. 9) Pro γίνεσθαι Codex habet πςνεσθαι. 10) Haec inscriptio intercidit librarii ex errore tit. 3. initio. 11) Verba καὶ ἀνεροῦσα τὴν πρὸ αὐτῆς desunt tit. 3. const. 3. 12) Codex ἀδίαν. 13) Codex φώνης. Pro ἑλληνίδος habetur ἑλληνικῆς tit. 3. const. 5. 14) Tit. 3. const. 5. ἢ καί. 15) Pro συμμεταβαλλομένης Codex habet h. l. σύμμετρα βαλλομ. 16) Codex ιεράς. Postea multa desiderantur ex inscriptione tit. 3. const. 5. 17) Incipit fol. 3. A. 18) Pro δικαστῶν Codex habet h. l. διακόνων. 19) Codex tit. 4. addit καὶ ἐκδίκων. 20) Codex tit. 4. habet δικαιοδοσίας. Recte. Nam δικαιολογία est *caussarum adlegatio*. Vide Reitzi gloss. Theoph. p. 1282. 21) Verba καὶ ἐκδίκων desunt tit. 4. 22) Codex πραετορων. 23) Codex παρεχομ. 24) Codex h. l. ἀρχουσι, tit. 4. const. 3. ἄρχουσιν.

ζ'. περὶ τοῦ κόμιτος[1] Ἰσαυρίας.
η'. περὶ τοῦ μοδεράτορος Ἑλενοπόντου[2].
ϑ'. περὶ τοῦ πραίτορος Παφλαγονίας[3].
ι'. περὶ τοῦ ἀνϑυπάτου Καππαδοκίας.
ια'. περὶ διατυπόσεως (v. διατυπώσεως) τῶν δ'. ἀρχόντων Ἀρμενίας.
ιβ'.[4] λὲξ οὔτ Βόνους κ. τ. ἑ.
ιγ'. περὶ τοῦ πάντας ὑπακούειν τοῖς ἄρχουσι τῶν ἐπαρχιῶν.
ιδ'. περὶ τοῦ κοιαίστωρος.
ιε'. περὶ τῶν δικαστῶν.
ις'. ὥστε ἐν μέσῳ δίκης μὴ γίνεσϑαι τύπους[5] ἢ ϑείας κελεύσεις καὶ τὰ ἑξῆς.
ιζ'. ὥστε τοὺς δικαστὰς μὴ ἀναμένειν ϑείας |[6] κελεύσεις, ἀλλὰ τὰ δοκοῦντα[7] αὐτοῖς ψηφίζεσϑαι[8].
ιη'.[9] νόμος περὶ τῶν ἀρχόντων.
ιϑ'.[10] περὶ τοῦ μοδεράτορος Ἀραβείας (v. Ἀραβίας).
κ'.[11] περὶ τοῦ ἀνϑυπάτου Παλαιστίνης.
κα'.[12] περὶ τοῦ πραίτορος Σικελίας.
κβ'.[13] περὶ ἀρχόντων καὶ τοποτηριτῶν (v. τοποτηρητῶν) καὶ διαλύσεων[14] γάμων καὶ τιμωριῶν καὶ ἑτέρων κεφαλαίων.
κγ'.[15] ὥστε τοῦ λοιποῦ μηδεμίαν ἄδειαν[16] ἔχειν τὸν δοῦκα ἢ[17] βίας κωλυτὴν[18] κατὰ Φρυγίαν ἑκατέραν καὶ[19] Πισιδίαν παραγίνεσϑαι[20] καὶ τὰ ἑξῆς.
κδ'.[21] περὶ ἐκδίκων.

Const. 7. De comite Isauriae.
Const. 8. De moderatore Helenoponti.
Const. 9. De praetore Paphlagoniae.
Const. 10. De proconsule Cappadociae.
Const. 11. De descriptione quattuor praesidum Armeniae.
Const. 12. Lex, ut Bonus et quae deinceps.
Const. 13. De hoc, ut omnes obediant praesidibus provinciarum.
Const. 14. De quaestore.
Const. 15. De iudicibus.
Const. 16. Ut in media lite ne fiant formae aut sacrae iussiones, et quae deinceps.
Const. 17. Ut iudices non expectent sacras iussiones, sed quae videantur ipsis, decernant.
Const. 18. Lex de magistratibus.
Const. 19. De moderatore Arabiae.
Const. 20. De proconsule Palaestinae.
Const. 21. De praetore Siciliae.
Const. 22. De magistratibus et vicariis et repudiis et poenis et aliis capitulis.
Const. 23. Ut de reliquo nullam licentiam habeat dux aut biocolyta in utramque Phrygiam et Pisidiam veniendi, et quae deinceps.
Const. 24. De defensoribus.

Ε'.
πεωὶ λιτιγιόσων καὶ[22] ἐκβιβαστῶν καὶ λιτιγατόρων[23] καὶ παραστασίμων καὶ μαρτύρων[24].

α'. νόμος περὶ τῶν ἐκβιβαστῶν καὶ τῶν αἰτιωμένων καὶ ἀνταιτιαϑέντων[25].
β'. περὶ λιτιγιόσων.

TITULUS V.
De litigiosis et executoribus et litigatoribus et iis, qui exhibentur, et testibus.

Const. 1. Lex de executoribus et iis, qui conveniuntur, et iis, contra quos mutua petitio instituta est.
Const. 2. De litigiosis.

---

nem vel per alium modum, ita ut in hoc unum ex liberis eligere non possint. Harum enim (rerum) dominium ad omnes liberos (?) pertinebit, sive parentibus haeredes fiant, sive etiam non, inter quos (liberos) et nepotes, quotcunque sunt, patris sui personam subeunt, videlicet, si avi aut aviae haeredes sunt secundum ea, quae de lucris parentum, qui ad secundas nuptias non transierunt, dicta sunt. Sin autem aliquid ex iis rebus parentes, qui ad secundas nuptias transierunt, alienaverunt, hoc liberi intra triginta annos, qui currere incipiunt ex eo (tempore), quo sui iuris facti sint, vindicare possunt; sin vero impuberes sunt, ex eo (tempore), quo, postquam sui iuris facti sint, pubertatem sint consecuti. Hoc autem minus talium rerum alienationes in solidum confirmantur, si omnes liberi praedefuncti sint. Sin autem ante omnes liberos parentes morientur, alienatio in solidum infirmatur. Si vero unus ex liberis morietur, in hoc tantum lucrum, quod ex casu non existentium liberorum ei parenti, qui superest, competit, contractus firmus erit, quoniam hoc lucrum et ad proprietatem et ad usumfructum ei parenti, qui superest, competet. Caeterae autem res ad reliquos successores defuncti liberi perveniunt. Lege caput 35. et 36. huiusce constitutionis, nolique existimare, de ante nuptias donatione haecce dici ab (hac) constitutione, verum de (reliquis) rebus, quae praeter hanc ad matrem a viro pervenerint. Nam in ante nuptias donatione, nisi omnes liberi praedefuncti erunt, lucrum, quod ex pacto non existentium liberorum venit, mater non percipit, ut infra capite 34. invenies. Si igitur casus non exsistentium liberorum tertiam forte vel dimidiam partem donationis matri praebet, uno ex liberis mortuo, ipsa tantam portionem ex illius successione capit videlicet contemplatione earum rerum, quae per secundum matris matrimonium ad ipsum ex patris substantia pervenerunt; quantam partem, ut dictum est, mater ex donatione lucrifactura erat; sin autem ad secundas nuptias non venerit, certe quidem contemplatione earum rerum, quae non per mediam matris personam, verum principaliter a patre ad filium pervenerunt. Mater, quae filio simul cum fratribus haeres fit, ut in capite 36. (invenies), proprietatem non habebit. Is, qui, cum liberos habeat, ad secundas nuptias transit, coniugi ex sua substantia amplius quicquam dare non potest sub qualicunque praetextu, quam quantum id facit, quod uni ex

---

27) Sic Codex. Non dubito corrigere εἴτε καὶ μή, πᾶσιν διαφέρει τοῖς παισὶν ἐν οἷς καὶ ἔγγονοι et caet. Nov. 22. cap. 25. ἐλεύσεται δὲ τὰ τοιαῦτα τῶν κερδῶν εἰς τοὺς παῖδας ἅπαντας τοὺς ἐκ τῶν προτέρων γάμων. Deinde paullo post ἄλλως τε εἴπερ ἁπάντων τῶν παίδων ὁμοίως κληρονομοῦσιν οἱ γονεῖς καὶ οὐ τὸν μὲν διαδέχονται, τὸν δὲ οὐχ ὁμοίως, ἀνθ' ὅτου μὴ καὶ αὐτοὶ πᾶσιν ἐξίσης τόγε ἐπὶ τούτῳ προσφέρονται, ἀλλὰ τοὺς μὲν ἐπιλέγονται, τοὺς δὲ παρορῶσιν. Vox πᾶς et aliis locis eodem modo ponitur. Infra paullo εἰ μὴ πάντες προτελευτήσουσιν οἱ παῖδες. 28) Codex ὥσοι ἀνῶσιν. 29) Codex εἰ δὲ τι. 30) Pro εἰς tit. 15. parat. §. 13. habent εἴσω. Quod et hoc loco videtur esse reponendum. 31) Codex ἐφ' οὗ. Legendum ἀφ' οὗ. Sic et tit. 15. parat. §. 13. 32) Incipit fol. 131. B. 33) Codex βεβαιοῦται. 34) Pro voce ἀνάγνωθι Codex habet ἀναγνωθ. 35) Codex πρό γάμου (sic). 36) Codex ὑποκατιών. 37) Pro κεφαλαίῳ Codex habet κεφάλαιον. 38) Pro αὐτὴ Codex habet αὐτῇ. 39) Incipit fol. 132. A. 40) Codex εἰδάν. 41) Codex πρωτοτύπ". 42) Pro οὐχ Codex habet οὐκ. 43) Codex habet υἱον. 44) Pro verbis τὸ μὲν γήμαντι Codex habet τὸ μὴ γήματι. Nov. 22. cap. 27. de donatione vitrico vel novercae facienda loquitur. Nisi forte existimandum est, verbis τῷ μὴ γήμαντι Iustiniani sanctionem significari l. l. ταὐτοῦ τούτου φυλαττομένου καὶ ἐπὶ πάππου καὶ μάμμης καὶ προπάππου καὶ προμάμμης καὶ ἐγγόνων ἀρρένων ἢ θηλειῶν καὶ προεγγόνων ὁμοίως, εἴτε ὑπεξούσιοι τυχόν, εἴτε ἐμαγκιπάτοι καθεστήκοιεν, ἐκ τῆς πατρῴας ἢ μητρῴας κατιόντες σειρᾶς. 45) Codex καθοιανδήποτε.

μένου ἐνὶ 46) τῶν παίδων τὸ 47) ἐλάχιστον ἔχοντι 48), τοῦ ἐλαχίστου δηλαδὴ μέρους. εἰ δὲ 49) πλέον ἐπιδοθῇ 50), ἀντὶ μὴ δωθέντος (v. δοθέντος) ἔσται, τοῦ νόμου τοῦτο τοῖς παισὶν φιλοτιμωμένου. τὰ δὲ τῆς τοιαύτης ἐπιδόσεως ἐξ ἐβέντου 51) σκοπηθήσεται καὶ 52) πρὸς τὴν οὐσίαν τὴν εὑρισκομένην 53) κατὰ τὸν καιρὸν τῆς τελευτῆς τοῦ δευτερογαμοῦντος προσώπου. σημείωσαι 54), ὅτι οἱ ἀχάριστοι παίδαις (v. παῖδες) καὶ αὐτοῦ [τοῦ] 55) νομίμου ἀποκλίονται (v. ἀποκλείονται) μέρους, καὶ ὅτι δύνανται οἱ ἀχάριστοι 56) παῖδες τὸ πλέον τῆς ἐπιδόσεως ὡς μὴ ἐπιδοθὲν ἐκδικεῖν. | 57) οἱ ἀπὸ πρώτου καὶ δευτέρου γάμου τεχθέντες παῖδες τὸν μὲν κοινὸν γονέα ἀδιάθετον τελευτῶντα ἐξ ἴσης 58) κληρονομοῦσιν. ἕκαστος δὲ αὐτῶν τὰ ἐκ τοῦ κάσου τῆς προικὸς καὶ πρὸ γάμου δωρεᾶς περιγινόμενα κέρδη τῷ ἰδίῳ (v. ἰδίῳ) γονεῖ κατ᾽ ἐξαίρετον 59) λίψεται (v. λήψεται), κἂν μὴ τρίτοις 60) γάμοις οἱ δεύτεροι ἐνυβρίσθησαν παῖδες. ὅσα δὲ ἕτερα μετὰ τὴν προῖκα ἢ πρὸ γάμου δωρεὰν περιῆλθον 61) πράγματα κατὰ πρεσβεῖον ἢ ἔνστασιν (v. ἔνστασιν) [ἢ] 62) καθ᾽ ἕτερον τρόπον ἐκ τῆς δευτέρας συναφείας εἰς τὸ δευτερογαμῆσαν 63) πρόσωπον, ταῦτα κοινῶς διαδέξονται οἱ ἀπὸ τοῦ προτέρου καὶ δευτέρου γάμου παῖδες τοῦ ταῦτα κερδήσαντος γονέως καὶ μὴ ὁμηλήσαντος (v. ὁμιλήσαντος) [τρίτοις] 64) γάμοις, πλὴν εἰ μὴ ἔφθασεν τινὰ τούτων ἐκποιῆσαι περιὼν 65) ὁ ταῦτα κερδήσας γονεύς, τούτων κρατούντων καὶ ἐπὶ τῶν γενομένων ἐκ ῥεπουδίου διαλύσεων καὶ ἐπὶ τῶν ἀπροίκων συνοικεσίων 66).* οἱ δευτερογαμοῦντες αὔξειν μὲν δύνανται τὰς προῖκας καὶ πρὸ γάμου δωρεάς, μίωσιν (v. μείωσιν) 67) δὲ τούτων ποιεῖσθαι παντελῶς οὐ συγχωροῦνται, ἐν ᾧ παῖδας ἐκ προτέρων ἔχουσιν γάμων. οἱ δὲ μὴ δευτερογαμοῦντες ἀκηνδύνως (v. ἀκινδύνως) ἑκάτερον πράξουσιν. ὁμοίως ἐπιως .... 68) | 69) τὸν κατὰ πρόφασιν προικὸς ἢ πρὸ γάμου 70) δωρεᾶς ἐπιδοθέντα οὐσουφροῦκτον ἐκ τοῦ προτέρου συνοικεσίου 71) δεύτερος ἐπιγενόμενος οὐ λύει γάμος, εἰ καὶ τοῦτο ὁ τελευτήσας ἰδικῶς (v. ἰδικῶς) διετάξατο 72). τὸν 73) δὲ καταλειφθέντα ἢ δωρηθέντα οὐσουφροῦκτον 74) δύναται ὁ καταλείπων 75) κωλύειν ἐκ δευτερογαμίας δοθῆναι. σημείωσαι 76) κανονικῶς εἰρημένων (v. εἰρημένον), ὅτι ὁ 77) νόμος τῆς τῶν ἰδιοτῶν (v. ἰδιωτῶν) γνώμης ἰσχυρότερος ἐστίν. φησὶν γάρ· τὸ ἐκ τοῦ νόμου δεδομένον κέρδος ἰδιώτης (v. ἰδιώτης) παντάπασιν ἀφελέσθαι οὐκ ἰσχύει. τῶν ὁπωσοῦν περιποιηθέντων 78) τοῖς ὑπεξουσίοις εἴτε ἐκ μητρόας (v. μητρῴας) διαδοχῆς, ἢ καθ᾽ ἕτερον τρόπον, τὴν χρῆσιν ἐχέτωσαν δευτερογαμοῦντες οἱ τούτων πατέρες, ἐξῃρημένων καστρενσίων καὶ κονάσι καστρενσίων πεκουλίων 79). τὰ πρὸ τῆς δευτερογαμίας δωρηθέντα τοῖς παισὶν παρὰ τῶν μητέρων οὐ δύναται ἐξ

liberis datur, qui minimum habeat, minima videlicet portio. Si vero plus datum sit, pro non dato erit, lege hoc (ipsum) liberis largiente. Talis autem datio ex eventu spectabitur, et ad hunc substantiae modum exigetur, qui tempore obitus eius personae, quae secundas contrahit nuptias, reperitur. Nota, ingratos liberos et ab ipsa portione legitima excludi, et gratos liberos (?) id, quod in datione plus est, quasi datum non sit, revocare posse. Liberi ex primo et secundo matrimonio procreati communi parenti, qui intestatus moritur, ex aequis portionibus haeredes fiunt. Quivis autem ex ipsis ea lucra, quae ex casu dotis et ante nuptias donationis ad parentem suum perveniunt, tamquam praecipua capiet, etiamsi per tertias nuptias secundi liberi iniuria affecti non sunt. Reliquas autem res, quae praeter dotem vel ante nuptias donationem per liberalitatem aut haeredis institutionem aut alio modo ex secunda coniunctione ad personam, quae secundas nuptias contraxit, pervenerunt, has liberi ex priori et secundo matrimonio eius parentis, qui has lucrifecit et tertias nuptias non contraxit, communiter accipient, nisi si aliquam ex his is, qui eas lucrifecerat, parens, dum vivit, alienaverit, his valentibus et in (nuptiarum) dissolutionibus, quae ex repudio factae sunt, et in indotatis matrimoniis. Ii, qui secundas nuptias contrahunt, dotes et ante nuptias donationes augere quidem possunt, harum deminutionem autem facere omnino prohibentur, si filios ex priori matrimonio habeant. Qui autem ad secundas nuptias non transeunt, impune utrumque facient. Similiter............ Usumfructum, qui praetextu dotis aut ante nuptias donationis ex priori matrimonio datus est, secundae nuptiae supervenientes non solvunt, etsi hoc specialiter is, qui defunctus est, constituit. Relictum autem aut donatum usumfructum is, qui relinquit, prohibere potest ex secundis nuptiis concedi. Nota id, quod regulae loco dictum est, legem privatorum voluntate magis valere. Dicit enim, lucrum, quod ex lege datum est, a privato nullo modo auferri posse. Eorum, quae quocunque modo a filiisfamilias acquisita sunt, sive ex materna successione, sive alio modo, usumfructum habento horum patres, qui ad secundas nuptias transeunt, exceptis peculiis castrensibus et quasi castrensibus. Eas res, quae ante secundas nuptias (contractas) liberis a matribus donatae sunt, mater

46) Codex ἐνί. 47) Pro voce τὸ Codex habet τῷ. 48) Codex ἔχον. 49) Pro verbis εἰ δὲ Codex habet ἔτι δέ. 50) Cod. ἐπὶ δοθῇ. 51) Pro ἐξ ἐβέντου Cod. habet ἐχεβέντου. 52) Pro καὶ Cod. habet ῑε̄. 53) Pro verbis τὴν εὑρισκομένην Codex habet τῆς εὑρισκομένης. 54) Codex σημ̄. 55) Vox τοῦ deest in Codice. 56) Pro ἀχάριστοι tit. 9. parat. §. 12. legisse videntur εὐχάριστοι. Sic sane hoc loco legendum est. Nov. 22. cap. 27. τοιοῦτον δὲ τὸ περιττὸν διαιρήσονται πρὸς ἀλλήλους οἱ κεχαρισμένοι παῖδες τοῖς γονεῦσιν, οὐχ οἱ ἀχάριστοι περὶ τούτους δεικνύμενοι. — τοὺς γὰρ τοιούτους καὶ τῆς ἐντεῦθεν ὠφελείας ἀφαιρούμεθα. 57) Incipit fol. 132. B. 58) Pro ἐξ ἴσης Codex habet ἐξήσεις. 59) Codex καθ᾽ ἐξαίρετον. 60) Codex τριτοῖς. 61) Pro περιῆλθον Codex habet περίλλνθαν. 62) Vox ἢ deest in Codice. 63) Codex δευτερογαμήσαν. 64) Vox τρίτοις a me interposita est, cum in Codice desit. Nov. 22. cap. 29. §. 1. καὶ ὑπὸ τρίτων οὐ σαλευθέντα γάμων. 65) Pro περιὼν Codex habet περὶ ὧν. Nov. 22. cap. 29. §. 1. καὶ παρὰ περιόντων ὃν βούλονται διοικείσθω τρόπον. 66) Codex συνικεσίων. 67) Codex μιῶσιν. 68) Deest in Codice ex errore scribae librarii unus versus, quae lacuna ibi notata non est. Ego suppleo ὁμοίως ἐπὶ μὴ οὖσιν παισὶν ἐκ προτέρων γάμων οἱ δευτερογαμοῦντες. Vide Nov. 22. cap. 31. 69) Incipit fol. 133. A. 70) Codex προγάμου. 71) Codex συνοικεσίου. 72) Codex διετάξετο. 73) Pro τὸν Codex τὸ habet. 74) Codex οὐσουφρουκτον. 75) Codex καταλείπων. 76) Codex σημ. 77) Pro ὁ Codex habet ὅ. 78) Codex περὶ ποιηθέντων. 79) Codex πεκουλίων.

ἀχαριστίας ἀνατρέπειν[80] μήτηρ, εἰ μὴ δειχθεῖεν[81] οἱ παῖδες περὶ τὴν ζωὴν[82] ἢ τὴν ὑπόστασιν ἐπιβουλεύσαντες αὐτῇ ἢ[83] χεῖρας[84] ἐπιβαλόντες αὐτῇ. ἡ δευτερογαμοῦσα τῷ τοῦ[85] δευτέρου ἀνδρὸς χρήσεται προνομίῳ τὲ καὶ ἀξιώματι. ἐάν τις τὴν ἰδίαν (v. ἰδίαν) ἐλευθερώσας δούλην γυναῖκα νόμιμον αὐτὴν προσλάβειται (v. προσλάβηται), | [86] οὐ δύναται αὐτὴ ῥεπουδίῳ[87] διαλῦσαι τὸν γάμον ἢ ἄκοντος αὐτοῦ ἑτέρῳ γαμεῖσθαι. ἡ γὰρ τοιαύτη συνάφεια πορνεία[88] ἐστίν, καὶ οὐ γάμος. δίδωσιν ὁ νόμος προτίμησιν τῇ μητρὶ τῇ μὴ δευτερογαμούσῃ εἰς τὸ τοὺς οἰκείους ἀνάγειν παῖδας. τὸ ἀναδοθῆναι παρὰ τοῦ ἀνδρὸς ἐν συνεστῶτι γάμῳ τῇ γυναικὴ (v. γυναικὶ) τὴν προῖκα χωρὶς τῶν ἐγνωσμένων τῷ νόμῳ αἰτιῶν εἰς δωρεὰν μεταπίπτει, καὶ διὰ τοῦτο οὐκ ἔρρωται. δύναται οὖν ὁ ἀνὴρ καὶ οἱ κληρονόμοι αὐτοῦ, τελευτησάσης τῆς γυναικός, ἐκδικεῖν ταύτην παρὰ τῶν κληρονόμων αὐτῆς μετὰ τῶν ἐν μέσῳ καρπῶν καὶ δευτερογαμῶν[89] φυλάττειν αὐτὴν τοῖς παισίν. δύναται δὲ οὐδὲν ἧττον καὶ τὴν ὁμολογηθεῖσαν, μήπω δὲ καταβληθεῖσαν προῖκα καὶ συνισταμένου τοῦ γάμου καὶ μετὰ θάνατον τῆς γυναικὸς ἀπαιτεῖν ὁ ἀνήρ. ἀναγνώθη (v. ἀνάγνωθι) τὴν πρὸ αὐτῆς διάταξιν ἐν τῷ τέλει. μὴ ἄλλως ἐπιτροπευέτω τῶν γνησίων ἢ φυσικῶν παίδων [ἡ μήτηρ][90], εἰ μὴ ὁμώσῃ (v. ὀμόσῃ)[91] δευτερογαμεῖν. παραβᾶσα δὲ τὸν ὅρκον ὑπόκειται οὐ μόνον ταῖς[92] κατὰ τῶν[93] πρὸ τοῦ πενθήμου (v. πενθίμου) χρόνου γαμουσῶν γυναικῶν ἐπηρτημέναις ποιναῖς, ἀλλ' οὐδὲ ἄνιβον (v. ἄνηβον) τελευτῶντα τὸν υἱὸν κληρονομήσει[94], κἂν | [95] ὑπεκατέστησεν αὐτὴν ὁ ἀνὴρ τῷ οἰκείῳ (v. οἰκείῳ) παιδί[96a]. τὰ δὲ αὐτῆς πράγματα, ὡσαύτως δὲ καὶ τὰ τοῦ δευτέρου αὐτῆς ἀνδρὸς τοῖς ἐπιτροπικοῖς ὑποκείσονται[96b] λόγοις τοῦ παιδός, πλὴν εἰ μὴ πρὸ τῆς δευτερογαμίας ᾔτισεν (v. ᾔτησεν) τῷ παιδὶ ἐπίτροπον καὶ τοὺς λογισμοὺς αὐτῷ παρέθετο καὶ τὰ ἀπὸ τῆς ἐπιτροπῆς ληφθέντα[97] κατέβαλλεν[98]. δευτερογαμῶν ὁ πατὴρ ἀπαιτείσθω παρὰ τοῦ ληγαταρίου παιδὸς τὴν ληγατόρουμ σερβανδόρουμ ἀσφάλειαν[99], εἰ καὶ ταύτην ἐπὶ τῆς προτέρας μένων εὐνῆς[1] οὐκ ἀπαιτεῖται. κληρικὸς δευτερογαμῶν, πρεσβύτερος καὶ διάκονος καὶ ὑποδιάκονος ἐξωθείσθω τῆς χειροτονίας[2], ἀναγνώστης δὲ μὴ προκοπείτω[3]. διγαμῶν[4] δὲ μὴ χειροτονείσθω, μηδὲ χήραν ἢ ἀπολελυμένην ἢ ἐκ πορνίας γίμας (v. πορνείας γήμας)[5]. ἀναγνώθι (v. ἀνάγνωθι) τιτ. α'. διγ.[6] β'. κεφ. κζ' καὶ κη'. περὶ[7] κεκωλυμένων γάμων τοῖς κληρικοῖς καὶ κεφ. νη'. περὶ μνηστείας καὶ γάμου τῶν μονασάντων. τὰ ἐπὶ αἱρέσει τοῦ μὴ δευτερογαμῆσαι καταλιμπανόμενα[8] τινὶ ἢ δωρούμενα[9] ἢ ὁποσοῦν (v. ὁπωσοῦν) φιλοτιμούμενα πρὸ τοῦ ἐνιαυτοῦ μὴ ἀπαιτείσθω, πλὴν εἰ μὴ ἱερωσύνη παρεντεθεῖσα κωλύει τὸν γάμον. μετὰ δὲ τὸν ἐνιαυτὸν ἀσφάλειαν ἀπ | [10] αιτεί-

ex (caussa) ingratitudinis revocare non potest, nisi probatum fuerit, insidias eius vitae aut substantiae a liberis structas esse aut manus ipsi illatas. Ea, quae ad secundas nuptias transit, secundi viri utetur et privilegio et dignitate. Si quis servae suae libertatem largitus uxorem legitimam eam duxerit, ipsa repudio nuptias dissolvere non potest, aut illo invito alii nubere. Talis enim coniunctio fornicatio est, nuptiae non (item). (Haec) lex matrem, quae ad secundas nuptias non transit, in hoc praefert, ut liberos suos educet. Si, matrimonio constante, dos mulieri a viro reddita sit praeter eas caussas, quae a lege agnitae sunt, in donationis speciem (hoc) cadit, ac propterea non valet. Possunt igitur maritus eiusque haeredes, mortua muliere, hanc ab eius haeredibus cum fructibus medii temporis vindicare, et, si ad secundas nuptias transeat, liberis eam servare. Potest autem nihilominus vir et promissam dotem, non tamen numeratam, et constante matrimonio et post uxoris obitum petere. Lege eam, quae ante hanc posita est, constitutionem in fine. Non aliter autem mater liberorum iustorum vel naturalium tutelam suscipito, nisi iuraverit ad secundas nuptias se non transire. Sin autem iusiurandum migraverit, non tantum iis poenis, quae iis imminent mulieribus, quae ante luctus tempus matrimonium ineunt, subiecta est, verum nec impuberi filio morienti haeres fiet, quamvis ipsam pater filio suo substituerit. Res autem eius, similiter vero etiam res secundi mariti eius tutelaribus rationibus filii (hypothecae titulo) obligatae sunt, nisi si ante secundas nuptias filio tutorem petiit et rationes ipsi reddidit eaque, quae ex caussa tutelae accepit, numeravit. A patre, qui ad secundas nuptias transit, filius legatarius cautionem legatorum servandorum exigito, etsi (haec) cautio ab illo, si in priori matrimonio acquiescat, non exigitur. Clericus, qui secundum matrimonium contrahit, si presbyter est, diaconusque et subdiaconus, ordinatione excidito; si lector est, ne promoveter. Qui autem secundas nuptias contrahit, ne ordinator, nec si viduam aut per repudium a viro disiunctam aut ex fornicatione uxorem duxerit. Lege tit. 1. const. (?) 2. cap. 27. et 28. de nuptiis, quae clericis interdictae sunt, et cap. 58. de sponsalibus et nuptiis eorum, qui monasticam vitam amplexi sunt. Ea, quae alicui sub conditione, ne ad secundas nuptias transeat, relinquuntur aut donantur aut (alio) quocunque (modo) per liberalitatem conceduntur, ante annum ne exiguntor, nisi sacerdotium, in medio interposi-

80) Codex ἀνατροπεῖν. Nov. 22. cap. 35. τὸ διδομένον ἀνατρέπειν. 81) Codex δειχθῆεν. 82) Codex ζώην. 83) Loco verborum αὐτῇ ἢ Codex habet αὐτήν. 84) Pro χεῖρας Codex habet χεῖρας. 85) Pro τῷ τοῦ Codex habet τὸ τοῦ. 86) Incipit fol. 133. B. 87) Pro αὐτὴ ῥεπουδίῳ Codex habet αὐτὴν ῥεπούδιον. 88) Codex συναφεία προνεία. 89) Codex δευτερογαμων. 90) Voces ἡ μήτηρ desunt in Codice, sed ob totum sententiarum contextum interponendae fuerunt. Sunt autem etiam tit. 13. parat. §. 20. 91) Codex ὁμώσῃ. Sic tit. 13. parat. §. 10. hunc locum exhibent. Ante δευτερογαμεῖν vox μὴ intercidisse videtur. Nov. 22. cap. 40. εἰ δὲ ἐπιτροπεύοι γυνὴ τῶν παίδων, ὡς ἀνήβων καθεστώτων, διομοσαμένη μὴ πρὸς δεύτερον ἔρχεσθαι γάμον. 92) Pro ταῖς Codex habet τες. 93) Pro τῶν Codex habet τόν. 94) Tit. 13. parat. §. 10. κληρονομεῖ. 95) Incipit fol. 134. A. 96a) Tit. 13. parat. §. 10. παιδίῳ. 96b) Tit. 13. parat. §. 10. ὑπόκεινται. 97) Pro verbis τὰ ἀπὸ τῆς ἐπιτροπῆς ληφθέντα malim τὰ ἀπὸ τῆς ἐπιτροπῆς ἐποφληθέντα. 98) Tit. 15. parat. §. 13. habent κατέβαλεν. Recte. 99) Cod ἀσφαλείαν. 1) Pro εὐνῆς Codex habet ἐν ἧς. 2) Nov. 22. cap. 42. ἐκπίπτειν τῆς ἱερωσύνης διεταξάμεθα. 3) Codex προκοπείσθω. 4) Codex διγάμων. 5) Nov. 22. cap. 42. εἶτα φανείη γυναῖκα ἔχων μὴ ἐκ παρθενίας αὐτῷ συνοικήσασαν, ἀλλ' ἢ διεζευγμένην ἀνδρὸς ἢ ἄλλως οὐκ ἐξ ἀρχῆς εὐθὺς αὐτῷ νομίμως συνελθοῦσαν. 6) Pro διγ. legendum videtur esse διατ. Significatur tit. 1. const. 2. 7) Codex περι. 8) Codex καταλιμπανόμ. 9) Pro δωρούμενα Codex habet δευτερούμενα. 10) Incipit fol. 134. B. Paullo ante Codex ἀσφαλείαν.

σθω ὁ λαμβάνων, ὡς ἀναδίδωσι τὸ ληφθὲν μετὰ τῶν ἐν μέσῳ ἐπαυξήσεων δευτέροις προσομιλῶν γάμοις, καὶ οὕτως ἀπολαυέτω τοῦ καταλελιμμένου (v. καταλελειμμένου). καὶ εἰ μὲν ἀκήνιτον (v. ἀκίνητον)[10b]) καταλειφθέν[11]), διομνύσθω περὶ τῆς εἰς ἀκέραιον τούτου ἀποκαταστάσεως καὶ ὑποτιθέσθω ἐπὶ τούτῳ τὰ οἰκεῖα πράγματα, εἰ καὶ[12]) σιωπηρῶς ὑπόκειντται[13]) ἐκ τοῦδε τοῦ νόμου. εἰ δὲ κηνιτὸν (v. κινητὸν) ἐστὶν τὸ καταλειφθὲν καὶ εὔπορος ἐστὶν ὁ λαμβάνων, ἐπερωτάσθω, ὁποῖον[14]) παρείληφεν[15]) τὸ πρᾶγμα, παρέχειν ἐκ δευτερογαμίας μετὰ τῶν ἐν μέσῳ καρπῶν· εἰ δὲ μὴ ἐστὶν[16]) εὔπορος, ἐγγύας παρεχέτω· ἀπορῶν[17]) δὲ ἐγγυῶν ἐξομνύσθω καὶ οὕτως λαμβανέτω, εἰδὼς ὡς, εἰ[18]) δευτερογαμήσει, παρὰ παντὸς κατέχοντος ἐκδικηθήσεται τὸ πρᾶγμα. [νομισμά]των[19]) δὲ καταλειφθέντων ἀσφαλιζέσθω μετ' ἐγγυῶν, εἰ μὴ εὔπορος ἐστίν, ὡς ταῦτα ἀποδίδωσι δευτερογαμῶν μεθ' ὧν ἂν διομόσοιτο εἰληφέναι τόκων, ἢ εἰ συγχρήσοιτο τοῖς νομίσμασιν[20]), μετὰ τῶν ἀπὸ τρίτου ἑκατοστῆς. ἄπορος δὲ ὢν καὶ μὴ δυνάμενος ἀσφαλίσασθαι ἐξ ἐγγύης[21]), αὐτὸς τὸν ἀπὸ τρίτου ἑκατοστῆς λαμβανέτω τόκον, οὐκ ἄλλως τῶν νομισμάτων[22]) ἢ τῶν πραγμάτων παρεχομένων αὐτῷ ἢ τοῖς κληρονόμοις, πλὴν εἰ μὴ τελευτήσει ἢ | [23]) κληρωθῇ, ἐπὶ πᾶσιν τοῖς εἰρημένοις τῶν τυχηρῶν περιστάσεων κατὰ τοὺς οἰκείους θεωρουμένων νόμους. αἱ δὲ[24]) προλεχθῆσαι (v. προλεχθεῖσαι) ἀσφάλειαι[25]) ἐκείνοις παρεχέσθωσαν, οἷς ἁρμόσει πάντως[26]) ἐκ δευτερογαμίας ἡ[27]) ἀνάδοσις. δύναται δὲ ταύτας συγχορεῖν (v. συγχωρεῖν) ὁ τεστάτωρ. τῶν ἀκινήτων τῆς πρὸ γάμου δωρεᾶς πραγμάτων δευτερογαμοῦσα ἡ μήτηρ ἐχέτω τὴν χρῆσιν, ἐν αὐτοῖς[28]) τοῖς πράγμασιν προνοοῦσα[29]) κατὰ τοὺς νόμους τοῦ μὴ εἰς ἐλάττωσιν ἐλθεῖν ἢ χήρονα (v. χείρονα) ταῦτα γενέσθαι[30]), καὶ προτελευτώντων πάντων τῶν παίδων, τὸν[31]) ἐξ ἀπαιδείας (v. ἀπαιδίας) αὐτὴ[32]) κερδαινέτω κάσον. εἰ δὲ ἐν χρυσίῳ[33]) ἢ ἐν κινητοῖς πράγμασιν ἐστὶν ἡ πρὸ γάμου δωρεά, τὸν ἀπὸ τρίτου ἑκατοστῆς ἀσφαλιζέσθωσαν οἱ παῖδες[34]) παρέχειν αὐτῇ[35]) τόκον, ἐν ᾧ μὴ ἐπὶ κηνιτοῖς καταλειφθήσιν (v. κινητοῖς καταλειφθεῖσιν) πράγμασιν ἐτελεύτησεν ὁ ἀνήρ. εἰ δὲ εὔπορον κατέλιπεν[36]) περιουσίαν, ἐν τῇ αἱρέσει κείσθω τῆς μητρὸς ἢ τὰ πράγματα λαβεῖν καὶ ἀσφαλίσασθαι περὶ τῆς τούτων ἀποκαταστάσεως, ἢ τὸν ἀπὸ τρίτου ἑκατοστῆς τόκον, τῆς αὐτῆς φυλαττομένης διαιρέσεως, καὶ ἡνίκα ἐν κινητοῖς[37]) καὶ ἀκινήτοις πράγμασιν ἐστὶν δωρεά. ἡ μήτηρ δευτερογαμοῦσα οὐ κωλύεται ἐκ διαθήκης τὸν υἱὸν κληρονομεῖν. ἄπαιδος δὲ καὶ ἀδιαθέτου τελευτῶντος αὐτοῦ ἐπὶ μητέρι καὶ ἀδελφοῖς, τῶν μὲν πατρῴων καὶ τῆς πρὸ γάμου δωρεᾶς μόνην ἐχέτω χρίσιν (v. χρῆσιν) κατὰ τὸ εἰρημένον ἐν τοῖς προ-

tum, matrimonium impediat. Post annum autem ab eo, qui accipit, cautio exigitor, se id, quod acceperit, redditurum esse cum medii temporis accessionibus, si ad secundas nuptias transeat, et sic ea re, quae relicta est, fruitor. Ac, si res immobilis relicta est, iuratoriam cautionem exponito de huius rei in solidum restitutione, et propter hoc res suas oppignerato, etsi tacito ex hacce lege obligatae sunt. Si vero res mobilis relicta est, et is, qui accipit, locuples est, stipulatione intercedente promittito, rem talem, qualem acceperit, in casu secundarum nuptiarum se esse redditurum cum medii temporis fructibus; sin autem locuples non est, fideiussores dato; sin autem copiam fideiussorum non habet, cautionem iuratoriam exponito, et sic (rem relictam) accipito, sciens, si ad secundas nuptias transiturus sit, a quocunque possessore rem vindicatum iri. Nummi autem si relicti sunt, siquidem locuples est, satisdationem exponito, fideiussoribus (firmatam), se eos reddere, si ad secundas transeat nuptias, cum iis usuris, quas se accepisse iuraverit, aut, si nummis ipse usus sit, cum usuris trientibus. Sin autem pauper est ac satisdationem exponere per fideiussores non potest, ipse quidem trientes usuras accipito, ita ut nummi aut res non aliter ipsi (eius)ve haeredibus tradantur, nisi morietur aut in clerum adscriptus fuerit, in omnibus iis, quae supra dicta sunt, fortuitis casibus secundum suas leges spectandis (et diiudicandis). Eae, quae supra dictae sunt, satisdationes illis dantor, quibus, si secundae nuptiae ineantur, restitutio omni modo facienda est. Potest autem testator has remittere. Rerum immobilium, quae in ante nuptias donatione sunt, mulier, si secundas nuptias contrahit, usumfructum habeto; contemplatione autem ipsarum rerum secundum leges provideto, ne deminutionem patiantur, aut deteriores fiant, ac, si omnes liberi ante moriantur, ipsa id, quod ex casu non exsistentium liberorum venit, lucrifacito. Sin autem in auro signato aut in rebus mobilibus ante nuptias donatio consistit, satisdationem liberi praestanto, se ei usuras trientes dare, nisi vir relictis rebus mobilibus mortuus sit. Sin autem locupletem reliquit substantiam, mater electionem habeto, utrum res accipere et de earum restitutione satisdare velit, an usuras trientes, eadem distinctione et tunc observanda, cum in rebus mobilibus aut immobilibus donatio consistit. Mater, quae ad secundas nuptias transit, non prohibetur, quominus ex testamento filii haeres sit. Ipso autem sine liberis et intestato moriente, matre et fratribus relictis, rerum quidem paternarum et ante nuptias donationis solum usum-

---

10b) Supple *τὸ καταλειφθέν*. Infra enim *εἴ δὲ κινητὸν ἐστὶν τὸ καταλειφθέν*. 11) Deesse videtur in hac verborum conceptione vox *ἐστίν*, quae vox ob ea, quae antea posita sunt, facile hoc loco excidere potuit. Scribitur enim in codicibus mss. 'ά'. Postea paullo: *εἰ δὲ κινητὸν ἐστιν τὸ καταλειφθέν*. 12) Legendum fortasse *ἃ καί*. 13) Pro voce *ὑπόκειντται* tit. 15. parat. §. 18. habent *κατέχωνται*. 14) Codex *ὅποιον*. 15) Codex *παρείληφθεν*. 16) Codex *ἔστιν*. 17) Codex *ἀπόρων*. 18) Pro *ὡς εἰ* Codex habet *ὡσεί*. 19) Pro *νομισμάτων* Codex habet *τῶν*. Nov. 22. cap. 43. *εἰ δὲ χρυσίον εἴη τὸ καταλελειμμένον*. *Χρυσίον* est autem *aurum signatum*. Vide observationes iuris Romani meas (Lipsiae 1834.) p. 11. *Νόμισμα* est autem *aureus*. Vide Reitzi glossarium Theophilinum p. 1281. 20) Pro *νομίσμασιν* Codex habet *ν̊ ν̊*. 21) Pro *ἐγγύης* Codex habet *ἐγγυός*. 22) Pro *νομισμάτων* Codex habet *ν̊ ν̊*. 23) Incipit fol. 135. A. 24) Codex *αἰ δέ*. 25) Codex *ἀσφαλειαι*. 26) Codex *παντός*. 27) Pro *ἡ* Codex habet *ἤ*. 28) Pro *ἐν αὐτοῖς* Codex habet *ἑαυτοῖς*. 29) Codex *προνοοῦσαν*. 30) Codex *γενέσθω*. 31) Pro voce *τὸν* Codex habet *τά*. Nov. 22. cap. 45. *τοῦ μὲν ἐξ ἀπαιδίας casu τῇ μητρί*. 32) Pro *αὐτὴ* Codex habet *τοῦτο*. 33) Ne puta, Athanasium a Nov. 22. cap. 43. sententia aberrasse. Ipse enim Iustinianus *χρήματα* et *χρυσίον* permutat. Cap. 43. §. 2. *εἰ δὲ πᾶσα καθεστήκοι τυχὸν ἐν χρήμασιν — μὴ ἀπαιτεῖν παρὰ τῶν παίδων χρυσίον*. 34) Codex *ἀσφαλίζεσθαι ὁσὰν οἱ παῖδες*. *Ἀσφαλίζεσθαι* est *satisdare*. Vide Reitzi glossarium Theophilinum p. 1255. 35) Codex *αὐτή*. 36) Pro *κατέλιπεν* Codex habet *κατέλοιπεν*. 37) Codex *κινητῶς*.

λαβοῦσιν. εἰς δὲ τὰ λοιπά, ὅσα μὴ πατρῶθεν περιῆλθαν (v. πατρόθεν περιῆλθον) εἰς τὸν τελευτήσαντα υἱόν, καλείσθω μετὰ τῶν αὐτοῦ ἀδελφῶν, ἑνὸς αὐτῶν πρόσωπον ἐπέχουσα[39]. οὐδεμία δὲ λοιπὸν ἔσται διαφορά, εἴτε ἄρρενες μόνοι, εἴτε θήλειαι[40] καθεστήκασιν[41] καὶ ἑκατέρας[42] φύσεως ἀδελφοί. εἰ δὲ εἷς τῶν ἀδελφῶν τοῦ τελευτήσαντος ἐγκληματικῶς[43] αὐτοῦ [τοῦ][44] περιόντος κατηγόρησεν, ἢ περὶ τὴν ζωὴν ἢ τὴν ὑπόστασιν αὐτοῦ ἐπεβούλευσεν[45], αὐτὸς μὲν ὡς ἀχάριστος ἐκβάλλεται τοῦ κλήρου, τὸ δὲ τούτου μέρος ἡ μήτηρ μετὰ τῶν ἄλλων αὐτοῦ ἀδελφῶν λαμβάνει, χώραν ἐχόντων τῶν εἰρημένων, εἴτε πρὸ τῆς τελευτῆς τοῦ παιδὸς ἐδευτερογάμησεν ἡ μήτηρ, εἴτε καὶ μετὰ ταῦτα. τὸ τελευταῖον κεφάλαιον συμβουλευτικῶς φησὶν ἡ διάταξις παραινοῦσα τοῖς μὴ δευτερογαμήσασιν ἐπὶ μετρίᾳ, μὴ μὴν ἀμέτρῳ[47] ἐπαυξήσει ἐνίους[48] τῶν παίδων τῶν ἄλλων προτιμᾶν. Ἐγρ. πρὸ ιε'. καλανδ. Ἀπριλ. μετὰ τὴν ὑπατίαν (v. ὑπατείαν) Βελησαρίου (v. Βελισαρίου). | [49]

fructum habeto secundum ea, quae in antecedentibus diximus. In reliqua autem, quae non ex patre ad filium defunctum pervenerunt, (mater) una cum eius fratribus vocator, unius ex ipsis personam sustinens. Caeterum nulla erit differentia, sive soli masculi, sive feminae sunt et utriusque sexus fratres. Si vero unus ex fratribus defuncti ipsum, dum vivit, criminaliter accusavit aut vitae aut substantiae eius insidias struxit, ipse quidem, tamquam ingratus, ab haereditate removetur, huius autem portionem mater cum reliquis eius fratribus accipit, iis, quae dicta sunt, locum habentibus, sive ante filii obitum ad secundas nuptias mater migravit, sive etiam post haec. In ultimo capite per modum suasionis (haec) constitutio loquitur, admonens eos, qui ad secundas nuptias non transierunt, ut modico augmento aliquos ex liberis prae reliquis honorent, immodico non item. *Scripta est ante 15. Calendas Apriles post consulatum Belisarii.*

γ'. [50] περὶ τοῦ τὰ ἀκίνητα τῆς πρὸ γάμου δωρεᾶς μὴ ὑποτίθεσθαι, μηδὲ ὅλως[51] ἐκποιεῖσθαι παρὰ τοῦ ἀνδρὸς καὶ τὰ ἑξῆς[52].

Const. 3. De hoc, ut res immobiles, (quae) in ante nuptias donatione (sunt), ne supponantur, neu omnino a viro alienentur et reliqua.

Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς τῷ[53] αὐτῷ. Πρᾶγμα ἐλεεινὸν γίνεσθαι[54] μαθόντες.

Idem imperator eidem. *Rem miserandam fieri cognovimus.* Nov. 61.

Τὰ ἀκίνητα τῆς πρὸ γάμου[55] δωρεᾶς, μηδὲ συναινούσης τῆς γυναικὸς ἐκποιείσθω ἢ ἐνεχυριαζέτω ὁ ἀνήρ, μηδὲ ἐχέτωσαν οἱ λαμβάνοντες ἀσφάλειαν[56], πλὴν εἰ μὴ ἡ γυνὴ δευτέραν ποιήσεται συναίνεσιν μετὰ διετίαν κατὰ τὸ σχῆμα τῶν ἰντερκεσιόνων (v. ἰντερκεσσιόνων), μηδὲ οὕτως ὑπομένουσα πρόκριμα, εἰ μὴ δύναται ἐκ τῆς ἄλλης περιουσίας τοῦ ἀνδρὸς τὸ ἱκανὸν[57] αὐτῇ γενέσθαι ἐπὶ τῇ πρὸ γάμου δωρεᾷ, κἂν πολάκης (v. πολλάκις) συναινέσῃ τῇ αὐτῆς ἐκποιήσει. οἱ μέντοι ἀγορασταὶ καὶ οἱ λοιποὶ οἱ συναλλάξαντες τῷ ταύτης ἀνδρὶ τὰς προσφόρους κατ' αὐτοῦ κινείτωσαν....[58], τούτων κρατούντων καὶ ἐπὶ τῶν ἀκινήτων τῆς προικὼς (v. προικὸς) πραγμάτων. σημείωσαι[59], ὅτι μόνῃ τῇ γυναικὶ κινούσῃ τὸ προνόμιον τῆς προικὸς καὶ[60] δέδοκεν (v. δέδωκεν) ἡ διάταξις τῶν προγενεστέρων[61] τοῦ ἀνδρὸς αὐτὴν προτιμῶσα δανειστῶν. ἀνάγνωθι[62] τὴν ε'. τοῦ τίτλου διάταξιν[63]. Ἐγρά. καλάνδων Δεκεμβρ. βασιλείας Ἰουστινιανοῦ (v. Ἰουστινιανοῦ) τὸ ια'. μετὰ τὴν ὑπατ. Βελησαρίου (v. Βελισαρίου) τὸ β'. | [64]

Res immobiles, (quae) in ante nuptias donatione (sunt), ne consentiente quidem muliere, vir alienato aut supponito, neu ii, qui accipiunt, securitatem habento, nisi si mulier secundum consensum post duos annos interponet ad exemplum intercessionum, ne sic quidem praeiudicium patiens, nisi ex reliqua viri substantia satisfieri ei potest de ante nuptias donatione, etsi in eius alienationem saepe consenserit. Emtores autem et reliqui, qui cum huius marito contraxerunt, eas, quae ipsis adversus eum competunt (actiones), movento, his valentibus et in rebus immobilibus dotalibus. Nota, soli uxori, si agat, privilegium dotis ab (hac) constitutione, quae antiquioribus viri creditoribus ipsam praefert, datum esse. Lege quintam (huius) tituli constitutionem. *Scripta est Calendis Decembr. imperii Iustiniani anno 11. post consulatum Belisarii anno 2.*

---

39) Codex ἐπεχούσαν. 40) Codex θηλεῖαι. 41) Codex καθεσθήκασιν. 42) Pro ἑκατέρας Codex habet ἑτέρας. Tit. 10. const. 9. οἱ κοινοὶ παῖδες ἑκατέρας φύσεως ὄντες. 43) Codex ἐγκληματικ͂. Vide Nov. 22. cap. 47. §. 2. 44) Vox τοῦ deest in Cod. Verum in hoc sententiarum contextu deesse nequit. 45) Cod. ἐπὶ βούλευσεν. 47) Loco verborum ἐπὶ μετρίᾳ, μὴ μὴν ἀμέτρῳ Cod. habet ἐπιμετρίαμηνkαμέτρῳ. 48) Pro ἐνίους Codex habet ἐντούς. 49) Incipit fol. 136. A. 50) Ad marginem ξα'. 51) Index titulorum fol. 5. B. habet ἄλλως pro voce ὅλως. 52) Codex ἐξῆς. 53) Pro τῷ Codex habet τω. 54) Codex γινεσθαι. 55) Codex προγαμου. 56) Codex ἀσφαλεῖαν. 57) Codex ἵκανον. 58) Sic Codex, sed ut nulla lacunae suspicio appareat. Videtur autem deesse vox ἀγωγάς. 59) Codex σημ. habet pro σημείωσαι. 60) Vox καὶ delenda videtur esse. 61) Codex προγινεστέρων. 62) Pro ἀνάγνωθι Codex habet ἀνάγν. 63) Loco verborum τοῦ τίτλου διάταξιν Codex habet τουτ͂ δτ. 64) Incipit fol. 136. B.

δ'. ὥστε την διάταξιν[65]) τοῦ εὐσεβεστάτου βασιλέως Ἰουστινιανοῦ (v. Ἰουστινιανοῦ) τὴν ἐπὶ ταῖς διαδοχαῖς τῶν παίδων τὰ ἐξ ἀπαιδίας εἰσάγουσαν κρατεῖν ἐν τοῖς μετὰ τὴν διάταξιν[66]) συμβαίνουσιν φάκτοις, ἐπὶ δὲ τοῖς[67]) πρὸ αὐτῆς τὴν Λεόντος διάταξιν χώραν ἔχειν[68]).

Const. 4. Ut constitutio piissimi imperatoris Iustiniani, quae in successionibus liberorum ea, quae ex casu non existentium liberorum veniunt, lucra inducit, valeat in iis factis, quae post (eam) constitutionem accidunt, in iis autem, quae ante eam, locum habeat Leonis constitutio.

Nov. 68. Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς τῷ αὐτῷ. *Ἴσμεν τὴν Λέοντος τοῦ τῆς εὐσεβοῦς μνήμης.*

Οὐδὲν πλέον τῆς ἐπιγραφῆς διδάσκει ἡ διάταξις[69]), πλὴν ὅτι ἑρμηνεύουσα[70]) τὴν διάταξιν[71]) τὴν ἐπὶ ταῖς διαχογαῖς[72]) τῶν παίδων τὰ ἐξ ἀπαιδίας εἰσάγουσαν παρακελεύεται τοὺς κληρονόμους τῶν τελευτησάντων παίδων ἢ ἐγγόνων, εἴτε γονεῖς εἶεν, εἴτε ἕτεροι τινές, ἐκεῖθεν ἔχειν τινὰ βοήθειαν[73]), μόνου[74]) τοῦ ἀπὸ τελευτῆς ἐξ ἀπαιδίας συμφώνου μένοντος[75]) καὶ κατὰ δεσποτείαν καὶ κατὰ χρῆσιν[76]) παρὰ τῷ κερδάναντι, τοῦ λοιποῦ δὲ ἐπὶ τοὺς κληρονόμους τῶν τελευτησάντων παίδων καὶ ἐγγόνων ἰόντος. Ἐγράφ... ......[77]).

Idem imperator eidem. *Scimus constitutionem Leonis piae memoriae.*

Nihil amplius, quam quod in inscriptione habetur, (haec) constitutio docet, nisi quod eam, quae in successionibus liberorum lucra, quae ex casu liberorum non existentium veniunt, inducit, constitutionem interpretans, haeredes iubet defunctorum filiorum aut nepotum, sive parentes sunt, sive alii qui, exinde aliquid habere auxilii, ita ut hoc solum, quod mortis caussa in casum non existentium liberorum pacto convenit, maneat et in proprietate et usufructu eius, qui lucrifecit; reliqua autem portio ad defunctorum liberorum et nepotum haeredes perveniat. *Scripta est* ......

[ε'.][78]) ὥστε ἀπαιτήσεως οὔσης (v. οὔσης) προικὸς πρώτης καὶ δευτέρας, δευτερογαμοῦντος τοῦ ἀνδρὸς καὶ τὰ ἑξῆς. |[79])

Const. 5. Ut, si exactio sit dotis primae et secundae, viro ad secundas nuptias transeunte, et reliqua.

Nov. 91. Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς τῷ αὐτῷ. *Πρώην δικαζόντων ἡμῶν.*

Ἐὰν δύο προῖκες ἐκ μιᾶς[80]) κεχρεώστηνται ὑποστάσεως, τὰ μὲν φενόμενα (v. φαινόμενα) ἐξ αὐτῶν οἱ ἑκκατέρας (v. ἑκατέρας)[81]) γαμετῆς ἐκδικείτωσαν[82]) παῖδες, μὴ ἔχοντες ἐν τούτοις[83]) κατ' ἀλλήλων προνόμιον. εἰς δὲ τὰ μὴ φαινόμενα τῆς δευτέρας προικὸς προτιμάσθω περὶ τὰς ὑποθήκας ἡ πρώτη[84]), εἴτε ἐξ αὐτῆς μεθοδεύεται...[85]) παίδων ἢ ἐγγόνων καὶ τῶν ἐφεξῆς κατιόντων, τούτων κρατούντων[86]) καὶ ἐπὶ δημοσίων ὀφλημάτων (v. ὀφλημάτων). κἀνταῦθα γὰρ τῷ προγενεστέρῳ χρέει[87]) τῶν δημοσίων εἴκει[88]) πάντως[89]) τὸ μεταγενέστερον. εἰ, τοῦ μέρους τῆς γυναικὸς βουλομένου[90]) δοῦναι τὴν ἐπαγγελθεῖσαν προῖκα καὶ ἴσως διαμαρτυραμένου περὶ τούτου τὸν ἄνδρα καὶ αὐτὰ παραθεμένου τὰ πράγματα, ὑπερτίθεται ὁ ἀνὴρ ταῦτα δέξασθαι, ὑποκείσθω, ὁπωσδήποτε λυθέντος τοῦ γά-

Idem imperator eidem. *Nuper iudicantibus nobis.*

Si duo dotes ex una substantia debentur, eas quidem res, quae apparent ex ipsis, utriusque coniugis liberi vindicanto, in his inter se (praelationis) privilegium non habentes. Earum autem rerum, quae non apparent, contemplatione doti secundae prima praefertor circa hypothecas, sive ab ipsa (muliere) petitur, (sive ab eius) filiis aut nepotibus et reliquis deinceps descendentibus, his valentibus et in fiscalibus debitis. Nam et hic antiquiori debito fiscali omnino cedit id, quod posterius est. Si, cum pars mulieris dotem promissam dare velit, ac fortasse de hoc maritum contestata sit, et ipsas res deposuerit, maritus has accipere cunctatur, quocunque modo solutum erit matrimonium, ante nuptias

---

65) Codex *διατ.* Ad marginem *ξβ'.* 66) Cod. *διατ.* 67) Codex *ἐπεὶ δὲ τοῖς.* 68) Codex habet *ἔχοι.* 69) Pro *διάταξις* Codex habet *διατ.* 70) Codex *ἑρμηνευσα.* 71) Pro *δάταξιν* Codex *διατ.* habet. 72) Cod. *διαδοχεῖς.* 73) Codex *βοηθείαν.* 74) Codex *νόμου.* Vide Nov. 68. cap. 1. praef. 75) Pro verbis *συμφώνου μένοντος* Codex haec habet *συμφωνούμενον τοῦτο καί.* Quae emendatio confirmatur his Novellae 68. cap. 1. verbis: *μόνου τοῦ ἀπὸ τελευτῆς ἐξ ἀπαιδίας συμφώνου μένοντος καὶ κατὰ δεσποτείαν παρὰ τῷ κερδάναντι.* Athanasius Nov. 68. cap. 1. prooemium recte interpretatus est. Vulgata versio autem vim et potestatem vocum *μόνου τοῦ* non intellexit. 76) Codex *καταχρῆσιν.* 77) Reliqua ex huius Novellae subscriptione in Codice non apparent. 78) Ad marginem *ϙα'.* Caeterum numerus *ε'.* in Codice deest. 79) Incipit fol. 137. A. 80) Codex *ἐκμιάς.* 81) Codex *ἑκκατέρας.* 82) Tit. 15. parat. §. 15. habent *ἐκδικείσθωσαν.* 83) Codex *τούτοῖς.* 84) Codex *ἢ πρώτη.* 85) In Cod. post *μεθοδεύεται* nullum apparet lacunae vestigium. Ego suspicor, quaedam post *μεθοδεύεται* excidisse, velut *εἴτε ἐκ τῶν αὐτῆς.* Quae propter vocis *αὐτῆς* confinium facile excidere potuerunt. Vide Nov. 91. cap. 1. Hanc emendationem manifesto confirmant tit. 15. parat. §. 15.: *εἴτε ἐξ αὐτῆς τῆς γυναικός, εἴτε ἐκ τῶν κατιόντων αὐτῆς μεθοδεύεται (ἡ προίξ).* 86) Pro voce *κρατούντων* Codex habet *κρατο αὐτῶν.* 87) Pro voce *χρέει* Codex habet *χρῆ εἰ.* 88) Codex *εἰκει.* 89) Codex *παντῶς.* 90) Codex *βουλόμενος.*

μου, τοῖς κάσοις τῆς πρὸ γάμου δωρεᾶς. εἰ δὲ ἡ γυνὴ ὑπερτίθεται[91]) δοῦναι τὴν ἐπαγγελθεῖσαν προῖκα, μὴ ἐχέτω λόγον τινὰ περὶ τῆς δωρεᾶς. σημείωσαι[92]) κανώνα (v. κανόνα), ὅτι ὁ δοῦναί[93]) τι βουληθείς, ἐν ᾧ[94]) τὴν λῆψιν ὁ λαβεῖν ἠξιομένος (v. ἠξιωμένος) παραιτεῖται, ὅμοιος ἐστὶν τῷ δεδωκότι. | [95]) Ἐγράφη καλάνδων Ὀκτωβρ. βασιλείας Ἰουστινιανοῦ (v. Ἰουστινιανοῦ) τὸ ιγ'. ὑπατίας (v. ὑπατείας) Ἀπίωνος.

donationis casibus obnoxius esto. Si vero mulier dationem promissae dotis differat, nihil iuris circa donationem habeto. Nota regulam, eum, qui dare voluit, si acceptationem is, qui acceptare rogatus est, recusat, ei, qui dedit, similem esse. *Scripta est Calendis Octobr. imperii Iustiniani anno 13. Apione consule.*

ς'.[96]) περὶ ἰσότητος προικὸς καὶ τῆς διὰ τῶν γάμων δωρεᾶς καὶ ἑτέρων κεφαλαίων[97]).

Const. 6. De aequalitate dotis et propter nuptias donationis et aliis capitulis.

Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς τῷ αὐτῷ. Ἐπειδὴ τὰ πολλὰ τῶν ἐν τοῖς νόμοις ζητήσεων.

Ἡ πρὸ γάμου δωρεὰ ἰσόμετρος[98]) γενέσθω[99]) τῇ προικὶ καὶ παραπλησίους ἐχέτω τοὺς κάσους. ἀνάγνωθι[1]) βι. α'. τοῦ κωδ. τι. ιδ'. ιε'. καὶ ἐν τῷ δὲ[2]) σπονσαλίβους βι. ; γ'. διατ. θ'.[3]) καὶ σύγκρινον τὰ ἀμφότερα. ἡ γυνὴ μεθοδεύουσα τὴν προῖκα πάντων ἐπὶ ταῖς ὑποθήκαις προτιμάσθω τῶν[4]) προγενεστέρων ἐπὶ τισὶν συναλλάγμασιν τοῦ ἀνδρὸς δανειστῶν. ἐπαυξήσεως[5]) προικὸς γιγνομένης (v. γενομένης) χρὴ καὶ τὴν δωρεὰν τῷ ἴσῳ συναυξάνεσθαι ποσῷ[6]). ἐὰν ἐν κινητοῖς πράγμασιν γέγονεν τῆς προικὸς ἡ προσαυξήσης (v. προσαύξησις), ὁ χρόνος σκοπείσθω[7]). εἰ δὲ ἐν ἀκινήτοις, προτιμάσθω. ἐν ταῖς ὑποθήκαις[8]) ὁ μὲν[9]) δανείσας εἰς ἀγορασίαν ἢ ἀνανέωσιν κτήσεως ἢ οἴκου ἢ πλοίου ἢ ἑτέρου τινὸς τοιούτου[10]) τῶν μὲν ἄλλων προτιμάσθω δανειστῶν εἰς ταῦτα[11]), εἰ | [12a]) καὶ προγενέστεροι τυγχάνουσιν[12b]), μόνῃ δὲ παραχωρείτω[13]) προικί, οὐκ ἔτι δὲ καὶ τῇ πρὸ γάμου[14]) δωρεᾷ[15]), κἂν[16]) προτερεύει κατὰ τοὺς χρόνους ἡ αὐτὴ δωρεά. ὁ δὲ εἰς κτῆσιν στρατείας δανείσας καὶ[17]) παρασκευάσας ἐν[18]) τῷ συμβολαίῳ τοῦ δανείσματος ἐγγραφεῖναι (v. ἐγγραφῆναι)[19]) τὸ κυριότερον (v. κυριώτερον)[20]) αὐτὸν εἶναι τῶν ἄλλων δανειστῶν προτιμᾶται καὶ[21]) αὐτῆς τῆς προικός. ἀνάγνωθι[22]) βι. η'. τοῦ κωδ. τι. ιγ'.[23]) διατ.

Idem imperator eidem. *Cum magnam partem in legibus quaestionum.* Nov. 97.

Ante nuptias donatio modum doti aequalem habeto et similes casus. Lege libr. h. Codicis tit. 14. 15. et in libro *de sponsalibus* tit. 3. const. 19. (?), et compara utrumque (caput). Mulier, quae dotem petit, omnibus creditoribus antiquioribus ex contractibus quibuspiam cum marito factis contemplatione hypothecarum praefertor. Si dotis augmentum factum sit, etiam donationem oportet aequali quantitate augeri. Si in rebus mobilibus factum est dotis augmentum, tempus spectator; si vero in rebus immobilibus, praefertor. In hypothecis is, qui ad emendum aut restaurandum praedium aut domum aut navem aut aliud quid tale credidit, reliquis quidem creditoribus in his praefertor, etsi antiquiores sunt; soli autem doti concedito, non tamen ante nuptias donationi, etiamsi ea ipsa donatio tempore prior est. Is vero, qui ad militiam acquirendam credidit, ac fecit, ut in obligationis instrumento scriptum sit, ipsum reliquis creditoribus potiorem esse, et ipsi doti praefertur. Lege libri 8. Codicis tit.

---

91) Codex ὑπερτιθεται. 92) Codex σημ. 93) Pro ὁ δοῦναί Codex habet οὐ δύναται. Nov. 91. cap. 1. ὁ γὰρ δοῦναι βουληθείς. 94) Codex ἐνῶ. 95) Incipit fol. 187. B. 96) Ad marginem ϛ'. 97) Pro κεφαλαίων Codex habet κεφ. 98) Codex ἰσομέτρος. 99) Codex γενέσθ˜. 1) Pro ἀνάγνωθι Codex habet ἀναγν. 2) Codex δε. 3) Pro θ'. legendum videtur ιθ'. Est enim Cod. V. 3. const. 19. Atque etiam alter numerus corruptus est. 4) Pro τῶν Codex habet τῷ. 5) Codex ἐπ' αὐξήσεως. 6) Codex πόσῳ. 7) Codex κοπείσθω. Hanc ego emendationem non absurdam esse arbitror. Nov. 97. cap. 2. εἰ δὲ ἡ γυνὴ ἀκίνητον οὐκ ἔχουσα περιουσίαν ἐν κινητοῖς γράψειε τὴν ἐπαύξησιν, ἴστω τὸ προνόμιον οὐχ ἕξουσα, εἰ μὴ ἐπὶ τῆς ἀρχαίας (sic legendum; male vulgo ἐπαρχαίας) μόνης προικός, οὐ μὴν ἐπὶ τῆς ἐσχηματισμένης ἴσως ἐπαυξήσεως. Postea haec habentur: καὶ βλάπτεσθαι τοὺς ἀνθρώπους ἐκ τοῦ παρ' ἡμῶν ταῖς προιξὶ δεδομένου προνομίου κατ' οὐδένα βουλόμεθα τρόπον. 8) Verba ἐν ταῖς ὑποθήκαις in hac verborum conceptione in Cod. X. adiecta non sunt. Secutus est igitur pravam hancce distinctionem: προτιμάσθω ἐν ταῖς ὑποθήκαις. ὁ μὲν δανείσας. Quamquam enim ea ad superiora trahi possunt, tamen in his, quae sequuntur, omitti nequeunt. Nov. 97. cap. 3. τούτου ἀκόλουθόν ἐστι κἀκεῖνο διορίσασθαι ἐπὶ θέμασι τοιούτοις ἀμφισβητηθέν. ἴσμεν καὶ τῶν πρεσβυτέρων δανειστῶν τινὰς ὑποθήκας περιγίνεσθαι νεωτέρας οὔσας, ἐκ προνομίων ὑπὸ τῶν νόμων αὐταῖς δεδομένων et caet. 9) Vox μὲν deest in Cod. X. 10) Pro τοιούτου in Codice est τοτοῦ'. Pro verbis κτήσεως ἢ οἴκου ἢ πλοίου ἢ ἑτέρου Codex X. habet πλοίου ἢ οἴκου ἢ ἄλλου. 11) Pro verbis τῶν μὲν ἄλλων προτιμάσθω δανειστῶν εἰς ταῦτα Codex X. habet προτιμᾶται τῶν ἑτέρων δανειστῶν. 12a) Incipit fol. 138. A. 12b) In Codice X. est προγενέστεροί εἰσι. 13) Pro παραχωρείτω Codex X. habet παραχωρεῖται τῇ. Recte. Deinde a voce οὐκ ἔτι usque ad verbum δωρεὰ desunt omnia in Codice. 14) Codex προγάμου. 15) Codex δωρεα. 16) Codex καν. 17) καὶ deest in Cod. X. 18) Pro ἐν in Codice X. est δὲ ἐν. 19) Pro verbis συμβολαίῳ τοῦ δανείσματος ἐγγραφεῖναι τὸ in Cod. X. est γραμματίῳ ἐντεθεῖναι. 20) Codex X. κύριωτερον. 21) Codex X. προτιμᾶται οὗτος καί. 22) Codex ἀναγν. habet pro voce ἀνάγνωθι. 23) Laudatur Codicis VIII. 14. (13.) const. 27. Vide Carolum Witte in libro: *Die leges restitutae des Justinianeischen Codex p. 76.*

κζ'. καὶ βi. δ'.[24]) τῶν δὲ ῥέβους τi. γ'. διγ. νβ'. ἐὰν ἔκ τινος κάσου περιβληθῇ[25]) εἰς τὸν πατέρα ἡ ἐπιδοθεῖσα παρ' αὐτοῦ προῖξ[26]) ὑπὲρ τῆς οἰκείας[27]) θυγατρός, ἀνάγκη δευτερογαμούσῃ αὐτῇ εἰς ὁλόκληρον ταύτην ἐπιδοῦναι, ἐν ᾧ τυχὸν ἄπορος[28]) γέγονεν ἐν τῷ μεταξύ, τῶν ἐκ τοῦ κάσου τῆς δωρεᾶς κερδανθέντων κατ' ἐξαίρετον[29]) τῇ θυγατρὶ διαφερόντων καὶ οὐδαμῶς δυναμένου τοῦ πατρὸς ταῦτα οἰκειοῦσθαι, ἀλλὰ μόνην τὴν τούτων ἔχοντος χρῆσιν, ἐφ' ὅσον περίεστιν[30]) χρόνον. ἡ αὐτεξουσία καὶ τελεία[31]) γυνή, εἰς ἀπορίαν μέλλοντος ἐλαύνειν τοῦ ἀνδρός, δύναται καὶ ἐν συνεστῶτι τῷ γάμῳ ἐκδικὴν (v. ἐκδικεῖν) τὴν προῖκα καὶ τὴν διὰ τοὺς γάμους δωρεάν, καὶ τελευτήσαντος τοῦ πατρὸς ἀνάγκην ἔχει συνεισενεγκεῖν τὴν | [32]) προῖκα καὶ οὕτως συμμερίσασθαι τοῖς ἀδελφοῖς, ἢ παρὰ τὴν ταύτης ποσότητα λαβεῖν τὸ πατρῷον. ἡ δὲ[33]) ὑπεξουσία οὖσα[34]), εἰ διεμαρτύρατω (v. διεμαρτύρατο) τὸν πατέρα ἐκδικῆσαι τὴν προῖκα, ὁ δὲ ῥαθυμήσας οὐκ ἐξεδίκησεν, οὔτε δὲ παρέσχεν αὐτῇ ἄδειαν[35]) τοῦ ἐκδικῆσαι τὴν προῖκα, τότε μόνην αὐτὴν τὴν ἀγοιγὴν[36]) τῆς προικὸς συνεισφέρουσα τοῖς ἀδελφοῖς, κληρονομεῖ τὸν πατέρα, τοῦ ἀποτελέσματος τῆς ἀγωγῆς[37]) πάντας κοινῶς ὁρῶντος. εἰ δὲ ἕτερος τὶς καὶ οὐχ ὁ πατήρ, ἀλλὰ τυχὸν ἡ[38]) μήτηρ ἐπέδωκεν τὴν προῖκα, καὶ ἡ συνεισφορὰ περὶ ἐκίνην (v. ἐκείνην) στρέφεται τὴν ἐλπίδα, ἐκ δὲ τῆς τοῦ πατρὸς ἀπηθείας (v. ἀπειθίας) τοῦ μήται (v. μήτε) κινῆσαι κινδυνεύει τὰ τῆς προικός, δύναται ἐπὶ τούτου τοῦ θέματος ἡ θυγάτηρ ὑπερτιθεμένου τοῦ πατρὸς συναπαιτεῖσαι (v. συναπαιτῆσαι) αὐτῇ τὴν προῖκα, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ταύτην ἀπαιτεῖν, τοῦ ἀνδρός, εἰς ὅσον εὐπορεῖ, καταδικαζομένου. καὶ σημείωσαι[39]), ὅτι, ἐφ' ὧν θεμάτων χώρα τῇ συνεισφορᾷ, ἐπὶ τούτων καὶ τῇ παρούσῃ διατάξει, καὶ ὅτι τῆς πρὸ γάμου δωρεᾶς κερδανθείσης ὑπὸ τῆς ὑπεξουσίας καλῶς ἀπαιτεῖ | [40]) τὸν οὐσουφροῦκτον αὐτῆς ὁ ἔχων αὐτὴν ὑπεξουσίαν, καὶ ὅτι κατὰ μόνων τῶν πραγμάτων τοῦ ἀνδρὸς τὸ προνόμιον τῆς προγενεσίας φυλάττεται τῇ γυναικί, οὐ μὴν καὶ κατὰ τῶν ἄλλων τῶν, ὡς εἰκός, τὴν προῖκα ὑποδεξαμένων, τυχὸν κηδευτῶν[41]) καὶ ἀνδραδέλφων ἢ ἑτέρου τινός. Ἐγρά. καλάνδων Δεκημβρίων (v. Δεκεμβρίων) βασιλείας Ἰουστινιανοῦ (v. Ἰουστινιανοῦ) τὸ ιγ'. ὑπατίας (v. ὑπατείας) Ἀπίωνος.

14. (?) const. 27. et libri 8. ex parte *de rebus* tit. 1. dig. 52. Si ex aliquo casu dos, quae ab eo pro ipsius filia data est, ad patrem redierit, oportet, si ipsa ad secundas nuptias transeat, in solidum eam dari, nisi forte medio tempore ad paupertatem redactus fuerit, iis, quae ex casu donationis lucrifacta sunt, praecipui nomine ad filiam pertinentibus, ita ut pater haec in dominium suum nullo modo possit redigere, verum solum usumfructum eorum, quamdiu vivit, habeat. Uxor, quae sui iuris et perfectae aetatis est, cum ad egestatem maritus perventurus est, et constante matrimonio dotem petere potest et ante nuptias donationem, ac mortuo patre cogitur dotem conferre, et sic partiri cum fratribus, aut, deducta huius quantitate, paternam substantiam capere. Ea vero, qnae in (parentis) potestate est, si patrem contestata est, ut dotem peteret, is autem propter negligentiam non petiit, nec vero veniam petendi dotem ipsi dedit, tunc ipsam dotis actionem solam fratribus conferens patri haeres fit, actionis exitu ad omnes communiter spectante. Si vero alius quis, non tamen pater, verum fortasse mater dotem dedit, ac collatio circa illam spem vertitur, ex patris autem contumacia non agentis dotis caussa periclitatur, filia in hoc casu, patre una cum ipsa dotem petere differente, et absque eo hanc petere potest, viro, in quantum facere potest, condemnando. Ac nota, in his casibus, in quibus collationi locus est, et praesenti constitutioni esse locum; ac, donatione ab ea, quae in parentis potestate est, lucrifacta, eius usumfructum ab eo, qui habet eam in potestate, recte peti; et in rebus tantum mariti privilegium antiquitatis servari mulieri, neque in aliis, qui dotem, ut fieri assolet, susceperunt, velut in soceris et mariti fratribus aut aliis quibusdam. *Scripta est Calendis Decembr. imperii Iustiniani anno 13. Appione consule.*

ζ'.[42]) ὥστε μήτε τὸν ἄνδρα τὸ ἐκ τῆς προικός, μήτε τὴν γυναῖκα τὸ ἐκ τῆς πρὸ γάμου[43]) δωρεᾶς κέρδος οἰκειοῦσθαι καὶ τὰ ἑξῆς.

Const. 7. Ut neque vir lucrum ex dote, nec mulier ex ante nuptias donatione in dominium suum redigat et reliqua.

Nov. 98. Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς τῷ αὐτῷ. Τὰ μὲν ἀεὶ καὶ ὡσαύτως[44]) ἔχοντα νόμων οὐ δεῖται ποικίλων.

Idem imperator eidem. *Ea quidem, quae semper et eodem modo sese habent, variis non indigent legibus.*

---

24) Legendum καὶ βi. η'. τῶν δὲ ῥέβους τιτλ. α'. διγ. νβ'. Significatur autem Dig. XIX. 1. fr. 52. §. 2. 25) Codex περὶ βληθέν. 26) Codex προῖξ. 27) Codex οικείας. 28) Hoc loco μὴ ἄπορος legi suadet Nov. 97. cap. 5. τηνικαῦτα μὴ πλεῖον ἀναγκάζεσθαι διδόναι, — εἰ μὴ καθ' ὅσον ἡ τῆς περιουσίας αὐτοῦ δύναται δύναμις. 29) Codex καὶ ἐξαίρετον. 30) Codex περιέστιν. 31) Codex τελεῖα. 32) Incipit fol. 138. B. 33) Pro δὲ Codex habet δε. 34) Codex οὐσα. 35) Codex ἀδείαν. 36) Pro ἀγοιγὴν Codex habet ἀγρ῀. 37) Pro ἀγωγῆς Codex habet ἄγι῀. 38) Pro ἡ Codex habet εἰ. 39) Codex habet σημ̅. 40) Incipit fol. 139. A. 41) Pro κηδευτῶν Codex habet κιθευτῶν. 42) Ad marginem Codicis ιη'. 43) Codex προγάμου. 44) Pro ἀεὶ καὶ ὡσαύτως Codex habet δικαίως αὐτώς.

Καὶ μὴ δευτερογαμούντων γονέων φυλαττέσθω τοῖς παισὶν τὰ ἐκ ῥεπουδίου [ἢ][45]) τελευτῆς γαμικὰ κέρδη κατὰ δεσποτείαν, ἡ δὲ[46]) τούτων χρῆσις τοῖς γονεῦσιν διαφερέτω, τοὺς οἰκείους (v. οἰκείους) ἀποτρέφειν παῖδας ἀναγκαζομένοις. εἰ δὲ καὶ βόνα γραζία[47]) διαλυθῇ γάμος καὶ παρακρατηθῇ ἢ δοθῇ[48]) τι[49]) προφάσει τούτου, οὐδὲν ἧττον καὶ τούτου δεσπόζουσιν οἱ παῖδες, ὡς εἰ[50]) γαμι | [51]) κὸν τυχὸν εἴη[52]) κέρδος, τῆς αὐτῆς δηλαδὴ προχωρήσεως καὶ διαδοχῆς ἁρμοζούσης ἐπὶ τοῖς εἰρημένοις πᾶσιν, ἣν φθάσας ὁ νόμος εἴρηκεν ἐπὶ τοῖς κερδανθεῖσιν ἐκ τῶν δευτερογάμων[53]). Ἐγρ. πρὸ ιζ'. καλανδ. Ἰανουαρίων βασιλείας Ἰουστινιανοῦ (v. Ἰουστινιανοῦ)[54]) ὑπατείας Ἀπίωνος[55]).

Etiamsi ad secundas nuptias non transeant parentes, servantor liberis lucra nuptialia ex repudio aut morte ad proprietatem; horum autem ususfructus pertineto ad parentes, qui liberos suos alere coguntur. Si vero etiam bona gratia nuptiae dissolutae sint et retentum sit aut datum aliquid hoc nomine, nihilominus et huius proprietatem consequuntur liberi, ac si nuptiale forte lucrum esset, eadem videlicet transmissione et successione competente in omnibus his, quae supra dicta sunt, quam lex antea dixit in his, quae lucrifacta sunt ex iis, qui secundas nuptias ineunt. ***Scripta est ante 17. Calendas Ianuarias imperii Iustiniani (anno 13.) Appione cos.***

η'.[56a]) περὶ τοῦ χρόνου τῆς ἐπὶ τῇ προικὶ ἀναργυρίας.

Const. 8. De tempore non solutae pecuniae, (quae) in dotem (constituta est).

Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς τῷ αὐτῷ. Καὶ τὰς ἀναργυρίας τὰς ἀντιτιθεμένας.

Idem imperator eidem. ***Et exceptiones non solutae pecuniae, quae opponuntur.*** Nov. 100.

Εἴσω μὲν διετίας ῥεπουδίῳ ἢ[56b]) θανάτῳ λυθέντος τοῦ γάμου ἐνιαυτὸς[57]) διδόσθω τῷ ἀνδρὶ καὶ κληρονόμοις[58]) αὐτοῦ περὶ ἀναργυρίας μέμφεσθαι τῆς προικός, ἐφ' ᾧ μέντοι τὰ τῆς μέμψεως ἐγγράφως διὰ[59]) δικαστοῦ γενέσθαι καὶ τῷ μέρει γνωσθῆναι τῆς γυναικός. εἰ δὲ ἄχρι δεκαετίας ὁ γάμος διαρκήσει, τρεῖς μῆνες διδόσθωσαν καὶ τῷ ἀνδρὶ καὶ τῷ τούτου κληρονόμῳ εἰς τὴν ἀναργυρίας μέμψιν, ψηφιζόμενοι ἐκ διαλύσεως τοῦ γάμου. εἰ δὲ ὑπὲρ τὴν δεκαετίαν ὁ γάμος ἐπεκταθῇ, οὔτε ὁ ἀνὴρ οὔτε ὁ κληρονόμος αὐτοῦ περὶ ἀναργυρίας τῆς προικὸς κινήσει. ὁ δὲ ἀφῖλιξ (v. ἀφῆλιξ)[60]) ἀνὴρ ἀπὸ καιροῦ | [61]) τοῦ γάμου[62]) μέχρι συμπληρώσεως ἐνιαυτῶν δώδεκα κεχρήσθω τῇ τῆς ἀναργυρίας μέμψει. εἴσω δὲ τούτων τελευτήσαντος αὐτοῦ, ὁ τούτου κληρονόμος, εἰ μὴ ἀφῖλιξ (v. ἀφῆλιξ)[63]) ἐστίν, ἐνιαυτὸν ἐχέτω πρὸς τὸ μέμφεσθαι[64]) περὶ τῆς ἀναργυρίας. εἰ δὲ ἀφῖλιξ (v. ἀφῆλιξ)[65]) ἐστίν, πενταετίαν. σημείωσαι[66]), ὅτι ἀπολήμψεως (v. ἀπολήψεως)[67]) οὔσης προικός, οὐ χόρα (v. χώρα)[68]) τῇ μέμψει, καὶ ὅτι καὶ ἐν συνεστῶτι τῷ[69]) γάμῳ κατὰ τοὺς ἐπιτετραμένους (v. ἐπιτετραμμένους) χρόνους δύναται ὁ ἀνὴρ καὶ ὁ τὴν προῖκα ὑποδεξάμενος μέμφεσθαι περὶ ἀναργυρίας αὐτῆς, καὶ ὅτι, κἂν μερικὴ γένηται καταβολὴ τῆς προικός, οὐδὲν ἧττον κινεῖται τὰ τῆς ἀναργυρίας. Ἐγράφ. πρὸ ιγ'. καλανδ. Ἰαννουαρ.[70]) βασιλείας Ἰουστινιανοῦ (v. Ἰουστινιανοῦ) τὸ ιγ'. ὑπατείας Ἀπίωνος.

Si nuptiae intra biennium repudio aut morte solutae sunt, annus dator viro eiusque haeredibus ad querendum de non numerata pecunia, quae in dote est, dummodo querela certe quidem in scriptis (aut) per iudicem facta sit et ad mulieris partem de ea nuntius allatus. Si vero usque ad decennium matrimonium durabit, tres menses, qui ex dissolutione matrimonii computantur, dantor et viro et eius haeredi ad non numeratae pecuniae querelam. Sin autem ultra decennium nuptiae extensae sint, neque vir, neque eius haeres de non soluta pecunia, quae in dote est, experietur. Vir autem, qui minor est, a tempore contractarum nuptiarum usque ad duodecim annorum completionem utitor non solutae pecuniae querela. Sin autem intra hos ipse defunctus sit, huius haeres, nisi minor est, annum habeto ad querendum de non soluta pecunia; si vero minor est, quinquennium. Nota, ubi de recipienda dote agatur, querelae locum non esse, atque etiam constante matrimonio secundum tempora praestituta virum et eum, qui dotem suscepeiit, de non facta eius solutione queri posse, atque, etiamsi partiaria facta sit dotis solutio, nihilominus non solutionis querelam moveri. ***Scripta est ante 13. Calendas Ianuarias imperii Iustiniani anno 13. Appione consule.***

---

84) Codex γνηπόνων. 85) Codex θαλάσσαν. 86) Codex ὄψε˜. 87) Numerus constitutionis primae in Codice notatus non est. Supplenda est inscriptio ex titulorum indice fol. 8. B. α'. περὶ κηπουρῶν. 88) Pro voce πολλαί, quae in Novella 64. habetur, Codex habet πολλοί. 89) Pro voce διάταξις Codex habet διατ. 90) Codex διατιμουμένων. 91) Codex ὑποταιτῶν. 92) Hoc loco quaedam excidisse totus sententiarum contextus demonstrat. Supple τοὺς κήπους ἀποδιδόναι τοῖς δεσπόταις, id est, *hortos, quos conduxerunt, hortorum dominis restituere.* 93) Pro τὸν δὲ Codex τὸ δέ. 94) Pro voce χέρσον Codex habet χρ̊. 95) Pro voce ἡμερώσαντας Codex habet μερώσαντας. 96) Codex καλανδων. 97) Vox ιω. interpretanda est Ἰωάννου. 98) Numerus β'. in Codice deest. 99a) Pro ἐπὶ index titulorum fol. 8. B. habet περί. 99b) Codex θαλάσσαν. 1) Codex ὄψε˜. Index titulorum fol. 8. B. ἀπόψεως. 2) Pro verbis τῷ αὐτῷ Codex B. habet Λογγίνῳ ἐπάρχῳ πόλεως. Sic et Codex X. 3) Codex B. πράγμα. 4) Codex B. γινόμενον. Sic et Nov. 63. prooem. 5) Codex X. καὶ αὐτῇ. Pro τοπικὴ Κωνσταντινουπόλεως Codex X. habet τῇ οἰκείᾳ Κωνσταντινουπόλει. Codex B. habet καὶ αὐτῇ τῇ οἴκῃ Κωνσταντινουπόλῃ pro verbis καὶ αὐτὴ τοπικὴ Κωνσταντινουπόλεως. 6) Incipit fol. 187. B. 7) Codex B. ἑκατῶν. 8) Codex B. μὴ δένα. 9) Codex habet κτιζόντι, Cod. B. κτήζοντα. 10) Codex ἀποκλύειν, Codex X. ἀποκλείειν. 11) Codex B. κτηθέντος. 12) Pro voce ποινῇ Codex habet ποινήν. Sic et Codex B. et X. 13) Pro ι'. Codex B. habet δέκα. Sic et Codex X. 14) Pro verbis χρυσίου λιτρῶν Codex habet χρ̊/ λλ, Codex B. χρυσίου λίτρας. 15) Codex B. σωφρονίζουσαν. 16) Codex B. et X. τὸν παραβαίνοντα non habent. 17) Subscriptio in Codice B. deest. In Codice X. haec est subscriptio: ἐγράφη πρὸ ιζ'. καλανδῶν Μαρτίων βασιλείας Ἰουστινιανοῦ. 18) Pro numero γ'. numerus β'. in Codice habetur. Ad marginem ρκβ'.

ἤθειαν[19]) λαμβάνειν καὶ διδόναι[20]), ὥσην (v. ὅσην) πρὸ τοῦ θανατικοῦ, καὶ μηδὲν πλέον.

pestem fuit, ac nihil amplius accipiant et dent.

Ὁ αὐτὸς βασιλεύς. Ἔγνωμεν ὡς μετὰ τὴν παίδευσιν.

Idem imperator. Cognovimus, post castigationem. Nov. 122.

Ἐκ τῆς ἐπιγραφῆς δηλοῦται ὁ σκοπὸς τῆς διατάξεως. τοῦτο δὲ ἐξ ἀρχῆς σημείωσαι[21]), ὅτι ὁ πλέον δοὺς ἢ λαβὼν μίσθωμα ἢ τίμιμα (v. τίμημα) τὸ πλέον τριπλάσιον[22]) καταθήσει τῷ[23]) φίσκῳ[24]), καὶ ὡς παρεγγυᾷ[25]) τοῖς ἀρχιτέκτοσιν, καθὼς[26]) πρὼ (v. πρὸ) τοῦ[27]) θανατικοῦ τὰς μητρίσεις (v. μετρήσεις) τῶν ἔργων ποιεῖσθαι. Ἐγρ/ πρὸ ι'. καλαν Ἀπρι βασιλίας Ἰουστινιανοῦ (v. βασιλείας Ἰουστινιανοῦ) τὸ ιζ'. ὑπα. Βασιλείου τὸ γ'. | [28])

Ex inscriptione declaratur finis (huius) constitutionis. Hoc autem ab initio nota, eum, qui plus mercedis aut pretii dedit aut accepit, id, quod plus est, triplum fisco esse soluturum, admonerique architectos, ut eodem, quo ante pestem, modo operum mensuras faciant. *Scripta est anno 10. Calendas Apriles imperii Iustiniani anno 17. (post) consulatum Basilii anno 3.*

ΤΙΤΛΟΣ κβ'.[29])

Περὶ ὑπάτων καὶ ἀξιωματικῶν[30]) καὶ ῥεφερενδαρίων καὶ βοηθῶν ἤτοι μεμωραλίων, καὶ ὥσται (v. ὥστε) τὰς θείας κελεύσεις ὑπογραφὴν ἔχειν τοῦ κοιαίστωρος.

TITULUS XXII.

De consulibus et dignitate ornatis et referendariis et adiutoribus sive memorialibus, et ut sacrae iussiones habeant subscriptionem quaestoris.

α'.[31]) *Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Στρατιγίῳ κώμητι (v. Στρατηγίῳ κόμητι) λαργιτιόνων. Τὸ τῆς ὑπατίας ὄνομα (v. ὑπατείας ὄνομα) τε καὶ πρᾶγμα.*

Const. 1. Idem imperator Strategio comiti largitionum. *Consulatus nomenque et caussa.* Nov. 105.

Μόνος βασιλεὺς ὑπατεύων χρυσὸν ῥιπτέτω, οἱ δὲ ἄλλοι, [εἰ][32]) θέλουσιν, ἄργυρον. μὴ θέλοντες γὰρ οὐκ ἀναγκάζονται. αἱ γυναῖκες τῶν ὑπάτων τῆς αὐτῆς ἀπολαυέτωσαν τιμῆς, καὶ ὁ ὕπατος. τὰς βασιλικὰς φιλοτιμίας κατὰ τὸ παλαιὸν ἔθος λαμβανέτωσαν οἱ ὑπατεύοντες, μόνα παρέχοντες τὰ ἐν τῇ ἀπογραφῇ[33]) περιεχόμενα τῇ ἀποκειμένῃ ἐν τῇ σχολῇ τῶν λαργιτιόνων. οἱ ὕπατοι[34]) ἑπτάκις προερχέσθωσαν[35]) ἐν ὅλῳ τῷ[36]) ἐνιαυτῷ, ἐν[37]) καλάνδαις Ἰανουαρίοις (v. Ἰανουαρίαις)[38]), καὶ ὅτε τὴν ἀρχὴν ἀποτίθενται, καὶ ἡνίκα β'.[39]) θεοροῦσιν (v. θεωροῦσιν) μάππας[40]) καὶ τρία θέατρα καὶ κυνήγια. Ἐγρ/ καλανδ.[41]) Ἰανουαρ βασιλείας Ἰουστινιανοῦ (v. Ἰουστινιανοῦ) τὸ ια'. μετὰ τὴν ὑπατίαν (v. ὑπατείαν) Βελισαρίου τὸ β'[42])

Solus imperator, cum consul est, aurum spargito; reliqui autem, si volunt, argentum: nam, si nolunt, non coguntur. Uxores consulum eodem, quo et consules, honore fruuntor. Imperatorias liberalitates secundum veterem consuetudinem ii, qui consules sunt, capiunto, ea sola praebentes, quae in ea descriptione, quae in schola largitionum deposita est, continentur. Consules septies in toto anno procedunto, Calendis Ianuariis, et, quando magistratum deponunt, et, quando duas mappas spectant et tria theatra et venationes. *Scripta est Calendis Ianuariis imperii Iustiniani anno 11. post consulatum Belisarii anno 2.*

---

19) Codex συνιθήαν habet. 20) Codex habet διαδόναι pro voce διδόναι. Index titulorum fol. 9. A. habet διδόναι. 21) Codex σημ. 22) Pro τριπλάσιον Codex habet τρίπλασιν. 23) Pro voce τῷ Codex habet τό. 24) Pro voce φίσκῳ Codex habet Fίσκῳ. 25) Codex παρεγγυά. 26) Pro voce καθὼς Codex habet καθωσι. 27) Pro verbis πρὼ τοῦ Codex habet πρωτοῦ. 28) Incipit fol. 188. A. 29) In Codice tantum T. κβ'. ad marginem adscripta sunt. Nam in contextu non apparent. 30) Index titulorum fol. 9. A. ἀξιωμάτων. 31) Ad marginem ρε'. Intercidisse videtur primae constitutionis inscriptio περὶ ὑπάτων, quae exstat in indice titulorum fol. 9. A. 32) Vox εἰ in Codice deest. 33) Codex ἀπὸ γραφῇ. 34) Codex ὕπατι. 35) Codex X. προσερχέσθωσαν. 36) Vox τῷ in Codice X. deest. 37) Pro voce ἐν Cod. „. habet. In Cod. B. ἐν non est. Pro ἐν Cod. X. habet τουτέστιν. 38) Pro καλάνδοις Ἰανουαρίοις Codex habet καλανδ Ἰανουαρῖ„ Codex B. καλάνδις Ἰανουαρ. Codex X. Ἰαννουαρίων. 39) Codex B. δύο. Sic et Codex X. 40) Codex B. θεωροῦσι μάπας, Codex X. θεωρῶσι μάμπας. 41) Scribendum πρὸ ι'. καλανδ. Vide Bieneri historiam Novellarum p. 521. 42) Codex B. habet ἐγράφη καλανδῶν Ἰαννουαρίων βασιλείας ι'. Ἰουστινιανοῦ τὸ ια'. μετὰ τὴν ὑπατίαν Βελισαρίου τὸ β'. Codex X. habet ἐγράφη καλανδῶν Ἰαννουαρίων βασιλείας Ἰουστινιανοῦ τὸ ἑνδέκατον μετὰ τὴν ὑπατίαν Βελησαρίου.

[β'.][43]) περὶ τῶν ῥεφερενδαρίων, ὥσται (v. ὥστε) ὀκτὼ αὐτοὺς εἶναι.

Const. 2. De referendariis, ut octo numero sint.

Nov. 10. Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς ...[44]). *Μετὰ τῶν ἄλλων ἁπάντων.*

Idem imperator .... *Cum aliis omnibus.*

Οὐδὲν πλέον τῆς ἐπιγραφῆς. ἔχει ἡ διάταξις κεφάλαια τρία. Ἐγρά/ |[45]) .....

Nihil amplius (sancit), quam quod in inscriptione est. Habet (haec) constitutio tria capita. *Scripta est ....*

[γ'.][46]) περὶ τῶν συγκλητικῶν.

(Const. 3.) De senatoribus.

Nov. 62. Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Ἱωάννη (v. Ἰωάννῃ) ἐπάρχῳ πραιτωρίων. *Antiquissimis temporibus.*

Idem imperator Iohanni praefecto praetorio. *Antiquissimis temporibus.*

Χρὴ τοὺς συγκλητικοὺς ἐν τάξει σηλεντίου[47]) **comentu**[48]) ἀκροᾶσθαι (v. ἀκροᾶσθαι)[49]) τῶν εἰς βασιλέα φερομένων ἐκκλήτων καὶ κονσουλτατιώνων, προκειμένων τῶν ἁγίων εὐαγγελλίων. καὶ τὸ δοκοῦν αὐτοῖς λεγέτω[50]) βασιλεῖ, ἐφ' ᾧ κυρωθῆναι τὴν ψῆφον αὐτῶν. ἐν τοῖς ἱπποδρομίοις καὶ ἐν τοῖς κονβέντοις συνερχομένης τῆς συγκλήτου, καθέζεσθωσαν οἱ ἔπαρχοι καὶ οὕτως οἱ λοιποὶ συγκλιτηκοὶ (v. συγκλητικοὶ) κατὰ τὴν οἰκείαν τάξιν. ὁ ὀρδινάριος ὕπατος προτιμᾶται ὀνοραρίου, κἂν μεταγενέστερος ἐστίν. ὁ ἀπὸ ἀρχόντων κεχρήσθω τῇ τιμῇ[51]), ἣν[52]) εἶχεν πρὸ τῆς ἀρχῆς. ὁ ἰλούστριος (v. ἰλλούστριος)[53]) δύναται γενέσθαι πατρίκιος. Ἐγραφ. *καλάνδων*[54]) *Ἰανουᾶρ βασιλείας Ἰουστινιανοῦ* (v. *Ἰουστινιανοῦ*)....[55]) *μετὰ τὴν ὑπατίαν* (v. *ὑπατείαν*) *Βελισαρίου* ...[56]).

Senatores oportet in ordine silentii conventus(?) appellationes, quae ad imperatorem deferuntur, et consultationes audire, propositis sanctis evangeliis. Atque id, quod iis placet, imperatori dicitor, ut sententia eorum confirmetur. In hippodromiis et in conventibus si senatus conveniat, praefecti sedento, et sic reliqui senatores secundum suum quisque ordinem. Ordinarius consul honorario praefertur, etsi tempore posterior sit. Qui ex magistratu est, eo honore, quem ante magistratum habuit, utitor. Vir illustris patricius fieri potest. *Scripta est Calendis Ianuariis imperii Iustiniani .... post consulatum Belisarii ...*

δ'.[57]) περὶ τῶν βοηθῶν τοῦ κουέστωρος (v. κουαίστωρος).

Const. 4. De adiutoribus quaestoris.

Nov. 35. Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Τριβουνιανῷ κοιαίστορι. *Ἰντερ βιρος*[58]).

Idem imperator Triboniano quaestori. *Inter viros.*

Ἡ διάταξις διατυποῖ[59]) τὰ περὶ τῶν μεμοραλλίων καὶ[60]) τοῖς σκρινίοις τῶν λιβέλων (v. λιβέλλων) καὶ τῶν ἐπιστολῶν, κελεύουσα κϛ'. βοηθοὺς εἶναι τῶν αὐτῶν[61]) σκρινίων, ιβ'.[62]) τῶν μεμόρων, καὶ ἀνὰ ζ'. τῶν ἄλλων β'. σκρινίων· πρὸς τούτοις[63]), ποῖ[64]) καὶ τίνες δύνανται τῶν βοηθῶν ἑτέρους ἀντισάγειν (v. ἀντεισάγειν) |[65]) εἰς τοὺς ἑαυτῶν τόπους. Ἐγρα/. *πρὸ ι'. καλαν Ἰου* (v. *Ἰουλίων*) *ὑπατίας* (v. *ὑπατείας*) *Βελισαρίου.*

(Haec) constitutio sancit de memorialibus (scrinii memoriae) et scriniorum libellorum atque epistolarum, iubens viginti sex esse adiutores eorundem scriniorum, duodecim memoriae, et septenos reliquorum duorum scriniorum. Ad haec (sancit), quae in loca, et, qui ex adiutoribus alios in sua ipsorum loca subrogare possint. *Scripta est ante 10. Calendas Iulias Belisario consule.*

---

43) Numerus β'. in Codice deest. 44) Reliqua ex subscriptione in Codice desunt, ubi tamen nullum lacunae exstat vestigium. 45) Incipit fol. 188. B. Reliqua ex subscriptione desunt, verum sine lacunae suspicione. 46) Numeri γ'. nota a Codice abest. 47) Codex σημεντίου. 48) Sic Codex. In quo illud quidem manifestum est, „*conventum*" significari. Aut fallor, aut ante vocem κομβέντου verba καὶ ἄνευ exciderunt. Nov. 62. excerptum: *quamvis silentium tantum sine conventu senatoribus denunciatum fuerit.* Vide Bieneri historiam Novellarum p. 496. 49) Codex ἀκρᾶσθαι. 50) Pro voce λεγέτω tit. 7. parat. §. 10 habent ἀναφερέτωσαν. 51) Codex τιμή. 52) Pro voce ἣν Codex habet ἥ. 53) Codex ἰλοῦστριος (sic). 54) Codex καλανδων. Bienerus in historia Novellarum p. 517. coniicit, post vocem ἐγράφη diei numerum excidisse. 55) Deesse hoc loco anni significationem satis apparet. 56) Si, quod Bienerus in historia Novellarum p. 517. voluit, legendum sit Βελισαρίου τὸ β'., subscriptio sic emendanda erit: βασιλείας Ἰουστινιανοῦ τὸ ια'. μ. τ. ὑ. Β. τὸ β'. Nam anno 536. haec lex antiquior est, ideo quod anni imperii Iustiniani notati reperiuntur. 57) Ad marginem λε'. 58) Codex sic habet. 59) Codex διατοιποῖ. 60) Hoc loco deesse aliqua videntur. Hoc autem vox καὶ ostendit. Lege μεμοραλίων ἐν τῷ σκρινίῳ τῶν μεμόρων. Nam et infra de tribus scriniis loquitur, et memoriales in omnibus scriniis fuerunt. Nov. 35. *Inter viros devotos memoriales tam sacri nostri scrinii memoriae, quam epistolares nec non libellenses.* Vide const. 10. Cod. XII. 9. 61) Pro verbis τῶν αὐτῶν legendum videtur πάντων τῶν propter ea, quae antecedunt. 62) Codex habet λβ'. pro ιβ'. 63) Codex τοῦτοις. 64) Pro voce ποῖ h. e. *quae in loca* Codex habet ποί. 65) Incipit fol. 189. A. Codex ἀντισαγάγειν.

ε'.[66]) ὥσται (v. ὥστε) ἐπὶ τῶν ἰλουστρίων (v. ἰλλουστρίων) ἐν τοῖς χρηματικοῖς δι' ἐντολέως[67]) πάντως[68]) λέγεσθαι τὰς δίκας καὶ τὰ ἑξῆς[69]).

Const. 5. Ut in viris illustribus pecuniariae lites per procuratorem omni modo agantur et reliqua.

Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Ἰωάννῃ (v. Ἰωάννῃ) ἐπάρχῳ πραιτωρίων. Ὁπόσα[70]) προΐασιν.

Idem imperator Iohanni praefecto praetorio. *Quaecunque procedunt.* Nov. 71.

Οἱ ἀξιωματικοὶ[71]) μέχρι ἰλουστρίων (v. ἰλλουστρίων) τὴν ἰνιουριάρουμ[72]) χρηματικῶς καὶ ἐγκληματικῶς κινείτωσαν τὲ καὶ ὑποδεχέσθωσαν δι' ἐντολέως. ὡσαύτως[73]) δὲ καὶ τὰς χριματικὰς (v. χρηματικὰς) ὑποθέσεις δι' ἐντολέως ἀγωνιζέσθωσαν. οἱ δὲ ἄλλοι πάντες καὶ δι' ἑαυτῶν καὶ δι' ἐντολέως τὰς χρηματικὰς ὑποθέσεις πραττέτωσαν. σημείωσαι[74]), ὅτι τοὺς τριβούνους καὶ κόμητας λαμπροτάτους ἐκάλεσεν. Ἐγρα/. πρὸ νόνων (sic) *Ἰουλίων (v. Ἰουλίων)[75]) βασιλείας Ἰουστινιανοῦ (v. Ἰουστινιανοῦ) τὸ ιβ'. μετὰ τὴν ὑπατίαν (v. ὑπατείαν) ιω.*

Ii, qui in dignitatibus sunt usque ad illustres (personas), actionem iniuriarum pecuniarie et criminaliter per procuratorem et movento et suscipiunto. Eodem modo autem etiam caussas pecuniarias per procuratorem exercento. Reliqui autem omnes et per semet ipsos et per procuratorem caussas pecuniarias tractanto. Nota autem, tribunos et comites dictos esse (ab hac constitutione) viros clarissimos. *Scripta est ante Nonas Iulias imperii Iustiniani anno 12. post consulatum Iohannis.*

[ς'.][76]) περὶ τοῦ τὰς θείας κελεύσεις ἔχειν ὑπογραφὴν τοῦ κουαέστορος.

(Const. 6.) De hoc, ut sacrae iussiones subscriptionem quaestoris habeant.

Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Θεοδότῳ ἐπάρχῳ πραιτορίων (v. πραιτωρίων). Nostrae serenitatis[77]) solicitudo.

Idem imperator Theodoto praefecto praetorio. *Nostrae serenitatis sollicitudo.* Nov. 114.

Μηδεὶς ἄρχων ἢ δικαστὴς προσδεχέσθω θείαν κέλευσιν μὴ δηλοῦσαν ἐναργῶς διὰ τῆς ὑπογραφῆς τοῦ κοιαίστορος, μεταξὺ τίνος[78]) ἐξεφωνήθη, καὶ τίνι[79]) κατεπέμφθη |[80]) καὶ διὰ τίνος[81]). ἡ δὲ ταύτης ἀμοιροῦσα[82]) τῆς ὑπογραφῆς[83]) ἀνίσχυρος ἔστω καὶ ὁ ταύτην ἐγχειρήσας, ὡς πλαστογράφος, τιμωρείσθω. Ἐγρα/. καλαν. Νοεμβρίων[84]) βασιλείας Ἰουστινιανοῦ (v. Ἰουστινιανοῦ) τὸ ιε'. ὑπατείας Βασιλείου.

Nullus magistratus aut iudex sacram suscipito iussionem, quae per subscriptionem quaestoris dilucide non declarat, inter quem edita sit, et cui missa sit, et per quem. Ea autem, quae huius subscriptionis expers est, invalida esto, atque is, qui hanc ingerit, tamquam falsarius punitor. *Scripta est Calendis Novembribus imperii Iustiniani anno 15. Basilio consule.*

Τὰ παράτιτλα τοῦ τίτλου.

Paratitla (huius) tituli.

§. 1. Τι. δ'. *διατ. α'. Κωλυέτω[85]) ὁ ἄρχων τοὺς ἀξιωματικοὺς ἀδικεῖν, τῶν ἀξιωμάτων αὐτοὺς παραλύων μετὰ τὸν ἔλεγχον τῶν ἀδικημάτων. — Μηδεὶς ἐπὶ ἐγκλήματι ἢ εἰσπράξι* (v. *εἰσπράξει*) *δημοσίων ἢ δημοτικῇ[86]) ἀταξίᾳ φόρου παραγραφὴν ἢ ἀξίωμα ἢ προνόμιον[87]) ἀντιτιθέτω τῷ ἄρχοντι.*

§. 1. Tit. 4. const. 1. Prohibeto magistratus eos, qui in dignitatibus sunt, quominus iniuriam faciant, dignitatibus eos spolians post factam (harum) iniuriarum probationem. — Nemo in caussa criminali aut publicorum tributorum exactione aut populari seditione fori praescriptionem aut dignitatem aut privilegium magistratui opponito. Nov. 8.

§. 2. [*Διατ. γ'.*][88]) *Μηδεὶς ἀδικῶν, κἂν ἀξιωματικὸς ἢ δυνάστης ἐστίν, ἐχέτο* (v. *ἐχέτω*) *φόρου παραγραφήν. πᾶσαν ἄδικον προστασίαν κωλυέτω ὁ ἄρχων. — Καὶ μὴ συγχωρείτω τινὶ τῶν ἀξιωματικῶν ἢ ἄλλων ἐν δυνάμει ὄντων ἀλλοτρίοις οἴκοις* (v. *οἴκοις*) *ἢ ἀγροῖς[89]) ἢ πράγμασιν σανίδας ἐξ οἰκείας προσιγορίας* (v. *προση-*

§. 2. (Const. 3.) Nemo, qui delinquit, etsi in dignitate sit vel dynasta, fori praescriptionem habeto. Omne iniustum patrocinium magistratus prohibeto. — Nec concedito cuiquam ex iis, qui in dignitate sunt, aliisve, qui in potestate sunt, alienis domibus aut agris aut rebus titulos suo ipsorum Nov. 17.

---

66) Ad marginem *εα'.* 67) Codex *διεντολέως.* 68) Codex *παντος* habet pro *πάντως.* 69) Codex *ἐξ ῆς.* 70) Pro voce *ὁπόσα* Codex habet *ὁποσα.* 71) Pro voce *ἀξιωματικοὶ* Codex habet *ἀξιωματικοῖς.* 72) Codex *ἰνϒριάρουμ.* 73) Codex *ὡς [illegible]τως.* 74) Codex habet *σημ.* 75) Codex *Ἰουλῖ.* 76) Numerus constitutionis in Codice deest. Ad marginem *ρια'.* 77) Pro verbis *nostrae serenitatis* Codex habet *nostra serenitas.* 78) Codex *τινός.* 79) Pro voce *τίνι* Codex habet *τινί.* 80) Incipit fol. 189. B. 81) Codex *διά τινος.* 82) Pro *ἀμοιροῦσα* Codex habet *ἀμοροῦσα.* 83) Pro voce *ὑπογραφῆς* Codex habet *ὑπὸγρα.* 84) Codex *Νοεμβρῖ.* 85) Pro *κωλυέτω* tit. 4. const. 1. habet *εἰργέτω.* 86) Codex habet *δημοτική.* 87) Verba *ἢ ἀξίωμα ἢ προνόμιον* tit. 4. const. 1. desunt. 88) Voces *διατ. γ.* in Codice desunt. 89) Post vocem *ἀγροῖς* tit. 4. const. 3. interponit *ἢ ἐργαστηρίοις.*

γορίας) τιθέναι[90]). — *Οὐδεὶς ἀδικῶν ἐκ προνομίου ἢ ἀξίας ἢ δυναστίας* (v. *δυναστείας*) *τὴν τοῦ ἄρχοντος ἐκφεύγει δικαιοδοσίαν.*

nomine ponere. — Nemo, qui delinquit, ex privilegio aut dignitate aut dynastia magistratus iurisdictionem effugit.

Nov. 15. §. 3. *Διατ. κδ'. Οἱ ἐν ταῖς πόλεσιν ὑπειλημένοι* (v. *ὑπειλημμένοι*), *κἂν*[91]) *ἀξιωματικοὶ εἰσίν, κατὰ κύκλον*[92]) *τὰς ἐκδικείας* (v. *ἐκδικίας*) *τῆς ἰδίας* (v. *ἰδίας*) *πατρίδος ἐπὶ διετίαν μετιέτωσαν* (v. *μετίτωσαν*)[93]).

§. 3. Const. 24. Qui in civitatibus continentur, etsi in dignitate sint, in orbem defensiones patriae suae per biennium suscipiunto.

Nov. 22. §. 4. Τί. ζ'. *διατ. α'. Τὰ περὶ τῶν ὀφειλόντων ὑπουργεῖν ἐν ταῖς ἀκροάσεσιν τῶν ἐν Κωνσταντινουπόλει γυμναζομένων ἐκκλήτων διατυποῖ ἡ διάταξις.* | [94])

§. 4. Tit. 7. const. 1. De his, qui in earum appellationum, quae Constantinopoli exercentur, cognitionibus ministrare debent, (haec) constitutio sancit.

Nov. 23. §. 5. *Διάτ. β'. Ὅτι πάντες οἱ δοῦκες σπεκταβίλιοι εἰσίν.*

§. 5. Const. 2. Omnes duces sunt viri spectabiles.

Nov. 38. §. 6. Τί. ή.[95]) *διατ. α'. Πατρικιότης καὶ ὑπατία* (v. *ὑπατεία*) *καὶ στρατιλασία* (v. *στρατηλασία*) *καὶ ἐπαρχότης ἔμπρακτοι ἐλευθεροῦσι βουλῆς.*

§. 6. Tit. 8. const. 1. Patriciatus et consulatus et magisterium militum et praefectura, quae in actu constituta sunt, a curia liberant.

Nov. 117. §. 7. Τί. ί. *διατ. θ'. Οἱ ἀξιωματικοὶ μέχρι ἰλουστρίων* (v. *ἰλλουστρίων*) *χωρὶς προικόων* (v. *προικῴων*) *συμβολαίων νόμιμον*[96]) *οὐ δύνανται*[97]) *συναλλάττειν γάμον. τὸ αὐτὸ καὶ ἡ β'. τοῦ ια'. τί. διατ. φησίν*[98]).

§. 7. Tit. 10. const. 9. Ii, qui in dignitatibus sunt usque ad illustres, sine dotalibus instrumentis legitimas nuptias contrahere non possunt. Idem et 2. constitutio tituli 11. dicit.

Nov. 81. §. 8. Τί. ιή. *διατ. γ'. Ὁ ἔμπρακτος ὕπατος*[99]) *καὶ ἔπαρχος πραιτωρίων καὶ ὁ τῆς πόλεως*[1]) *καὶ ὁ στρατηλάτης καὶ ὁ ἀξίαν ἔχων ἀπὸ ὑπάτων, ἐπίσκοπος*[2]) *ἐλευθεροῦται*[3]) *ὑπεξουσιότητος.*

§. 8. Tit. 18. const. 3. In actu constitutus consul et praefectus praetorio et urbi et magister militum et is, qui dignitatem habet consularem, episcopus a parentum potestate liberatur.

Nov. 128. §. 9. Τί. κ'. *διατ. α'. Τὰ λογοθέσια*[4]) *τῶν ἀνικόντων* (*ἀνηκόντων*) *ταῖς πόλεσιν πόρων ἀξιωματικοῖς ὁ βασιλεὺς παραδίδωσιν κατὰ τὸν τύπον τῆς διατάξεως.*

§. 9. Tit. 20. const. 1. Ratiocinia vectigalium, quae ad civitates pertinent, imperator iis, qui in dignitate sunt, committit secundum formam (huius) constitutionis.

---

90) Pro voce *τιθέναι* tit. 4. const. 3. habet *ἐπιθεῖναι*. 91) Pro *κἂν* tit. 4. const. 24. habet *εἰ καί*. 92) Cod. habet *κατακύκλον*. 93) Codex *μετιετωσ̈*. Tit. 4. const. 24. *μετίτωσαν*. 94) Pro *διάταξις* Codex habet *διατ*. Incipit fol. 190. A. 95) Pro *τί. ή*. Codex habet *τῆ*. 96) Codex habet *νομιμον*. 97) Codex *δύναται*. 98) Pro *φησίν* Codex habet *φη*. 99) Vox *ὕπατος* tit. 18. const. 3. deest. 1) Verba *πραιτωρίων καὶ ὁ τῆς πόλεως* tit. 18. const. 3. desunt. 2) Pro voce *ἐπίσκοπος* Codex habet *ἐπίσκ*. Malim tamen *καὶ ὁ ἐπίσκοπος*. 3) Post vocem *ἐλουθεροῦται* tit. 18. const. 3. addit *τῆς*. 4) Codex habet *λογοθεσίᾳ*.

ANONYMI SCRIPTORIS
LIBELLUS
ΠΕΡΙ ΔΙΑΦΟΡΩΝ ΑΝΑΓΝΩΣΜΑΤΩΝ.

PROLEGOMENA.

Operae pretium facturi videmur, qui ad Athanasii de Iustiniani Novellis commentarium librum *περὶ διαφόρων ἀναγνωσμάτων* adiiciamus, ad vetustissimorum codicum manuscriptorum fidem emendatum. Sunt autem hi:

I. Codex Regiae, quae Lutetiae Parisiorum habetur, bibliothecae, qui inter Graecos eius bibliothecae libros manuscriptos numero **1381.** signatus est, nostrum libellum inde a fol. 190. A. usque ad fol. 193. B. habet. Desinit autem in §. 19. his litteris: *ὡς* .. (desunt duae litterae) *ο ἐκπεσο* ... (desunt aliqua ex ultimo versu). Eum codicem in prolegomenῶν, quae Athanasio Scholastico adiecta habentur, capite quinto satis descripsi, eaque res in caussa est, quare ea, quae iam supra exposita sunt, hoc loco praetermittere apud animum constituerim meum. Hunc ego librum manu exaratum nuda *Codicis* voce designare decrevi. In quo tamen bene cavendum a praeiudicata quorundam opinione, qui hunc libellum quasi quorundam paratitlorum loco titulo Athanasii Scholastici vigesimo secundo adiectum esse censeant[1]). Enimvero titulus vigesimus secundus, ut intuenti cuique in ea, quae typis exscribenda curavimus, apparebit, sua habet paratitla, quae quam non recte a nostri Codicis scriba calligrapho cum libello *περὶ διαφόρων ἀναγνωσμάτων* coniuncta habeantur, vel ordo seriesque titulorum et constitutionum, quae in iis referuntur, docere debebat. Tituli XXII. in paratitlis hae constitutiones relatae sunt: §. 1. tit. 4. const. 1. — §. 2. tit. 4. const. 3. — §. 3. tit. 4. const. 24. — §. 4. tit. 7. const. 1. — §. 5. tit. 7. const. 13. — §. 6. tit. 8. const. 1. — §. 7. tit. 10. const. 9. — §. 8. tit. 18. const. 3. — §. 9. tit. 20. const. 1. Atqui libellus *περὶ διαφόρων ἀναγνωσμάτων* denuo incipit hoc modo: §. 1. tit. 1. const. 2. — §. 2. tit. 2. const. 1. — §. 3. tit. 2. const. 5. — §. 4. tit. 4. const. 3. et caetera. Itaque satis apparet, cum et reliqua reliquorum titulorum paratitla singulas singulorum titulorum constitutiones ad eandem rationem referre soleant, ab his libelli *περὶ διαφόρων ἀναγνωσμάτων* verbis: *τί. α'. διατ. β'. μηδεὶς ἀποκρισιάριος* etc. quasi nova quaedam incipere, quae parum recte cum superioribus coniungantur. Huc accedit de utriusque rei argumento magna inter utrumque librum dissensio. Nam in paratitlis tituli vigesimi secundi ea fere referuntur, quae ad huius tituli argumentum de reliquo Athanasiani operis tenore videri poterant esse praetermissa; contra ea in libello *περὶ διαφόρων ἀναγνωσμάτων* ea reperiuntur, quae, cum ad tituli vigesimi secundi tenorem nihil pertineant, ab huius tituli paratitlis aliena forent, ut quae alienissima. Totam denique rem index titulorum, qui in Codice habetur, fol.

1) Vide V. Clar. *Zachariaeum* in libro *αἱ ῥοπαί* p. 34.

6. A. illustrare videtur. Ibi cum singulae tituli vigesimi secundi constitutiones relatae sint, post ista: ϛ'. περὶ τοῦ τὰς θείας κελεύσεις ὑπογραφὴν ἔχειν τοῦ κοιαίστορος haec habentur: ζ'. περὶ διαφόρων ἀναγνωσμάτων κγ'. Ut proinde non satis constet, utrum nostri Codicis scriba libellum περὶ διαφόρων ἀναγνωσμάτων pro tituli vigesimi secundi constitutione septima, an pro titulo vigesimo tertio habere maluerit. Itaque satis apparet, etiam ab huius indicis compilatore hunc libellum pro tituli 22. paratitlis habitum non esse.

II. Codex Graecus, qui inter libros eiusdem bibliothecae manuscriptos numero 1347. signatus est, descriptus ille quidem a catalogi Regiae bibliothecae compilatoribus tom. II. p. 300. B. Est chartaceus, saeculi, ut et V. Cl. *Eduardo Zachariaeo*[1]) placet, decimi sexti. Continet eclogam Basilicorum, Novellas imperatorum Graecorum selectas, Cosmae magistri sententias περὶ παροίκων, partitionem brevem Digestorum, ῥοπάς, aliam Novellarum Byzantinarum collectionem, eclogam Novellarum Leonis, Sisinnii patriarchae de incestis nuptiis epistolam, librum de actionibus, mensurasque geometricas. In eo codice nostrum libellum haberi *Zachariaeus* me docuit, proque ea, qua est, humanitate scripturae varietatem ex eo enotatam mecum communicare voluit. Is libellus post ῥοπάς positus videtur esse.

III. Codex Graecus, qui inter eiusdem bibliothecae libros numero 1351. signatus est, descriptus ille quidem a catalogi Regiae bibliothecae compilatoribus tom. II. p. 301. A. Est chartaceus, saeculi, ut et V. Cl. *Eduardo Zachariaeo* placet[2]), decimi quinti. Continet, auctore *Zachariaeo*[3]), eclogam Basilicorum, Novellas imperatorum Graecorum selectas, eclogam Novellarum Leonis, aliam Byzantinarum Novellarum collectionem, iurisiurandi de iis, qui munera obeunt, formulam, Eustathii magistri libellum de hypobolo, anonymi scriptoris de contumacia, tutela, peculio castrensi et paganico librum, ῥοπάς, libellum περὶ διαφόρων ἀναγνωσμάτων (fol. 427.), lexica, quibus voces iuris declarantur, quattuor, septem Sapientium apophthegmata, de mensuris fragmentum, Matthaei monachi de officiis magnae ecclesiae et aulae Constantinopolitanae versus politicos, postremo, quae tantum bibliopegi errore in hunc codicem translata sunt, Michaelis Pselli de gradibus cognationis epistolam, Iohannis Xiphilini de sponsalibus opuscula duo, aliam Byzantinarum Novellarum collectionem, denique de haeresibus fragmentum. In eo codice nostrum libellum haberi *Zachariaeus* primus me docuit idemque etiam scripturae varietatem ex eo libro mihi suppeditavit.

IV. Codex Graecus, qui inter libros eiusdem bibliothecae manuscriptos numero 1357. A. signatus habetur, descriptus ille quidem a catalogi eiusdem bibliothecae compilatoribus tom. II. p. 620. Est membranaceus, partim saeculi decimi quarti. Continet autem synopsin Basilicorum, Novellas imperatorum Byzantinorum, Sisinnii patriarchae synodicon, ne duo fratres duas consobrinas uxores ducant, Athanasii patriarchae quaedam, sedium metropolitanarum catalogum, anonymi lexicon, quo iuris verba declarantur, Moschionis hypothecas, aliud iuris lexicon. In eo codice ῥοπάς et libellum περὶ διαφ. ἀναγνωσμάτων inesse docuit V. Cl. *Eduardus Zachariaeus*[4]), qui idem eius libri varias lectiones mecum communicavit. Quae quidem scripturae varietas, cum fere semper cum eius, quem secundo loco posui, codicis testimonio consentiat, digna visa non est, quae in notis commemoretur, nisi si quid ab huius libri fide abit.

V. Codex Vindobonensis, qui inter Caesareae bibliothecae supplementa numeris XLVII. et XLVIII. signatus habetur, descriptus ille quidem a Kollario in libro primo supplementorum tom. I. p. 334 — 341. Est in folio, chartaceus, foliorum 355., saeculi decimi septimi. Constat duobus voluminibus, continet synopsin Basilicorum, Novellas imperatorum Byzantinorum, brevem Digestorum partitionem, ῥοπάς, aliam Novellarum Byzantinarum collectionem, eclogam Novellarum Leonis, denique quandam Basilii Porphyrogennetae Novellam. In eo codice haberi nostrum libellum V. Ill. *Bienerus* me admonuit. Incipit a folio 220. B. Ad marginem codicis rubricae habentur legumque allegationes. Partim huius opusculi idem vir praestantissimus mecum communicare voluit.

---

1) l. l. p. 89. not. 48. 2) l. l. p. 37. 3) l. l. p. 89. not. 48. 4) l. l. p. 34. et seq.

VI. Codex Graecus, qui Venetiis inter Codices Graecos bibliothecae D. Marci numero 177. signatus est, descriptus ille quidem a Theupolo in catalogo eiusdem bibliothecae tom. I. p. 103. Est membranaceus, constat foliis 178., saeculi duodecimi. Continet synopsin Basilicorum usque ad litteram Σ. Praeeunt autem, teste catalogo, quaedam de gradibus cognationum ex libro secundo Institutionum. Vir Ill. *Carolus Witte*, qui primus animadvertit in hoc codice nostrum libellum haberi[1]), hoc precibus meis dedit, ut schedulas, quas ipse de huius libri argumento olim conscripserat, mecum communicaret. Ex his intellexi nostrum libellum cum libro ῥοπῶν ibi coniunctum haberi. Ad marginem codicis rubricae habentur legumque satis imperfectae allegationes. Nactus sum apographum nostri libelli, ab eodem viro doctissimo, quam potuit diligentissime, confectum, eoque ad hanc editionem adornandam non aegre usus sum.

VII. Codex Graecus, qui Florentiae inter Codices bibliothecae Medicaeae plutei LXXX. numero 10. relatus est, descriptus ille quidem satis diligenter a Bandinio in catalogo bibliothecae Laurentianae tom. III. p. 194. Est bombycinus, saeculi decimi quarti, foliorum 419. Continet Basilicorum synopsin, Novellas imperatorum Byzantinorum, ῥοπάς, librum περὶ διαφορᾶς ἀναγνωσμάτων (inde a pag. 391. usque ad pag. 395.), eclogam Novellarum Leonis. Vir Ill. *Carolus Witte* hoc mihi tribuit, ut, quae ex hoc codice enotasset, ad me transmittere voluerit.

VIII. Codex Graecus, qui inter eiusdem bibliothecae libros plutei LXXX. numero 8. relatus est, descriptus ille quidem a Bandinio l. l. p. 186. seq. Est membranaceus, saeculi decimi tertii, foliis 395. constat. Habet synopsin Basilicorum, Novellas imperatorum Byzantinorum, ῥοπάς, librum περὶ διαφορᾶς ἀναγνωσμάτων.

IX. Codex Graecus eiusdem bibliothecae, qui inter plutei IV. libros numero 10. relatus est, descriptus ille quidem satis diligenter a Bandinio l. l. tom. I. p. 530. Est membranaceus, saeculi undecimi, constat foliis 302. Continet synopsin Basilicorum, Novellas imperatorum Byzantinorum, ῥοπάς, aliam Novellarum Byzantinarum collectionem, eclogam Novellarum Leonis, libellum de actionibus, testamentum Gregorii, Moschionis hypothecas. In eo codice nostrum libellum inesse primus animadvertit V. Ill. *Carolus Witte*[2]), idemque etiam, quas de ea re ipse conscripserat schedulas, mecum communicavit.

X. Codex Haenelianus A., cuius historiam argumentumque in observationibus iuris Graeco-Romani p. 2 — 4. illustravi. Est is seaculi undecimi, habetque Basliicorum synopsin, Novellas imperatorum Byzantinorum, ῥοπάς, nostrum, quo de agitur, libellum, aliam Byzantinarum Novellarum collectionem, eclogam Novellarum Leonis, Sisinnii patriarchae de incestis nuptiis epistolam canonicam, de actionibus libellum, Gregorii testamentum, Moschionis hypothecas. Hunc ego librum beneficio *Haeneli* mei cum apographo ipse contuli meo. Noster libellus a folio 232. B. usque ad fol. 234. A. pertinet.

XI. Codex bibliothecae Palatinae, quae nunc Romae habetur, numero 13. signatus, descriptus ille quidem a Sylburgio in catalogo bibliothecae Palatinae p. 5. Hoc auctore in eo libro habentur Basilicorum synopsis, Novellae imperatorum Byzantinorum, ῥοπαί, libellus *de diversitate lectionum* seu *lecturarum*, alia Novellarum Byzantinarum collectio, ecloga Novellarum Leonis, Sisinnii de incestis nuptiis sermo, de actionibus liber, mensurae geometricae, Gregorii theologi testamentum, de bissento libellus, item de generatione hominis, de Istro fluvio, de actione in personam. Ipsum librum, cum Romae essem, quominus intuerer, Angeli Maii invidia impedimento fuit.

Postquam singulos codices manuscriptos, qui nobis innotuerunt, enumeravimus, non abs re fore arbitramur, si ipsam huius opusculi naturam indolemque paucis describamus. Habet perbreves sententias, ex Athanasii Scholastici de Iustiniani Novellis commentario hic illic exceptas, ut tamen tituli et constitutionis, unde singula quaeque deducta sint, numeri praetexantur. Itaque satis apparet, qualis quantaque inter utrumque librum intercedat cognatio. In quo tamen mira quaedam scri-

1) In libro: *Zeitschrift für geschichtliche Rechtswissenschaft*, quem edidit *Savigny* tom. VIII. p. 168. 2) Ibid.

pturae intercedit diversitas. Primum enim fere omnes sententiae, quae in nostro libello relatae sunt, aliter conceptae sunt, atque in genuino Athanasii libro habentur. Deinde non desunt loci, qui in Athanasii, uti nunc habentur, exemplaribus plane desiderentur, cum tamen in libro *περὶ διαφόρων ἀναγνωσμάτων* relati sint. Cuius rei exempla et ipsi supra retulimus [1] et argumenta haec sunt satis manifesta: §. 6. nostri libelli, quae ab his verbis incipit: *ἐγκλήματος ἀναρτηθέντος μὴ ἄλλος ἀντ' ἄλλου*, in Athanasii tit. 4. const. 22. deest, exstat autem in Nov. 134. cap. 4. Porro eiusdem §i haec pars, quae ab his verbis incipit: *ἐὰν θεία κέλευσις γένηται πρός τινα* eodem Athanasii loco deest, habetur autem in Nov. 134. cap. 6. Denique nostri libelli §. 18., quae in Athanasiani corporis tit. 18. const. 2. non habetur, in Nov. 78. cap. 4. exstat. Circumspicienti mihi idoneam aliquam has difficultates solvendi rationem nihil quicquam occurrit, nisi coniectura eaque in tanta antiquitatis caligine satis incerta. Sic enim censeo, hoc *περὶ διαφόρων ἀναγνωσμάτων* libro scripturae varietatem, ex aliis codicibus manuscriptis haustam, contineri. Ac primum quidem, ut singula suo quaeque ordine persequamur, moris fuit apud veteres et Graecos et Romanos, ubi de scripturae veritate aliqua subnasceretur dubitatio, alios eiusdem libri codices manu exaratos adhibere, eorumque collatione calligraphi manum confirmare. Quam rem et *Claudius Salmasius* in prolegomenis ad Solinum p. IV. et *Iacobus Godofredus* ad const. 1. Theodos. Cod. I. 4. ed. Ritteri tom. I. p. 33. ita illustrarunt, ut nihil supra. Eandem singula exemplaria emendandi rationem et iureconsulti tenere voluerunt. Sic enim lex citatoria, quae in Theodosiani Codicis loco laudato relata est: „*si tamen eorum libri propter antiquitatis incertum codicum collatione firmentur.*“ Huc accedit libri Athanasiani, prout nunc habetur, natura indolesque. Cum enim in codice Graeco Parisiensi 1381. plane non integer habeatur, constet autem etiam ultimas tit. 11. 15. 17. constitutiones ad chronologicam rationem accommodatas non esse, ideoque serius adiectas videri, denique certum sit indubitatumque, ipsos adeo iureconsultos a repetitae praelectionis editionibus non abhorruisse [2], nihil plane obstat, quominus, quod Iustinianus Augustus de emendando Codice fecit, idem in Athanasii de Iustiniani Novellis commentario accidisse credamus. Quae si non displiceat coniectura, consequens est, ut, quid inter utramque editionem intercesserit discriminis, in hoc *περὶ διαφόρων ἀναγνωσμάτων* libello annotatum videri dicamus. Sic et caussa redditur satis idonea, quare nostrum libellum videamus fere semper Athanasiano commentario quasi quendam comitem esse datum. Sic certe Codex Parisiensis Graecus 1381. utrumque librum coniunxit, atque adeo is, qui eius codicis *πίνακα* confecit, videtur dubitasse, utrum hic noster libellus pro Athanasiani corporis titulo vigesimo tertio, an pro vigesimi secundi constitutione septima habendus esset. Porro Codex B. [3], qui multa atque alia ex Athanasiano libro transtulit, eam rem confirmat, ut nihil supra. Nam caput 61., quod in nostro libelli §. 6. habetur, ita laudavit: *κεφ. α'. τιτλ. κγ'.* Ex quo manifestum est, eius codicis compilatorem in codicem Athanasii, qui et nostrum libellum haberet, incidisse et nescio quo errore ductum esse, ut eum libellum pro Athanasiani libri titulo vigesimo tertio haberet. Denique ex ea, quam supra posui, coniectura et titulus nostri operis videtur illustrari. Est autem *περὶ διαφόρων ἀναγνωσμάτων* in Codd. Paris. 1381., 1351., 1347., 1357. A.; *περὶ διαφορᾶς ἀναγνωσμάτων* in Codd. Marc. 177., Laurent. LXXX. 10., LXXX. 8., IV. 10., Vindobonensi 48., Palatino-Vaticano 13 [4], Haeneliano A., excepto, quod pro voce *διαφορᾶς* exhibeat *διαφθορᾶς*. In tanta scripturae diversitate magis est, ut codicum Parisiensium auctoritatem non sequamur. Praeterquam enim, quod hoc scripturae genus incorrupta codicum antiquissimorum fide commendatur, habet et sententiam

---

1) In prolegom. Athanasii cap. II. p. XXI. 2) Fragm. Vatic. §. 247. Paullus libro I. *editionis secundae* de iurisdictione tutelari. Iustiniani const. de emend. Cod. §. 3. „in antiquis libris non solum primas editiones, sed et secundas, quas repetitas praelectiones veteres nominabant, subsecutas esse invenimus.“ Vide et *Zimmernium* in libro: *Die Geschichte des römischen Privatrechtes bis Iustinian* tom. I. p. 207. coll. p. 178. Idem exemplum de Codice emendando Iustinianus Augustus secutus est. 3) Vide prolegomenῶν Athanasii cap. V. 4) Sic enim *Sylburgius* in catalogi p. 5.: *de diversitate lectionum seu lecturarum.*

cum iis, quae supra disputavimus, satis convenientem. Ἀνάγνωσμα est enim ex constanti Graecorum, qui his temporibus vixerunt, dicendi ratione „*locus, qui adlegatur, citatur, praelegitur.*" Vide *Suiceri* thesaurum ecclesiasticum tom. I. p. 249. Eodem, quo Latini voce „*lectio*" utuntur, modo. Vide *Iacobum Godofredum* ad const. 1. Theod. Cod. I. 4. ed. Ritteri tom. I. p. 32. Itaque *περὶ διαφορᾶς ἀναγνωσμάτων* sic Latine reddetur: *de diversitate lectionum.* Quae res quam bene apteque eum, quem nostri libelli auctor secutus videtur esse, finem exprimat, ipse vides.

Ex iis, quae adhuc disputavimus, satis liquet, de nostri opusculi auctore non satis constare. Numquis enim credat, ab eodem, qui de Iustiniani Novellis commentarium composuit totum, etiam varias eiusdem libri lectiones congestas esse in unumque collectas? Contra quam V. Cl. *Eduardo Zachariaeo* 1) placuit, qui ipsum adeo Athanasium pro nostri libelli scriptore habere voluerit. Cuius opinionis illud quidem fundamentum esse non potest, quod hic libellus tam in codice Parisiensi Graeco 1381., quam in eo libro, quem Codicis B. nomine designare consuevi, cum Athanasiano corpore coniunctus habeatur. Etsi enim hoc viro doctissimo concedamus, huncce nostrum libellum vel maxime ad Athanasianum corpus pertinere, tamen corrupto horum codicum testimonio tantum non tribuerim, ut, quae Athanasii non sunt, Athanasii esse pronuntiem.

De integritate nostri libelli si quaeratur, cum in codice Parisiensi Graeco 1381. plane non integer habeatur, dubitatio subnascatur oportet, utrum in reliquis, quos adhibuimus, codicibus manuscriptis quae ultimo loco hoc est §. 21. relata est sententia, eam pro nostri libelli fine habeamus necne. Ego, qui hanc disputationem ad disputandi subtilitatem videam non redire, ad codicum manuscriptorum testimonium auctoritatemque descendere volui. Atque omnes quidem libri manu exarati, quos quidem consulere potuerim, post §. 21. nihil quicquam deesse uno omnes ore testantur. Sic certe codices Parisienses Graeci 1347., 1351., 1357. A., Haenel. A., Marcianus 177., Vindobonensis 48., Medicaei plut. LXXX. cod. 8. et 10., plut. IV. cod. 10. Huc accedit, quod §. 21. ex tituli 20. const. 4. desumta sit, quae res, cum noster libellus seriem ordinemque titulorum, qui apud Athanasium habetur, sequatur, manifesto est argumento, aut parum aut nihil post ista *ὑπόκεινται τῶν πόλεων* deesse. In medio totius operis contextu non desunt, quae in codice Parisiensi Gr. 1381. habeantur, in reliquis libris manuscriptis desint. De qua re infra paucis dicturi sumus.

Restat, ut codicibus manuscriptis, quos supra enumeravi, quemadmodum usus sim, paucis exponam. Ac primum quidem illud quasi cuiusdam fundamenti loco ponendum est, duas easque prorsus diversas codicum, quibus noster libellus continetur, familias ad nostram usque aetatem pervenisse. Altera codice Parisiensi Graeco 1381. continetur, altera reliquis, quos supra enumeravimus, codicibus manuscriptis. Quae res quum aliis argumentis demonstratur, tum utriusque contextus lacunis reliquorumque codicum in easdem corruptelas consensu satis declaratur.

De lacunis sic habeto. Quae §. 10. inde a verbis *ὁ μείζων* usque ad verba *ἀχαριστεῖται* habentur, in codice Parisiensi Graeco 1381. non desunt, desunt autem in cod. Marc. 177., Haenel. A., Paris. 1347., 1351., 1357. A. Contra vero §. 4. post *ἐξεταζέτω*, quae in codice Paris. 1381. habetur lacuna, a Codd. Marc. 177., Paris. 1347. et Haenel. A. recte ordineque suppletur. Porro §. 4. iidem codices habent *πρὸς τὸ ἐπὶ τούτοις συμφέρον*, cum Cod. Paris. 1381. *πρὸς τὸ συμφέρον* habeat. Atque etiam iidem libri lacunam, quae §. 6. post vocem *διηγορευμένη* in Paris. 1381. habetur, recte explent. Denique §. 12. iidem codices post vocem *αὐτῷ* satis apte dederunt *κατὰ τοῦ δεσπότου αὐτῶν*, quae quidem omnia in codice Paris. 1381. desunt.

De singularum vocum corruptelis, in quibus reliqui codices a codicis Parisiensis Graeci 1381. fide abeunt, sic habeto: §. 3. Codex Paris. 1381. habet *κεκαίνισται*; Codd. Haenel. A., Marc. 177. et Paris. 1347. *κεκανόνισται.* Porro ibidem iidem codices *κινουμένη* habent, cum Paris. 1381. *κειμένη* habeat. Paullo post iidem codices habent *τῶν ἀριθμῶν*, cum Cod. Paris. 1381. *τὸν ἀριθμὸν* habeat. Atque etiam §. 4. Cod. Paris. 1381. *ἡ παρθένων*

---

1) In libro: *αἱ ῥοπαὶ* p. 31. 39. et 81.

habet, reliqui tres codices *μήτε ὁ παρθένων*. Ibidem Cod. Paris. 1381. *πρόσταξιν* habent, reliqui tres codices *πρᾶξιν*. Ibidem Cod. Paris. 1381. *φυγάδες* habet, reliqui tres codices *οἱ φυγάδες*. Atque §. 6. codex Paris. 1381. habet *ἀναμενέτω*, reliqui codices *ἀναλαμβανέτω*. Ibidem codex Paris. 1381. *ἀλλά*, reliqui codices *ἀλλὰ καί*. Porro §. 6. codex Paris. 1381. *λόγος* habet, reliqui codices *ἀλόγως*. Denique §. 7. codex Paris. 1381. *πρὸς ὁμολογεῖσθαι* et *ἐχέτωσαν* habet, cum reliqui codices *προσομολογῆσαι* et *ἐχέτω* habent. In tanto singulorum codicum dissensu optimum factu visum est, nostri libelli editionem ad Codicis Parisiensis Graeci 1381. fidem dirigi, sed, quae manifesto vitio laborarent, ad reliquorum codicum testimonium emendari. Neque enim in vitiis tollendis lacunisque supplendis tali tantoque auxilio carere volui. De translatione Latina nihil moneo, nisi quod eaedem, quas in Athanasio edendo observavi, leges hoc quoque loco observandae visae sint.

Περὶ διαφόρων [1]) *ἀναγνοσμάτων* (v. *ἀναγνωσμάτων*) [2]).

§. 1. *Τί. α'. διατ. β'.* [3]) *Μηδεὶς ἀποκρισιάριος ἐναγέσθω ὑπὲρ τοῦ στείλαντος* [4]) *αὐτόν* [5]), *πλὴν* [6]) *εἰ μὴ κατὰ ἐντολὰς αὐτοῦ* [7]) *ἐνάγει* [8]) *τινὶ* [9]) *ἢ ὑπὲρ ὧν συνήλαξεν* (v. *συνήλλαξεν*) [10]) *κατὰ* [*τὸν*] [11]) *τῶν ἀποκρίσεων καιρόν, ζήτησιν* [12]) *ὑπομένει* [13]).

§. 2. *Τί. β'. διατ. α'.* [14]) *Ὅτι τὰ κοινῇ* [15]) *καὶ ἐν γένει* [16]) *καὶ ἐπὶ τῇ τῶν πάντων ὀφελείᾳ* (v. *ὠφελείᾳ*) [17]) *νενομοθετημένα μᾶλλον κρατεῖν χρὴ ἢ τὰ* [18]) *ἐκ τινῶν* [19]) *σπουδῆς* [20]) *ἐπὶ παραφθορᾷ* [21]) *τῶν κοινῶν γενόμενα νόμων* [22]).

§. 3. *Διατ. ε'.* [23]) *Τὰ κεχρεωστημένα ταῖς πόλεσιν* [24]) *καὶ τὰ* [25]) *εἰς ἀνάρρυσιν αἰχμαλότων* (v. *αἰχμαλώτων*) [26]) *καταλειφθέντα* [27]) *οὐκ ἐκβάλονται* (v. *ἐκβάλλονται*) [28]) *τῇ παραγραφῇ τῆς τεσσαρακονταετίας* [29]). *ἐπὶ γὰρ μόνων* | [30]) *τῶν εὐαγῶν οἴκων* (v. *οἴκων*) [31]) *κεκαίνισται* [32]) *ἡ περὶ τούτου* [33]) *κειμένη* [34]) *διάταξις* [35]) *βί. α'. τοῦ κωδ. τί.* [36]) *β'. οὖσα τὸν ἀριθμὸν* [37]) *κγ'.*

§. 4. *Τί. δ'. διατ. γ'.* [38]) *Ὁ διδόμενος παρὰ τῶν ἀρχόντων λόγος μὴ ὑπερβαινέτω τὰς λ'. ἡμέρας. εἰ δὲ αἰτιαθῇ* [39]) *παρά τινος* [*ὁ*] [40]) *τὸν λόγον λαβών, ἐξεταζέτω ....* [41]) *τὰ ἐν τῇ ψήφῳ. τοῦ δὲ καταδικασθέντος* [42]) *ἐπικαλουμένου* [43]) *τὸν δοθέντα λόγον, ἀποκαθιστάτω αὐτὸν τοῖς ὅροις* [44]) *καὶ ἔνδον τούτων ἐκβιβαζέτω τὰ κεκριμένα* [45]), *φυλάττων τοῖς ὅροις τὴν* [46]) *προσήκουσαν τημήν* (v. *τιμήν*) [47]). — *Μήτε ἀνδροφόνος* [48]), *μήτε μοιχὸς ἢ* [49]) *παρθένων ἅρπαξ κεχρήσθω*

De diversis lectionibus.

§. 1. Tit. 1. const. 2. **Nullus apocrisiarius** Nov. 123.
eius, qui ipsum misit, nomine, convenitor, nisi secundum eius mandata cum aliquo agit, aut etiam eorum nomine, quae, dum apocrisiarii munere fungitur, contraxit, caussae cognitionem sustinet.

§. 2. Tit. 2. const. 1. **Ea, quae in commune** Nov. 7.
et generaliter et in omnium utilitatem promulgata sunt, potius valere oportet, quam ea, quae quorumdam studio ad legum communium corruptelam facta sunt.

§. 3. Const. 5. **Ea, quae civitatibus deben-** Nov. 111.
tur, et, quae ad captivorum redemptionem relicta sunt, quadraginta annorum praescriptione non submoventur. Nam in solis venerabilibus domibus nova (lege) abrogata est ea, quae de hoc agit, constitutio, quae lib. 1. Codicis tit. 2. numero 23. habetur.

§. 4. Tit. 4. const. 3. **Is, qui a magistratibus** Nov. 17.
datur *λόγος*, triginta dierum (spatium) ne excedito. Sin autem ei, qui *λόγον* accepit, ab aliquo negotium factum sit, (caussam) examinato, quaeque sententia continentur (exsequitor). Quodsi is, qui condemnatus est, ad dati *λόγου* auxilium provocet, (sacris) septis eum restituito, et intra haec eorum, quae in sententia iudicata sunt, exsecutionem facito, (iis) septis debitam reverentiam servans. — Neque homicida, neque adulter aut virginum raptor septorum

---

1) Pro *διαφόρων*, quod et Codices Paris. Graeci 1351. 1347. 1357. A. habent, Cod. Marc. 177. et Vindob. habent *διαφορᾶς*. Haenel. A. *διαφθορᾶς*. 2) Cod. Marc. 177. Paris. 1351. 1347. 1357. A. *ἀναγνωσμάτων*. 3) Haec verba *Τί. α'. διατ. β'.* desunt in Marc. 177. et Cod. Paris. 1351. et 1347., Haenel. A. in contextu non habet; in marg. addit *τιτλ. α'. διατ. β'.* Paris. 1357. A. ad marg. habet *τί. α'. διατ. ιβ'.* 4) Codex *ςήλαντος*. 5) Paris. 1357. A. *αὐτός*. 6) *πλὴν* deest in Marc. 177. et Haenel. A. 7) Pro *αὐτοῦ* Marc. 177. et Haenel. A. habent *αὐτός*. 8) Codex *ἐνάγειν*. 9) Paris. 1347. *τινά*. 10) Marc. 177. et Haenel. A. *συνήλλαξεν*. Paris. 1347. *συνίλλαξεν*, 1351. *συνήλλαξε*, ut et 1357. A. 11) Vox *τὸν* excidit in Codice sine ulla lacunae suspicione. Sed est in Marc. 177. et in Haenel. A. 12) Paris. 1357. A. *ζήτεσιν*. 13) Haenel. A. *ὑπομ^ε'*. 14) Verba *τί β'. διατ. α'.* desunt in Marc. 177. et Paris. 1351. et 1347. Sed sunt in Haenel. A. ad marginem adscripta. Paris. 1357. A. ad marginem *τί. β'. διατ. α'.* 15) Pro *κοινῇ* Marc. 177. et Haenel. A. habent *κοινά*. Sic et Paris. 1347. 16) Paris. 1347. *ἔγγενα* habet pro verbis *ἐν γένει*. 17) Marc. 177. et Haenel. A. et Paris. 1347. *ὠφελείᾳ*. Tit. 2. const. 1. habet *ἐπὶ τῆς τῶν πάντων ὠφελείας*. 18) Pro *ἢ τὰ* Codex exhibet *ἧτα*. 19) Codex *ἐκ τινων*. Marc. 177. *ἐκ τινης*. Haenel. A. *ἐκ τινων*. 20) Codex *σπουδής*. 21) Codex *ἐπὶ παραφθορά*. Haenel. A. *ἐπιπαραφθορᾶ*. 22) Pro *νόμων* Marc. 177. habet *νομιμα*. 23) Verba *διατ. ε'.* desunt in Marc. 177. et Paris. 1351. et 1347. Desunt et in contextu Haenel. A., qui tamen ad marginem haec habet: *περὶ χρονίας περιγραφῆς διατ. ε'.* Paris. 1357. A. ad marginem eadem habet. 24) Marc. 177. Haenel. A. et Paris. 1347. *πόλεσι*. 25) Pro *τὰ* Codex habet *ταί*. 26) Marc. 177. *αἰχμαλώτων*. Sic et Paris. 1347. 27) Marc. 177. et Haenel. A. *καταληφθέντα*. Sic et Paris. 1347. 28) Codex *ἐκβόλονται*. Marc. 177. Haenel. A. *ἐκβάλλονται*. Sic et Paris. 1347. 29) Codex *μ̄ετίας*. Marc. 177. *μ'. ἐτίας*. Haenel. A. *μ̄ ἐτίας*. Paris. 1351. *τῇ τεσσαρακοστῇ* habet pro *τῆς τεσσαρακονταετίας*. 30) Incipit fol. 190. A. 31) Marc. 177. et Haenel. A. *οἴκων*. Sic et Paris. 1347. 32) Pro *κεκαίνισται* Marc. 177. et Haenel. A. habent *κεκανόνισται*. Sic et Paris. 1347. 33) Haenel. A. *τούτων* habet pro *τούτου*. 34) Pro *κειμένη* Marc. 177. et Haenel. A. habent *κινουμένη*. Sic et Paris. 1347. 35) Marc. 177. habet *διατ.* 36) Verba *κωδ. τί.* desunt in Marc. 177. Haenel. A. habet *κωδ. τοῦ β'.* Sic et Paris. 1351. 37) Pro *τὸν ἀριθμὸν* Marc. 177. et Haenel. A. habent *τῶν ἀριθμῶν*. Sic et Paris. 1347. 38) Ad. marg. Haenel. A. *περὶ λόγου*. Paris. 1357. ad marginem *τι. δ'. περὶ λόγου*. Pro *δ'. διατ.* Codex Paris. 1351. habet *διατ. δ'.* 39) Paris. 1351. *αἰτιασθῇ*. 40) Vox *ὁ* non deest tit. 4. const. 3., neque in Marc. 177. aut Haenel. A. In Codice hoc loco desideratur. 41) Haec lacuna in Codice non apparet. Supplendum *τὴν ὑπόθεσιν ὁ ἄρχων καὶ ἐκβιβαζέτω*. Marc. 177. et Haenel. A. *ὁ τὸν λόγον λαβών. ὁ ἄρχων ἐκβεβαζέτω τὰ ἐν τῇ ψήφῳ* et reliqua. Sic et Paris. 1347. 42) Haenel. A. *κατὰ δικασθέντος*. 43) Codex *ἐπὶ καλουμένου*. 44) Ad marg. Haenel. A. *τίνες οὐκ ἔχουσιν ὅρους;* 45) Haenel. A. *κεκριμμένα*. 46) Pro voce *τὴν* Codex Paris. 1347. *τοῖς* habet. 47) Marc. 177. et Haenel. A. *τιμήν*. 48) Ad marginem Cod. Paris. 1357. A. *τίνες οὐκ ἔχουσιν ὅρους*. 49) Pro *ἢ* Marc. 177. et Haenel. A. habent *μήτε ὁ*. Sic et Cod. Paris. 1347.

ἀσυλίᾳ. ἡ γὰρ[50] *τῶν ὅρων ἀσφάλεια*[51] *τοῖς ἀδικουμένοις, ἀλλ' οὐ*[52] *τοῖς ἀδικοῦσι παρέχεται. — Μηδεὶς ἀδικῶν ἐχέτω φόρου*[53] *παραγραφὴν*[54]. — *Τὰ δημόσια καὶ ἔνδων* (v. *ἔνδον*)[55] *τῶν ὅρων*[56] *ἀπαιτοῦνται, επαμυνόντων τῶν ἐκκλησιεκδίκων*[57] *τὲ*[58] *καὶ οἰκονόμων* (v. *οἰκονόμων*)[59] *τοῖς ταῦτα μεθοδεύουσιν*[60]. — *Τὰ κινούμενα θρισκευτικὰ* (v. *θρησκευτικὰ*)[61] *ὁ ἄρχων ἐξεταζέτω πρὸς τὸ*[62] *συμφέρον τῷ δημοσίῳ*[63], *μὴ συγχωρῶν ἑτέρῳ τινὶ*[64] *ταῦτα ζητεῖν, εἰ καὶ μεγίστην ἐπιφέρεται*[65] *πρόσταξιν*[66]. — *Οἱ ἁμαρτάνοντες*[67] *κολαζέσθωσαν, μηδεμίαν*[68] *ἐπήριαν* (v. *ἐπήρειαν*)[69] *ὑφισταμένων τῶν πραγμάτων αὐτῶν, ἀλλὰ τοῖς νομίμοις φυλαττομένων*[70] *διαδόχοις*[71]. — *Ἀποδιδόσθωσαν τοῖς*[72] *ἰδίοις* (v. *ἰδίοις*)[73] *δεσπόταις φυγάδες*[74] *γεωργοὶ προ* |[75] *νοίᾳ τῶν ἀρχόντων, οἷς ἄδια* (v. *ἄδεια*)[76] *δέδοται κατὰ τῶν ἀπειθούντων τὰ τῆς ἐπαρχίας ἐπιβάλλειν*[77] *ἄπορα*[78] *καὶ δημοσίοις κεχρῆσθαι*[79] *γράμμασιν*[80] *εἰς τὰς ὑπερορίους ἐπαρχίας*[81] *περὶ τῆς τούτων ἀποκαταστάσεως. — Ἀλλοτρίοις οἴκοις* (v. *οἴκοις*)[82] *ἢ ἀγροῖς ἢ ἐργαστηρίοις*[83] *ἢ πράγμασιν*[84] *μηδεὶς ἐξ οἰκείας*[85] *προσηγορίας σανίδας ἐπιτιθέτω, δήμευσιν* [*ἐκ*][86] *παραβασίας εὐλαβούμενος*[87].

auxilio utatur. Nam septorum tutamen iis, quibus iniuria infertur, verum non iis, qui delinquunt, praebetur. — Qui delinquit, fori praescriptionem ne habeto. — Publica tributa etiam intra septa exiguntur ita, ut et ecclesiarum defensores et oeconomi iis, qui haec exigunt, auxilium ferant. — Quae occasione religionis moventur quaestiones, eas magistratus ad utilitatem fisci examinato, nulli alii concedens, ut in has inquirat, etiamsi summum praeceptum adferat. — Ii, qui delinquunt, puniuntor, substantia eorum nullum detrimentum accipiente, verum legitimis successoribus conservanda. — Coloni fugitivi dominis suis restituuntor ex providentia magistratuum, quibus potestas data est, iis, qui dicto audientes non sunt, adiiciendi sterilia provinciae (praedia), litterisque publicis in extraneas provincias (dirigendis) de horum restitutione utendi. — Alienis domibus vel agris vel ergasteriis vel rebus nemo ex propria voluntate titulos imponito, si (hanc legem) migraverit, (earum rerum) publicationem metuens.

Nov. 69. §. 5. *Διατ. ιγ'. Τὸν ἀδικοῦντα*[88] *οὐ προνόμιον, οὐ τύπος, οὐ δυναστεία τῆς τοῦ ἄρχοντος ἐξαιρεῖται χειρός, πλὴν εἰ μὴ θεῖος πραγματικὸς τύπος προφάσει δημοσίας ἐτίας* (v. *αἰτίας*)[89] *ἀγώγιμον*[90] *κατὰ τὴν βασιλίδα πόλιν*[91] *κελεύσει αὐτὸν γενέσθαι*[92] *ἢ*[93] *ἐφέσεως*[94] *ἐπὶ*[95] *δίκῃ παρακολουθησάσης ἀνάγκη*[96] *ἐν τῷ ἐφετικῷ*[97] *δικαστηρίῳ γυμνασθῆναι τὴν ἔκκλητον*[98].

§. 5. Const. 13. Eum, qui delinquit, nec privilegium, nec forma, nec dynastia de magistratus manu eximere potest, nisi sacra pragmatica forma publicae caussae praetextu eum iubeat in regia urbe exhiberi, aut subsecuta appellatione necesse sit in tribunali provocationum examinari appellationem.

Nov. 134. §. 6. *Διατ. κβ'.*[99] *Ἐγκλήματος*[1] *ἀναρτηθέντος*[2])

§. 6. Const. 22. Si crimen commissum (?)

50) Pro *ἡ γάρ* Codex habet *εἰ γάρ*. 51) Codex *ἀσφαλεία*. Marc. 177. *ἀσφάλεια τῶν ὅρων*. Sic et Haenel. A. et Paris. 1347. habent, sed a 2. manu. Prima scripserat *ἀσφάλια*. 52) Pro *ἀλλ' οὐ* Marc. 177. et Haenel. A. habent *οὐ μήν*. Sic et Cod. Paris. 1351. Sed Paris. 1347. *οὐ μέν* habet. 53) Paris. 1351. *φόνου* habet. 54) Ad marg. Haenel. A. adscriptum est *περὶ χρόνου παραγραφῆς*. Sic et Cod. Paris. 1357. A. 55) Pro *ἔνδων* Haenel. A. habet *ἔνδον*. Sic et Paris. 1347. 56) Marc. 177. et Haenel. A. habent *τῶν ἀσύλων ὅρων*. Sic et Paris. 1347. Ad marg. Haenel. A. *περὶ ἀναλύσεως δημοσίων*. Cod. Paris. 1357. A. ad marginem *περὶ ἀσ''/ δημοσίων*. 57) Marc. 177. *κλησιεκδίκων*. Haenel. A. *κλησεκδίκων*. Sic et Paris. 1347. 58) *τὲ* deest tit. 4. const. 3. *Τε* habent Marc. 177. et Haenel. A. 59) Marc. 177. et Haenel. A. *οἰκονόμων*. Sic et Paris. 1347. 60) Marc. 177. et Haenel. A. *μεθοδεύσοι*. 61) Marc. 177. et Paris. 1347. *θρησκευτικῆς*. Paris. 1351. *θρησκευτικοῖς*. Paris. 1357. A. *θρησκευτικούς*. Sic et Haenel. A. Ad marg. Haenel. A. *περὶ ζητήσεως θρησκευτικῆς*. Sic et Paris. 1357. A., quae desunt in Cod. Marc. 177. 62) Codex habet *προς τό*. Marc. 177. *πρὸς τὸ ἐπὶ τούτοις συμφέρον*. Sic et Haenel. A. et Paris. 1347. 63) *τοῦ δημοσίου* habet tit. 4. const. 3. 64) Pro *τινὶ* Codex habet *τινι*. 65) Codex habet *συμφέρεται*. Correxi ex tit. 4. const. 3., ubi haec leguntur: *εἰ καὶ πρόσταξιν ἐπιφέρεται μείζονος ἄρχοντος*. 66) Pro *πρόσταξιν* Marc. 177. et Haenel. A. *πρᾶξιν*. Sic et Paris. 1347. 67) Ad marg. Haenel. A. adscriptum est *περὶ τῶν κολαζομένων* a prima manu. Secunda addit *καὶ ἁμαρτόντων καὶ τῆς τούτων οὐσίας*. Paris. 1357. A. ad marginem *περὶ τῶν κολαζομένων*. 68) Haenel. A. *μὴ δὲ μίαν*. 69) Codex *ἐπηρίαν*. Marc. 177. *ἐπέρειαν*. Sic et Paris. 1347. 70) Codex *φυλαττομεν̄*. 71) Pro *διαδόχοις* Marc. 177. *διαδοχων* habet. 72) Pro *τοῖς* Codex habet *αὐτοῖς*. 73) Marc. 177. et Haenel. A. *ἰδίοις*. Sic et Paris. 1347. 74) Marc. 177. et Haenel. A. *οἱ φυγάδες* habent. Sic et Paris. 1347. 75) Incipit fol. 191. A. 76) Marc. 177. et Haenel. A. *ἄδεια*. 77) Marc. 177. et Haenel. A. *ἐπιβαλεῖν*. Sic et Paris. 1347. 78) Codex *ἀπορα*. 79) Codex *κέχρησθαι*. 80) Pro *γράμμασιν*, quod tit. 4. const. 3. est, Codex hoc loco habet *πράγμασιν*. 81) Marc. 177. *ἐπαρχίας*. 82) Marc. et Paris 1347. *οἴκοις*. Sic et Haenel. A., cuius ad marg. sunt adscripta *π' ι' διατ. ιγ'. κ τ ἀδικο*. 83) Paris. 1347. *ἐργαστερίοις*. 84) Paris. 1347. *πράγμασι*. 85) Marc. 177. *μηδεὶς ἐκ ἐξ οἰκίας*. Haenel. A. *μὴ δεὶς ἐξ οἰκίας*. 86) Vox *ἐκ* in Codice deest, sed adest in Marc. 177. et Haenel. A. 87) Codex *εὐλαβουμένη*. Marc. 177. *εὐλαβουμενος*. 88) Marc. 177. *τὸν ἀδικο̄ς* habet pro *τὸν ἀδικοῦντα*. Verba *διατ. ιγ'*. desunt in Marc. 177. Haenel. A. et Paris. 1351. et 1347. In Codice Paris. 1357. A. haec ad marginem habentur: *περὶ τὸ διατ'. ιγ'. περὶ τῶν ἀδικούντων*. 89) Marc. 177. et Haenel. A. *αἰτίας*. Sic et Paris. 1347. 90) Marc. 177. *ἀγώγη μὴ* habet pro *ἀγώγιμον*. 91) Pro *πόλιν* Codex habet *πολ*. Marc. 177. *πολιν*. 92) Pro *γενέσθαι* Marc. 177. et Haenel. A. habent *γίνεσθαι*. Sic et Paris. 1347. 93) Pro *ἢ* Paris. 1347. habet *ἡ*. 94) Marc. 177. *ἐφέτεως*. 95) Codex *ἐπί*. Marc. 177. et Haenel. A. *ἐπιδικη*. 96) Codex et Marc. 177. et Paris. 1351. *ἀνάγκης*. Haenel. A. *παρακολουθησάσης ἀνάγκης*. Tit. 4. const. 3. *ἀνάγκη*. 97) Pro *ἐφετικῷ* Marc. 177. et Haenel. A. habent *ἐφετῷ*. Sic et Paris. 1347. 98) Marc. 177. et Haenel. A. *ἔγκλητον*. 99) *Διατ. κβ'*. deest in Marc. 177. Haenel. A. Paris. 1351. et 1357. A. Ad marginem Haenel. A. haec adscripta sunt *π' ἐγκλη^ατ' καὶ τιμρί' διατ. ιβ'*. Ad marg. Paris. 1357. A. *περὶ ἐγκλημάτων καὶ τιμωρίας διατ. ιβ'*. 1) Pro *ἐγκλήματος ἀναρτηθέντος* Cod. Paris. 1351. habet *ἐγκλητευθέντος ἁμαρτήματος*. 2) Marc. 177. Haenel. A. et Paris. 1347. *ἁμαρτηθέντος*. Recte, nisi fallor. Nov. 134. cap. 4. *ἢ ἕτερα οἱαδήποτε ἐν ταῖς ἐπαρχίαις ἐγκλήματα ἁμαρτηθείη*.

μὴ ἄλλος ἀντ' ἄλλου κρατείσθω ἢ ζημιούσθω[3]) *μηδὲ*[4]) *τὰ πράγματα τοῦ ἁμαρτήσαντος ἀφαιρείσθω τις, ἀλλὰ αὐτὸς τιμορείσθω* (v. *τιμωρείσθω*)[5a]) *μὴ*[5b]) *δυνάμενος δώσει* (v. *δόσει*)[6]) *χρημάτων*[7]) *διαδιδράσκειν τὰς ποινάς. εἰ δὲ ὁ τὸ ἔγκλημα τολμήσας λάθῃ, τὰ εἰρημένα τῇ διατάξει*[8]) *ποιείτω*[9]). — *Ἐὰν θεία*[10]) *κέλευσις*[11]) *γένηται πρός τινα τῶν ἀρχόντων ἢ δικαστῶν περὶ δημοσίας ἢ ἰδιοτικῆς* (v. *ἰδιωτικῆς*)[12]) *χρείας, συμβῇ δὲ ἐν τῷ μεταξὺ παύσασθαι ἢ τελευτῆσαι τοῦτον, ὁ διάδοχος* | [13]) *αὐτοῦ δεχέσθω τὴν κέλευσιν καὶ ἐμφανιζέτω καὶ πληρούτω τὰ ἐν αὐτῇ, ἐν ᾧ*[14]) *μὴ ἀδικεῖται τὸ δημόσιον. εἰ δὲ νομίζεται βλάβη τὶς προστρίβεσθαι τῷ δημοσίῳ*[15]), *μινυέτω* (v. *μηνυέτω*) *βασιλεῖ*[16]) *καὶ β'.*[17]) *ἀναμενέτω*[18]) *κέλευσιν. ταῦτα καὶ ἐπὶ προστάξεων*[19]) *κρατεῖ κατὰ νόμους γενομένων, πλὴν εἰ μὴ*[20]) *βλάπτεται τὸ δημόσιον. ἐν ᾧ*[21]) *γὰρ ἀδικεῖται οὐδὲ μινύειν* (v. *μηνύειν*)[22]) *ἐνταῦθα*[23]), *ὡς ἐπὶ τῶν θείων*[24]) *κελεύσεων, ἀλλὰ*[25]) *παντοίως ἀπέχεσθαι τῆς τῶν προστεταγμένων*[26]) *ἐκπληρώσεως.* — *Ὁ δανειστὴς μισθώσας ἢ εἰς δουλικὴν ὑπηρεσίαν λαβὼν*[27]) *τὰ τέκνα τοῦ χρεώστου ἐκπίπτει τοῦ χρέους καὶ τὴν ὁμοίαν τῷ χρέει*[28]) *ποσότητα τῷ κρατηθέντι*[29]) *παιδὶ ἢ τοῖς γονεῦσιν αὐτοῦ*[30]) *καταβαλεῖν ἀναγκάζεται πρὸς τῷ*[31]) *καὶ σωματικῶς αὐτὸν τιμωρηθῆναι.* — *Εἰ καὶ πολλάκις, συναινέσει γυνὴ*[32]) *δανειζομένῳ τῷ οἰκείῳ* (v. *οἰκείῳ*)[33]) *ἀνδρί, ἢ*[34]) *ὑπόθηται*[35]) *ἑαυτὴν*[36]) *καὶ τὰ οἰκεῖα*[37]) *πράγματα ὑπὲρ αὐτοῦ*[38]), [*οὐ*][39]) *κατέχεται, πλὴν εἰ μὴ σαφῶς ἡ*[40]) *τοῦ δανείου*[41]) *προχώρησις*[42]) *ἀποδειχθῇ*[43]) *εἰς πράγματα αὐτῆς γενέσθαι.* — *Ὁ*[44]) *πέμψας* [*ἀ*]*λόγως*[45]) *ῥεπούδιον*[46]) *ἐπ' αἰτίᾳ*[47]) *διηγορευμένῃ* .....[48]) *τῶν εἰς τοῖς ὑπεξουσίους αὐτοῦ*[49]) *ἐκ τῆς εἰρημένης αἰτίας*[50]) *περιερχομένων*[51]) *πραγμάτων.* — *Δύο χεῖρας ἢ δύο*[52]) *πόδας*[53]) *μηδεὶς ἄρχων διὰ*[54]) *οἷον δήποται* (v. *δήποτε*)[55]) *ἔγκλημα ἀφαιρείσθω, ἀλλὰ* | [56]) *μηδὲ*[57]) *ἐξαρ-*

sit, ne alius pro alio detinetor, aut punitor, neve res eius, qui deliquit, a quoquam auferuntor, verum ipse punitor, ita ut pecuniae datione poenas effugere non possit. Sin autem is, qui crimen ausus est, latitaverit, ea, quae (hac) constitutione dicta sunt, fiant. — Si sacra iussio de publica vel privata caussa ad aliquem ex magistratibus data sit, medio autem tempore acciderit, ut hic a magistratu se abdicet vel moriatur, successor eius iussionem suscipito et insinuato et ea, quae in ea continentur, impleto, ut tamen fiscus damno non afficiatur. Sin autem suspicio adsit, damnum aliquod fisco illatum iri, ad imperatorem (de ea re) referto et secundam iussionem exspectato. Haec etiam in (magistratuum) praeceptis valent, quae secundum leges facta sunt, nisi fiscus damno afficitur. Nam, ubi (fiscus) damno adficitur, ne licet quidem de ea re (ad imperatorem) referre, quemadmodum in sacris iussionibus, verum omni modo oportet ab iis, quae iussa sunt, exsequendis sese abstinere. — Creditor, qui liberos debitoris locavit, aut ad servile ministerium deduxit, credito excidit et similem credito quantitatem filio, qui detentus est, aut eius parentibus solvere cogitur, praetereaque etiam in corpus punitur. — Etiamsi saepenumero mulier viro suo, qui mutuam pecuniam sumsit, consentiat vel se ipsam resque suas pro eo supposuerit, non tenetur, nisi liquido demonstratum fuerit, mutuam pecuniam in ipsius rem esse versam. — Is, qui iniuste ex caussa, quae (hacce lege) specialiter (?), expressa non (?) est, repudium misit, (usumfructum) rerum, quae ex (supra) dicta caussa ad liberos ipsius, qui in potestate sunt, pervenerunt (vindicare non potest). — Nullus magistratus propter qualecunque delictum duas manus, vel duos pedes abscidito, sed

---

3) Pro *ἢ ζημιούσθω* Haenel. A. et Paris. 1347. habent *καὶ ζημιούσθω*. 4) Marc. 177. *μηδε*. Haenel. A. *μὴ δέ*. 5a) Verba *τις ἀλλὰ αὐτὸς τιμορείσθω* desunt in Marc. 177. et Haenel. A. Vox *ἀλλὰ* in Paris. 1347. sic habetur *ἀλλ'*. 5b) Pro *μὴ* Marc. 177. et Haenel. A. habet *οὐ*. Sic et Paris. 1347. 6) Pro voce *δώσει* Paris. 1347. habet *δόσει*. 7) Pro *χρημάτων*, Codex habet *χρῆμα τῶν*. 8) Pro *διατάξει* Codex habet *διατ*. Sic et Marc. 177. 9) Pro *ποιείτω* Codex *προιείτω*. 10) Marc. 177. et Haenel. A. habent *θεῖα*. Ad marg. Haenel. A. et Paris. 1357. A. et Marc. 177. *περὶ θείων κελεύσεων* (Cod. Marc. 177. addit *καὶ*) *μεγίστων προστάξεων*. 11) Pro *κέλευσις* Codex habet *κίλευσης*. 12) Marc. 177. et Haenel. A. et Paris. 1347. *ἰδιωτικῆς*. 13) Incipit fol. 191. B. 14) Codex *ἐνω*. 15) Marc. 177. *δημωσίω*. Codex Haenel. A. verba *εἰ δὲ νομίζεται βλάβη τὶς προστρίβεσθαι τῷ δημοσίῳ* in contextu bis habet. 16) Marc. 177. et Paris. 1347. *μηνυέτω*. Pro *βασιλεῖ* Cod. Paris. 1357. A. habet *τῷ βασιλεῖ*. 17) Pro *β'*. Marc. 177. Haenel. A. et Paris. 1347. habent *δευτέραν*. 18) Pro *ἀναμενέτω* Marc. 177. et Paris. 1347. habent *ἀναλαμβανέτω*. 19) Codex *προστάξεως*. 20) Haenel. A. *πλὴν εἰ μη*. 21) Codex *ἐνοὶ*. Haenel. A. *ἐνῶ*. 22) Marc. 177. et Haenel. A. *μηνύειν*. Sic et Paris. 1347. 23) Paris. 1347. post *ἐνταῦθα* interponit *δύναται*. 24) Codex *θειῶ*. 25) Pro *ἀλλὰ* Marc. 177. et Haenel. A. habent *ἀλλὰ καί*. Sic et Paris. 1347. 26) Paris. 1357. A. *προτεταγμένων*. 27) Haenel. A. *ὑπολαβών*. 28) Codex *χρέῃ*. 29) Haenel. A. *κρατηθέντη*. 30) Pro voce *αὐτοῦ* Paris. 1351. habet *ἐκτου*. 31) Pro *τῷ* Marc. 177. et Haenel. A. et Paris. 1347. habent *τό*. 32) Haenel. A. *ἡ γυνή*. Ad marginem eiusdem libri *περὶ γυναικὸς ἰντερκεδεησης*. Ad marginem Cod. 1357. A. *περὶ γυναικὸς ἰντερκεδευούσης*. 33) Marc. 177. *οἰκείω*. Sic et Codex B. et Paris. 1347. 34) Vox *ἢ* deest in Haenel. A. Pro *ἢ* Paris. 1347. *καὶ εἰ* habet. 35) Codex B. *ὑποθεῖται*. 36) Codex *ἑαυτ'*. Codex B. *αὐτήν*. 37) Codex B. *οἰκία*. 38) Pro *αὐτοῦ* Marc. 177. et Haenel. A. et Paris. 1347. habent *ἑαυτοῦ*. 39) Vox *οὐ* deest in Codice, non deest et in Marc. 177. nec tit. 4. const. 22. Quam facile post vocem *αὐτοῦ* excidere potuerit, manifestum est. Cod. B. *οὐκατέλεσται*. 40) Pro *ἡ* Codex habet *ἤ*. 41) Codex B. *δανεῖον*. 42) Codex B. *προχώρισις*. 43) Codex B. *ἀποδειχθῇ*. 44) Ad marginem Haenel. A. *περὶ ῥεπουδίῳ*. Ad marginem Paris. 1357. A. *περὶ ῥεπουδίου*. 45) Pro *ἀλόγως* Codex habet *λόγος*. Marc. 177. et Haenel. A. *ἀλόγως*. Sic et Paris. 1347. 46) Codex *ῥεπούδιον*. 47) Codex habet *ἐπαιτία*. Paris. 1347. *ἐπὶ αἰτίᾳ*. Post *αἰτίᾳ* addendum est ex coniectura *μὴ ῥητῶς*. 48) Haec lacuna in Codice notata non est. Vide tit. 4. const. 22. Marc. 177. et Haenel. A. hanc lacunam sic explent: *διηγορευμένῃ τῷ νόμῳ οὐ δύναται τὴν χρῆσιν ἐκδικεῖν τῶν* et caet. Sic et Paris. 1347. 49) Pro *αὐτοῦ* Marc. 177. et Haenel. A. habent *αὐτούς*. Sic et Paris. 1347. 50) Ad marg. Haenel. A. et Paris. 1357. A. *περὶ κολάσεως*. 51) Haenel. A. *περὶ ἐρχομένων*. 52) Haenel. A. vocem *δύο* non habet. Sic et Paris. 1347. 53) Pro *δύο πόδας* Marc. 177. habet *ποδας* (sic). Ad marginem Haenel. A. *π'* *κολάσεως*. 54) Pro *διὰ* Haenel. A. habet *δι'*. 55) Marc. 177. et Haenel. A. *οἱονδήποτε*. Sic et Paris. 1347. 56) Incipit fol. 192. A. 57) Haenel. A. *μὴ δέ*.

δοῦναι τὶ βουληθείς[47]), ἐν ᾧ[48]) τὴν λῆψιν[49]) ὁ λαβεῖν ἠξιωμένος[50]) παραιτεῖται, ὅμοιος ἐστὶν[51]) τῷ δεδωκότι.

qui dare aliquid voluit, si is, qui acceptare rogatus est, acceptare recusat, similis est ei, qui dedit.

Nov. 97. §. 15. (Διατ. ϛ'.)[52]) Ὅτι καὶ τῆς πρὸ γάμου[53]) δωρεᾶς[54]) κερδανθείσης ὑπὸ τῆς ὑπεξουσίας καλῶς[55]) τὸν οὐσουφροῦκτον[56]) ταύτης καρποῦται ὁ ἔχων αὐτὴν ὑπεξουσίαν[57]).

§. 15. Const. 6. Ante nuptias donationis, quae ab ea, quae in potestate (parentis) est, muliere lucrifacta est, usufructu is, qui eam in potestate habet, recte gaudet.

Nov. 117. §. 16. Διατ. ϑ'.[58]) Δύναταί τις[59]) εἰς ὑπεξουσίους διατίθεσθαι[60]), ἐφ' ᾧ μὴ ἔχειν[61]) ἐν τοῖς πράγμασιν[62]) τῆς κληρονομίας χρῆσιν[63]) ἢ ἐπικαρπίαν τὸν τοιοῦτον[64]) γονέα. — Ὅτι πάντες οἱ ἀνιόντες[65]) καὶ κατιόντες[66]) παινομένους (v. πενομένους) ἀλήλους (v. ἀλλήλους)[67]) ἀναγκάζονται τρέφειν.

§. 16. Const. 9. Potest aliquis in eorum, qui in parentum potestate sunt, utilitatem testari hac conditione, ut in rebus (eius) haereditatis parens eorum (?) usum vel fructum ne habeat. — Omnes adscendentes et descendentes se ipsos invicem, si egeant, alere coguntur.

Nov. 119. §. 17. Διατ. ι'.[68]) Τότε ἡ τῶν ι'. καὶ κ'. ἐνιαυτῶν παραγραφὴ[69]) ἀγνωοῦντι (v. ἀγνοοῦντι)[70]) τῷ δεσπότι (v. δεσπότῃ)[71]) τὴν νομὴν |[72]) οὐκ ἀντίκειται, ὅτε ὁ νεμόμενος ὑπὸ μάλα φίδε[73]) νομέως[74]) ἔφθ(ασε τ)ὸ[75]) πρᾶγμα[76]) κτησάμενος[77]). ἐὰν τὶς[78]) ἐν τῇ χρονίᾳ τῶν ι'. ἐνιαυτῶν παραγραφῇ[79]) (ἐπί τινας)[80]) μὲν ἐνιαυτοὺς παρῇ[81]), ἐπί τινας δὲ ἀπολειφθῇ[82]), ἄλλοι τοσοῦτοι[83]) προστιθέσθωσαν[84]) αὐτῷ χρόνοι, ὅσους ἔτυχεν ἀπολειφθείς[85]). καὶ ἄνευ[86]) τοῦ γράψαι ἢ δημοσιεῦσαι τὸ (ὄ)νομα[87]) τοῦ κληρονόμου ὁ βουλ(ό)μενος[88]) κατὰ τὴν παλαιὰν συνήθειαν[89]) διατιθέσθω. — Ἐφ' ὧν θεμάτων[90]) ὁ τεστάτωρ κωλύσῃ[91]) τὴν (ἐ)κποίησιν[92]), ἐπὶ τούτων[93]) οὐχ ἁρμόσει (v. ἁρμώσει)[94]) τῷ κλ(η)ρονόμῳ[95]) φαλκίδιος[96]).

§. 17. Const. 10. Decem et viginti annorum praescriptio tunc domino, qui possessionem ignorat, non opponitur, cum is, qui possidet, rem a malae fidei possessore comparavit. Si quis in temporali 10 annorum praescriptione aliquot annos adsit, aliquot autem abfuerit, tot alii anni, quot abfuit, ei apponuntor. Etiamsi non scripserit haeredis nomen aut publicaverit, qui volet, secundum antiquam consuetudinem testamentum condito. — In quibus casibus testator alienationem prohibuerit, in his haeredi Falcidia non competet.

---

47) Codex βουληθεῖς. 48) Codex ἐνώ. 49) Codex λήψιν. 50) Codex ἀξιώμενος. Ἠξιωμένος habetur tit. 10. const. 5. 51) Marc. 177. ἐστι. Haenel. A. et Paris. 1347. ὁμοιός ἐστι. 52) Verba διατ. ϛ'. desunt in Codice et in Marc. 177. Haenel. A. et Paris. 1347. sine lacunae suspicione. Significatur autem tit. 10. const. 6. 53) Marc. 177. προγάμου. Sic et Haenel. A. 54) Codex δωρεάς. 55) Pro καλῶς Codex habet καλός. 56) Codex οὐσουφρουκτον. Marc. 177. Haenel. A. et Paris. 1347. οὐσούφρουκτον. 57) Marc. 177. et Haenel. A. ὑπεξούσιον. Sic et Paris. 1347. 58) Διατ. ϑ'. deest in Marc. 177. Paris. 1347. et Haenel. A., in quo tamen ad marg. adscriptum est δι ϑ'. 59) Pro τὶς Marc. 177. et Haenel. A. habent καί, Paris. 1347. καί τις habere videtur. 60) Post διατίθεσθαι Marc. 177. et Haenel. A. addunt τίς. 61) Marc. 177. et Haenel. A. ἔχει. Sic et Paris. 1347. 62) Marc. 177. et Haenel. A. πράγμασι. 63) Codex χρῆσιν. 64) Pro τοιοῦτον Marc. 177. et Paris. 1347. habent τοῦτον. Sic et Haenel. A. Recte. 65) Pro ἀνιόντες Codex habet ἀνύντες. Ad marginem Codex 1357. A. διατ. ϑ'. 66) Voces καὶ κατιόντες desunt in Marc. 177. et Haenel. A. 67) Marc. 177. et Haenel. A. πενόμενοι ἀλλήλους. Sic et Paris. 1347. 68) Voces διατ. ι'. in Marc. 177. Haenel. A. et Paris. 1347. desunt. Verum ad marginem Codicis Haenel. A. adscriptum est διατ. ι'. περὶ παρόντων καὶ ἀπολιμπανομένων. Ad marginem Cod. Paris. 1357. A. διατ. ι'. 69) Codex παραγραφήν. 70) Marc. 177. ἀγνοοῦντι. Sic et Haenel. A. et Paris. 1347. 71) Marc. 177. et Paris. 1347. δεσπότῃ habent. Codex Haenel. A. δεσπό. 72) Pro νομὴν Codex habet νομ. Incipit fol. 193. B. Ultima Codicis pagina mirum in modum situ corrupta est, ut multae, quae ea continentur, litterae oculos fugiant. Quae uncis () inclusi, a me suppleta sunt. 73) Codex ὑπο μαλα Fίδε. Haenel. A. habet ὑπομαλαφίδι. Quae verba ad marginem sic explicantur: κακὴ πιςε. 74) Marc. 177. ὑπομαλαφίδι νόμεως. 75) Codex ἐφθ.... (haec est quattuor litterarum lacuna, situ corruptarum.) Haenel. A. et Paris. 1347. ὀφθῇ. 76) Codex πράγμα. 77) Pro ἔφθασε τὸ πρᾶγμα κτησάμενος Marc. 177. habet ὀφθῇ τὸ πρᾶγμα κτισάμενος. In iis, quae sequuntur, si quae uncis () inclusa erunt, ea in Codice Parisiensi Athanasii deesse significantur. Ad Codicum Marc. 177. et Haenel. A. testimonium haec demonstratio non pertinet. 78) Marc. 177. ἐάν τις. Ad marginem Cod. Paris. 1357. A. περὶ παρόντων καὶ ἀπολιμπανομένων. 79) Codex παραγραφή. 80) Pro verbis ἐπί τινας Codex habet N... (desunt tres litterae) ιν. Ad marginem ... τ (legendum περὶ τῶν) παρόντων καὶ ἀπολειμπανομένων (leg. ἀπολιμπανομένων). 81) Codex παρη. Marc. 177. παρῆν. Sic et Haenel. A. et Paris. 1347. 82) Codex ἀπολειφθή. Marc. 177. ἀπελείφθη. Sic et Haenel. A. et Paris. 1347. 83) Codex ἄλλοις τοσοῦτοις. 84) Codex προτιθέσθ.. (deest littera) σ.. (deest littera) ν. Vide tit. 10. const. 10. — Marc. 177. προτιθέσθωσαν. 85) Codex ἀπολειφθεις. 86) Ad marginem Codicis περὶ τύπου διαθήκης. Sic et in Haenel. A. et in Paris. 1357. A. 87) Codex τὸ .. νομα. Post vocem τὸ littera deest. 88) Codex βουλ.. (littera deest) μενος. 89) Codex συνηθείαν. 90) Pro verbis ἐφ' ὧν θεμάτων Codex habet tit. 10. const. 10. ἐφ' ᾧ. Vocem θεμάτων Paris. 1347. Marc. 177. et Haenel. A. omittunt. 91) Codex κωλυσῃ. Codex Haenel. A. Marc. 177. et Paris. 1347. habent κωλύει. Ad marginem Cod. περὶ Φαλκιδίου. 92) Codex .. (deest littera) κποίησιν. 93) Paris. 1347. ἐπὶ τούτῳ. 94) Marc. 177. ἁρμόσει. 95) Cod. κλ.., (deest littera) ρονόμῳ. In Haenel. A. deest vox κληρονόμῳ. 96) Pro verbis τῷ κληρονόμῳ φαλκίδιος Marc. 177. habet τῷ φαλκίδ. Caeterum Paris. 1357. A. habet ὁ φαλκίδιος.

§. 18. *Ti. ι[η']*.[97] *διατ. β'. Ὁ στ[ρα] τιώτης*[98] *λεγατεύσας τὶ τῷ ἰδίῳ* (v. *ἰδίῳ*)[99] *δούλ(ῳ)*[1] *ἐλευθερίαν αὐτῷ χαρίζεται.*

§. 19. *Διατ. ιδ'.*[2] *Ἐὰν τὶς ἁπλῆν*[3] *δωρεὰν [ἐν]*[4] *συνεστῶτι τῷ γάμῳ εἰς τὴν ἰδίαν* (v. *ἰδίαν*)[5] *ἐκθέμενο[ς]*[6] *γαμετὴν ἐφησυχάσῃ*[7] *μέχρι τελευτῆς, [βεβαι]οῦται*[8] *τοιαύτη δωρεὰ ἀπὸ το[ῦ]*[9] *χρό(νου τῆς)*[10] *γραφῆς (τ)ὴν*[11] *σύστασιν ἔχουσα. (καὶ δύναται)*[12] *ἡ γυνὴ ἀπ(αι)τεῖν*[13] *αὐτὴν*[14] *ἢ κ(αὶ) ν(ε)μομένη τὴν δωρε(ὰν)*[15] *παραγράφ(εσθ)αι*[16] *τοὺς*[17] *ἐν(άγειν)*[18] *αὐτὴν περὶ ταύτης*[19] *βουλομέ(νους. σημείωσαι, ὅτι*[20]*), εἰ καὶ)*[21] *ὑπέθετο ἢ ἐνεχυρίασεν ὁ ἀνὴρ*[22] *(τὸ)*[23] *δωρηθὲν παρ' αὐτοῦ τῇ γυναικὶ, οὐ δ(οκεῖ ἀ)*[24]*νακαλεῖσθαι*[25] *τὴν δωρεάν, ἀλλὰ ἐκδι(κή)σει*[26] *ταύτην ἡ γυνή, ὡς (προ)εκπεπο)ιημένην αὐτῇ)*[27]. | [28] *ὑπὲρ*[29] *τὰ φ'. νομίσματα*[30] *δωρεὰ κἂν*[31] *μὴ πραχθῇ*[32], *μέχρι τῆς τῶν φ'. νομισμάτων*[33] *ποσότητος τὸ βέβαιον ἔχει.*

§. 18. Tit. 18. const. 2. Miles, qui servo suo aliquid legati nomine reliquit, libertatem ei donat. Nov. 78., cap. 4.

§. 19. Const. 4. (?) Si quis, cum simplicem donationem, matrimonio constante, uxori suae exposuisset, usque ad mortem tacuerit, talis donatio confirmatur a tempore scripturae valorem habens suam. Ac mulier eam petere potest, aut etiam, si possideat rem donatam, eos, qui ipsam de hac convenire volunt, exceptione submovere. Nota, etsi vir id, quod mulieri donavit, hypothecae vel pignori obligaverit, donationem revocasse non videri, verum hanc a muliere vindicatum iri, quasi iam antea ad ipsam alienatione translata esset. Donatio, quae quingentos solidos superat, etiamsi actis insinuata non sit, usque ad quingentorum solidorum quantitatem valorem habet. Nov. 162.

§. 20. *Ἰδιωτικὴ*[34] *ἢ δημοσία χρεία πρὸ τοῦ ἐμφανισθῆναι τὴν ἐπ' αὐτὴν*[35] *κέλευσιν μὴ ἐκβιβαζέτω*[36]. — *Ὁ*[37] *τὰ δημόσια πράττων μὴ συγχωρείσθω εἰς*[38] *ἰδιωτικὴν ἐκβιβάζειν χρείαν. — Ὁ τὰ δημόσια*[39] *χρεωστῶν μὴ ἐκταττέτω*[40] *τῷ δημοσίῳ τὸν ἴδιον χρεώστην, εἰ μὴ πρότερον καὶ αὐτὸς ἀπορήσει, κἀκεῖνος ἐδείχθη*[41] *χρεωστῶν. — Οἱ τὰ δημόσια*[42] *πράττοντες ἀμειώτως*[43] *τοὺς πολιτικοὺς ἀπαιτείσθωσαν*

§. 20. (Tit. 20. const. 1.) Rei privatae vel publicae, antequam iussio, quae de ea facta est, insinuata sit, executio ne fiat (?). — Is, qui publica tributa exigit, licentiam ne habeto privatae rei caussa facere executionem. — Is, qui publica tributa debet, debitorem fisco ne delegato suum, nisi prius et ipse ad egestatem perductus erit, et illum debitorem esse probatum fuerit. — Ab iis, qui publica vectigalia tractant, absque ulla deminutione civita- Nov. 128.

---

97) Codex *τi. ι.* habet. *Ti. ιη'. διατ. β'.* in Marc. 177. Paris. 1347. et Haenel. A. desunt. Verum ad marg. Haenel. A. est *τιτλ. ιη'. διατ. β'.* Ad marg. Paris. 1357. A. *τi. ιη'. διατ. β'. διάτ. ιδ'.* In Athan. tit. 18. const. 2. haec desunt. 98) Codex *στ..* (desunt duae litterae) *τιώτης.* 99) Marc. 177. *ἰδίῳ.* Sic et Haenel. A. et Paris. 1347. 1) Codex habet *δούλ...* Hoc caput exstat tit. 9. parat. §. 18. Ad marg. Codicis adscriptum est *περὶ ἐλευθερίας.* Marc. 177. habet *τῷ ἰδίῳ δούλῳ ἔχοντι ἐλευθερίαν.* Sic et Haenel. A. et Paris. 1347. 2) Sic Codex. Lege *διατ. δ'.* Est enim tit. 18. const. 4. *Διατ. ιδ'.* in Marc. 177. et Paris. 1347. desunt. 3) Codex *ἁπλὴν* habet. 4) Vox *ἐν* in Codice deest, verum ex tit. 18. const. 4. supplenda est. 5) Codex Marc. 177. et Haenel. A. et Paris. 1347. *ἰδίαν* habent. 6) Codex *ἐκθέμενο..* (deest littera). 7) Marc. 177. *ἐφ' ἡσυχάσῃ.* Paris. 1347. *ἐφησυχάσει.* 8) Codex *τελευτῆς α ....* (desunt quattuor litterae). Deinde propter linguae Graecae rationem corrigendum est *ἡ τοιαύτη δωρεά.* Sic revera Cod. Haenel. A. Paris. 1347. et Marc. 177. 9) Codex habet *το ..* (deest una littera). 10) Codex *χρ́ ......* (desunt sex litterae). 11) Codex *γραφῆς ..* (deest una littera) *ἡν.* 12) Codex *ἔχουσα .....* (desunt novem litterae). 13) Codex *ἀπ ..* (desunt duae litterae) *τεῖν.* 14) Pro *αὐτὴν* Paris. 1347. habet *αὐτῇ.* 15) Codex habet *αὐτὴν ἢ κ..* (desunt duae litterae) *γ..* (deest littera) *μομ.ν τὴν δωρε ..* (desunt duae litterae). Marc. 177. habet *ἢ καὶ νεμομένην τὴν δωρεάν.* Sic et Haenel. A. et Paris. 1347. 16) Codex habet *παραγράφ ...* (desunt tres litterae) *σαι.* 17) Pro voce *τοὺς* Codex habet *τοῦ.* 18) Codex habet *ἐν ....* (desunt quattuor fere litterae). 19) Pro *ταύτης* Marc. 177. Haenel. A. et Paris. 1351. habent *ταύτην.* 20) Verba *σημείωσαι ὅτι* in Marc. 177. Haenel. A. et Paris. 1347. desunt. 21) Post *βουλομε* reliqua, quae uncis inclusa sunt, in Codice desunt. Verum lacunae vestigia in codd. mss. satis sunt manifesta. Supplevi ex tit. 18. const. 4. Pro verbis *εἰ καὶ* Marc. 177. et Paris. 1347. habet *εἰ δὲ καί.* Sic et Haenel. A. 22) Post vocem *ἀνὴρ* Haenel. A. in contextu addit *περὶ ὧν.* 23) Codex *ἀνερ..* (deest littera) *ῶ...* (desunt aliqua). Marc. 177. habet *ὁ ἀνὴρ περὶ ὧν τὸ δωρηθέν.* Paris. 1347. *ὁ ἀνὴρ· περιὼν τὸ δωρηθέν.* 24) Codex *οὐδ ...* (desunt quinque litterae) *νακαλεῖσθαι.* 25) Marc. 177. *ἀνακαλεῖσθαι.* 26) Codex habet *ἀλλὰ ἐκδι..* (desunt duae litterae) *σει ταύτην.* Marc. 177. *ἀλλ' ἐκδικήσει.* Sic et Paris. 1347. 27) Codex habet *ὡσ..* (desunt duae litterae) *ο ἐκπεσο...* (desunt aliqua ex linea ultima). Ea, quae supplevi, ex tit. 18. const. 4. restitui. Hic est finis huius operis in nostro Codice. Pro voce *αὐτῇ* Marc. 177. habet *αὐτήν.* Haenel. A. *προεκπεποιημένην αὐτήν.* Paris. 1347. *προσεκπεποιημένην αὐτήν.* 28) Desinit fol. 193. B. 29) Haec quae sequuntur, ex Marc. 177. et Haenel. A. depromta sunt. Ad marginem Haenel. A. *περὶ δωρεᾶς ὑπομνημ^τ.* Ad marginem Paris. 1357. A. *περὶ δωρεᾶς ὑπομνημάτων.* 30) Pro *νομίσματα* Marc. 177. *νομισμ.* Haec ex tit. 18. const. 4. deducta sunt. Haenel. A. *φ. ν^ο.* 31) Haenel. A. *κἄν.* 32) Haenel. A. *μηπραχθῇ.* Cod. Paris. 1357. A. habet *μὴ προσαχθῇ* pro verbis *μὴ πραχθῇ.* 33) Pro voce *νομισμάτων* Marc. 177. habet *νομ.*, Haenel. A. *ν^ο ν^ο.* 34) Legendum *τi. κ'. διατ. α'. Ἰδιωτικὴ* et caet. Tit. 20. const. 1. habet *ἡ ἰδιωτική.* Ad marginem Cod. Paris. 1357. A. *περὶ ἐμφανείας θείων κελεύσεων καὶ μεγίστων προστάξεων.* 35) Marc. 177. *ἐπ' αὐτῇ.* Sic et Paris. 1351. 36) Legendum *ἐκβιβαζέσθω*, ut tit. 20. const. 1. et in Paris. 1351. habetur. 37) Verba *ὁ τὰ δημόσια πράττων μὴ συγχωρείσθω εἰς ἰδιωτικὴν ἐκβιβάζειν χρείαν.* 38) Vox *εἰς* tit. 20. const. 1. deest. 39) Marc. 177. *δημοσίᾳ.* Vox *τὰ* in Haenel. A. et Paris. 1347. deest. 40) Marc. 177. *ἐκταττέτω.* Tit. 20. const. 1. habet *μηδεὶς δημόσια χρεωστῶν ἐκταττέτω.* 41) Pro voce *ἐδείχθη* tit. 20. const. 1. habet *δειχθῇ.* Ad marginem Haenel. A. haec adscripta sunt: *π^ε ἐμφανείας θείων κελεύσεων καὶ μεγίστων προστάξεων.* 42) Marc. 177. *δημοσία.* 43) Sic Marc. 177. Legendum ex tit. 20. const. 1. *ἀμειώτους.*

πόρους, μήτε αὐτῶν μήτε τῶν ἀρχόντων ἢ τῶν ταξεωτῶν μετουσίαν τινὰ ἔχειν δυναμένων εἰς τὴν τούτων διοίκησιν, ἀλλ' οὐδὲ τῶν κτητόρων συγχωρουμένων εἰς ἑτέρας χρείας παρὰ τὰς ἐξ ἀρχῆς ἀφορισθείσας τούτους δαπανᾶν. — Χρὴ τὸν ἐπίσκοπον μετὰ ε'. τῶν ἐν τῇ πόλει πρωτευόντων τοὺς αὐτοὺς λογοθετεῖν πόρους καὶ μηδὲ προσδέχεσθαι λογοθετεῖν τοῦτον[44] *ἐξ οἱουδήποτε πεμπομένου δικαστηρίου*[45]. *μόνος γὰρ βασιλεὺς κατὰ τὸν τύπον τῆς διατάξεως*[46] *δισκούσσορας*[47] *τοῖς πολιτικοῖς ἀπονέμει πόροις. — Ὁ στρατιωτικὸς ἄρχων ἐν τοῖς ἐγκλήμασι κατὰ πάντων ἔχει δικαιοδοσίαν.*

tum vectigalia exiguntor, ita ut nec ipsi nec magistratus aut cohortales ullam habere possint in his administrandis communionem, sed ne possessoribus quidem liceat, ea in alios usus, quam, qui ab initio his praescripti sunt, erogare. — Oportet episcopum una cum quinque civitatium principalibus eorundem vectigalium rationes exigere, neque horum logothetam ex qualicunque iudicio missum suscipere (?). Solus enim imperator secundum formam (huius) constitutionis discussores civitatum vectigalibus distribuit. — Magistratus militaris de criminibus adversus omnes habet iurisdictionem.

Nov. 85. §. 21. *Οἱ βαλλιστράριοι*[48] *τοῖς πατράσιν*[49] *ὑπόκεινται τῶν πόλεων.*

§. 21. (Const. 4.) Ballistrarii patribus civitatum subiecti sunt.

44) V. Clar. *Pomnitz* hunc locum sic emendat *λογοθετεῖν τούτους τὸν ἐξ οἱουδήποτε πεμπόμενον δικαστηρίου.* 45) Sic Marc. 177. Ex tit. 20. const. 1. sic legendum videtur esse: *προσδέχεσθαι λογοθέτην τὸν ἐξ οἱουδήποτε πεμπόμενον δικαστηρίου.* 46) Pro voce *διατάξεως* Marc. 177. habet *διατ.* 47) Marc. 177. *δισκούσορας.* Sic et Haenel. A. et Paris. 1347. 48) Legendum *διατ. δ'. Οἱ βαλλιστράριοι.* Paris. 1347. *βαλλιστάριοι.* Designatur enim tit. 20. const. 4. 49) Marc. 177. et Haenel. A. *πατρᾶσιν.*

FRAGMENTA LIBRI

A

THEODORO HERMOPOLITANO

DE

IUSTINIANI NOVELLIS

COMPOSITI

QUOD EIUS FIERI POTUIT

IN INTEGRUM RESTITUTA.

ACCEDUNT FRAGMENTA

NOVELLARUM IUSTINIANI

A

PHILOXENO, SYMBATIO, ANONYMO

EDITARUM.



PROLEGOMENA.

Quod iamdudum in votis mihi fuit, ut *Theodori* de Iustiniani Novellis fragmenta colligerem collectaque, quam possem diligentissime, componerem, id nunc a me praestatur. Id ut ita facerem, duae caussae eaeque, ut opinor, gravissimae me impulerunt. Nam et periucundum mihi videbatur *Athanasio Theodorum* quasi quendam socium comitemque dare aetate supparem eundemque magna apud Graecos gratia auctoritateque florentem, et vero intelligebam novae Iustinianarum Novellarum editionis fundamenta sic demum recte iaci, si tutam hanc eandemque unicam viam ad Graecae orationis fidem explorandam eamque a posteriorum temporum iniuriis vindicandam muniissem atque firmassem. Itaque ad hoc taediosum sane idemque lubricum laboris genus manum admovi, non quo virorum doctorum suffragium plausumque promererer, sed, ut eius, quam animo concepi, cogitationis aliqua eluceret significatio. Cum autem in singulis Theodori fragmentis colligendis et in suo quibusque loco collocandis hoç mihi negotii datum esse viderem, ut quaedam de totius operis ratione praefarer, totam hanc disputationem in quattuor partes dispescere occoepi, uniuscuiusque partis argumentum quasi quibusdam lineis adumbravi, res suo quamque in loco collocatas elaboravi. Ita quattuor exierunt prolegomenῶν capita, quorum primo de nomine, patria, aetate, praeceptoribus Theodori agemus; secundo de indole naturaque eius, quem de Iustiniani Novellis composuit, libri disseremus; tertio de fontibus, unde hoc fragmentorum corpus haustum sit, disputabimus; quarto, quemadmodum nostro editoris officio functi simus, exponemus.

CAPUT I.

Cum multa et alia de iure Graeco-Romano a viro praestantissimo *Bienero* sint docte, mehercule, egregieque disputata, tum illa, quae de Theodori aetate, vita, scriptis[1]) scripsit, sunt ita comparata, ut nihil supra. Ego viri doctissimi scrinia non compilabo, sed, si quid secus videatur, hoc loco in medium proferam, illis, quae apud Bienerum et melius et commodius legi queant, plane praetermissis. In iis, quos equidem legerim, iuris Graeci libris Theodorus noster plerumque audit *Theodorus*, cognomine adiecto plane nullo. Sic pleraque Basilicorum scholia solam Theodori habent mentionem, sic Pseudo-Eustathius in libro *ῥοπῶν*, sic anonymus de peculiis scriptor, sic scholiastes Synopseos Basilicorum, quae in Codice Vaticano 852. habetur. *Theodorus*, adiecto *Hermopolitani* cognomine[2]), habetur apud Matthaeum, in Nomophylacisque, Basilicorum interpretis, scholiis[3]). Idem *Hermopolitanus* vocatur, Theodori nomine plane omisso,

1) In libro: Die Geschichte der Novellen p. 62—70. 2) In praef. syntagmatis canonum in synodici Beveregiani tom. II. *Θαλελαῖος κένσωρ* (leg. *ἀντικένσωρ*) *τοὺς κώδικας εἰς πλάτος ἐκδέδωκε, Θεόδωρος Ἑρμουπολίτης συντετμημένως, ἔτι δὲ συντομώτερον Ἀνατόλιος.* Sic recte *Ἑρμουπολίτης.* Nam *Ἑρμοπολίτης* ex linguae Graecae legibus stare non potest. 3) Basilic. ed. Fabr. tom. II. p. 587. *οὐ δεῖ προσέχειν ἐνταῦθα τῷ Ἑρμοπολίτῃ Θεοδώρῳ, ἀλλὰ μᾶλλον τῷ Ἀθανασίῳ.* Ibidem tom. III. p. 360. et 361. *οὕτω γὰρ λέγοντες οὔτε τῷ Ἀθανασίῳ ἐναντιωθησόμεθα — οὔτε τῷ Ἑρμοπολίτῃ Θεοδόρῳ* (leg. *Θεοδώρῳ*). Data opera omisi codicum Vindobonensium, qui Theodori Hermopolitani nomen praeferunt, testimonia.

apud eundem Nomophylacem[1]) et anonymum commentarii ad Photii nomocanonem scripti scriptorem, qui inter Ambrosianae bibliothecae libros littera I. numero 48. signatus habetur[2]). Quae cum ita sint, fere omnes ex nostris iureconsultis, qui hanc iurisprudentiae Graecae partem illustrandam sibi sumserunt, in hanc discesserant opinionem, ut verum nostri scriptoris nomen *Theodorum Hermopolitam* esse crederent[3]). Eam opinionem quo minus calculo comprobarem meo, a me nunquam potui impetrare. Nam ut hoc viris doctis demus, *Ἑρμουπολίτου* vocem quasi cuiusdam cognominis loco *Theodoro* fuisse, tamen Latina lingua *Hermopolitanus* dicendus est, *Hermopolita* non item. Dicitur enim *Ἑρμουπολίτης*, ut *Κωνσταντινουπολίτης*, *Θεοδοσιουπολίτης*, *Ἀδριανουπολίτης*, *Σεβαστουπολίτης*, quo dicendi genere Graeci scriptores patriam, unde originem habuerint, designare solent. Multae autem et aliae fuerunt civitates, quibus hoc nominis inditum erat. Est Hermopolis Aegypti civitas, de qua Hierocles grammaticus in Banduri imperio Orientali tom. I. p. 50. haec habet: *νζ'. ἐπαρχία Αἰγυπτιακῆς, ὑπὸ Αὐγουστάλιον πόλεις κγ'. Ἀλεξάνδρεια, Ἑρμούπολις, Μενελαΐτες* et caetera[4]). De reliquis civitatibus Stephanus Byzantinus ed. Berkeli p. 352. *Ἑρμούπολις Αἰγύπτου πόλις. Ἡρωδιανὸς δύο λέγει εἶναι καὶ μεγάλην καὶ μικράν, καὶ γ'. κατὰ Αἴγυπτον, καὶ δ'. κατὰ Ῥυμοῦιν, καὶ ε'. ἐπὶ τοῦ ποταμοῦ, καὶ ς'. ἐν Κῷ τῇ νήσῳ, καὶ ζ'. ἐν Ἀρκαδίᾳ. ὁ πολίτης Ἑρμεοπολίτης.* Itaque, quemadmodum *Constantinopolitanus*, *Theodosiopolitanus*, *Hadrianopolitanus*, *Sebastopolitanus* dicitur, eodem plane modo inter omnes constabit, *Theodorum Hermopolitanum* esse dicendum.

Transeo ad tempora, quibus Theodorus vixerit, recte ordineque definienda. In quo illa quidem argumenta, quae satis incertam eius rei significationem habent, plane praetermittemus; his contenti erimus solis, quae aliquam in ea re demonstranda habitura sint vim atque potestatem. Illud quidem *Bienerus*[5]), praeeunte tamen Reitzio[6]), invictis argumentis docuit Theodorum Iustiniani temporibus vixisse. Eorum virorum doctorum scrinia compilare non lubet. Adde, quod Theodori in Iustinianum Codicem scholia, quae in Basilicis relata sunt, semper ubique ante Thalelaei commentarios ad eundem librum scriptos collocata habeantur. Qua in re Basilicorum architecti temporum seriem ordinemque videntur observasse. Huc accedit, quod ipse Thalelaeus ad const. 29. Cod. II. 4.[7]) Theodorum Codicis interpretem laudaverit. Ut proinde satis appareat, alterum altero maiorem natu fuisse aut certe aetate supparem. Idem tamen Theodorus imperatoris Tiberii tempora vivendo videtur attigisse. Nam in Iustiniani Novellis laudandis tam in commentariis ad Codicem scriptis, quam in epitomis Novellarum iisdem numeris, qui in CLXVIII. Novellarum corpore habentur, usus esse reperitur. Vide, quae capite II. dicturi sumus. Quae cum ita sint, non accedo Bieneri[8]) coniecturae, qui nostrum scriptorem eundem, qui in const. *Omnem* inter antecessores a Iustiniano relatus sit, Theodorum esse crediderit. Quae constitutio, cum anno p. Chr. n. 533. emissa sit, si Bienerum sequeremur, credendum sane foret, ipsum adeo Nestorem a nostro scriptore vitae longitudine esse superatum. Neque vero alia est ulla caussa satis idonea, quare nostrum scriptorem antecessorem Constantinopolitanum fuisse arbitremur[9]). Itaque de tota hac caussa deliberandum esse censeo, donec meliora, quam, quae adhuc adlata sunt, argumenta ad eamque rem demonstrandam magis idonea a viris doctis in medium proferantur, praesertim cum hoc perspicacissimo nostro saeculo ad logicae artis et disciplinae leges institutaque examinentur omnia, neque tam facile quisquam possit viris doctis dicendo fraudem facere.

---

1) Basilic. tom. II. p. 587. *ὅτι τὸ παρὰ τοῦ Ἑρμοπολίτου λεγόμενον.* 2) Codex I. 48. fol. 152. *κεῖται δὲ ἐν τῷ Ἑρμοπολίτῃ οὕτως.* 3) Vide Suaresium in notitia Basilicorum §. 20., Fabrotum in Basilic. tom. II. p. 587. tom. III. p. 361., Reitzi excursum XX. ad Theoph. tom. II. p. 1240., Assemani bibliothecam iuris Orientalis lib. II. cap. 20. tom. II. p. 427., Pohli notam ad Suaresi l. l. p. 73. not. w., Heimbachi librum de Basilicorum origine p. 37. seq., Bieneri librum: *Die Geschichte der Novellen* p. 63. 4) Eiusdem civitatis mentio fit in catalogo episcopatuum in Beveregiani synodici tom. II. p. 143. (not.) 5) In libro: *Die Geschichte der Novellen* p. 65. 6) In excursu XX. ad Theoph. tom. II. p. 1240. 7) In Basilic. libro 11. tit. 2. them. 46. ed. Heimbachi tom. I. p. 712. 8) In libro laudato p. 65. 9) Vide Pohlium ad Suaresii notitiam p. 73. not. w.

Praeceptores habuit Theodorus noster, uti et Reitzius[1]) et Bienerus[2]) observarunt, *Domninum*[3]), *Patricium*[4]), *Stephanum*[5]). Atque, ut a *Stephano* incipiamus, Bienerus[6]) eundem esse eum atque celeberrimum Digestorum interpretem disertis verbis negavit, Reitzius affirmavit[7]). Verum quam istius opinionis rationem idem Bienerus reddidit, cum eum, qui ipse Digestorum interpretes audiisset, Stephanum[8]) negarit praeceptorem esse potuisse eius, qui iam anno p. Chr. n. 533. antecessoris munus obiisset, Theodori, ea caussa mihi quidem videtur esse plane nulla. Namque haec res nititur praeiudicata illa opinione, ex qua quidam nostrum Theodorum eundem esse crediderunt, qui in const. *Omnem* antecessor esse perhibeatur. Est tamen mihi ad manum alia caussa, eaque, ut opinor, satis idonea, quare Bienerianam sententiam tueamur. Nam Stephanus, Digestorum interpres, et Dorotheum[9]) et Thalelaeum[10]) non ita raro *μακαρίτας* vocavit, quo dicendi genere eos, qui nostra memoria diem obierunt supremum, designare solemus[11]). Atqui Thalelaeus in eo, quem de Iustiniano Codice composuit, libro nostrum Theodorum eiusdem libri interpretem laudavit[12]). Ergo is, qui Thalelaeum vita defunctum esse ait, per temporum rationem non potuit esse Thedori nostri praeceptor. — Transeo ad alterum Theodori praeceptorem *Patricium*. Liceat mihi data hac dicendi opportunitate de optimo illo iuris civilis interprete quaedam proferre, non quo viris doctis vanam coniecturae speciem venditare ausim, sed ut inveteratum nostrorum iureconsultorum errorem ex animi mei sententia de medio tollam. Plerique ex nostris iureconsultis *Heroa Patricium* nuncupaverunt, qua in sententia video esse Reitzium[13]), Pohlium[14]), fratrem mihi cum primis dilectum[15]), Bienerum[16]). Mihi illud cognominis suspectum est omnino, cum tam apud Graecos, quam apud Latinos non meminerim eius nominis esse quemquam. Accedit, quod loci Basilicorum, qui id cognominis Patricio attribuere videantur, aliam, eamque multo probabiliorem, quam quae vulgo habetur, interpretationem recipiant. Patricius enim in Basilicis sic nude, *Herois* voce omissa, nuncupatur in Basilicorum tom. I. ed. Heimbachi p. 695., 704., 722., tom. III. ed. Fabr. p. 476., tom. V. p. 487., tom. VI. p. 60. et in const. *Tanta* §. 9. et in const. *Δέδωκεν* §. 9[17]). Contra vero, ubi de adversariorum sententia *Heros Patricius* laudari videatur, ii loci ex eorum, qui huic iureconsulto auditores aetateque fere suppares fuerunt, de iure Iustiniano libris hausti sunt. Laudatur *ὁ Ἥρως Πατρίκιος* in Basilic. tom. I. ed. Heimbach. p. 403., 405., 646., 649., 692., 810., tom. II. ed. Fabr. p. 486., 644., tom. III. p. 343., 350., 459., 535., 536., tom. V. p. 186., 265., 487., tom. VII. p. 31. et 864. et in synopsi Basilic. ed. Leunclav. p. 250. Idem vocatur *Πατρίκιος ὁ Ἥρως* in Basilicorum tom. VI. p. 575. et *ὁ Πατρίκιος Ἥρως* tom. III. p. 161. Qui locus corruptus est. Neque enim per Graecae linguae rationes dicere licet *ὁ Πατρίκιος Ἥρως*. Itaque corrige ad superiora exempla *ὁ Πατρίκιος ὁ Ἥρως*. Similiter Basilica corrupta sunt tom. I. ed. Heimbach. p. 722., ubi haec habentur: *ὁ Ἥρως ὁ Πατρίκιος*. Lege *ὁ Ἥρως Πατρίκιος*. Ex hac tam varia vocem *Ἥρως* collocandi ratione illud quidem satis apparet, hac dicendi forma nomen scriptoris alicuius proprium designari non posse, eamque vocem quasi cuiusdam adiectivi nominis loco voci *Πατρίκιος* esse adiectam. Accedit, quod in eodem

---

1) In excursu XX. ad Theophilum tom. II. p. 1240. 2) In libro: *Die Geschichte der Novellen* p. 65. 3) Basilic. lib. 47. tit. 1. tom. VI. ed. Fabr. p. 217. *πλὴν ἰστέον, ὅτι Δομνῖνος ὁ πολυμαθὴς ὁ ἐμὸς διδάσκαλος δέχεται τὸ ῥητὸν τῆς διατάξεως.* Sunt verba Theodori ad const. 35. Cod. VIII. 54. 4) Theodorus ad l. l. Cod. *οὕτως γὰρ καὶ Πατρίκιος ὁ μόνος* (Reitzius recte conicit *ὁ ἐμὸς*) *διδάσκαλος ἐξηγήσατο τὴν παροῦσαν διάταξιν.* 5) Theodorus ad const. 21. Cod. I. 5. in Basil. lib. 21. tit. 1. tom. II. p. 580. *σημείωσαι δέ, ὅτι τοῖς συναριθμηθεῖσι μυσαροῖς οὐ συναριθμοῦνται οἱ Ἑβραῖοι. ταύτης γὰρ τῆς δόξης ἐγένετο Στέφανος ὁ ἐμὸς διδάσκαλος.* 6) l. l. p. 65. not. 65. 7) In excursu XX. ad Theophilum tom. II. p. 1240. 8) Sic enim Stephanus ad leg. 31. D. XII. 1. in Basilic. lib. 23. tit. 1. tom. III. p. 295.: *ὁ μέντοι ἡμέτερος διδάσκαλος οὕτω τὸ παρὸν ἐξηγήσατο δίγεστον.* 9) Ad leg. 4. Dig. XII. 3. in Basil. lib. 22. tit. 6. tom. III. p. 212. *εἷς ἐξ αὐτῶν ἢ ὡς ὕποπτος ἀπεκινήθη τῆς ἐπιτροπῆς, ὅπερ καὶ Δωρόθεος ὁ μακαρίτης φησίν.* Et ad fr. 60. pr. D. XVII. 2. in Basil. lib. 12. tit. 1. tom. I. ed. Heimbachi p. 763. *ὥστε καὶ ὑπὲρ τὸ νόμιμον ἀπαιτεῖται τόκον. οὕτω Δωρόθεος καὶ Θαλελαῖος οἱ μακαρῖται.* 10) Ad leg. 13. D. XII. 1. in Basil. lib. 23. tit. 1. tom. III. p. 265 seq. *Δωρόθεος μέντοι καὶ Θαλελαῖος οἱ μακαρῖται αὐτῷ τῷ κλέπτῃ τὸν ἀπὸ καλοῦ δαπανήματος δεδώκασι κονδικτίκιον.* 11) Vide proleg. ad Athanas. cap. VI. 12) Ad const. 29. Cod. II. 4. in Basil. ed. Heimbachi tom. I. p. 712. 13) In exc. XX. ad Theophil. tom. II. p. 1236. 14) In nota v. ad Suaresi notitiam Basilicorum §. 42. p. 136. 15) In libro de Basilicis et caet. p. 66 seq. 16) In libro: *Die Geschichte der Novellen* p. 65. 17) Hoc nominis et alias occurrit. Vide const. 3. Cod. XII. 21., const. 4. Cod. ibid., const. 1. Cod. ibid.

scholio, qui supra ὁ Ἥρως Πατρίκιος nuncupabatur, paullo post sic nude ὁ Πατρίκιος audit. Vide Basil. tom. I. ed. Heimbach p. 649., tom. II. ed. Fabr. p. 644. Eadem observatio est in Eudoxio iureconsulto, qui sic nude Εὐδόξιος dicitur in constit. *Tanta* §. 9., et constit. *Δέδωκεν* §. 9., et in Basilic. ed. Heimbach. tom. I. p. 403. Idem in Basilic. ed. Heimbach. tom. I. p. 696. et 810., ed. Fabr. tom. II. p. 644., tom. VI. p. 227. ὁ Ἥρως Εὐδόξιος audit, inverso autem verborum ordine ὁ Εὐδόξιος ὁ Ἥρως in Basilic. ed. Fabr. tom. III. p. 60., vel Εὐδόξιος ὁ Ἥρως tom. II. p. 644. Quae cum ita sint, nova quaerenda erit vocem ἥρως ex linguae Graecae rationibus explicandi ratio. Atque intuentibus nobis in scriptorum, qui iis temporibus vixerunt, dicendi genus, duo sane interpretandi genera occurrunt. Ἥρως enim est ubi *virum praestantem excellentemque* designet. Cicero ad Atticum epistol. lib. VII. epist. 13. *De Vennonianis rebus tibi assentior. Labienum* ἥρωα *iudico. Facinus iamdiu nullum civile praeclarius.* Ibidem lib. XIV. epist. 4. *Nostri autem* ἥρωες, *quod per ipsos confici potuit, gloriosissime et magnificentissime confecerunt.* Sic et iuris Iustiniani interpretes locuti sunt. Basil. ed. Heimbach. tom. I. p. 645. *ὡς τὸν ἥρωα καὶ κοινὸν τῆς οἰκουμένης διδάσκαλον Κύριλλον τελείως καὶ ἀνελλιπῶς τὰ περὶ τούτων συναγαγόντα ἐν τῷ ὑπομνήματι τῶν δεφινίτων αὐτοῦ.* Et tom. III. ed. Fabr. p. 256. (Stephani) *καλῶς οὖν καὶ ἁρμοδίως ἄν τις τοῦ ἥρωος Ἀμβλίχου κεχρημένος ῥήμασιν εἴποι.* Sic et accipienda videntur, quae in Basilicorum tom. IV. p. 702. habentur: *οὕτω γὰρ ὁ ἥρως Κύριλλος τὸ παρὸν ῥέσπονσον ἡρμήνευσε.* Eodem modo Fabrotus hunc locum interpretatus est. Haec vocis ἥρως significatio etsi non absque aliqua veri similitudine ad illos, quos de Eudoxio Patricioque supra attulimus, locos adhiberi queat, tamen mihi temperare non possum, quin in hanc coniecturam magis inclinem, ut Eudoxium Patriciumque eodem iure ἥρωας dictos esse arbitremur, quo iure, qui nostra memoria defuncti sunt, omnes ἥρωες a Graecis nuncupari solent. Sic Alciphron epistol. lib. III. epist. 37. *τὸν ἥρω Φαιδρίαν* dixit, hoc est *τὸν μακαρίτην*; ubi vide *Berglerum*; item multi et alii Graeci posteriorum temporum scriptores [1]). Quae coniectura multis iisque non ita levibus argumentis confirmari videtur. Ac primum quidem ii, qui Eudoxium Patriciumque laudarunt, fere his iureconsultis aequales fuerunt, aut certe ab ea aetate non ita longe remoti. Deinde pro ea, quae iureconsultorum Graecorum consuetudo fuit, ut in interpretibus sua memoria defunctis laudandis vocem ὁ μακαρίτης adderent, ita hoc dicendi genere usi reperiuntur, ut ὁ μακαρίτης Στέφανος vel Στέφανος ὁ μακαρίτης loquerentur. Sic ὁ μακαρίτης Πατρίκιος in Basilic. tom. VI. p. 60. habetur. Atque etiam, voce ὁ μακαρίτης postposita, Δωρόθεος ὁ μακαρίτης in Basil. tom. III. p. 212., Θεόφιλος ὁ μακαρίτης l. l. p. 147., 155., 176., 180., 184., 249., 295., 310., 319., et tom. VII. p. 261., Θωρόθεος καὶ Θαλελαῖος οἱ μακαρῖται tom. I. ed. Heimbach. p. 763., Θαλελαῖος ὁ μακαρίτης tom. IV. ed. Fabr. p. 721. et tom. VII. p. 270. Eodem plane dicendi genere, quo τὸν ἥρωα Πατρίκιον vel Πατρίκιον τὸν ἥρωα dici supra observavimus. Porro idem, de quo sermo est, Patricius a Thalelaeo [2]) aliisque [3]) iuris Graeci interpretibus paullo ante ipsorum tempora defunctus esse traditur, adeoque ὁ μακαρίτης nuncupatur. Denique ὁ ἥρως Πατρίκιος et ὁ ἥρως Εὐδόξιος Demostheni clarae memoriae (Δημοσθένει τῷ τῆς εὐκλεοῦς μνήμης) oppositi esse reperiuntur [4]). Ubi hoc dicendi genere τὸν ἥρωα eos, qui nostra memoria defuncti sunt, designari vel logicae artis et disciplinae leges satis demonstrant. Quae si non displiceant, facile est ad divinandum, de eo, quod apud Fabrotum tom. III. p. 60. relatum est, scholio quid iudicandum esse videatur. Initium eius scholii hoc est: „Ἥρωος." Fabrotus interpretatur „*Herois.*" Cedo mihi iuris Iustiniani interpretem *Heroem*, qui nec usquam inveniatur, adeoque etiam p. 61. *τὸν Εὐδόξιον τὸν ἥρωα* laudaverit! Enimvero apparet, excidisse quaedam, velut Πατρικίου τοῦ (ἥρωος), quod nominis ex eorum, qui Codicem interpretati sunt,

---

1) Vide Raoul-Rochetti librum, cuius hic est titulus: *Monumens inédits Paris* 1833. (fol.), première partie, Achilléide p. 104. not. 1. et 2. 2) In Basilic. ed. Fabr. tom. VI. p. 60. *ὁ δὲ μακαρίτης Πατρίκιος — καλεῖ.* (Thalelaei.) 3) In Basilic. ed. Heimbach. tom. I. p. 695. *ὁ μὲν τῆς περιφανοῦς μνήμης Πατρίκιος — ἐνόησεν.* 4) In Basilic. ed. Heimbach. tom. I. p. 692. *οὕτως γὰρ καὶ ὁ ἥρως Πατρίκιος παρέδωκεν καὶ ὁ ἥρως Εὐδόξιος· δοκεῖ δὲ Δημοσθένει τῷ τῆς εὐκλεοῦς μνήμης.* Sciendum est autem, hoc dicendi genere *τῷ τῆς εὐκλεοῦς μνήμης* defunctos designari.

libris desumtum Basilicorum calligraphi male habuerunt. Certe Codicis interpretes Patricium *τὸν ἥρωα Πατρίκιον* vel *Πατρίκιον τὸν ἥρωα* fere semper nuncuparunt. Miramur autem Reitzium, strenuum alioquin iurisprudentiae Graecae adsertorem, in hac re iudicanda Fabroti auctoritati cessisse non invitum [1]). — De *Domnino* nihil fere constat, nisi quod in const. 6. Cod. II. 13. *ἑρμηνείᾳ*, quae apud Heimbachium tom. I. p. 403. habetur, cum Demosthene Eudoxioque Patricio oppositus est. Itaque iis temporibus, quibus ii, quos supra diximus, vixerunt, aetatem degisse non improbabiliter dicetur, cum praesertim ipse Patricius [2]), Thalelaeo auctore, Demosthenem in libris laudaverit suis.

CAPUT II.

Sequitur, ut de natura indoleque eius, quem Theodorus Hermopolitanus de Iustiniani Novellis conscripsit, commentarii videamus. In quo libro componendo ita versatus est, ut singularum quarumque Novellarum epitomas conficeret, confectasque certum in ordinem redigeret. De epitomis intuenti cuique in genuina huius libri fragmenta satis constabit. Singulis autem epitomis et titulum et prima quaeque Novellae, de qua quaeritur, verba videtur praetexuisse. Qua de re satis liquet ex Codicis Bodleiani numero 3399. signati tit. 32. fol. 131. cum Basilicorum lib. 41. tit. 4. them. 1. tom. V. p. 482—484. comparatione. Quae enim in Basilicis Theodoro attribuuntur, ea Codex Bodleianus ita habet:

Περὶ κληρονομιῶν καὶ φαλκιδίων.

Ἐνησχολημένοις ἡμῖν.

Κληρονόμοις ἀναγκαίως et caet.

Aliud eius rei testimonium ipse perhibet Theodorus in Basil. lib. 23. tit. 3. them. 77. ed. Fabr. tom. III. p. 479. schol. *n.*, ubi haec ex eiusdem ad Novellam 52. commentario laudantur:

Θεοδώρου.

Τοὺς ἀνελευθέρους ἐνεχυριασμούς.

Μήτε εἰς ἄλλον (Fabr. *ἄλλος*) *ἀντ' ἄλλου ἐνεχυραζέτω* etc.

Qua in re satis liquet, id, quod in Basilicorum fragmentis alio loco accidisse negamus, ipsis Theodori verbis, quae in Basilica translata sunt, prima Novellae 52. verba inhaesisse. — De titulis idem confirmatur ex Theodori ad Codicem Iustinianum commentariis. Ibi enim, ubi singulas Iustiniani Novellas constitutiones attulit, cum saepius Novellae numerum designarit, tum non ita raro ipsum constitutionis titulum apposuisse reperitur. Sic ad const. 1. C. V. 15. laudatur *ἡ περὶ τῆς ἀναργυρίας τῆς προικὸς νεαρὰ* in Basil. ed. Fabr. tom. IV. p. 712. Sic ad const. 1. C. VI. 2. attulit *τὴν περὶ χαμευρέτων νεαρὰν* in Basil. tom. VII. p. 212. Sic ad const. ult. C. XI. 40. laudavit *τὴν περὶ πορνοβοσκῶν νεαρὰν* in Basil. tom. VII. p. 683. Sic ad const. 1. C. IX. 29. laudavit *τὰς περὶ τῶν ἀρχόντων νεαρὰς* in Basil. tom. VII. p. 774. Sic ad const. 1. C. IX. 29. laudavit *τὴν περὶ δὲ πεκουλάτους νεαρὰν* in Basil. tom. VII. p. 774. — Illud ambigitur, utrum Theodorus ad singulas Novellarum epitomas subscriptiones adiecerit necne. Ego, ut ingenue dicam, quod sentio, ab hac coniectura non sum alienus, ut adiectas fuisse credam. Nam et Athanasium id ita fecisse compertum habemus, et epitome Novellae 111. a Theodoro confecta, quae in CLXVIII. Novellarum corpus migravit, tam in Scrimgeri, quam in Haloandri editione diei et consulis notam praefert. — In his epitomis componendis Theodorum brevitatis et in contractionis studiosum fuisse Nomophylax [3]),

---

1) In excursu XX. ad Theoph. tom. II. p. 1236.

2) In Basil. ed. Heimbach. tom. I. p. 405. *ὁ ἥρως Πατρίκιος ἐνόησεν, ἀναγαγὼν καὶ Δημοσθένην οὕτως αὐτὸ νενοηκότα.*

3) In scholio Basilicorum tom. II. p. 587. D. *ἀλλ' ἐκεῖνον μὲν (τὸν Θεόδωρον), φιλοσύντομον ὄντα, οὕτω γράψαι.*

unus omnium optimus harum rerum iudex, testatus est et, quae ubique habentur Theodori fragmenta, confirmant.

Restat, ut de ordine, quem Theodorus Hermopolitanus in hoc libro conficiendo fuerit secutus, quaque ratione singulas quasque Iustiniani Novellas disposuerit, quaeramus. Quae quidem disputatio ad certa genuinaque Theodori fragmenta redit. Adhibui autem etiam eiusdem iureconsulti ad Codicem Iustinianum commentarios, ubi multa ex Novellis habentur. In quo singulas quasque constitutiones non uno eodemque modo allegavit. Partim enim *τὴν νεαρὰν* sic nude posuit[1]), partim *τὴν μετὰ τὸν κώδικα διάταξιν* commemoravit[2]), partim titulos constitutionum Novellarum adposuit[3]), partim singulas Novellas ad numerum laudavit. In eo, quem de Iustiniani Novellis composuit, legum libro Theodorus nullas laudavit Novellas constitutiones, nisi numeris distinctas. Dabo hoc loco, quam potero diligentissime, singularum Novellarum, quae a Theodoro in utroque libro ad numerum laudatae reperiuntur, catalogum, numerisque Theodori quemadmodum cum CLXVIII. Novellarum corpore conveniat, postea deinceps indicabo.

Nov. 1. laudatur a Theodoro ad const. 1. Cod. VI. 10. in Basilic. ed. Fabr. tom. V. p. 351., et ad const. 18. Cod. VI. 50. in Basilic. tom. V. p. 441. Idem est eius constitutionis numerus in corpore CLXVIII. Novellarum.

Nov. 2. laudatur a Theodoro ad const. 1. Cod. V. 15. in Basilic. tom. IV. p. 712., et ad const. 8. Cod. VI. 61. in Basilic. tom. VI. p. 127., item ad Nov. 22. tom. IV. p. 447., 489., 494., 495. Idem habetur eius constitutionis numerus in corpore CLXVIII. Novellarum.

Nov. 3. laudatur a Theodoro ad const. 20. Cod. VI. 20. in Basilic. tom. V. p. 535.

Nov. 4. laudatur a Theodoro ad Nov. 136. in Basilic. tom. III. p. 488. Idem numerus est in corpore CLXVIII. Novellarum.

Nov. 17. laudatur a Theodoro ad const. 1. Cod. IX. 48. in Basilic. tom. VII. p. 926. Idem numerus est in corpere CLXVIII. Novellarum.

Nov. 18. laudatur a Theodoro ad const. 1. Cod. III. 28. in Basilic. tom. V. p. 263., et ad const. 5. Cod. III. 29. in Basilic. tom. V. p. 487., et ad const. 1. Cod. V. 13. in Basilic. tom. IV. p. 664., et ad Nov. 1. in Basilic. tom. V. p. 482., et ad Nov. 22. in Basilic. tom. IV. p. 495., et ad Nov. 49. in Basilic. tom. III. p. 99. Idem numerus est in corpore CLXVIII. Novellarum.

Nov. 22. laudatur a Theodoro ad const. 1. Cod. V. 13. in Basilic. tom. IV. p. 664., et 665., et ad const. 4. Cod. VI. 56. in Basilic. tom. VI. p. 52., et ad const. 6. Cod. I. I. in Basilic. tom. VI. p. 54., et ad const. 8. Cod. VI. 61. in Basilic. tom. VI. p. 127., et ad const. 3. Cod. VIII. 56., in Basilic. tom. VI. p. 231. et ad Nov. 97. in Basilic. tom. V. p. 537., et ad Nov. 117. in Basilic. tom. IV. p. 334., et ad Nov. 119. in Basilic. tom. IV. p. 685. Idem numerus habetur in corpore CLXVIII. Novellarum.

Nov. 23. laudatur a Theodoro ad const. 11. Cod. V. 37. in Basilic. tom. V. p. 152. Idem numerus habetur in corpore CLXVIII. Novellarum.

Nov. 39. laudatur ad const. 3. Cod. VI. 48. in Basilic. tom. V. p. 457. Idem numerus habetur in corpore CLXVIII. Novellarum.

Nov. 49. laudatur a Theodoro ad const. 17. Cod. IV. 20. in Basilic. tom. II. p. 576. Idem numerus habetur in corpore CLXVIII. Novellarum.

---

1) Ad const. 12. Cod. II. 12. in Basilic. ed. Heimbach. tom. I. p. 407., et ad const. 5. C. I. I. p. 403., et ad const. 13. C. IV. 65. in Basilic. ed. Fabr. tom. II. p. 488., et ad const. 7. C. V. 4. in Basilic. tom. IV. p. 301., et ad const. 1. C. VII. 13. in Basilic. tom. VI. p. 532. 2) Ad const. 10. C. IV. 10. in Basilic. tom. III. p. 537. 3) Vide locos supra p. 205. adlatos.

Nov. 52. laudatur a Theodoro ad const. 34. Cod. VIII. 54. in Basilic. tom. VI. p. 221., et ad Nov. 87. in Basilic. tom. VI. p. 263. Idem numerus in corpore CLXVIII. Novellarum habetur.

Nov. 53. laudatur a Theodoro ad const. 7. Cod. VI. 61. in Basilic. tom. VI. p. 126., et ad const. 1. Cod. IX. 40. in Basilic. tom. VII. p. 796. Idem numerus habetur in corpore CLXVIII. Novellarum.

Nov. 61. laudatur a Theodoro ad const. 1. Cod. V. 23. in Basilic. tom. IV. p. 727. Idem numerus in corpore CLXVIII. Novellarum habetur.

Nov. 69. laudatur a Theodoro ad const. 2. Cod. II. 12. in Basilic. ed. Heimb. tom. I. p. 401., et ad const. 1. Cod. IX. 40. in Basilic. ed. Fabr. tom. VII. p. 796. Idem numerus habetur in corpore CLXVIII. Novellarum.

Nov. 71. laudatur a Theodoro ad const. 15. Cod. IX. 2. in Basilic. tom. VII. p. 557. Idem numerus habetur in corpore CLXVIII. Novellarum.

Nov. 72. laudatur a Theodoro ad const. 22. Cod. V. 37. in Basilic. tom. V. p. 155. Idem numerus in corpore CLXVIII. Novellarum habetur.

Nov. 73. laudatur a Theodoro ad const. 9. Cod. IV. 1. in Basilic. tom. III. p. 198., et ad const. 11. Cod. IV. 1. in Basilic. tom. III. p. 199., et ad Nov. 47. in Basilic. tom. III. p. 96. Idem numerus habetur in corpore CLXVIII. Novellarum.

Nov. 74. laudatur a Theodoro ad const. 6. Cod. VI. 61. in Basilic. tom. VI. p. 124. Idem numerus in corpore CLXVIII. Novellarum habetur.[1]

Nov. 78. laudatur a Theodoro ad const. 3. Cod. VII. 15. in Basilic. tom. VI. p. 538. et ad Nov. 117. in Basilic. tom. VI. p. 139. Idem numerus in corpore CLXVIII. Novellarum habetur.

Nov. 84. laudatur bis a Theodoro ad Nov. 118. in Basilic. tom. VI. p. 103. Idem numerus est in corpore CLXVIII. Novellarum.

Nov. 88. laudatur a Theodoro ad const. 10. Cod. IV. 1. in Basilic. tom. III. p. 99. et ad Nov. 73. in Basilic. tom. III. p. 112. Idem numerus in corpore CLXVIII. Novellarum habetur.

Nov. 89. laudatur a Theodoro ad const. 5. Cod. VI. 58. in Basilic. tom. VI. p. 79. Idem numerus in corpore CLXVIII. Novellarum habetur.

Nov. 90. laudatur a Theodoro ad const. 9. Cod. IV. 20. in Basilic. tom. II. p. 565. Idem numerus in corpore CLXVIII. Novellarum habetur.

Nov. 92. laudatur a Theodoro ad const. 2. Cod. III. 29. in Basilic. tom. V. p. 486., et ad const. 5. Cod. ibidem l. l., et ad const. 2. Cod. VI. 20. in Basilic. tom. V. p. 531. et 532. et ad const. 3. Cod. VI. 50. in Basilic. tom. V. p. 437. Idem numerus in corpore CLXVIII. Novellarum habetur.

Nov. 94. laudatur a Theodoro ad const. 6. Cod. VI. 56. in Basilic. tom. VI. p. 54. et ad Nov. 22. in Basilic. tom. IV. p. 498. Idem numerus in corpore CLXVIII. Novellarum habetur.

---

1) Nov. 75. laudatur a Theodoro ad const. 5. Cod. II. 6. in Basilic. ed. Heimbach. tom. I. p. 335. Est Nov. 62. in CLXVIII. Novellarum corpore. Vide Bieneri librum: *Die Geschichte der Novellen* p. 56. et 496. seq. In tali tantoque reliquorum numerorum cum corpore CLXVIII. constitutionum consensu vix ac ne vix quidem dubitabis, quin hoc loco corrigendum sit ὅμοιον λέγει καὶ ἡ ξβ'. νεαρά. Quae coniectura si displiceat, conicias in exemplaribus CLXVIII. Novellarum antiquissimis Novellam 62. in locum Nov. 75., quae eadem est atque Nov. 104., suffectam fuisse. Vide Bieneri librum: *Die Geschichte der Novellen* p. 108., 455. et 461.

Nov. 97. laudatur a Theodoro ad const. 5. Cod. V. 11. in Basilic. tom. IV. p. 642., et ad const. 14. Cod. V. 12. in Basilic. tom. IV. p. 647. et 649., et ad const. 20. Cod. I. I. in Basilic. tom. IV. p. 651. et 655., et ad const. 1. Cod. V. 13. in Basilic. tom. IV. p. 665., et ad const. 2. Cod. VI. 20. in Basilic. tom. V. p. 531., et ad Nov. 18. in Basilic. tom. V. p. 537. Idem numerus in corpore CLXVIII. Novellarum habetur.

Nov. 98. laudatur a Theodoro ad Nov. 22. in Basilic. tom. IV. p. 447., 448., 489., Idem numerus in corpore CLXVIII. Novellarum habetur.

Nov. 100. laudatur a Theodoro ad const. 5. Cod. IV. 30. in Basilic. tom. III. p. 350., et ad Nov. 39. in Basilic. tom. IV. p. 492. Idem numerus in corpore CLXVIII. Novellarum habetur.

Nov. 107. laudatur a Theodoro ad const. 1. Cod. III. 28. in Basilic. tom. V. p. 263. Idem numerus in corpore CLXVIII. Novellarum habetur.

Nov. 108. laudatur a Theodoro ad const. 3. Cod. VI. 48. in Basilic. tom. V. p. 458., et ad const. 3. Cod. VI. 50. in Basilic. tom. V. p. 437., et ad Nov. 39. tom. IV. p. 503. Idem numerus in corpore CLXVIII. habetur.

Nov. 111. laudatur ex Theodori de Novellis Iustiniani libro apud *(Pseudo-) Eustathium de diversis temporum intervallis* ed. Leuncl. I. G. R. tom. II. p. 246. Idem numerus in corpore CLXVIII. Novellarum habetur.

Nov. 115. laudatur a Theodoro ad const. 15. Cod. II. 3. in Basilic. ed. Heimbach. tom. I. p. 658., et ad const. 28. Cod. III. 28. in Basilic. ed. Fabr. tom. V. p. 267., et ad const. 3. Cod. VI. 48. in Basilic. tom. V. p. 457., et ad const. 11. Cod. VI. 50. in Basilic. tom. V. p. 439., et ad Nov. 60. in Basilic. tom. III. p. 369. In corpore CLXVIII. Novellarum idem numerus reperitur.

Nov. 117. laudatur a Theodoro ad const. 15. Cod. II. 3. in Basilic. ed. Heimbach. tom. I. p. 658., et ad const. 1. Cod. V. 13. in Basilic. ed. Fabr. tom. IV. p. 664., et ad const. 1. Cod. V. 49. in Basilic. tom. V. p. 61., et ad const. 3. Cod. VI. 48. in Basilic. tom. V. p. 458., et ad const. 1. Cod. VI. 60. in Basilic. tom. VI. p. 117., et ad const. 5. Cod. IX. 9. in Basilic. tom. VII. p. 665., et ad Nov. 18. in Basilic. tom. V. p. 486., et ad Nov. 22. in Basilic. tom. IV. p. 495., et ad Nov. 119. in Basilic. tom. IV. p. 685. Idem numerus in corpore CLXVIII. Novellarum habetur.

Nov. 118. laudatur a Theodoro ad const. 1. Cod. VI. 57. in Basilic. tom. VI. p. 55., et ad const. 2. Cod. VI. 58. in Basilic. tom. VI. p. 79., et ad Nov. 22. in Basilic. tom. IV. p. 493. Idem numerus in corpore CLXVIII. Novellarum reperitur.

Nov. 119. laudatur a Theodoro ad const. 2. Cod. VI. 50. in Basilic. tom. V. p. 437., et ad Nov. 87. in Basilic. tom. VI. p. 263. Idem numerus in corpore CLXVIII. Novellarum reperitur.

Nov. 123. laudatur a Theodoro ad const. 3. Cod. VI. 48. in Basilic. tom. V. p. 458., et ad Nov. 22. in Basilic. tom. IV. p. 494., et ad Nov. 117. in Basilic. tom. IV. p. 334. Idem numerus habetur in corpore CLXVIII. Novellarum.

Nov. 124. lardatur a Theodoro ad const. 5. Cod. IV. 1. in Basilic. tom. III. p. 196. Idem numerus in corpore CLXVIII. Novellarum reperitur.

Nov. 127. laudatur a Theodoro ad Nov. 22. in Basilic. tom. IV. p. 447. et 489., et ad Nov. 87. in Basilic. tom. VI. p. 263., et ad Nov. 118. in Basilic. tom. VI. p. 103. et 104. Idem numerus habetur in corpore CLXVIII. Novellarum.

Nov. 134. laudatur a Theodoro ad const. 7. Cod. V. 70. in Basilic. tom. V. p. 174., et ad const. 6. Cod. IX. 8. in Basilic. tom. VII. p. 609., et ad const. 1. Cod. IX. 40. in Basilic. tom. VII. p. 796., et ad const. 9. Cod. IX. 49. in Basilic. tom. VII. p. 877., et ad Nov. 52.

in Basilic. tom. III. p. 480., et ad Nov. 60. in Basilic. tom. III. p. 369. Idem numerus in corpore CLXVIII. Novellarum habetur.

Nov. 136. laudatur a Theodoro ad const. 5. Cod. IV. 30. in Basilic. tom. III. p. 350. et ad const. 14. Cod. I. I. in Basilic. tom. III. p. 359. Idem numerus in corpore CLXVIII. Novellarum habetur.

Nov. 138. laudatur a Theodoro ad Nov. 121. in Basilic. tom. III. p. 479., et ad Nov. 160. in Basilic. tom. III. p. 480. Idem numerus in corpore CLXVIII. Novellarum habetur.

Nov. 155. laudatur a Theodoro ad Nov. 22. in Basilic. tom. IV. p. 493. Idem numerus in corpore CLXVIII. Novellarum habetur.

Nov. 156. laudatur a Theodoro ad Nov. 162. in Basilic. tom. VI. p. 584. Idem numerus in corpore CLXVIII. Novellarum reperitur.

Nov. 159. laudatur a Theodoro ad const. 3. Cod. VI. 48. in Basilic. tom. V. p. 458. Idem numerus habetur in corpore CLXVIII. Novellarum.

Iis, quas laudavimus, Novellis constitutionibus cum omni ex parte cum corpore CLXVIII. Novellarum conveniat, non dubito, quin ex iis, qui has res iudicandas sibi sumant, nemo quisquam futurus sit, qui eius, quem ultimo loco commemoravimus, Iustinianarum Novellarum libri ab ipso Theodoro rationem habitam esse neget. Nisi forte existimas, alios apud Theodorum numeros ab initio relatos fuisse, quos secunda manus ad corporis CLXVIII. Novellarum ordinem immutarit correxeritque. Quae res et nullo pacto demonstrari potest, et ex Theodori ad Iustinianum Codicem commentariis falsa esse evincitur. Nobis autem haec singulorum, qui apud Theodorum habentur, numerorum cum CLXVIII. Novellarum corpore convenientia multum proderit ad tempora, quibus Theodorus vixerit, recte definienda. Quum enim hodie inter omnes constet, corpus CLXVIII. Novellarum imperatore Tiberio compilatum esse[1]), consequens est, ut Theodorum eadem fere tempora attigisse credamus. Quid, si ab eodem scriptore id ipsum CLXVIII. Novellarum corpus confectum et ad certum ordinem redactum esse coniiciamus? Quae res non improbabiliter demonstrari posse videtur. Primum enim ex iis, qui de Iustiniani Novellis scripserunt, quorum quidem libri ad nostram aetatem pervenerunt, nemo quisquam reperitur, qui singularum constitutionum digerendarum rationem ad CLXVIII. Novellarum corpus accommodaverit totam, uno excepto Theodoro. Deinde temporum, quibus Theodorus vixerit, rationes fere cum huius libri origine consentiunt. Porro, quam CLXVIII. Novellarum corpus apud Graecos in iuris studio formando habuit vim atque potestatem, eius rei caussa reddetur satis idonea, modo, qualis quantaque fuerit per totum imperium Orientale libri a Theodoro compilati auctoritas, cogitare velimus. Huc accedit, quod nonnulla, quae Theodori sunt, in illo, quod supra diximus, Novellarum corpore recepta sint. Vide, quae capite III. in medium sumus prolaturi. Quae coniectura si viris doctis non displiceat, tanti tamque taediosi, qui in Basilicis reliquisque iuris Graeci monumentis legendis relegendisque ponendus a me fuit, laboris, operae, studii aliquem fructum mihi videbor retulisse.

Venio ad interpolationes, quibus Theodori fragmenta non ita raro inquinata fuerunt, indicandas describendasque. Cuius disputationis bipartita est ratio. Partim enim, ut in Basilicorum scholiis accidisse videmus, qui ex iure Iustiniani apud Theodorum relati fuerunt loci, iis Basilicorum locus ei rei conveniens saepe multumque a nescio quo terrae filio adiectus est. Qua in re duplici ratione Basilicorum scholiastas usos esse animum advertimus; partim enim iuris Iustiniani mentio antea facta, Basilicorum loco in eam rem suffecto, deleta est omnino, partim in-

1) Vide Bienerum in libro: *Die Geschichte der Novellen* p. 89.

tegra mansit, sed, praetexto ἢ vel ἤτοι, Basilicorum locus additus est[1]. Itaque boni erit interpretis eos locos, qui ex Basilicis interpolati sunt, quanta maxima fieri poterit diligentia, adnotare, ipsamque interpolationis originem fontemque demonstrare. Alterum interpolationis genus, quod ex iureconsultorum Graecorum glossis ad codicum manuscriptorum marginem adiectis ortum habuit, in Theodori fragmentis reperiri Nomophylax Basilicorum scholiastes demonstravit[2], qui, cum eam, quae ex Theodori libro in Basilicorum tom. II. p. 586. relata est, Novellae 90. interpretationem reprehendisset, verba ἔστι δοῦλος, quae l. l. ex Theodoro laudantur, ut quae totam loci sententiam pervertant, ab aliquo iuris non ita gnaro homine adiecta esse coniecit, idque multum ac saepenumero in Basilicis accidisse significavit[3]. Idem in aliis Theodori fragmentis, quae in Basilicis relata sunt, accidisse non dubito, quin iure meritoque suspicemur. Sed totum hoc coniecturae genus lubricum sane est incertumque, in quo vel prudentissimus quisque idemque sagacissimus antiquitatis vindex facile fallatur, et, si semel erratum sit, maxima cum difficultate medicina adhiberi queat. Itaque meas de hoc interpolationis genere suspiciones maximam partem tacito praetermittendas esse censui, non quo quicquam praeterirem, unde ad Theodori fragmenta et emendanda et critica arte et disciplina perpolienda aliquid utilitatis redundare videretur, sed, quia nolebam cuiquam videri aliquid sine caussa idonea suspicari, temeritatisque nimiaeque mei ipsius fiduciae contrahere crimen. Sed sit iam hic huius disputationis finis, quae, dum brevis esse laboro, in iustae orationis modum crevit.

C A P U T III.

De fontibus si quaeritur, unde haec, quae edimus, Theodori fragmenta hausta sint, nemo non videt, totum hoc disputandi genus satis magnam habere difficultatem. Ego satis habebo eorum fontium catalogum, quanta maxima potero, cura et diligentia componere, et, quibus in singulis Theodori fragmentis emendandis supplendisque usus sim adminiculis, paucis exponere. Qua in re ita versabimur, ut singulos fontes suo quemque numero distinguamus.

A. *Corpus CLXVIII. Novellarum.*

Habemus hunc librum ex duobus codicibus manuscriptis Graece editum, altero Florentino, altero Veneto. Florentinum exemplar secutus est *Gregorius Haloander*, Venetum *Henricus Scrimgerus*. Itaque utramque editionem adhibendam putavi; adieci autem etiam utriusque codicis varietatem scripturae, a me, dum in Italia commorabar, enotatam. In hoc libro haec recepta sunt Theodori fragmenta: *Novella 111.* Incipit πᾶσα ἀγωγή. Desinit ὑπατείας Βασιλείου. Ea enim Theodori esse et Bienerus in historia Novellarum p. 68. demonstravit, et nos ex libro ῥοπῶν docebimus. — *Novella 114.* Incipit πᾶσα κέλευσις. Desinit παρὰ τοῦ βασιλέως. Quae Theo-

---

1) Vide Reitzium in excursu XX. ad Theophili παράφρασιν tom. II. p. 1232. seq., fratrem mihi cum primis dilectum de Basilicorum origine et caet. p. 65., Bienerum in libro: *Die Geschichte der Novellen* p. 149., me in observationibus iuris Graeco-Romani p. 20. 2) In Basilic. ed. Fabr. tom. II. p. 587. 3) Sic enim Nomophylax l. l.: *πλὴν οἶμαι μήτε αὐτὸν τὸν Θεόδωρον τὸ τοιοῦτον ἄτοπον ἐννοῆσαι, μήτοιγε καὶ εἰπεῖν. ἀλλ᾽ ἐκεῖνον μέν, φιλοσύντομον ὄντα, οὕτως γράψαι· ὅτι ἐὰν ὁ μάρτυς λέγεται εἶναι δοῦλος, ἑαυτὸν δέ φησιν εἶναι ἐλεύθερον, εἰ μὲν ἐκ γενετῆς, μαρτυροίη, ἐκβάλλεται δὲ διὰ παραγραφῆς· εἰ δὲ ἀπελεύθερος εἴη, δεικνύτω τὴν ἐλευθερίαν αὐτοῦ. παραγράψαι δέ τινα τῶν ἀμαθῶν οἰόμενον νόμους γινώσκειν τὸ ἔστι δοῦλος· ὅπερ καὶ πολλαχοῦ τῶν Βασιλικῶν εὑρίσκεται.*

dori esse ex Basilicorum lib. 1. tit. 6. them. 27. (ed. Heimbachi tom. I. p. 92.) idem vir praestantissimus docuit l. l. p. 68. In quo illud sane mirum est, quod *Theodori* nomen in hoc libro nusquam adiectum esse videamus. — *Novella 138.* editionis Haloandrinae. Incipit ἡ παροῦσα διάταξις. Desinit ἰσχὺν νόμου. Eam epitomen, ab Haloandro satis male habitam, Theodori esse docet eiusdem fragmenti cum Nov. 121. in Basilicis compositio, quae res Basilicorum libro 23. tit. 3. them. 78. habetur. Atque ad hanc epitomen scriptum est Theodori scholium, quod habetur l. l. tom. III. p. 478. littera *p.*

B. *Pseudo-Eustathius de diversis temporum intervallis.*

Is liber Graecis dicitur ῥοπαί[1]). *Eustathii* nomen *Schardius* primus praefixit[2]), nisi fallor, ex Antonii Augustini bibliotheca sermonibusve haustum[3]). In codicibus autem manuscriptis, quos equidem viderim, nusquam reperitur. Neque sane exstat in codice chartaceo, qui inter Senatus Lipsiensis libros manu exaratos hoc signo „Rep. I. numero 66." signatus est, neque in duobus codicibus, qui sunt Gustavi Haeneli, antecessoris Lipsiensis, quos libros alio loco descripsi[4]). Exstant, auctore Bienero[5]) et Zachariaeo[6]), plures huius opusculi editiones. Altera eademque antiquiore Schardius usus est; altera, quae Basilicis confectis adaucta est et amplificata, Iacobus Cuiacius, Iohannes Leunclavius. Tertiam Zachariaeus ex codice, qui in bibliotheca Senatus Lipsiensis est, typis exscribendam curavit[7]). In prima eius libri editione nihil est, quod ad Theodorum pertinere videatur. In secundae tertiaeque editionis eo capite, quo de centum annorum in iure civili usu et auctoritate agitur, §. 2. Theodori fragmentum ex Novella 111. relatum est. Habetur autem in editione Iohannis Leunclavi in iure Graeco-Romano tom II. p. 216., Eduardi Zachariaei l. l. p. 240. Alia autem Theodori fragmenta in hoc libro non reperiuntur.

C. *Prochiron Basilii Macedonis.*

(Vide prolegomenῶν ad Athanasium adiectorum cap. III.)

Usus sum codice bibliothecae Senatus Lipsiensis manuscripto, qui repositorii I. est liber 66., ex posterioribus iuris civilis fontibus mirum in modum interpolato. Inveni autem haec prochiri fragmenta ex Theodori libro deducta: tit. 30. fol. 110. B. Incipit οἱ κατιόντες. Desinit καὶ τῶν ἐκ πλαγίου. — Ibidem. Incipit ἐὰν εἷς. Desinit τῶν ἀπροσπορίστων. — Ibidem. Incipit ἐὰν πάππος. Desinit εἴτε αὐτεξούσιοι. — Ibidem. Incipit κατιόντων. Desinit εἰς τὴν κληρονομίαν. — Et folio 111. B. Incipit οἱ ἀμφιθαλεῖς. Desinit κἂν ὑπεξούσιος ᾖν. — Ibidem. Incipit οἱ ἐκ τῶν αὐτῶν. Desinit ἀποθανόντα ἀδελφόν. — Ibidem. Incipit ἐάν τις. Desinit ὄντα ἀδελφὸν αὐτῶν. — Ibidem. Incipit ἀδελφοῦ μὴ ὑπόντος. Desinit ἐξ ἴσου κληρονομοῦσιν. Haec omnia ex Theodori commentario ad Novellam 118. hausta sunt, id quod me docuerunt Basilica lib. 45. tit. 3. them. 8. tom. VI. p. 103. seq.

Fuit mihi ad manum et aliud interpolati prochiri genus, quod in codice Bodleiano, qui numero 3399. signatus est, habetur. Nacti sumus beneficio V. Clar. *Eduardi Zachariaei* eius libri apographum, de quo videbis, quae in prolegomenῶν ad Athanasii corpus adiectorum capite V. disputavimus. In huius prochiri titulo 32. fol. 131. relata est Iustiniani Novella 1., ut ex Basilicorum lib. 41. tit. 4. them. 1. tom. V. p. 482—484. apparet, ex Theodori libro deducta. Incipit περὶ κληρονομιῶν καὶ φαλκιδίων. Ἐνησχολημένοις ἡμῖν (haec sunt prima No-

---

1) Vide observationes meas iuris Graeco-Romani p. 12. et 68. 2) Edidit *Simon Schardius*, Basileae 1561. 8. Vide V. Clar. *Zachariaei* librum: αἱ ῥοπαί p. 5. 3) Aliud visum est Zachariaeo l. l. p. 60—66. Sed vide, quae Zachariaeus l. l. p. 5. ex Schardii praefatione laudavit. 4) l. l. p. 2—6. Vide et Zachariaeum l. l. p. 60. 5) In libro: *Die Geschichte der Novellen* p. 124. 6) l. l. p. 67—106. 7) l. l. p. 116. seq.

vellae verba). *Κληρονόμοις ἀναγκαίως.* Desinit *ἀρκοῦσι μόνον οἱ εἰρημένοι μάρτυρες.* Inter ea, quae ibi leguntur, sunt, quae in Basilicis plane desint. Incipit *πάντες οἱ κληρονόμοι.* Desinit *τὴν βούλησιν τοῦ τεστατόρος.* Cumque ea, quae ante ea verba leguntur, eaque, quae postea reperiuntur, ex auctoritate Basilicorum l. l. ad Theodori commentarium pertineant, vix ac ne vix quidem dubitari poterit, quin ea, quae in codice Bodleiano media interiiciuntur, eodem sint referenda. Sunt et alii eius codicis loci, qui ex commentariis iureconsultorum de Iustiniani Novellis hausti videantur. Quae cum nulla idonea de caussa Theodoro vindicari possint, atque adeo cum genuinis eius scriptoris epitomis pugnent, in huius libri accessione collocanda putavi. Sunt autem haec: Nov. **136.** in codicis tit. **16.** fol. **76.** reperitur. Incipit *ρλβʹ. περὶ συναλλαγμάτων ἀργυροπρατῶν. Ἐκ τοῦ συστήματος τῶν ἀργυροπρατῶν. Ὁ μανδατορεύων ἢ ἀντιφωνῶν.* Desinit *ὑπὲρ ἑαυτοῦ περιφρονεῖν.* Quae plane iis, quae Theodorus ex eadem Novella retulit, repugnant. — Nov. **99.** in codicis tit. **16.** fol. **77.** Incipit *περὶ ἀλληλεγγύων. Ἴσμεν πρώην τεθηκότες νόμον. Οἱ ἀλληλεγγύως.* Desinit *ιγ. ὑπατίας Ἀππίονος.* — Nov. **135.** in codicis tit. **16.** fol. **75.** Incipit *νεαρὰ Ἰουστινιανοῦ ρμʹ. ρζʹ. περὶ ἐκστάσεων. Ὅσα τὸ θεῖον ἐξευμενίζεσθαι. Προφάσει ἐκστασίου.* Desinit *χωρὶς τῶν ταῖς ἀληθείαις τῇ αὐτοῦ γαμετῇ προσηκόντων.* — Edictum Iustiniani **9.** in codicis tit. **16.** fol. **75.** Incipit *ρξεʹ. περὶ ἀργυροπρατῶν. Τὸ κοινόν. Οἱ ἀργυροπράται οὐ δύνανται ὑπὲρ ἄλλων.* Desinit fol. **76.** *δικαστὴς ἐνάγουσι καὶ ἐναγομένοις κυροῖ τὰ προνόμια αὐτῶν.* — Nov. **129.** in codicis tit. **20.** fol. **86.** Incipit *Ἰουστινιανοῦ ρκβʹ. ρκζʹ. Περὶ τοῦ τοὺς Σαμαρείτας κληρονομεῖν καὶ κληρονομεῖσθαι καὶ τὰ ἄλλα ποιεῖν συναλλάγματα, καθὼς πρότερον. Οὐδὲν οὕτω μέγα τῶν ὑπηκόων. Οἱ Σαμαρεῖται καὶ διαθέσθαι δύνανται.* Desinit *ὡς ἐοικὸς περὶ τὰς διανομὰς ἐν ταῖς διαθήκαις.* — Nov. **159.** in codicis tit. **29.** fol. **115.** Incipit *ρκδʹ. ρκθʹ. Ἰουστινιανοῦ περὶ τοῦ τὰς ἀποκαταστάσεις μέχρις ἑνὸς βαθμοῦ κρατεῖν. Τοσοῦτον ἡμῖν φιλανθρωπίας. Ἐάν τις διαθέμενος καταλείψῃ.* Desinit *ἀπατήσει ἐκπίπτειν τοῦ ληγατευθέντος αὐτῷ.* — Nov. **118.** in codicis tit. **30.** fol. **124.** Incipit *διάταξις τῆς αʹ. νεαρᾶς Ἰουστινιανοῦ. Παίδων μὴ ὄντων οἱ ἀνιόντες καὶ οἱ πλησιάζοντες.* Desinit *καὶ οἱ ἀδελφόπαιδες γʹ. βαθμοῦ εἰσίν.* Haec plane iis repugnant, quae Theodorus ex eadem Novella constitutione in commentarium transtulisse videtur suum. — Nov. **155.** in codicis titulo **31.** fol. **129.** Incipit *ρνεʹ. περὶ τοῦ δύνασθαι τοὺς παῖδας κατὰ τῶν ἐπιτροπευόντων αὐτῶν γονέων ἀποκαθίστασθαι. Ἱκετηρίαν ἀνέτεινε Μάρθα τῷ ἡμετέρῳ κράτει. Ἐὰν γυνὴ τῶν ἑαυτῆς ἐπιτροπεύουσα παίδων.* Desinit *καὶ τῶν ὑπαρχόντων αὐτῇ τοῦτο πράττειν ἀναγκάζεται.* — Nov. **158.** in codicis tit. **31.** fol. **129.** Incipit *ρνγʹ. πότε ὁ μὴ ἀδιτεύων κληρονόμος τὸ δίκαιον τῆς ἀδιτιόνου* (leg. *ἀδιτιόνος*) *καὶ δύναται τοῖς ἰδίοις παραπέμπειν διαδόχοις. Δέησις ἡμῖν ἀνεγνώσθη Θέκλης τῆς καὶ Μάνου* (sic). *Ὁ Θεοδόσιος νόμος.* Desinit *βασιλεύοντος Ἰουστινιανοῦ ἔτους ιγʹ.*

D. *Basilica eorumque scholia.*

In hoc legum corpore conficiendo multus fuit eius, qui a Theodoro Hermopolitano de Iustiniani Novellis scriptus est, commentarii usus. Tanta autem fuit per totam Graeciam eius libri auctoritas, ut Basilicorum architecti ipsis Iustinianarum Novellarum verbis in eius operis contextu positis hunc Theodori librum quasi cuiusdam commentarii loco adhibuerint. Ita factum est, ut maxima scholiorum, quae quidem ad Iustiniani Novellas referenda sint, pars ex eo libro hausta sit atque compilata. Adeoque perventum est, ut in veterum interpretum de Novellis interpretandis dissensione Theodori Hermopolitani interpretationes primo quoque loco collocarentur, et sic demum Athanasii Scholastici, Philoxenique sententiae referrentur[1]). Ut proinde mirum non sit, in Theodori libro in integrum restituendo Basilicis uberiorem et horum fragmentorum feraciorem fontem reperiri omnino nullum. In quo illud unum dolendum est, singulas, prout apud Theodorum relatae sunt, Novellarum epitomas, ut tironum in usum ad singula quaeque Basilico-

1) Vide Basil. lib. 21. tit. 1. them. 45. ed. Fabr. tom. II. p. 585. 586.

rum verba accommodarentur, quasi in membra discerptas esse atque distractas, Theodori nomine aut non adiecto, aut, quod quidem saepenumero factum videmus, calligraphorum scribarum incuria negligentiaque plane praetermisso. Solebant enim haec nomina miniatori, qui eam rem saepenumero neglexerit, describenda dari. Quare opus est, ut colligenti cuique in unumque locum cogenti disiecta dilacerataque Theodori membra non desit quasi cuiusdam divinationis donum, cum insigni aliqua ingenii alacritate animique sagacitate coniunctum. Cavendum est enim, ne quid praetermittas, quod iure meritoque Theodoro vindicari queat; videndumque, ne, quae aliena sunt, Theodoro attribuas; illud denique vel maxime curandum videtur esse, ut, quae sunt certa indubitataque Theodori fragmenta, ab iis, quae magnam habent vel certe aliquam dubitationem, iure ordineque separentur, externo aliquo signo distincta. Ego in ea re designanda stellula (*) usus sum.

Sed iam tempus est, opinor, hanc epitomarum in minutissimas quasque particulas distractionem a Basilicorum architectis factam de singulis exemplis demonstrare. In quo usurus sum his Basilicorum locis, qui, cum singulas Iustiniani Novellas habeant, scholia Theodori exhibent ad certa earum Novellarum verba adposita, nomine scriptoris non praetermisso. Ex his enim locis, ubi singula quaeque eiusdem Novellae scholia Theodori habent mentionem, ea res optime illustrabitur. — Nov. 1. habet scholia, Theodori nomine praefixo, tria tom. V. Basilicorum p. 482. litt. *b.*, p. 484. litt. *k.*, p. 485. litt. *p.* — Nov. 18. habet scholia Theodori nomine praefixa duo tom. V. Basilicorum p. 486. litt. *x.* et *z.* — Nov. 22. habet scholia, ubi Theodori disertis verbis mentio fit, Basilicorum tom. IV. p. 279. litt. *m.*, *n.*, p. 488. litt. *a.*, p. 489. litt. *b.*, *c.*, p. 490. litt. *e.*, *f.*, p. 491. litt. *i.*, *l.*, *m.*, p. 492. litt. *o.*, *p.*, *r.*, et quae deinceps posita sunt. — Nov. 39. habet scholia in Basilicorum tom. IV. p. 503. litt. *b.* et *c.*, Theodori nomine signata. — Nov. 73. habet scholia Basilicorum tom. III. p. 112. litt. *a.*, et p. 114. litt. *b.*, Theodori nomine adiecto. — Nov. 90. habet scholia Theodori in Basilicorum tom. II. p. 585. litt. *i.*, p. 586. litt. *m.*, p. 588. litt. *s.* — Nov. 100. habet scholia Theodori in Basilicorum tom. IV. p. 682. litt. *a.*, et p. 683. litt. *b.* — Nov. 118. habet scholia Theodori in Basilicorum tom. VI. p. 102. litt. *x.*, *y.*, *z.*, et, quae deinceps posita sunt. — Nov. 130. habet Theodori scholia in Basilicorum tom. III. p. 488. litt. *b.*, p. 488. litt. *c.*, p. 489. litt. *d.* — Nov. 134. habet Theodori scholia in Basilicorum tom. III. p. 371. litt. *m.*, et p. 372. litt. *n.*

Neque vero desunt exempla scholiorum Theodori in Basilicorum corpore relatorum, quae, cum ad eandem Iustiniani Novellam pertineant, ita tamen sunt in minutissimas quasque particulas distracta, ut initio primi cuiusque scholii Theodori nomen additum sit, initio reliquorum non item. Sic Novella 44. in Basilicorum tom. III. p. 93. litt. *b.* habet scholium, cuius initium hoc est: *Θεοδώρου. Οἱ συμβολαιογράφοι.* Adiectum est autem ad eundem supra dictae Novellae locum aliud scholium, cuius initium hoc est: *σημείωσαι, ὅτι.* Theodori autem mentio ibi facta non est. Utrumque scholium ad marginem codicis Vaticani 852. fol. 306. B. ita coniunctum habetur, ut pro uno eodemque Graeci interpretis scholio habendum esse videatur. — Idem ex Novellae 22. scholiis, quae Basilicorum tom. IV. p. 493. litt. *u.* et *x.* relata sunt, apparet. Quod enim primo loco positum est, Theodori nomen praefert; quod secundo, non item. Atqui codex Florentinus Basilicorum utrumque scholium, perinde ac si unius scholii loco esset, uno tenore exhibet. Atque etiam in Nov. 88., cuius scholia in Basilicorum tom. II. p. 129. litt. *n.* et *q.* posita sunt, idem accidisse videmus. Illud Theodori mentionem habet, hoc non item. Praefert vocem *Θέμα.* Utrumque scholium, quod apud Fabrotum in varias partes distractum divulsumque habetur, codex Coislinianus, numero 152. signatus, coniungit, ista voce *Θέμα* plane praetermissa. Denique in Basilicorum edit. Heimbachi tom. I. p. 92. Novellae 114. epitome habetur, cuius initium est: *πᾶσα κέλευσις.* Adiectum est etiam Theodori scholium, cuius initium est: *Θεοδώρου. Μὴ ἐναντιωθῇ σοι.* Utrumque, nomine Theodori omisso, coniunctum habetur in codice Coisliniano, qui numero 151. signatus est, et in Novellarum editionibus Gregorii Haloandri et Henrici Scrimgeri. Quid, quod ipsa Basilicorum scholia satis aperte docent, et magnam partem eorum scholiorum,

quae Theodori nomen non praeferant, tamen ex eodem fonte deductam esse derivatamque? Ita factum est in Nov. 22., cuius scholia in Basilicorum tom. IV. p. 279. relata sunt. Quod enim ibi litt. *m.* signatum est scholium, in codice Regio Parisiensi et Florentino Theodori nomen praefert. Scholium *n.* τοῦ αὐτοῦ inscriptum est in codice Regio, in Florentino non item. Denique quod p. 280. litt. *p.* refertur Basilicorum scholium, Theodori nomen nusquam praefert. Idem tamen ad finem haec habet: ταῦτα μὲν τοῦ Θεοδώρου εἰσίν, τὸ πλάτος δὲ τῆς νεαρᾶς οὕτως ἔχει. Neque desunt caussae satis idoneae, quare suspicemur, Fabrotum pro ea, qua in Basilicis edendis usus est, negligentia Theodori nomen, quod in Graecis exemplaribus reperisset, non ita raro tacito praetermisisse. Eius rei fidem faciunt Novellae 18. scholia, quae Basilicorum tom. V. p. 486. litt. *x.* et *y.* relata sunt. Quamquam enim Latina Fabroti interpretatio bis Theodori mentionem faciat, in Graeca tamen scholiorum oratione id nominis nullibi apparet.

In Basilicis compilandis quamquam vel maximus fuit Theodori usus, tamen nolim existimes, integras Theodori epitomas in hoc legum volumine receptas esse et suo quamque in loco, collocatas. Sic exempli gratia inter ea Novellae 1. scholia, quae Basilicorum tom. V. p. 482. litt. *b.* et p. 484. litt. *k.* relata sunt, aliquot Theodori verba excidisse satis aperte testatur codex Bodleianus numero 3399. signatus, qui, cum tit. 32. fol. 131. utramque Theodori interpretationem retulerit, inter utramque rem interposuit, quae Theodori esse nemo quisquam dubitabit. Incipit πάντες οἱ κληρονόμοι. Desinit τοῦ τεστάτωρος.

Restat, ut, quae ex Theodori interpretatione Novellarum in Basilicorum libros migrarunt, eorum fragmentorum catalogum hoc loco contexamus. Atque in contextum Basilicorum haec fere translata sunt. Nov. 111. in Bas. lib. 5. tit. 2. them. 16. (edit. Heimbachi) tom. I. p. 133. — Nov. 114. in Bas. lib. 1. tit. 6. them. 27. (edit. Heimbachi) tom. I. p. 92. — Nov. 121. in Basil. lib. 23. tit. 3. them. 78. (edit. Fabroti) tom. III. p. 463. — Nov. 138. in Basilicis loco laudato collocata est. In scholiis autem Basilicorum compilandis multus magnusque fuit Theodori usus. Qua in re recte definienda opus est, ut singula singulatim persequamur. Nov. 1., quae in Basilicorum libro 41. tit. 4. them. 1. relata est, scholia habet tom. V. p. 482., 484., 485. — Nov. 12., quae in Basilicorum lib. 28. tit. 6. them. 1. habetur, scholia habet tom. IV p. 312. — Nov. 18., quae in Basilicorum lib. 41. tit. 4. them. 2. relata est, scholia habet tom. V. p. 486. Pars eiusdem legis, quae in Basilicorum lib. 23. tit. 1. them. 62. reperitur, scholia habet tom. III. p. 346. — Nov. 21., quae in Basilicorum lib. 45. tit. 6. them. 1. posita est, scholia habet tom. VI. p. 139. — Nov. 22., quae in Basilicorum lib. 28. tit. 4. them. 45. posita est, scholia habet tom. IV. p. 279. et 280. Pars eiusdem legis, quae in Basilicorum lib. 28. tit. 12. them. 1. refertur, scholia habet tom. IV. p. 447. et 448. Denique ea pars, quae l. l. tit. 14. them. 1. reperitur, scholia habet tom. IV. p. 488., 489., 490., 491., 492., 493., 494., 495. — Nov. 32., quae in Basilicorum lib. 23. tit. 3. them. 74. collocata est, scholia habet tom. III. p. 478. — Nov. 39., quae in Basilicorum lib. 29. tit. 15. them. 1. collocata est, scholia habet tom. IV. p. 503. — Nov. 44., quae in Basilicorum lib. 22. tit. 2. them. 1. habetur, scholia habet tom. III. p. 93. et 94. — Nov. 47., quae in Basilicorum lib. 22. tit. 2. them. 2. habetur, scholia habet tom. III. p. 95. et 96. — Nov. 48., quae in Basilicorum lib. 41. tit. 6. them. 1. habetur, scholia habet tom. V. p. 497. — Nov. 49., quae in Basilicorum lib. 22. tit. 3. them. 1. collocata est, scholia habet tom. III. p. 99. — Nov. 52., quae in Basilicorum lib. 23. tit. 3. them. 77. posita est, scholia habet tom. III. p. 479. — Nov. 52., quae in Basilicorum lib. 47. tit. 1. them. 75. habetur, scholia habet tom. VI. p. 228. — Nov. 58., quae in Basilicorum lib. 13. tit. 2. them. 46. collocata est, scholia habet tom. II. p. 129. — Nov. 60., quae in Basilicorum lib. 23. tit. 2. them. 1. sita est, scholia habet tom. III. p. 368. — Nov. 73., quae habetur Basilicorum lib. 22. tit. 4. them. 1., scholia habet tom. III. p. 112. et 114. — Nov. 78., quae in Basilicorum lib. 48. tit. 26. them. 1. posita est, scholia habet tom. VI. p. 583. — Nov. 87., quae est in Basilicorum lib. 47. tit. 3. them. 49., scholia habet tom. VI. p. 263. — Nov. 90., quae in Basilico-

rum lib. 21. tit 1. them. 45. posita est, scholia habet tom. II. p. 583., 584., 585., 586., 588. — Nov. 97., quae habetur Basilicorum lib. 29. tit. 2. them. 1., scholia habet tom. IV. p. 677. Pars eius Novellae, quae Basilicorum lib. 41. tit. 7. them. 38. habetur, scholia habet tom. V. p. 537. — Nov. 100., quae in Basilicorum lib. 29. tit. 3. them. 1. posita est, scholia habet tom. IV. p. 682. et 683. — Nov. 114., quae in Basilicorum lib. 1. tit. 6. them. 27. posita est, scholium habet in editione Heimbachi tom. I. p. 92. — Nov. 115., quae posita est in libro 23. tit. 2. them. 2., scholia habet editionis Fabroti tom. III. p. 370. — Nov. 117., quae in Basilicorum lib. 45. tit. 6. them. 2. posita est, scholia habet tom. VI. p. 139. Pars eius Novellae, quae Basilicorum lib. 28. tit. 7. them. 1. et 3. collocata est, scholia habet tom. IV. p. 333. — Nov. 118., quae in Basilicorum lib. 45. tit. 3. them. 8. posita est, scholia habet tom. VI. p. 103. et 104. — Nov. 119., quae in Basilicorum lib. 48. tit. 26. them. 2. posita est, scholia habet tom. VI. p. 584. Pars eius Novellae, quae Basilicorum lib. 22. tit. 4. them. 1. habetur, scholia habet tom. III. p. 117. Denique, quae ex eadem lege in Basilicorum lib. 29. tit. 4. them. 1. recepta sunt, scholia habent tom. IV. p. 685. — Nov. 121., quae in Basilicorum lib. 23. tit. 3. them. 78. collocata est, scholia habet tom. III. p. 478. — Nov. 134., quae in Basilicorum lib. 23. tit. 2. them. 3. habetur, scholia habet tom. III. p. 371. — Nov. 136., quae in Basilicorum lib. 23. tit. 4. them. 1. habetur, scholia habet tom. III. p. 488. et 489. — Nov. 142., quae in Basilicorum lib. 60. tit. 51. them. 67. collocata est, scholia habet tom. VII. p. 867. — Nov. 160., quae in Basilicorum lib. 23. tit. 3. them. 79. habetur, scholia habet tom. III. p. 480. — Nov. 162., quae in Basilicorum lib. 47. tit. 1. them. 76. habetur, scholia habet tom. VI. p. 228. Pars eius constitutionis, quae in Basilicorum lib. 48. tit. 26. them. 3. habetur, scholia habet tom. VI. p. 584. — Nov. 164., quae in Basilicorum lib. 45. tit. 3. them. 9. habetur, scholia habet tom. VI. p. 104.

In singulis Basilicorum locis laudandis usus sum fratris editione, cuius tomus I. libros duodecim priores complectitur. Qui autem ex reliquis Basilicorum libris loci afferendi erant, eos ex Fabroti editione laudavi. In singulis autem Theodori fragmentis castigandis et in integrum restituendis iis, quae Basilicorum edendorum caussa, dum iter facio, paravi, auxiliis adminiculisque usus sum, non veritus, ne Basilicorum editionem praecipere viderer. In quo praedicanda mihi est fratris liberalitas mihi cum primis dilecti, qui mihi deesse noluit, quin ea, quae mihi rebusque meis aliquam utilitatem afferre possent, ultro mecum communicarit, eademque ut mihi haberem, non invito mihi persuasit. Eius viri beneficio usus sum varietate scripturae, quae in codice Basilicorum Florentino habetur, a me ante hos tres annos ex libro manuscripto enotata; adhibui etiam scholia codicis, qui inter Coislinianae bibliothecae libros numero 151. signatus est, inedita, quae quidem ad librum Basilicorum decimum tertium et decimum quartum pertinent; denique in tota hac caussa tractanda ita versatus sum, ut non viderer quidquam praetermittere, quod ad hunc libellum ornandum perpoliendumque de meo adiiciendum esse videretur.

E. *Synopsis Basilicorum.*

Basilicorum synopsis, prout a Iohanne Leunclavio edita est, in codicibus manuscriptis nusquam habetur. Est enim secundum litterarum ordinem in exemplaribus vetustissimis digesta, quem ordinem Leunclavius ad Basilicorum seriem immutavit. Vide Assemani bibliothecam iuris Orientalis lib. II. cap. 21. tom. II. p. 436—439. Genuinum eius libri ordinem exhibuit idem Assemanus l. l. p. 438—495. Saeculo post Christum natum duodecimo eum librum iam Graecorum iureconsultorum manibus tritum esse, idem Assemanus observavit l. l. p. 497. Atque etiam Codex Haenelianus A., quem in observationibus iuris Graeco-Romani p. 2. descripsi, cum undecimi post Christum natum saeculi sit, non dubito, quin Basilicorum synopsin iis temporibus iam extitisse apud Graecos satis significet. Denique V. Ill. Carolus Witte argumentis satis

idoneis probavit, eum librum medio fere saeculo post Christum natum decimo apud Graecos exstitisse [1]).

Ex Theodori Hermopolitani fragmentis in Basilicorum synopsin haec recepta sunt, sed Theodori nomine plane praetermisso. Nov. 121. est in Basilicorum synopsi lib. 23. tit. 3. them. 72. p. 251. Incipit *οἱ κατὰ μικρόν*. Desinit *κατεβλήθησαν*. — Nov. 138. in Basilicorum synopsi l. l. them. 73. p. 251. habetur. Incipit *ἡ παροῦσα διάταξις*. Desinit *περὶ τῶν τόκων τῶν πολιτικῶν χρημάτων*. Uterque locus autem ex Basilicis genuinis haustus est. Vide Basilicorum lib. 23. tit. 3. them. 78. tom. III. p. 463. Neque enim existimes velim, hos synopseos locos ex genuinis Theodori commentariis haustos esse, cum ecloga Basilicorum ex hoc legum volumine derivata sit tota, et ii, quos laudavimus, loci ad Basilicorum orationem mirum in modum conveniant. Si quid est, in quo Basilicorum synopsis a genuino Basilicorum contextu recedere videatur, id in notis ad singula Theodori fragmenta adscriptis commemorandum putavi.

Eadem synopsis Basilicorum habetur in codice Vaticano numero 852. signato, quem librum frater in secunda Basilicorum praefatione p. XIII. paucis descripsit. Est saeculi post Christum natum decimi tertii, habet Basilicorum synopsin a fol. 2. usque ad fol. 350. A. Margines codicis sunt satis lati. In iis scholia aliique iuris Iustiniani loci *κατὰ πόδας*, ut aiunt, relati sunt, scripti illi quidem alia manu, hoc est saeculi, ut mihi videtur, post Christum natum decimi quarti. Ex iis non ita pauca ad Iustiniani Novellas spectant, eaque non absque Theodori scholiis habentur. Singula recte ordineque nunc in medium proferemus. Fol. 306. A. haec leguntur: *νεαρὰ μζ'. Ἰουστινιανοῦ β^λ ς'* (leg. *βασιλέως*). Incipit *θεσπίζομεν τούς τε ὅσοι*. Desinit *τοῖς ὅλως συλλαβῶν ῥωμαϊκῶν οὐκ ἀνεπιστήμοσιν*. Sequitur scholium, cuius initium hoc est: *σχόλιον εἰς τ' νεαρ' ταύτ'* (leg. *εἰς τὰς νεαρὰς ταύτας*) *τὰς περὶ συμβολαιογράφων*. Incipit *οἱ συμβολαιογράφοι δι' ἑαυτ'* (leg. *δι' ἑαυτῶν*) *ἐπιταττέσθωσαν*. Desinit *τ'* (leg. *τοῖς*) *καθόλου καὶ γενικ'* (leg. *γενικῶς*) *οὐ λυμαίνεται*. Est scholium Theodori ad Nov. 44. cap. 1., quod in Basil. lib. 23. tit. 2. const. 1. tom. III. p. 93. litt. *b*. habetur. Deinde haec posita sunt: *τὸ προοίμιον τῆς νεαρᾶς. Ἰουστινιανὸς ιω* (leg. *Ἰωάννῃ*) *ἐπάρχῳ τὸ β'. ἀπὸ ὑπάτων καὶ πρικίων* (leg. *πατρικίων*). *Δίκης μικρῷ πρόσθεν ἠκροασάμεθα*. Desinit *κοινὸν ἐφ' ἅπασι ποιήσασθαι νόμον καὶ θεσπίζομεν*. Sequitur scholium, cuius initium hoc est: *τὸ μίγμα τῶν βουλευμάτων τῶν συμβαλλόντων*. Desinit *τὰς ἰδίας ἀγαγόντων γνώμας*. Est Theodori scholium ad Novellae 44. cap. 2., quod habetur in Basilicorum l. l. tom. III. p. 94. litt. *e*. Denique positum est Theodori scholium, ad Nov. 47. adscriptum, quod habetur Basilicorum lib. 22. tit. 2. them. 2. ed. Fabr. tom. III. p. 95. litt. *f*. Incipit *Θεοδώρ. Ἐν πᾶσι τοῖς ὁπωσοῦν γενομένοις*. Desinit *καὶ μαθήσῃ τελε'* (leg. *τελείως*) *τὰ περὶ συμβολαίων*. Sunt tamen et alia Iustiniani Novellarum excerpta in hoc synopseos codice, sed quae ad nostram fragmentorum collectionem nihil quicquam pertineant. In quo illud satis apparet, haec Theodori scholia ex integris Basilicorum libris in nostrum synopseos codicem esse traducta atque translata.

F. *Anonymi scriptoris δὲ ἀκτιονίβους libellus.*

Eum librum ex tribus codicibus manu exaratis edendum curavi Lipsiae 1830. 8. Duas habuerunt Graeci eius libri editiones. Prima desinit in haec verba: *ἡ ἀγωγὴ ἀτιμοποιὸς καθέστηκεν*. Vide l. l. p. 59. d. 14. Secunda ex Basilicis aliisque iuris civilis fontibus adaucta est et amplificata. Complectitur enim et ea, quae ex codice Haeneliano A. et Florentino typis exscribenda curavi, hoc est, quae inde a verbis *ὅσα παρὰ τῶν δικαζομένων* p. 59. d. 14. usque ad finem libri *καὶ τῷ παραγγέλματι τῶν ἀγορανόμων εἰς τὸ τετραπλοῦν* p. 75. m. 45. habentur. Prima libri editio ante Basilica confecta prodiisse videtur. De secunda eae iudicandi rationes, quas prolegomenῶν capite IV. attuli, satis demonstrant, quibus temporibus exierit.

---

1) In libro, cuius titulus hic est: *Zeitschrift für geschichtliche Rechtswissenschaft, herausgegeben von Savigny* tom. VIII. p. 179. Vide et Zachariaeum in libro: *αἱ ῥοπαί* p. 33. seq.

In hunc librum repetitae praelectionis ex Basilicorum lib. **5.** tit. **2.** them. **23.** translatum est Theodori fragmentum. Incipit p. **59.** *πᾶσα ἀγωγὴ προσήκουσα σεπτῷ οἴκῳ.* Desinit l. l. in haec verba: *φυλαττουσῶν μέντοιγε τοὺς οἰκείους χρόνους.* Hoc est Nov. **111.** fragmentum, quod in Heimbachiana Basilicorum editione lib. **5.** tit. **2.** them. **16.** tom. I. p. **133.** habetur.

G. *Anonymi scriptoris de peculiis libellus.*

(Vide, quae in libro: *Zeitschrift für geschichtliche Rechtswissenschaft* ed. Savigny tom. VIII. p. 320. notavi.)

Incipit *μακάριον ἂν ἦν καὶ τῷ κοινῷ.* Desinit *καταλιμπάνειν τῷ πατρὶ τὸν φαλκίδιον.* Ineditus est Graeci interpretis libellus, quem in Codice Bononiensi Novellarum Iustinianarum inveni inde a pagina **933.** usque ad paginam **957.** Alium eius libelli codicem manuscriptum nactus est Venetiis vir mihi amicissimus Carolus Witte, quicum meum codicis Bononiensis apographum communicavi. Is enim cum hunc libellum edendi consilium cepisset, a me petiit, ut, siquid haberem, quo eam provinciam ornarem, in eius rei communionem se admitterem, idque ut ita facerem, a me impetravit non invito. In quo virum praestantissimum de hoc uno admonemus, ut fidem datam quam primum solvat. — Is liber scriptus est post Basilicorum compilationem. Basilicorum enim ibi saepenumero facta est mentio. Habet autem etiam iuris Iustiniani puri puti quaedam vestigia. Quare coniectura ducor, ut ante Attaliatae tempora confectum esse credam, siquidem verum est, post ea tempora in iure Graecorum civili iuris Iustiniani usum auctoritatemque fuisse nullam aut certe perexiguam. — In hoc libro duo relata sunt Theodori Hermopolitani fragmenta, quae ad Novellas Iustiniani referuntur. Ad Novellae **22.** caput **35.** pertinet scholium Theodori, quod in Codice Bononiensi p. **945.** relatum est. Incipit *ταύτην τὴν νεαρὰν* (Cod. *ν*'') *συντέμνων ὁ* (Cod. *ο*) *Θεόδωρος* (Cod. *θεοδ*ω) *φησὶν* (Cod. *φ*υ') *οὕτως· τῶν ἁρμοζόντων τοῖς παισί.* Desinit *καὶ βι. ς'. τοῦ κώδικος τι. μς'. διατ. η.* Ad Novellae **118.** caput **1.** pertinet scholium Theodori, quod in Codice Bononiensi p. **942.** habetur. Incipit *καὶ Θεόδ*ω (leg. *Θεόδωρος*) *δὲ οὕτως φη* (leg. *φησίν*). *Ἐὰν εἷς* (Cod. *εἰς*) *τ* (leg. *τῶν*) *παίδων κληρονομήσας* (Cod. *κληρονομ*η'.) *τοῦ ἰδίου γον*'' (leg. *γονέως*). Desinit *καὶ τι. ξα'. διατ'. γ'. δ'. ς'.*

H. *Gregorius Nicaeensis ad Novellam 111.*

(Vide, quae in libro: *Zeitschrift für geschichtliche Rechtswissenschaft* ed. Savigny tom. VIII. p. 321. notavi.)

Is libellus exstat in supra dicto Codice Bononiensi, qui Iustiniani Novellas habet, p. **984—986.** Incipit *Γρ*ηγ' *νικαί ἐρ*μ' *τοῦ, πᾶσα παραγρ*α *προσήκουσα σεπτῷ οἴκῳ. καὶ τῆς ρλα. νε.* (leg. *νεαρᾶς*) *σαφήνεια. Ἡ μὲν ιγ'.* (leg. *κγ'.*) *διάταξις τοῦ β'. τι. τοῦ α'. βι. τοῦ κωδ.* Desinit *οὕτω καὶ αἱ κατὰ δεκαε' καὶ εἰκοσαε' καὶ τριακονταε'.* Typis exscriptus adhuc non est hic Gregorii libellus. Itaque in notis ad Nov. **111.** posui totum. Refertur enim ad Theodori interpretationem, quae sic habet: *πᾶσα ἀγωγὴ προσήκουσα σεπτῷ οἴκῳ.* Illud autem, quod in Codice Bononiensi loco vocis *ἀγωγὴ* verbum *παραγραφὴ* habetur, tanti non est, ut ab ea opinione dimoveri te patiare. Nam, si ea, quae sequuntur, legas, animadvertas licebit, Gregorium *πᾶσα ἀγωγὴ* in Theodori exemplari reperisse.

I. *Anonymus scriptor ad Photii nomocanonem.*

Exstat in Codice manuscripto Graeco, qui hodie inter Ambrosianae bibliothecae libros hoc signo I. **48.** signatus habetur, inde a fol. **49.** usque ad fol. **183.** Vide, quae de hoc libro in prolegomenῶν ad Athanasii librum cap. V. num. VI. notavi. Fol. **152.** Nov. **6.** caput **17.** ex Theodori interpretatione adfertur. Incipit *κεῖται δὲ ἐν τῷ Ἑρμοπολίτῃ οὕτως. Πᾶς κληρικός.* Desinit in verba *βουλευτὴς ἢ ταξεώτης.*

K. *Harmenopuli* πρόχειρον τῶν νόμων, τὸ λεγόμενον ἡ ἑξάβιβλος.

In hoc libro aliqua Theodori fragmenta inveniuntur, sed ex prochiro Basiliano, ut opinor, deducta. Satis enim hodie constat, fere omnia, quae in prochiro inveniuntur, in Harmenopuli librum esse transsumta[1]). Sunt autem fere haec: lib. 5. tit. 8. §. 5. Incipit *οἱ κατιόντες*. Desinit *ἐκ πλαγίου*. Haec habentur apud Theodorum in Nov. 118. — Ibidem. Incipit *ἐὰν εἷς τῶν*. Desinit *τὴν χρῆσιν τῶν πορισθέντων*. Haec ex eodem loco deducta sunt. — Ibidem. Incipit *ἐὰν πάππος*. Desinit *αὐτεξούσιοι*. Haec in eodem loco habentur. — Ibidem §. 6. Incipit *κατιόντων μὴ ὑπόντων*. Desinit *ὁμοῦ καλοῦνται εἰς κληρονομίαν*. Haec ex eodem fonte hausta sunt. Deinde aliqua apud Harmenopulum habentur, quae apud Theodorum desunt. — Ibidem §. 10. Incipit *οἱ ἀμφιθαλεῖς*. Desinit *κἂν αὐτεξούσιος*. Quae item ex Theodoro l. l. hausta sunt. — Ibidem §. 11. Incipit *οἱ ἐκ τῶν*. Desinit *τὸν ἀποθανόντα ἀδελφόν*. — Ibidem §. 13. Incipit *ἐάν τις τελευτήσῃ*. Desinit *ὄντα ἀδελφὸν αὐτῶν*. Ibidem §. 14. Incipit *ἀδελφοῦ μὴ ὑπόντος*. Desinit *ἐξ ἴσου κλτρονομοῦσιν*. Quae quidem ex Theodori libro hausta esse, iam Reitzius vir doctissimus docuit ad Harmenopuli l. l. p. 288—290.

Ex his, quae adhuc diximus, satis apparet, commentarii a Theodoro de Iustiniani Novellis compositi multum magnumque fuisse per totam Graeciam usum, auctoritatem insignem, vim et potestatem in legum libris conficiendis haud contemnendam. Intuenti autem cuique in ea, quae de singulis fontibus, ex quibus nostri scriptoris fragmenta deduximus, disseruimus, suspicio coniecturaque subnascatur necesse est, hunc Theodori commentarium, Basilicis compilatis, tunc demum talem tantamque vim et auctoritatem apud Graecos iureconsultos esse consecutum. Primum enim, quae per totam iurisprudentiam Graecam eius libri vestigia habentur, ita sunt comparata, ut Basilicorum temporibus multa sint et indubitata, antea autem fere nulla, vel, quae certe in aleae speciem cadant. Nam et prochiron Basilianum Basilicis confectis compilatum est, et Eustathii secunda editio Hermopolitani mentionem habet, prima non item; denique, quae in CLXVIII. Novellarum corpus translata sunt Theodori fragmenta, facile fieri potuit, ut Basilicis confectis tunc demum in eo legum libro collocata receptaque sint, praesertim cum codices Novellarum Graeci, unde utraque Novellarum editio, hoc est Haloandri Scrimgerique prodiit, ex Basilicorum auctoritate mirum in modum a Graecis iureconsultis interpolati sint. Quodsi Athanasii et Hermopolitani, quae fuerunt apud Graecos, fata historiamque se inter comparare velimus, animadvertamus licebit Athanasii auctoritatem ante Basilica compilata per imperium Orientale fuisse non contemnendam, post ea tempora non item; contra ea Theodori vim et potestatem in Graeca iurisprudentia formanda ante Basilica confecta fuisse nullam aut certe perexiguam; postea, cum huius interpretis fama sensim per totum imperium Orientale percrebruisset, eum, de quo agitur, de Novellis Iustiniani commentarium multum ac saepe usurpatum esse manibusque iureconsultorum tritum. Quae cum ita sint, praeclare sane nobiscum actum putamus, quod, cum temporum iniuria purum putum Theodori librum nobis inviderit, eorum tamen librorum, unde huius libri bona pars in integrum restitui queat, memoria ad posteritatem pervenerit. Nolim tamen existumes, talem tantamque fuisse apud Basilicorum architectos eius libri auctoritatem, ut a nemine fuerit ullo unquam tempore reprehensus. Imo testem tibi dabo satis idoneum, qui non omnia, quae Theodori sunt, Graecis interpretibus placuisse satis ostendat. Is est Nomophylax, cuius scholium Basilicorum tom. II. p. 587. habetur. Ibi cum de Nov. 90. capite 6. interpretando Theodorus Hermopolitanus Athanasiusque in diversas partes abiissent, Nomophylax litem secundum Athanasium dare voluit. In caussis, quare ita censuerit, reddendis haec dixit:

---

1) Harmenopul. praef. ed. Reitzi p. 6. seq. Vide *Wittium* in libro: *Das Rheinische Museum*, Jahrgang III. Heft 1. p. 59—69.

δεύτερον δέ, ὅτι τὸ παρὰ τοῦ Ἑρμοπολίτου λεγόμενον παντελῶς ἐστιν ἄτοπον. Deinde, quae antea dixerat, emendans, haec ait: *πλὴν οἶμαι, μήτε αὐτὸν τὸν Θεόδωρον τὸ τοιοῦτον ἄτοπον ἐννοῆσαι, μήτοιγε καὶ εἰπεῖν.* Deinde, quid Theodorus scripserit, coniectura assequitur, quaeque absurdam sententiam referant, a sciolo aliquo iuris non ita perito de suo adiecta esse docet.

Non abs re alienum erit, hac data dicendi opportunitate etiam de Graeculi cuiusdam libro referre, quem cum viri docti fere ad unum omnes ad Theodori fragmenta in integrum restituenda adhibendum esse censuerint, ego gravissimis, ut opinor, de caussis negligendum abiiciendumque duxi. Is est *Nicolaus Comnenus Papadopoli* Cretensis, qui *praenotionum mystagogicarum ex iure canonico* librum Patavii **1697.** in folio edidit. Id autem ab eo in hoc libro componendo actum est, ut Graecorum ecclesiasticam disciplinam ab Italorum calumniis defenderet, Photianorumque erroribus sublatis, utriusque ecclesiae consensum demonstraret. In ea re demonstranda cum multos et alios laudaverit in utramque partem auctores, tum ad ius civile Graecorum descendere voluit. In quo a fraude doloque malo alienus non fuit, adeoque impudentiae arrogantiaeque progressus est, ut, de Italorum ignorantia iuris Graeci certo confisus, si quos iuris Graeci scriptoris apud Suaresium in notitia Basilicorum uberiore relatos cognovisset, quicquid in buccam venisset, statim proprio, ut aiunt, Marte de suo adiecerit, itaque monstrosum ad deformitatemque insignem partum ediderit. Ea res multis et aliis viris fraudi fuit, tum vel maxime Assemanio[1]), Pohlio[2]), Heimbachio[3]). Bienerus tamen[4]) fucum ibi fieri ab eo scriptore passus non est. Novissime V. Cl. Witte[5]) Bieneri iudicium iusto severius videri pronuntiavit. Bieneri sententiam tuetur et V. Cl. Eduardus Zachariaeus, qui Comnenum istum mendacii et stultitiae arguere voluerit[6]). Ego, qui ad hunc locum caussae alienae quasi quidam vindex accedam, ingenue profiteor, multos quidem et alios, qui viris doctis fucum fecissent, de nomine falsi suppositique partus ab hominibus harum rerum non imperitis delatos iudicatosque esse; qui autem in hoc scripturae genere Comneno impudentior arrogantiorque fuisset, inventum esse neminem. Neque quidquam isto homine absurdius stultiusque nec fingi potest, nec ullo modo excogitari. Nolumus tamen convicio contumeliaque, qua Graeculum istum afficimus, virorum doctissimorum suffragia plausumque mereri. Itaque, quare totum istum scriptorem condemnandum abiiciendumque censeamus, paucis significabimus. In quo has iudicandi rationes, quae aliquam habeant dubitationem, praetermittemus, illas hoc loco commemoraturi solas, in quas intuenti cuique de suspecta eius scriptoris fide constare possit. Ac primum quidem Comnenus saepe multumque ad *Tipuciti* auctoritatem descendere voluit. Laudavit *Tipuciti iureconsulti*[7]) commentationes ad Digesta[8]),

---

1) In bibliotheca iuris Orientalis lib. II. cap. 20. tom. II. p. 400—433. 2) In adnotationibus ad Suaresii notitiam Basilicorum ed. Lipsiae 1804. 8. 3) In dissertatione de Basilicorum origine. Lipsiae 1825. 4) Sic enim in libro: *Die Geschichte der Novellen* p. 65. not. 64.: *Die fleissigen Untersuchungen des Asseman über diesen Gegenstand sind besonders durch eine grosse Anzahl höchstwahrscheinlich erdichteter Notizen in Nic. Comn. Papadopoli praenotiones mystagogicae ex iure canonico Patav. 1697. fol. fast ganz unbrauchbar geworden.* 5) In libro: *Ueber einige byzantinische Rechtscompendien des 9. und 10. Jahrhunderts* in Museo Rhenano tom. II. p. 288. not. 44. coll. tom. III. p. 69. not. 124. 6) In libro: *αἱ ῥοπαὶ* p. 65. 7) Iureconsultum ipse vocavit Resp. 2. sect. 4. p. 98.: *quorum sectam secutus videtur Leo Monachus et ex eo Tipucitus IC. (lib. 13. tit. 3.)* 8) Resp. 3. sect. 8. p. 205. b. Haec acute *Philoponus, unde acutissime Tipucitus (in lib. 2. ff. tit. de iust. et iur.) bonorum malorumque duo proponit genera: καὶ τῶν μὲν καλῶν* et caet. — Resp. 4. sect. 4. p. 238. b.: *cuius rationem Tipucitus noster (in lib. 1. Pand. in medio) eleganter exponit: ὅτι ἄμυνα εἴη* et caet. — Resp. 5. sect 5. p. 320. a. *et omnium latissime Tipucitus (in lib. 18. Pandect. init.), ex quo pleraque suppresso nomine Diplovataccius et Iohannes Lascares.* — Ibidem p. 323. b.: *quemadmodum notavit Tipucitus noster (ad rubr. Pand. de probat.) his verbis: ὁ δὲ* et caet. Eo loco et Basilica a Tipucito laudantur. — Resp. 6. sect. 1. p. 338. a.: *et post utrumque cum Tipucito (ad lib. 22. Pandect. tit. 3.).* — Ibidem: *asseritur tum per Tipucitum (ubi supra ad l. 8. eod. titulo).* — Ibid. b.: *quod post eum tradidit Tipucitus (ad d. lib. 22. tit. 3. l. 6.)* — Ibidem: *sic a Tipucito (d. tit. 3. l. 3.) universim describitur πειθανὴ τῆς ἀληθείας* et caet. — Resp. 6. sect. 5. p. 384. a.: *similia docet Tipucitus (ad tit. Pandect. de testib.) et ex illo Harmenopulus.*

Codicem [1]), Basilica [2]), male videlicet interpretatus Suaresii [3]) orationem, qua incertum est, utrum Basilicorum index, an iureconsultus aliquis designetur. Quae res satis prodit nostri hominis ingenium. *Τιπουκείτου* nomen per totam Graecorum iurisprudentiam semel occurrit, hoc est in notissima illa Basilicorum epitome, quae habetur in codicibus Vaticanis **853.** et **1928—1929.** Ex iis quem ultimo loco posui librum, is duobus voluminibus constat habetque eius, quem primo loco posui, codicis apographum, a Leone Allatio confectum. In utroque libro *Τιπουκείτου* voce libri titulus designatur, scriptoris nomen non item. Nam codicis Vaticani **853.** haec est epigraphe fol. **1. A.**: *Τιπούκειτος γινόμενος διὰ τῆς τοῦ θεοῦ βοηθες΄ τῆς* ...... (tertia pars lineae primae legi nequit) | *τῆς κυριωτ΄ παρὰ μ. . ηρι τ πατ* .... (dimidia secundae lineae pars legi nequit) | *κ . . . ψάτ εἰς τ΄ τοῦ΄ λειμῶνα καὶ ἔργοις..* (deest una littera) *τοῖ υν κωοδις* ...... (deest tertia lineae tertiae pars) | ... (desunt fere duae litterae) *οσφόρ καὶ αὐτοῦ τοῦ παραδείσου κλῆσϊ εἰλυφει* . . . (deest fere quarta lineae quartae pars). | Tunc demum haec posita sunt *βιβλίον πρῶτον τῶν βασιλικῶν τϊ. α΄.* Eiusdem libri fol. 8. B. schedula habetur, margini adglutinata, ubi manu scriptoris cuiusdam, qui tamen saeculo p. Chr. n. decimo sexto posterior fuit, haec adnotata sunt: *Τιπούκειτος | τὰ παράτιτλα τῶν ξ΄. βιβλίων βασιλικῶν τοῦ Λέοντος καὶ Κωνσταντίνου ἤτοι τοῦ* (sic) *·ἑξηκονταβίβλου.* Codicis **1928.** autem hic est titulus: *Τιπουκειτος γινομενος* (sic) *διὰ τῆς τοῦ θεοῦ βοηθείας καὶ της* (sic) — | *τῆς κυριωτάτης παρὰ μ κριτοῦ τοῦ πατ* — | *κ ψά΄ εἰς τὸν τούτου λειμῶνα καὶ ἔργοις καὶ τοῖς — ὡς — δ᾽ ἄρ | προσφόρως καὶ αὐτοῦ τοῦ παραδείσου κλῆσιν εἴληφεν* [4]). Non dubito, quin intuenti cuique in haec, quae diximus, ultro appareat *Tipuciti* ficticium esse nomen, et a iureconsultis Graecis ex totius libri tenore argumentoque desumtum. Sed praestat audire ipsum *Leonem Allatium*, qui in codicis **1928.** fol. 1. haec adnotavit: *Liber sic Τιπούκειτος dictus continet legum per | Leonem imperatorem reformatarum et libris sexaginta com | prehensarum, unde ἑξηκοντάβιβλος illi nomen fuit, παρατίτλους et | remissiones ad alia similia loca, accuratissime ab auctore confectus. | Dicitur Τιπούκειτος ex verbis τί et ποῦ et κεῖται, quasi diceret, quid, | et ubi iacet vel reperitur. Singulas enim legis materias in | quo libro, titulo, capite haberi possunt, diligentissime indicat. | Nomen aemulatur ab Athenaei Ulpiano Tyrio, qui ob assiduas quaestio | nes, quas ubique proponebat de rerum voculis, et quod inter epulas | nihil cibi gustare soleret, priusquam interrogasset, eius appellatio | κεῖται ἢ οὐ κεῖται (an videlicet alicubi inter scriptores extaret | vel non) Κειτουκείτου cognomen adeptus est.* [5]) | *Exscriptus est ex cod. Vaticanae Bibliothecae num. 853. carie exeso, et | plurimis in locis litteris ob vetustatem fugientibus, per Leonem | Allatium* et caet. Quae viri doctissimi sententia tum ipso libri argumento egregie confirmatur, tum vel maxime proprio iureconsultorum Graecorum dicendi genere illustratur. Illud enim *κεῖται* vel *οὐ κεῖται* facit, ut recordemur illa Theodori Balsamonis *ταῦτα ἐν τοῖς βασιλικοῖς οὐκ ἐτέθη* vel *οὐ κεῖται.* Neque vero a Graecorum usu et ratione dicendi alienum est, in duarum vocum interrogatoriarum concursu voculam *καὶ* plane omitti [6]). Quae cum ita sint, vix ac ne vix quidem dubito, quin omnes omnino iureconsulti, harum rerum non ignari, a *Comneno* fraudem nobis factam esse intelligant. Cuius temeritas et in hoc incusanda videtur esse, quod Tipuciti ad Digesta Codicemque commentarios laudaverit. Neque enim quisquam fuit Tipuciti

---

1) Resp. 3. sect. 7. p. 196.: *Vide, quae de hoc anatocismo — ex nostris Tipucitus (lib. 38. in Codic.) producta ad id iuris sententia (L. ult. Cod. de usuris) late constituit.* — Ibid. p. 196.: *Tipucitum nostrum (ad tit. Cod. de usuris.)* — Resp. 6. sect. 3. p. 370. a.: *Tipucitus (ad tit. Cod. de quaestio. in fi.).* — Ibid. b.: *quapropter Tipucitus noster (in d. tit. Cod. de quaestio.) χρή, ait,* et reliq. 2) Resp. 6. sect. 6. p. 393. b.: *quorum authoritate id ipsum affirmant Tipucitus in lib. 35. Basil.* — Resp. 6. sect. 7. p. 398. a.: *ut est certissimum ex relatis per Tipucitum (in lib. 35. Basilicon).* — Ibid. p. 400. a.: *Tipucitum (in lib. 35. Basilicon.).* 3) In notitia Basilicorum §. VIII. ed. Pohl. p. 25. 4) Ex his facile constat, quam sit Assemani suspecta fides, qui in bibliotheca iuris Orientalis lib. 2. cap. 23. tom. II. p. 502. hunc esse Tipuciti titulum ex Cod. Vat. 853. memoriae prodiderit: *τιπούκειτος ἢ παράτιτλα τῶν ἑξήκοντα βιβλίων τῶν βασιλικῶν. ἡ ἀρχὴ περὶ τῆς ἀνωτάτω τριάδος.* Qua re et Pohlius ad Suaresii notitiam Basilicorum §. 8. p. 27. deceptus est. 5) Vide Athenaei Deipnosoph. lib. 1. ed. Dindorfi tom. I. p. 2. 6) Vide Seidlerum ad Sophocl. Antigonam vers. 1.

nomine, neque, qua aetate noster Basilicorum interpres vixit, Digesta aut Codex in Graecorum interpretum manibus fuerunt. Vixit enim, ut ex imperatorum Novellis hic illic laudatis constat, saeculo p. Chr. natum undecimo vel elapso vel certe ad finem vergente [1]), quibus temporibus nullum fuisse Digestorum Codicisque per totum imperium Orientale usum post Bieneri meamque disputationem nemo quisquam dubitabit [2]). Numquis autem credat, Digesta Codicemque tum, cum ne legerentur quidem, commentariis fuisse illustrata? — Transeo ad alias caussas reddendas, quare *Comneni* fides suspecta esse videatur. Laudavit *Baphii* iureconsulti commentarios de Basilicis scriptos [3]), secutus videlicet Suaresii opinionem [4]), qui *Baphium* iureconsultum fuisse dixisset. Id nominis inter *ἅπαξ λεγόμενα* referendum est. Reperitur in Basilicorum lib. 60. tit. 48., cuius hic est titulus: *νόμος Φάβιος περὶ ἀνδραποδιστῶν*, them. 4. schol. *g*. tom. VII. p. 787. D. [5]), ubi manifestum est, pro *Βαφίου* corrigendum esse *Φαβίου*, hoc est legis Fabiae, quae et in iis, quae postmodo dicta sunt, *ὁ Φάβιος* [6]) audit. Hoc enim Basilicorum scholiastes dicit: *noli mirari, quod, cum Digestorum fragmentum 6.* (in Fabroti Basilicis est them. 7.) *legis Fabiae criminalem poenam esse dicat, pecuniariam non item, hoc tamen Basilicorum thema* (quod apud Fabrotum numero 4. signatum est) *pecuniariam poenam eius legis esse dicat, cum praesertim et ipsum thema 4. ad legem Fabiam pertineat. Sciendum enim esse*, ait, *hoc Basilicorum thema, etsi ad legem Fabiam pertineat, in Digestis aliter conceptum esse atque in Basilicis habeatur.* Itaque ad *τοῦ ἴνδικος ἀκολουθείαν* hoc est ad *contractam Digestorum versionem* provocavit, ubi verba Digestorum genuina recte translata habentur. Ex his, ut opinor, satis liquet, quam non recte Comnenus *Baphii* iureconsulti scholia ad Basilicorum libros scripta adlegaverit. — Porro idem *Comnenus* scholia *Attaliatae* et *Stephani* ad Eclogam legum a Leone et Constantino confectam laudavit [7]). Sed, quod pace virorum doctorum dixerim, hic falsarium istum in flagranti, ut aiunt, deprehendimus. In confingendis enim *Stèphani Attaliatae*que scholiis usus est Leunclavi editione eclogae imperatorum Leonis et Constantini, qui liber ab ipso editore ex duobus legum compendiis mirum in modum conflatus est. Priores enim decem tituli ex epanagoge Basilii, Leonis, Alexandri derivati sunt, reliqui ex Leonis et Constantini ecloga depromti [8]). Ut proinde Comnenus iste, Leunclavi insidiis circumventus, ipse manus dare cogatur. Numquid autem impudentius fingi potest aut omnino excogitari, quam Graecorum interpretum scholia ad eos librorum titulos themataque recitare, ad quae ne potuerunt quidem scribi? —

---

1) Assemanus biblioth. iuris Orientalis lib. II. cap. 20. tom. II. p. 547. *Tipucitum* saeculi X. iureconsultum esse voluit, codicemque Vaticanum 853. saeculi undecimi antiquitatem praeferre ait. Ergo ne legit quidem totum hoc legum corpus. Idem in codicis aetate definienda egregie errat. Est enim bombycinus, et saeculi XIV. antiquitatem refert. 2) Vide Bieneri librum: *Die Geschichte der Novellen* p. 149—157., et librum observationum iuris Graeco-Romani meum p. 21—27. 3) Resp. 6. sect. 3. p. 372.: *sed tres ex Graecis asseverant, Bestes Conostaulus, Baphius iudex Veli (in schol. ad lib. 4. Basilic. schol. 37.) et Theophilitzes Nomicus.* 4) In notit. Basil. §. XXXIX. ed. Pohl, p. 130. 5) *Μὴ θαυμάσῃς, πῶς, τοῦ τέλους τοῦ ς'. κεφ. ἀναφανδιὸν διακερυκεύοντος ἐπὶ τοῦ Φαβίου νόμου μὴ εἶναι χρηματικὴν ποινήν, μόνην δὲ ἐγκληματικὴν ἐπεξέλευσιν ἔχειν πρὸς τὸ πλημμέλημα, τὸ παρὸν τοῦτο κεφάλαιον περὶ χρηματικῆς ποινῆς διαλέγεται ἐκ τῶν τοῦ Βαφίου* (leg. *Φαβίου*) *ῥημάτων ὂν καὶ αὐτό. ἀλλ' ἴσθι, ὅτι τοῦτο, εἰ καὶ ἐκ τῶν τοῦ Βαφίου* (leg. *Φαβίου*) *ῥημάτων ἐστίν, ἀλλ' ἐκαινοτομήθη ὑπὸ τοῦ Βασιλικοῦ. ἐν γὰρ τῇ τοῦ ἴνδικος ἀκολουθείᾳ ἰσάζομεν* (leg. *ἰσαζόμενα*) *μᾶλλον τῷ τέλει τοῦ ς'. διγ. καὶ περὶ τιμωρίας ἐγκληματικῆς ἐκεῖ διαλέγεται. οὕτως γὰρ αὐτοῖς ῥήμασι ἐγκατέστρωται; ἐάν τις ἐλεγχθείη ὡς φυγάδας ἀλλοτρίους ὑποδεξάμενος, καὶ ἀποκρύψας, οὐ δύναται τὸ τοῦ Φαβίου ἔγκλημα διαφυγεῖν προφάσει τοῦ δικάζεσθαι περὶ δεσποτείας τοῦ δούλου.* 6) Sic ὁ *Ἀκουίλιος* l. l. p. 787. A., *ὁ Φάβιος* p. 788. A., p. 789. C., p. 791. A. 7) Resp. 5. sect. 5. p. 282. b.: *id ipsum ex nostris docuere Attaliates (in notis ad Eclogen L. Leo et Const. A. A. ad tit. 6. n. 2. λέγει δέ, τὸν ἄρχοντα ἔξω τῆς ἐπαρχίας αὐτοῦ ἰδιώτην εἶναι, ὅτι ἐν τῇ ἐπαρχίᾳ μόνῃ πολιτεύεται.* Quae quidem manifestum est pertinere ad Eclogam ed. Leuncl. VI. 2., ubi haec leguntur: *ὁ ἄρχων κατὰ μόνην τὴν ἰδίαν ἐπαρχίαν τὴν ἐξουσίαν ἔχει. ἔξω γὰρ ταύτης ἰδιώτης ἐστίν.* — Resp. 6. sect. 7. p. 404.: *quemadmodum asserit etiam ex nostris ante Antonium Stephanus iudex et magister (in schol.* (sic) *ad compen. Leg. Leon. et Const. ad tit. 26. in fine) cum de consuetudine philosophatus*, *τὸ ἔθος*, ait, *καὶ τὸ ἔθιμον διαφέρουσι. τὸ γὰρ πρῶτον γενικῶς τὴν συνήθειαν σημαίνει, τὸ δ' ἕτερον τὴν συνήθειαν ὑπὸ λαοῦ ἀψηφιτὶ εἰσενεχθεῖσαν. καὶ αὕτη μάρτυσι στερεοῦται, κἂν καὶ μὴ ἐνόρκοις, ὅτι φανερὰ καὶ ἀναμφισβήτητος τοῖς πολυπραγμονοῦσι περὶ αὐτῆς.* Quae quidem manifestum est pertinere ad tit. XXVI. Eclogae Leonis ed. Leuncl., cuius hic est titulus: *περὶ μαρτύρων.* 8) Vide Eduardi Zachariaei fragmenta versionis Graecae Legum Rotharis p. 9—12.

Denique et hoc nomine virum in veterum Graecorum libris confingendis artificem in ius vocabimus, quod *Constantini Harmenopuli* ad Iustiniani Digesta Codicemque laudaverit scholia[1]). Quae res et inaudita est, neque per chronologicas rationes ullo modo fieri potuit. Cum enim iuris Iustiniani libri iam saeculo post Christum natum undecimo duodecimoque neglecti abiectique per totam Graeciam iacerent, quid mihi hominem narras, qui trecentis annis post eosdem libros scholiis illustraverit suis?

Ex his, quae adhuc in medium protulimus, argumentis satis, opinor, liquet, *Comneno* in his rebus referendis fidem non constare. Accedit, quod idem *antecessoris* nomen, quod iis tantum iureconsultis, qui Iustiniano aequales fuerunt ab eave aetate non ita remoti, attribui meminimus[2]), temporibus Basilii Macedonis[3]) adeoque Constantini Harmenopuli[4]) obtinuisse auctor sit; quodque Balsamonis in Basilica scholia, quae nulla fuerunt, laudaverit[5]); quodque Aristenum inter Basilicorum scholiastas retulerit[6]); quodque Modestini[7]) Domninique[8]) scholia ad Novellas Constantini Leonisque scripta commemoraverit; quod denique Simeonem Attaliatam, Attaliatae illius, qui legum synopsin scripsit, pronepotem, Constantini Harmenopuli praeceptorem fecerit[9]). Quae quidem omnia cum aut omnino falsa sint, aut certe ita comparata, ut viris non sane inconsideratis probari non possint, de hoc scriptore praedicare licebit, quod est apud sapientissimum Romanorum poetam:

Hic niger est, hunc tu, Romane, caveto.

Veruntamen ne Theodori Hermopolitani quidem a nomine in rem suam vertendo scriptor iste impudentissimus abstinendum sibi putavit. Laudavit enim resp. 6. sect. 7. p. 402. A. Theodorum Hermopoliten his verbis: „*ut scias, inquit Theodorus Hermopolites* (schol. 3. in d. tit. de testibus), „ὅτι ἔστι πότ᾽ ἄν, ὅτι καὶ συγγενέσιν ἔξεστιν ὑπὲρ τῶν συγγενῶν μαρτυρεῖν, οὐδέποτε δὲ κατ᾽ αὐτῶν. „τοῖς δὲ δούλοις καὶ ἀπελευθέροις οὐδέτερον." Porro resp. 6. sect. 3. p. 374. b.: „*Theodorus*, „inquit, *Hermopolites (in ecloge Novellarum tit. II.)*: κατὰ μὲν τῶν δικαστῶν ἐπὶ δωροδοκίᾳ „φανερῶς ἀδικούντων διέταξε μετὰ τοὺς παλαιοὺς Κωνσταντῖνος καὶ Λέων αὐστηρῶς, κατὰ δὲ τῶν „ἐν ἱερεῦσι καὶ ἀρχιερεῦσι φοβερῶν αἰσχροκερδιῶν διὰ τῆς μιαρᾶς σιμωνείας ὁ θεῖος καὶ ἰσάγγελος „Ταράσιος μετὰ τοὺς κανόνας καὶ τοὺς πάλαι ἁγίους πατέρας, ἀλλ᾽ οὐδὲν πρὸς ὠφέλειαν. „πιπράσκουσι γὰρ ἅπαντες τὸ ἀώνητον, ἀλλ᾽ οἱ μὲν λάθρα, οἱ δὲ φανερῶς." De his locis quid iudicandum sit, ex iis, quae supra attulimus, satis apparet. Itaque, ne multi esse videamur, sit iam hic huius disputationis finis.

---

1) Resp. 3. sect. 1. p. 143. b.: *quantam nobis ubique ingerunt eius in Digestum ac Codicem luculentissimi commentarii.* — Resp. 4. sect. 4. p. 238. b. *Confirmat haec et luculentius et doctius Harmenopulus noster (in adnot. ad libr. Pandect. ad tit. de Iust. et iur. schol. 64.) dicens*: πάσῃ τῇ βασιλείᾳ et caet. — Ibid. p. 239. b.: *Docet hoc ipsum Harmenopulus noster (in d. tit. de iust. et iur. schol. 79.).* — Ibid. sect. 5. p. 241. b.: *cui adstipulatur Harmenopulus (in lib. 1. ff. tit. 1.).* — Ibid. sect. 8. p. 268. b. *ut Nostris cum Harmenopulo (ad tit. Pandect. de Iust. et Iur.) ratio naturalis ipsa probabit.* — Ibid. p. 273. b.: *immo palam id ipsum testati praeter Harmenopulum (ad tit. Pandect. de Adult.).* — Resp. 5. sect. 1. p. 282. b.: *et Harmenopulus (in tit. Pandect. de off. Iud.).* — Ibid. sect. 3. p. 300. b.: *Quare et Harmenopulus noster (d. tit. Pandect. de Iust. et iur.)*, οὐδ᾽ ἐπιχειρήμασιν, *inquit*, et caet. — *Harmenopuli commentarios in Codicem* laudavit Comnenus resp. 5. sect. 5. p. 321. b. *Nam et Harmenopulus (schol. 108. in Codicem) ait* τὸν σφαλέντα et caet. 2) Vide *Bienerum* in libro: *Beiträge zur Revision des Just. Codex*. p. 31. 3) Resp. 6. sect. 7. p. 403. b.: *Thalelaeus Antecessor (in Novell. Basilii Macedo. incip. cum bonorum omnium vers.* διὸ θεσπίζομεν.*).* — Resp. 5. sect. 5. p. 320. a.: *Eustathius Antecessor (in schol. ad Nov. 10. Leon.).* 4) Resp. 3. sect. 1. p. 143. b.: *ut* (Harmenopulus) *duodetrigesimo aetatis anno Antecessoris nomen meruerit.* 5) Resp. 5. sect. 1. p. 282. b.: *Idem docet et Balsamon (ad lib. 1. tit. 2. Basilicῶν).* 6) Resp. 5. sect. 1. p. 283. a.: *Quapropter Aristenus (ad tit. Basilicων de probat.)* ὁ ἐνταλθεὶς, ait, et caet. 7) Resp. 6. sect. 7. p. 402. a.: *Modestinus (ad Novell. Const. et Leon. in tit. de test. n. 4.).* 8) Ibid. p. 402. a.: *Domninus (ad eas d. Novell. d. tit. de test. in fin.).* 9) Resp. 3. sect. 3. p. 143. b.

CAPUT IV.

Posteaquam exposuimus, in his, quae ex Theodori de Iustiniani Novellis libro supersunt, fragmentis edendis quibus auxiliis adminiculisque usi simus, restat, ut nostro editoris officio quemadmodum functi simus, paucis exponamus. Ac primum quidem ex iis, quae capite secundo disputavimus, satis apparet, ipsa huius libri fragmenta ad CLXVIII. Novellarum ordinem digerenda esse. Incerta eiusdem scriptoris fragmenta stellula adposita (*) indicavimus. Scripturae, quae in iis, quos supra diximus, fontibus habetur, varietatem in notis indicare non neglеximus. Interpolationum, quae in his fragmentis reperiuntur, vestigia diligenter persequenda duximus, earumque originem fontemque demonstravimus. In Graecis quae corrupta habentur, critica arte et disciplina in integrum restituimus, rati, si usquam alias, at certe in hoc scripturae genere coniecturae non improbabili locum dari. Quam tamen, licet et facilitate et felicitate commendaretur, tamen vel sic magis in notis indicandam, quam in orationis contextu collocandam putavi, ne cuiquam viderer pro Theodori verbis venditare mea. Cum autem verba Theodori Graeca Latine exponenda esse videremus, Fabroti reliquorumque iuris Graeci interpretum translationes, quod eius fieri posset, retinendas esse censuimus, non quo plane nihil in ea re reprehenderemus, sed ut, quae ab aliis egregie gesta sunt, ex his suum cuique attribuerem. Ipsi veterum interpretum errores tacito emendavimus, castigavimus, correximus; ipsa translationis verba hic illic immutando ad certam quandam aequabilitatem revocavimus; ea, quae in orationis contextu corrupta sunt, ad coniecturae non improbabilis speciem transtulimus, sed interrogantis signo (?) adiecto; denique hoc agendum putavimus, ut haec, quam daturi sumus, Graecorum in Latinum sermonem translatio iustae interpretationis loco haberi posset.

Haec habui, quae de operis mei ratione viderentur esse praefanda. In quo si quid ab aequis harum rerum arbitris reprehendatur, gratus accipiam, acceptaque lance non iniqua trutinabor, et, si quid erratum sit, iure meritoque me in ordinem redactum esse ingenue confitebor Nam homo sum et humani nihil a me alienum puto.

Nov. 1. cap. 1. *Τοὺς παρά τινων γεγραμμένους.*] *Θεοδώρου. Ὁ κληρονόμος*[1]) *ἀναγκαῖος ἢ φιδεικομισσάριος*[2]) *τῶν κατ᾽ εἶδος, ἢ τῶν καθ᾽ ὁμάδα, καὶ ὁ πρεσβείῳ τιμηθεὶς, μὴ πληρῶν τὸ προστεταγμένον αὐτῷ ὑπὸ τοῦ τεστάτωρος, ἀλλὰ καὶ μετὰ καταδίκην*[3]) *ἀγνωμονῶν ἐπὶ ἐνιαυτὸν, μόνον τὸ ἐξ ἀδιαθέτου ἁρμόζον αὐτῷ κομίζεται, τουτέστι τὸ νόμιμον ποστημόριον, ὅπερ ἐστὶν ἀπὸ μὲν τεσσάρων ἀνὰ τὸ ἥμισυ, μέχρι δὲ τεσσάρων τὸ τρίτον, κατὰ τὴν ιη΄. νεαράν. ἰστέον δέ*[4]), *ὅτι τοὺς*[5]) *ἐξ ἀνάγκης νόμου*[6]) *θεματίζει ἡ παροῦσα διάταξις, ὡς δηλοῖ τὸ τέλος τοῦ παρόντος κεφαλαίου· ὅθεν φησίν, ὅτι μὴ ποιοῦντες τὴν κέλευσιν τοῦ τελευτῶντος οὐδὲν λήψονται, εἰ μὴ τὸ ἐξ ἀδιαθέτου, ὡς εἴπομεν. ἀλλὰ τὸ λοιπὸν μέρος τοῦ μὴ πειθαρχήσαντος τῷ τεστάτωρι προσκυροῦται τοῖς συγκληρονόμοις αὐτοῦ κατὰ τὸ δίκαιον τῆς ἐνστάσεως ἑκάστου*[7]) *αὐτῶν. εἰ δὲ συγκληρονόμοι αὐτῷ μὴ ὕπεισιν, ἢ ὑπῆσαν*[8]) *μέν, οὐκ ἠθέλησαν*[9]) *δὲ ἀδιτεῦσαι, τότε πάλιν τὸ λοιπὸν μέρος αὐτῶν*[10]) *δίδωσι τοῖς*[11]) *φιδεϊκομισσαρίοις, ἢ τοῖς ἐλευθερωθεῖσι δούλοις τοῦ διαθεμένου, ἀσφαλιζομένων πάντων δηλονότι, ὡς πληροῦσι τὸ προστεταγμένον ὑπὸ τοῦ τεστάτωρος. εἰ δὲ μήτε ληγατάριος μήτε οἰκέτης ἐλευθερωθεὶς ὕπεστι, τότε εἷς τῶν ἐξ ἀδιαθέτου τοῦ τεστάτωρος, ἢ καὶ οἱοσδήποτε θέλων ἐξωτικός, ἢ ἐν ἀπορίᾳ*[12]) *πάντων ὁ φίσκος λαμβάνει τὴν κληρονομίαν καὶ πληροῖ τὸ προστεταγμένον ὑπὸ τοῦ τελευτῶντος, καὶ ταῦτα ἐπὶ τῶν*[13]) *ἐξ ἀνάγκης νόμου γραφομένων κληρονόμων, τουτέστι κατιόντων, ἀνιόντων*[14]), *ἔσθ᾽ ὅτε δὲ*[15]) *καὶ ἀδελφῶν. ὁ γὰρ μὴ ἐξ ἀνάγκης νόμου γραφόμενος κληρονόμος, μὴ* (sic) *ποιήσει*[16]) *τὸ κελευσθὲν ὑπὸ τοῦ τεστάτωρος*[17]), *οὐδὲ τί ποτε*[18]) *λαμβάνει, τῇ δὲ λεχθείσῃ*[19]) *τῶν εἰρημένων προσώπων,*

Theodori. Necessarius haeres vel fideicommissarius rerum singularum vel haereditatis, et, qui donatione honoratus est, si id, quod (fieri) iussit testator, non faciat, verum etiam, postquam a iudice condemnatus est, intra annum dicto audiens non sit, id tantum, quod ipsi ab intestato competit, accipit, hoc est, legitimam portionem, quae quidem, si plus quattuor sunt, semis est, sin usque ad quatuor, triens secundum 18. Novellam. Sciendum est autem, eos, qui ex legis necessitate (scribuntur haeredes) ab hacce constitutione designari, ut finis praesentis capitis significat; unde ait, eos, qui ea, quae a defuncto iussa sunt, non faciunt, praeter portionem legitimam, ut iam diximus, nihil esse accepturos; sed residua portio eius, qui voluntati testatoris non obtemperavit, cohaeredibus eius pro portione, in quam scripti sunt, haereditaria vindicatur. Si cohaeredes eius non sint, vel fuerint quidem, haereditatem tamen adire noluerint, tunc (legatariis et iis, qui horum similes sunt, nempe) fideicommissariis vel servis (testamento) manumissis haec constitutio residuam eorum portionem concedit, ut tamen ab omnibus cautio de hoc praestetur, ea, quae a testatore iussa sunt, a se impletum iri. Si vero neque legatarius sit, neo servus (testamento) manumissus, tunc unus ex haeredibus legitimis testatoris, aut etiam extraneus, quicunque velit, aut, si omnes deficiant, fiscus haereditatem accipit, et id, quod a defuncto iussum est, exequitur. Atque haec de his, qui ex necessitate legis haeredes scribuntur, hoc est, descendentibus, ascendentibus, interdum autem etiam fratribus. Nam si is, quem haeredem institui necesse non est, testatoris iussa non exequetur, nihil penitus accipit, sed (reliquis personis) secundum supra dictam

---

1) Hic locus exstat in Codice Bodleiano 3399. tit. 32. fol. 131., sed Theodori nomine praetermisso. Titulus hic est: *περὶ κληρονομιῶν καὶ φαλκιδίων. Ἐνησχολημένοις ἡμῖν. Κληρονόμοις* et caet. 2) Pro verbis *ὁ κληρονόμος ἀναγκαῖος ἢ φιδεικομισσάριος* Bodlei. habet *κληρονόμοις ἀναγκαίοις ἢ φιδεικομισσαρίοις*. 3) Pro *καταδίκην* Bodlei. habet *δίκην*. 4) Pro *δὲ* Bodlei. habet *γάρ*. 5) Pro *τοὺς* Bodlei. habet *τοῖς*. 6) Pro *νόμου*, quod est in Bodlei., Fabr. habet *νόμους*. 7) Bodlei. *ἑκάστῳ*. 8) Pro *ὑπῆσαν* Bodlei. habet *ὕπεισι*. 9) Pro *ἠθέλησαν* Bodlei. habet *ἤθελον*. Ad vocem *ἀδιτεῦσαι* signum .·. in Bodlei. additum est. Addit autem idem Codex ad marg. *ἀποστρεψ. μερίσαι*. 10) Pro *αὐτῶν* Bodlei. habet *αὐτοῦ*. 11) Post *τοῖς* Bodleianus intrudit *λεγαταρίοις καὶ τοῖς τοιούτοις τουτέστι τοῖς*. Nov. 1. cap. 1. §. 1. *καὶ ἄδειαν παρεχέτω καὶ ληγαταρίοις καὶ φιδεϊκομμισσαρίοις καὶ οἰκέταις ἐλευθερίᾳ τιμηθεῖσι προσιέναι*. Itaque non dubitandum censeo, quin in Basilicorum codd. mss. integer versus librarii incuria exciderit. Quid enim facias de legatariis, qui in Novellae loco laudato collocati sunt, cum in Basilicis nulla plane exstet earum personarum mentio? 12) Bodlei. *ἀπορείᾳ*. 13) Pro *ἐπὶ τῶν* Bodleianus habet *ἐπὶ μόνων τῶν*, quae verba quemadmodum Nov. 1. cap. 1. §. 2. non confirmantur, ita orta videntur ex interpretatione verborum: *ὁ γὰρ μὴ ἐξ ἀνάγκης νόμου γραφόμενος κληρονόμος*. 14) Pro voce *ἀνιόντων* Bodlei. habet *καὶ ἀνιόντων*. 15) Vocem *δὲ* Bodlei. non habet. 16) Pro verbis *μὴ ποιήσει* Bodlei. habet *εἰ μὴ ποιήσῃ*. Recte, ni fallor. 17) Bodlei. *τεστάτορος*. 18) Pro *οὐδὲ τί ποτε* Bodlei. habet *οὐδέν*. 19) Pro voce *λεχθείσῃ* Bodlei. addit *διαιρέσει*.

φημὶ συγκληρονομων, διαιρέσει[20]) ληγαταρίων, καὶ δούλων ἐλευθερωθέντων[21]) θελοντων προσελθεῖν τῷ κλήρῳ τοῦ κατοιχομένου, καὶ φίσκῳ[22]) ἐν ὑστέρᾳ χώρᾳ τάξιν[23]) δίδωσι. πλὴν ἰστέον, ὅτι, ἐὰν κληρονόμος[24]) ἔχῃ ὑποκαταστάτους, αὐτοὶ πρῶτον μετὰ τὸν ἀγνωμονήσαντα[25]) καλοῦνται πρὸς τὸ πληρῶσαι τὴν βούλησιν τοῦ τεστάτωρος[26]) [τῶν] (sic)[27a]), ἐὰν θέλωσι, τῶν ἐξνερεδάτων[27b]) πανταχόθεν ἀποκλειομένων, εὐλόγου[28]) δηλονότι ὑπούσης αἰτίας. σημείωσαι[29]) δέ, ὅτι τότε ἀναγκάζεταί τις πληροῦν τὴν βούλησιν τοῦ τεστάτωρος, ὅτε οὐκ ἔστι[30]) παράνομος· τότε γὰρ οὐκ ἔρρωται, ὡς εἴρηται βιβ. ς'. τοῦ κώδικος[31]) τιτλ.[32]) μς'. διατ. β'.[33])

distinctionem locum facit, id est cohaeredibus, legatariis, et servis (testamento) manumissis et extraneis, qui libertate gaudent (?), si haereditatem defuncti adire velint, et novissimo quoque loco fisco. Sciendum tamen est, si haeres substitutos habeat, eos post eum, qui contumax fuerit, si velint, primo quoque loco ad voluntatem testatoris adimplendam vocari, iis, qui exhaeredati sunt, videlicet iusta ex caussa, omnimodo summovendis. Nota autem, voluntatem testatoris tunc necessario implendam esse, si modo legibus non refragetur; tunc enim non servatur, ut lib. 6. Cod. tit. 46. const. 2. dicitur.

Basil. lib. 41. tit 4. them. 1. tom. V. p. 484. schol. k.

Γινέσθω τοίνυν καταγραφή.] Θεοδ.[34]) Ο Φαλκίδιον θέλων παρακρατεῖν ποιείτω ἴνβεντον ἐμπροθέσμως[35]), τουτέστιν ἐντὸς τῶν τριῶν μηνῶν[36]), παρόντων ληγαταρέων[37]) καὶ[38]) τῶν δανειστῶν· ἢ[39]), εἰ μὴ εἰσιν οὗτοι, παρόντων τριῶν μαρτύρων ἀξιοπίστων. ἐὰν γὰρ παρόντες οἱ ληγατάριοι[40]) μὴ βουληθῶσι παραγενέσθαι ἐπὶ τῇ ποιήσει τοῦ ἰνβέντου, ἀρκοῦσι μόνοι οἱ εἰρημένοι μάρτυρες. ἀνάγνωθι βιβ. ς'. τιτ. λ'. καὶ ν'. ἀνάγνωθι περὶ ἰνβενταρίου πουπίλλου βιβ. ε'. τοῦ κώδικος τιτ. λζ'. διατ. κε'.[41]) καὶ νεαρὰν ρλα'. ἐν τῷ τέλει.

Theodori. Is, qui Falcidiam retinere vult, intra praestituta tempora inventarium facito, hoc est Nov. 1. cap. 2.
intra tres menses, praesentibus legatariis et creditoribus; vel, si hi non sint, praesentibus tribus testibus fide dignis. Nam si legatarii, qui adsunt, inventarii confectioni interesse nolint, supra dicti testes soli sufficiunt. Lege lib. 6. tit. 30. et 50.; et de inventario pupilli lege lib. 5. Cod. tit. 37. const. 25. et Nov. 131. ad finem.

Basil. l. l. tom. V. p. 485. schol. p.

Οὐ δώσομεν δὲ ἄδειαν.] Θεοδώρου. Ὁ κληρονόμος εἰδὼς τὴν οὐσίαν τοῦ τεστάτωρος οὐ δύναται τινὰς μὲν τῶν ληγαταρίων πληροῦν, ἐκ τινῶν δὲ παρακρατεῖν Φαλκίδιον ἢ ῥεπετιτεύειν τι, ἐὰν ἤδη αὐτοῖς κατέβαλεν, εἰ μὴ ἄρα ἀπρόοπτον χρέος ἀνεφάνη, ἢ συμβῇ αἰτία εὔλογος. ἀνάγνωθι β'. ς'. τοῦ κώδικος τιτ. ν'. διατ. ς'.

Theodori. Haeres, qui facultates testatoris cap. 3.
novit, non potest quibusdam ex legatariis solidum solvere, ex quibusdam autem (legatis) Falcidiam retinere, aut, si (legata) solida persolverit, ex iis aliquid repetere, nisi forte aes alienum, quod latebat, emerserit, aut alia quae iusta caussa supervenerit. Lege lib. 6. Codicis tit. 50. const. 6.

Cod. Ambros. biblioth. Med. I. 48. p. 152.

Κεῖται δὲ ἐν τῷ Ἑρμοπολίτῃ[42a]) *οὕτως.* Πᾶς κληρικός, κἂν ἀναγνώστης ἐστίν, εἰ καταλείψει τὴν ἱερατείαν, γενέσθω βουλευτὴς[42b]) ἢ ταξεώτης. ἐν δὲ τῷ Ἀθανασίῳ οὕτως· πᾶς κληρικὸς κ. τ. λ.

In (*Theodori*) *Hermopolitani* commentario haec Nov. 6. cap. 17.
sic expressa sunt: Omnis clericus, etiamsi lector sit, si sacerdotalem statum deserat, curialis vel cohortalis fiat. In *Athanasii* autem hoc modo: Omnis clericus et reliqua.

---

20) Verba *συγκληρονόμων διαιρέσει* in Bodlei. desunt. Post vocem *φημὶ* idem Codex *δὴ* apposuit. 21) Pro *ἐλευθερωθέντων* Bodlei. habet *καὶ ἐλευθέρων ἐξωτικῶν*. Malim eius Codicis auctoritatem sequi. Nam et supra dixit *τότε εἰς τῶν ἐξ ἀδιαθέτου — ἢ καὶ οἱοσδήποτε θέλων ἐξωτικὸς — λαμβάνει τὴν κληρονομίαν*, et, de servis quae supra dicta sunt, satis demonstrant, hos tantum significari, qui testamento manumissi sint. *Ἐλευθέρων* dictum est, ut servis opponerentur. 22) Bodlei. *φίσκον*. 23) Pro *ἐν ὑστέρᾳ χώρᾳ τάξιν* Bodlei. habet *ἐν ὑστέρᾳ τάξει χώραν*. 24) Vox *κληρονόμος* in Bodlei. deest. 25) Pro *ἀγνωμονήσαντα* Bodlei. habet *μετὰ τοὺς ἀγνωμονήσαντας*. 26) Bodlei. *τεστάτορος*. 27a) Vox *τῶν* in Bodlei. deest. Recte. Ideo uncis inclusi. 27b) Bodlei. *ἐξερεδάτων*. 28) Fabr. *εὔλογον*. Bodlei. habet *εὐλόγως*. Voces, quae sequuntur, *δηλονότι ὑπούσης αἰτίας* in Bodlei. desunt. 29) Pro *σημείωσαι* Bodlei. habet *σημ*. 30) Bodlei. *ἐστι* habet. 31) Bodlei. *τοῦ κωδ*. 32) Pro *τιτλ*. Bodlei. habet *καί*. 33) Bodlei. litteram *β'*. omittit. Post haec Bodlei. fol. 131. haec interponit: *πάντες οἱ κληρονόμοι τέλειοι νοοῦνται, κἂν εἰς μέρος εἷς ἕκαστος αὐτῶν ἐγράφη. τὰ λεχθέντα ἐπὶ κληρονόμου ἀγνωμονοῦντος κρατεῖ καὶ ἐπὶ ληγαταρίου, μὴ πληροῦντος τὴν βούλησιν τοῦ τεστάτορος.* Quae quidem sic Latine vertenda sunt: *omnes haeredes in solidum videntur esse, etsi unusquisque eorum ex parte tantum (scriptus) est. Ea, quae de haerede, qui testatori dicto audiens non est, dicta sunt, valent etiam in legatario, qui voluntatem testatoris non implet.* Quae aliquis dixerit Theodori esse. 34) Vox *Θεοδ.* in Bodlei. deest. 35) Bodlei. *ἐμπρόθεσμον*. 36) Pro *τῶν τριῶν μηνῶν* Bodlei. habet *τριμήνου*. 37) Bodlei. *τῶν λεγαταρίων*. 38) Pro *καὶ* Bodlei. habet *ἢ*. 39) Pro voce *ἢ* Bodlei. habet *καί*. 40) Bodlei. *λεγατάριοι*. 41) In nostris editionibus est const. 24. Cod. V. 37. 42a) Cod. Ambr. *Ἑρμοπολ*. 42b) Cod. Ambr. *βουλατής*.

Basil. lib. 28. tit. 6. them. 1. tom. IV. p. 312. schol. a.

Nov. 12. cap. 1. *Θεσπιζομεν τοίνυν.*] *Θεοδώρου*[43a]). *Ὁ γάμον ἀθέμιτον συναλλάξας, ἐὰν οὐκ ἔχει παῖδας ἀπὸ προτέρων νομίμων γάμων, δημεύεται μετὰ τῆς ἐπιδοθείσης αὐτῷ προικός. τὰ οὖν εἰρημένα ἐπὶ ἀνδρός, καὶ*[43b]) *γυναικὸς κρατεῖ ἀθεμίτως γαμηθείσης ἐν εἰδήσει τοῦ νόμου. ἀνάγνωθι βιβ. ε΄. τοῦ κωδ. τιτ. ε΄. διατ. δ΄. καὶ ς΄.*

Theodori. Qui nefarias nuptias contraxit, si ex prioribus nuptiis legitimis liberos non habeat, una cum dote ei data bonorum confiscationem patitur. Quae igitur de viro dicta sunt, et (in) muliere obtinent, quae iuris non ignara nefarias nuptias contraxit. Lege lib. 5. Cod. tit. 5. const. 4. et 6.

Basil. l. l. tom. IV. p. 312. schol. b.

cap. 2. ✲ *Τὴν πατρῴαν εὐθὺς ἐκεῖνοι.*] *Ὁ ἀθεμίτως γαμῶν εἰ παῖδας ἔχει ἀπὸ πρώτων γάμων νομίμων, διαδεχέσθωσαν αὐτόν, καὶ παραχρῆμα γένωνται* (sic) *αὐτεξούσιοι. πλὴν ὀφείλουσιν αὐτὸν τρέφειν καὶ χορηγεῖν*[44]) *αὐτῷ τὰ ἀναγκαῖα.*

Ei, qui nefarias nuptias contraxit, si liberos habeat ex priore matrimonio legitimo natos, succedunto, et confestim sui iuris fiant. Alere tamen eum debent et necessarium vitae sumptum ei praestare.

Basil. l. l. tom. IV. p. 312. schol. c.

cap. 3. ✲ *Ὁ μετὰ ταῦτα ἐχέτω χρόνος.*] *Ἐάν τις πρὸ τῆς παρούσης διατάξεως ἀθεμιτογαμήσῃ, οὐκ εὐθύνεται. ἐὰν δὲ μετὰ τὴν διάταξιν ἀθεμιτογαμήσας μὴ ἀποστῇ ἐντὸς β΄. ἔτους τῶν μυσαρῶν γάμων, δημεύεται εἰς μόνον τὸ τέταρτον τῆς αὐτοῦ περιουσίας, καὶ κληρονομεῖται εἰς τὸ ἄλλο ἥμισυ τέταρτον ὑπὸ τῶν τεχθέντων αὐτῷ ἀπὸ τοῦ τοιούτου γάμου, εἰ μὴ ἀχάριστοι ὦσιν· ἐὰν δηλονότι παῖδας ἀπὸ νομίμου γάμου οὐκ ἔχει. εἰ γὰρ ἔχει, τότε οἱ μὲν νόμιμοι αὐτοῦ παῖδες τρία μέρη λαμβάνουσιν ἀπὸ τῶν ὑπαρχόντων αὐτῷ· οἱ δὲ ἀθεμίτως τεχθέντες τὸ ἓν ἄλλο μέρος λήψονται. τὰ αὐτὰ δὲ κρατεῖ, καὶ εἰ μετὰ τὸ λῦσαι τὸν γάμον ἀθέμιτον σχῇ ἀπὸ νομίμου γάμου παῖδας. πάλιν γὰρ οἱ ἐξ ἀθεμιτογαμίας ἓν μέρος κληρονομοῦσιν· οἱ δὲ νομίμως τικτόμενοι τἄλλα τρία μέρη λαμβάνουσι. καὶ ταῦτα μέν, ἐὰν ὁ ἀθεμίτως γαμήσας μετὰ τὴν διάταξιν ἐντὸς β΄. ἐνιαυτῶν ἀποστῇ τοῦ τοιούτου γάμου. εἰ γὰρ τῆς διετίας παραδραμούσης μὴ λύσῃ τὸν ἀθέμιτον γάμον, τότε δημεύεται μὲν πᾶσα ἡ τοῦ ἀνδρὸς περιουσία, τῆς δὲ γυναικὸς ἡ προῖξ· νομίμων μέντοιγε παίδων μη ὑπόντων αὐτοῖς. οἱ γὰρ ἐκ τοῦ ἀθεμίτου γάμου τεχθέντες αὐτοῖς οὐδὲν παντελῶς λήψονται*[45]). *ἐὰν δέ, ὡς διεστήξωμεν*[46]) (sic), *ἔχωσιν οἱ οὕτως ἀθεμιτογαμίᾳ ἐμμείναντες νομίμους παῖδας, τότε αὐτοὶ οἱ ὄντες υἱοὶ λαμβάνουσι τρία μέρη ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρός, καὶ τὸ ἓν ἄλλο μέρος δημεύεται σὺν τῇ πάσῃ προικὶ τῆς μητρὸς αὐτῶν. τοῦτο δὲ νόησον, ἐὰν μετὰ τὸν ἀθέμιτον γάμον ἐτέχθησαν οἱ νόμιμοι παῖδες· εἰ γὰρ προεγεννήθησαν τοῦ τοιούτου γάμου, τότε τὸ πᾶν λαμβάνουσι κατὰ τὴν ἀρχὴν τῆς παρούσης διατάξεως. ἀνάγνωθι βιβ. ε΄. τοῦ κώδικος τιτ. ε΄. διατ. δ΄. καὶ ς΄., οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὸ τέλος τῆς οδ΄. νεαρᾶς. ἡ ἐγκαίρως μέντοι, τουτέστιν ἐντὸς τῆς διετίας ἀποστᾶσα γυνὴ τῆς ἀθεμιτογαμίας τὴν αὐτῆς προῖκα λαμβάνει μηδὲν ζημιουμένη.*

Si quis ante hanc praesentem constitutionem nefarias nuptias contraxerit, non inquietatur. Si vero, nefariis nuptiis post hanc constitutionem contractis, intra biennium se non abstineat, quarta tantum pars bonorum eius fisco vindicatur; tres autem partes liberi, qui ex eiusmodi matrimonio nati sunt, haereditatis nomine ferunt, nisi ingrati sint: scilicet si alios liberos ex iustis nuptiis non habeat. Nam si (eiusmodi liberos) habeat, tunc iusti quidem liberi eius tres partes ex eius substantia capiunt; qui autem ex nefariis nuptiis procreati sunt, reliquum quadrantem ferent. Eadem autem valent, si post nefariarum nuptiarum solutionem ex iustis nuptiis liberos susceperit. Nam et hic ex nefariis nuptiis procreati quadrantem haereditatis nomine ferent; qui vero ex iniusto matrimonio descendunt, reliquum dodrantem. Atque haec quidem, si is, qui post hanc constitutionem nefarias nuptias contraxit, intra biennium ab eis se non abstineat. Nam si biennium praeterierit, et (tamen) nefarias nuptias non dissolverit, omnia mariti bona confiscantur atque adeo dos, quae uxoris est, scilicet si iustos liberos non habeant; nam, quos ex nefariis nuptiis procreaverunt liberos, hi nihil penitus ferent. Quodsi secundum id, quod distinximus, qui in nefariis nuptiis permanserunt, iustos liberos habeant, tunc ii, qui filii sunt, ipsi dodrantem bonorum paternorum capiunt, et reliquus quadrans una cum dote matris eorum tota confiscatur. Hoc autem sic intellige, si post nefarias nuptias iusti liberi prognati sunt; nam, si ante has nuptias procreati sunt, tunc solidum capiunt secundum id, quod initio praesentis constitutionis dicitur. Lege lib. 5. Cod. tit. 5. const. 4. et 6., nec non finem Novellae 74. Mulier tamen, quae tempestive, id est intra biennium nefariis nuptiis renunciavit, dotem capit suam, neque ullum damnum sentit.

43a) Haec scholia in Codice Florentino Basilicorum desunt. 43b) Legendum *καὶ ἐπί.* 44) Fabr. *χωρηγεῖν.* 45) Fabrotus *λήψωνται.* 46) Legendum *ὡς διεστίξαμεν.*

Basil. lib. 41. tit. 4. them. 2. tom. V. p. 486. schol. u.

* *Καταλιμπάνειν μόνον.*] Τὸ νόμιμον[47]) ποστημόριον, ὃ καὶ ἐξ ἀδιαθέτου καλεῖται, ἐστὶ μὲν ἄχρι τεσσάρων παίδων τετραούγκιον· ἀπὸ δὲ τῶν δ'. ἄνω ἑξαούγκιον. οἱ γονεῖς γὰρ ἀναγκάζονται ἐᾶσαι τὸ εἰρημένον ποσὸν τοῖς ἰδίοις τέκνοις, δηλονότι ἐνστάσει, κατὰ τὴν ριε'. νεαράν. ἀνάγνωθι βιβ. γ'. τοῦ κώδικος τιτ. κη'. διάταξιν ς'. η'., νεαραν κβ'. ξς'. ϙβ'.

Portionem legitimam, quae et portio (successionis) ab intestato dicitur, si usque ad quatuor filii sint, triens est; si plures, semis. Parentes enim supra dictam quantitatem liberis relinquere coguntur suis, scilicet titulo institutionis, secundum Novellam 115. Lege lib. 3. Cod. tit. 28. const. 6. (et) 8., Nov. 22. 66. 92. Nov. 18 cap. 2.

Basil. l. l. tom. V. p. 486. schol. x.

Καὶ τὴν χρῆσιν καὶ τὴν ἐπικαρπίαν.] Τὸ ἐξ ἀδιαθέτου νόμιμον μέρος οὐ μειοῦται οὔτε κατὰ χρῆσιν, οὔτε κατὰ δεσποτείαν, ἀλλὰ κατὰ χρῆσιν καὶ κατὰ δεσποτείαν ὀφείλει δίδοσθαι.

Theodori[48]). Portio legitima (successionis) ab intestato neque ad usumfructum, neque ad proprietatem deminuitur, verum absque deductione ad usumfructum et proprietatem dari debet. cap. 3.

Basil. l. l. tom. V. p. 486. schol. y.

Οὐδὲ ἐκείνου.] *Πάντες οἱ κατιόντες, κἂν ἄρρενες κἂν θήλειαι ὦσι, κἂν ἐξ ἀρρένων, κἂν ἐκ θηλειῶν, ἐξ ἴσου κληρονομοῦσι τοὺς ἰδίους γονέας ἐξ ἀδιαθέτου. ἀνάγνωθι βιβλίον ς'. τοῦ κώδικος τιτ. νε'. καὶ νη'., καὶ μάλιστα τὴν ιδ'. καὶ ιε'. τοῦ αὐτοῦ τίτ. διάταξιν. μὴ λάθῃ σε δὲ ἡ ριη'. νεαρά, ἀλλ' ἀνάγνωθι καὶ ταύτην.*

Eiusdem[49]). Omnes descendentes, sive masculi sint, sive feminae, sive ex masculis descendant, sive ex feminis, parentibus suis ab intestato aequabiliter succedunt. Lege lib. 6. Cod. tit. 55. et 58., et imprimis const. 14. et 15. eiusdem tituli. Nec te lateat Novella 118., sed hanc quoque lege. cap. 4.

Basil. l. l. tom. V. p. 486. schol. z.

Εἰ καὶ μὴ προῖκες.] Θεοδώρου. Καὶ οἱ ἐξ ἀπροίκου γυναικὸς τεχθέντες καλῶς κληρονομοῦσι τοὺς ἰδίους γονεῖς, κἂν νόθοι[50]) ἦσαν, καὶ ἐγένοντο γνήσιοι τῇ ποιήσει τῶν προικῴων. ἀνάγνωθι τὴν ριζ'. νεαράν, ἔνθα κεῖται. ἀνάγνωθι βιβ. ε'. τοῦ κώδικος τιτ. κζ'. διατ. ε'. ς'. ι'. ια'.

Theodori. Etiam ii, qui ex muliere indotata nati sunt, parentibus iure succedunt suis, licet naturales filii fuerint, et instrumentorum dotalium confectione legitimi facti sint. Lege Nov. 117., ubi (haec) tractantur. Lege lib. 5. Cod. tit. 27. const. 5. 6. 10. 11. Ibid.

Basil. lib. 23. tit. 1. them. 62. tom. III. p. 346. schol. o.

Εἰ δὲ τὴν ἀπαρίθμησιν.] Θεοδώρου. Ἐὰν ἀρνησάμενός τις μὴ δεδόσθαι τι αὐτῷ παρά τινος, ὕστερον εἴπῃ, ὅτι ναὶ μὲν ἔλαβον, κατέβαλον δὲ τὸ πᾶν, ἢ μέρος αὐτοῦ, οὐδὲν ὠφελεῖται.

Theodori. Si quis, cum sibi quidquam datum esse negaverit, postea dicat: „*accepi quidem, sed totum vel partem eius solvi,*" hoc nihil ei proderit. cap. 8.

Basil. l. l. tom. III. p. 346. schol. p.

* *Εἶτα ὕστερον χρήσαιτο.*] *Δικαιολογίαις*[51]) δηλαδὴ λεγούσαις καταβαλεῖν αὐτὸν ἢ τὸ πᾶν ἢ τὸ μέρος.

Allegationibus scilicet, quae vel totum solvisse ipsum vel partem demonstrent. Ibid.

---

47) Etsi in Basilicis Fabroti Theodori nomen non habetur, tamen arbitramur hoc scholium Theodoro recte vindicari. Hinc enim incipiunt scholia Novellae 18. in Basilicis collocata, quo loco Basilicorum architecti Theodori *epitomas* commemorare solent. Atque ea, quae sequuntur, scholia ex auctoritate Fabroti, qui Theodori nomen utroque *loco* in Latina versione expressit, recte Theodoro vindicantur. Ut proinde nec hoc, quod posuimus, a Theodori manu alienum videatur esse. 48) Sic Fabrotus. Non dubitandum censeo, quin interpretis nomen in Graecis Fabroti incuria omissum sit. Ipse enim se prodit. 49) Sic Fabrotus. Non dubitandum, quin eiusdem viri docti incuria verba *τοῦ αὐτοῦ* in Graeco contextu exciderint. 50) Fabr. *νοθοι*. 51) Hoc scholium in Basilicorum editione id, quod ante posui, sequitur, videturque ad eandem Theodori epitomen pertinere.

Basil. lib. 45. tit. 6. them. 1. tom. VI. p. 139. schol. a.

Nov. 21. cap. 1. *Καὶ παρὰ Ἀρμενίοις.*] Θεοδώρου. Οἱ Ἀρμένιοι κατὰ τοὺς Ῥωμαίων νόμους πολιτευέσθωσαν. ἀνάγνωθι τὴν λα'. νεαράν, καὶ μαθήσῃ τὰ περὶ αὐτῶν τελείως.

Theodori. Armeni Romanorum legibus reguntor. Lege Novellam 31., et de his plene disces.

Basil. lib. 28. tit. 4. them. 45. tom. IV. p. 279. schol. m.

Nov. 22. cap. 8. *Εἰ γὰρ ἐκ ψήφου δικαστικῆς.*] Θεοδώρου. Ἡ εἰς μέταλλον[52] καταδίκη[53] οὔτε δοῦλον τῆς[54] τιμωρίας ποιεῖ τὸν καταδικασθέντα[55], οὔτε γάμον λύει. ἀνάγνωθι βιβλ. ε'. τοῦ κώδικος τίτλον ις'. διαταξ.[56] κδ'. καὶ τιτλ. ιζ'. διαταξ.[57] α'. καὶ βιβλ. θ'. τοῦ κώδικος τιτ. μζ'. διαταξ. θ'.

Theodori. In metalla condemnatio neque servum poenae facit eum, qui condemnatur, neque nuptias dirimit. Lege lib. 5. Cod. tit. 16. const. 24., et tit. 17. const. 1., et lib. 9. Cod. tit. 47. const. 9.

Basil. l. l. tom. IV. p. 279. schol. n.

cap. 11. *Εἴτις ἐξέδωκεν.*] Τοῦ αὐτοῦ[58]. Δεσπότης συνάπτων τὸν δοῦλον ἐλευθέρῳ προσώπῳ τινὶ[59]) ὡς ἐλεύθερον, ἢ[60]) συναινῶν τοῖς τοιούτοις[61]) γάμοις, ἢ ἐν εἰδήσει κακούργως σιωπῶν, οὔτε λῦσαι[62]) τὸν γάμον δύναται, ἀλλὰ καὶ τῆς ἐπ' ἐκείνῳ δεσποτείας ἐκπίπτει. ἀνάγνωθι βιβ. β'. τοῦ κώδικος τιτ. κ'. διατ.[63]) δ'.

Eiusdem. Dominus, qui servum quasi liberum cum libera quapiam persona coniungit, vel eiusmodi nuptiis consentit, aut sciens dolo malo tacuit, neque nuptias dissolvere potest, sed etiam illius dominio excidit. Lege lib. 2. Cod. tit. 20. const. 4.

Basil. l. l. tom. IV. p. 280. schol. p.

cap. 13. *Περιορισμὸς ἢ ἐξορία.*] Περιορισμὸς ἐπέχων χώραν aquae et ignis interdictionos, οὐ λύει[64]) τὸν γάμον. ἀνάγνωθι ε'.[65]) τοῦ κώδικος τιτλ. ις'.[66]) διάταξ. κδ'.[67]) καὶ τιτ. ιζ'. διατ. α'. καὶ βιβλ. μη'. τιτ. κ'. διγ. ε'.[68]) καὶ βιβ. κδ.' τιτ. α'. διγ. ιγ'. ταῦτα μὲν τοῦ Θεοδώρου εἰσί. τὸ πλάτος δὲ τῆς νεαρᾶς οὕτως ἔχει etc.

Deportatio, quae aqua et igni interdictionis locum obtinet, matrimonium non solvit. Lege lib. 5. Cod. tit. 16. const. 24., et tit. 17. const. 1., et lib. 48. (Dig.) tit. 20. dig. 5., et lib. 24. tit. 1. dig. 13. Haec quidem Theodori sunt. Τὸ πλάτος Novellae autem sic habet etc.

Basil. l. l. tom. IV. p. 280. schol. q.

cap. 19. * *Ἔστι δὲ καὶ ἕτερον.*] Μήτε ὑπεξούσιος μήτε ἐμαγκίπατος λυέτωσαν τὰ αὐτῶν συνοικέσια ἐπὶ βλάβῃ τῶν ἰδίων γονέων ἐκτὸς τῆς ἐκείνων βουλήσεώς τε καὶ συναινέσεως. ἀνάγνωθι βιβ. ε'. τοῦ κώδικος τιτλ. ιζ'. διατ. ιβ'.

Nec filiusfamilias, nec emancipatus nuptias suas in parentum suorum damnum absque illorum voluntate et consensu dissolvunto. Lege lib. 5. Cod. tit. 17. const. 12.

Basil. lib. 28. tit. 12. them. 1. tom. IV. p. 447. schol. a.

cap. 20. *Λυθέντος τοίνυν τοῦ γάμου.*] Θεοδώρου. Τῶν γαμικῶν κερδῶν οἱ μὴ δευτερογαμοῦντες τελείως δεσπόζουσι. μέμνησο τῆς β'. νεαρᾶς. τοῦτο ἀναιρεῖ ἡ ϟη'. νεαρά. πλὴν ἴσθι, ὅτι ἄλλο προστίθησι τῇ εἰρημένῃ ϟη'. ἡ ρκζ'. νεαρά[69]). ἀνάγνωθι οὖν τὰς

Theodori. Hi, qui secundas nuptias non contrahunt, lucrorum nuptialium plenum habent dominium. Memineris Novellae 2. Hoc abrogat Nov. 98. Verum sciendum est, aliud dictae 98. Novellae per Novellam 127. adiici. Lege ergo utramque

---

52) Flor. μετάλλον. 53) Flor. καταδίκης. 54) Vox τῆς in Cod. Flor. deest. 55) Pro καταδικασθέντα Flor. habet καταδικαζόμενον. 56) Pro διαταξ. Flor. habet δι^r. 57) Pro διαταξ. Flor. habet δι^r. 58) Verba τοῦ αὐτοῦ in Flor. Cod. desunt. 59) Flor. τινὶ προσώπῳ. 60) Voces ὡς ἐλεύθερον ἢ in Flor. desunt. 61) Pro voce τοιούτοις Flor. habet τοιούτου. 62) Flor. λύσαι. 63) Pro διατ. Flor. habet δι^r. Designatur const. 4. Cod. de dolo malo (II. 21.). 64) Initium scholii in Codice Flor. hoc est: ἡ δεπορτατίων ἔχουσα τάξιν ὕδατος καὶ πυρὸς ἀπαγορεύσεως οὐ λύει et caet. 65) Flor. βι. ε̅. 66) Flor. ιζ'. Designatur const. 24. Cod. de don. inter virum (V. 16.). 67) Post verba διατ. κδ'. Cod. Flor. haec habet: καὶ κζ'. καὶ βι. θ'. τι. μζ'. διατ. θ'. ταῦτα μέν ἐστι Θεοδώρου. τὸ δὲ πλάτος οὕτως ἔχει. Hac Codicem laudandi ratione βι. θ'. τι. μζ'. διατ. θ'. designatur const. 9. Cod. de poenis (IX. 47.). Quid Theodori sit, facile discerni non potest. 68) Designatur fr. 5. D. 48. 20. 69) Codex Flor. habet ἡ ρκζ'. ὁμοίως νεαρὰ pro verbis ἡ ρκζ'. νεαρά.

δύο διατάξεις. σήμερον γὰρ ὁ μὴ δευτερογαμῶν[70]) ἑνὸς μόνου παιδὸς ἔχει μέρος.

constitutionem. Hodie enim, qui secundas nuptias non contrahit, unius tantum filii portionem habet.

Basil. lib. 28. til. 12. them. 1. tom. IV. p. 449. schol. c.

Καὶ ἔσονται ταῦτα.] Θεοδώρου. Ἐὰν οἱ δευτερογαμοῦντες τὰ γαμικὰ κέρδη μὴ ἐκποιήσωσι, μήτε ὑπόθωνται ῥητῶς τελευταίαν βούλησιν, λαμβανέτωσαν αὐτὰ οἱ τεχθέντες αὐτοῖς ἐκ τοῦ αὐτοῦ γάμου παῖδες ἐξ ἴσου, κἂν μὴ κληρονομήσουσιν[71]) αὐτούς, εἰ μὴ ἄρα ὀφθῶσιν ἀχάριστοι. τὸ γὰρ τοῦ ἀχαρίστου παιδὸς μέρος προσαυξάνεται τοῖς λοιποῖς ἀδελφοῖς. εἰ δὲ πάντες οἱ παῖδες εὑρεθῶσιν ἀχάριστοι, τότε τὸ μέρος αὐτῶν προστίθεται τοῖς κληρονόμοις τῶν ἰδίων γονέων, κἂν ἐξωτικὸς[72]) εἶεν. ἴσθι δέ, ὅτι καὶ ἐνταῦθα οἱ ἔγγονοι ὑπεισέρχονται τὸ πρόσωπον τοῦ ἰδίου γονέως, ἐὰν τὸν πατέρα κληρονομῶσι. καὶ σημείωσαι, ὅτι τὰ εἰρημένα κρατεῖ καὶ ἐπὶ τῶν ἀπροίκων κερδαινόντων τὸ τέταρτον τῆς οὐσίας, ἢ οἱονδήποτε μέρος ἀπὸ τῶν κάσων[73])· αὗται[74]) γὰρ καλῶς πακτεύουσιν. ἀνάγνωθι βιβλ. ε'. τοῦ κώδικος τιτλ. θ'. διατ. θ'., καὶ μέμνησο τῆς β'. νεαρᾶς καὶ τῆς ϟη'. ὁμοίως[75]). σημείωσαι[76]), ὅτι ἔνστασις[77]) οὐκ ἔστιν[78]) ἐκποίησις. τὸ[79]) ἐναντίον λέγει[80]) βιβλ. ε'. τοῦ κώδικος τιτλ. θ'. διατ. η'.

Theodori. Si ii, qui secundas nuptias contrahunt, lucra nuptialia non alienaverint, neque supremo iudicio specialiter obligaverint, liberi ex eodem matrimonio procreati ex aequo haec capiunto, etiamsi haeredes eorum non fient, nisi forte ingratos eos esse apparuerit. Portio enim ingrati filii reliquis fratribus accrescit. Si vero omnes liberos constet ingratos esse, tunc eorum portio haeredibus parentum ipsorum adponitur, etiamsi extranei (?) sint. Scito autem, hic quoque nepotes in parentis sui personam succedere, si ei haeredes exstiterint. Et nota, ea, quae dicta sunt, etiam in indotatis (personis) observari, quae quartam bonorum partem vel qualemcunque ex casibus lucrantur. Hae enim recte paciscuntur. Lege lib. 5. Codicis tit. 9. const. 9., et memineris Novellae 2. et similiter Novellae 98. Nota, (heredis) institutionem alienationem non esse. Contrarium dicit lib. 5. Codicis tit. 9. const. 8.

Nov. 22. cap. 20.

Basil. lib. 28. tit. 14. them. 1. tom. IV. p. 488. schol. a.

Εἴ τινες τοῖς ἔμπροσθεν.] Θεοδώρου[81]). Ἡ πρὸ τοῦ πενθίμου χρόνου δευτερογαμοῦσα γυνὴ ἀτιμοῦται, μηδὲν ἐκ τοῦ δευτέρου γάμου κερδαίνουσα, μήτε πλέον τοῦ τρίτου μέρους τῆς ἰδίας οὐσίας δυναμένη ἐπιδοῦναι τῷ δευτέρῳ ἀνδρί. καὶ τότε τοῦτο νόει, ὅτι δύναται ποιῆσαι, ὅτε παῖδας οὐκ ἔχει ἀπὸ τοῦ ἀνδρὸς τοῦ πρώτου. εἰ γὰρ ἔχει παῖδας, τὸ ἁρμόζον ἑνὶ τῶν παίδων ἀπὸ τοῦ τρίτου μέρους[82]), τῆς προτέρας αὐτῆς προικὸς μεριζομένης πᾶσι τοῖς ἐκ τοῦ πρώτου γάμου τεχθεῖσιν υἱοῖς, δίδωσι τῷ δευτέρῳ ἀνδρὶ εἰς προῖκα, ὡς ἀνήνεκται ἐν τῷ ε'. βιβ. τοῦ κώδικος τιτλ. θ'. διατ. ς'. ἀνάγνωθι δὲ τὴν α'. καὶ β'. καὶ γ'. διατ. τοῦ εἰρημένου τιτ. καὶ βιβ. ς'. τιτλ. νς'. διατ. θ'. ἡ πρὸ τοῦ πενθίμου χρόνου δευτερογαμοῦσα οὐ δύναται πρὸς τοῖς εἰρημένοις λαβεῖν τι ἀπὸ οἱουδήποτε προσώπου κατά τινα φιλοτιμίαν, ἀλλὰ καὶ τὰ ἐκ τοῦ ἀνδρὸς αὐτῇ ἐαθέντα ἐλεύσονται εἰς τὰ δέκα πρόσωπα τῶν συγγενῶν αὐτοῦ[83]) τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς, ἀνιόντας φημὶ καὶ κατιόντας καὶ τοὺς ἐκ πλαγίου δευτέρου βαθμοῦ. εἰ δὲ οὐχ ὕπεστιν ἓν τῶν εἰρημένων προσώπων, εἰς τὸ ταμεῖον προσχυροῦται. οὐ μόνον δὲ τὸ λεχθὲν ὑπομένει ἡ δευτερογαμοῦσα, ἀλλ' οὐδὲ τοὺς ἐπέκεινα τοῦ τρίτου βαθμοῦ συγγενεῖς αὐτῆς διαδέχεται.

Theodori. Mulier, quae intra annum luctus iterum nubit, infamia notatur, neque quicquam ex secundis nuptiis lucratur, neque plus, quam trientem bonorum suorum secundo marito dare potest. Hoc autem ita demum ab ea fieri posse intellige, si liberos ex priore marito non habeat. Nam, si liberos habeat, id, quod uni ex liberis ex triente competit, secundo marito in dotem dat, priore ipsius dote inter omnes filios ex priore matrimonio susceptos dividenda, ut in libr. 5. Cod. tit. 9. const. 6. relatum est. Lege 1. 2. et 3. const. praedicti tituli et lib. 6. tit. 56. const. 9. Quae ante tempus luctus completum secundo nubit mulier, praeter ea, quae dicta sunt, nihil potest ex ulla cuiuscunque personae liberalitate capere; sed et ea, quae a marito ipsi relicta sunt, ad decem personas cognatorum mariti eius venient, ascendentes dico et descendentes et eos, qui usque ad secundum gradum ex latere cognati sunt. Quod si nulla sit ex supra dictis personis, fisco vindicantur. Non solum autem id, quod dictum est, ea, quae secundo nubit, patitur, sed nec iis, qui ultra tertium gradum cum ipsa cognati sunt, succedit.

cap. 22.

---

* Ἐντεῦθεν οἶμαι νομοθετεῖν τὴν νεαράν, ὅτι ὀφείλουσι τὰ συμβόλαια ἐν ξυλοχαρτίοις γράφεσθαι· ἐν γὰρ αὐτοῖς καὶ μόνοις εὑρίσκονται τὰ πρωτόκολλα.

Hinc arbitror, hac Novella constitutione sanciri, ut contractus in iis chartis, quae *ξυλοχάρτια* vocantur, scribantur; in illis enim solis protocolla inveniuntur. Ibid.

---

31) Verba ἤτοι τοῦ ἀριθμοῦ in V. desunt. 32) V. ζημιοῦται τὶς ἐκ τούτου. 33) V. στατίονος. 34) Fabr., haec quo referantur, non adnotavit. V. cum superioribus coniungit. 35) V. γενόμενον. 36) V. γενικ˜. 37) In voce λυμαίνεται desinit V. 38) Hoc quoque scholium exstat in Codice 852. Vatic. biblioth. fol. 307. A., sed absque Theodori nomine. 39) Pro συναλλαττόντων V. habet συμβαλλόντων. 40) Pro συμβολὴ V. habet συμβο῀. 41) Pro τοῦτο V. habet διό. Recte. 42) Pro περὶ V. habet ἀπὸ ταύτ῀. 43) Pro verbis καλεῖται συμβόλαιον V. habet συμβολὴ καλεῖται. 44) Ante μεταξὺ V. addit τῶν συμφωνηθέντων. 45) Pro verbis τὸ αὐτὸ V. habet ταὐτό.

Basil. lib. 22. tit. 2. them. 2. tom. III. p. 95. schol. f.

Nov. 47. cap. 1. *Θεσπίζομεν τούς τε ὅσοι.*] Θεοδώρου[46]). Ἐν πᾶσι τοῖς ὁπωσοῦν πραττομένοις[47]), οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς συμβολαίοις προταττέσθωσαν[48]) τὸ τοῦ βασιλέως ὄνομα καὶ ὁ χρόνος τῆς βασιλείας καὶ ὁ τυχὼν ἐνιαυτὸς καὶ ἡ ἴνδικτος[49]) καὶ τὸ τῆς πόλεως ἔτος ἢ ἄλλο ἔθος, καί, εἰ διὰ Ῥωμαϊκῶν γραμμάτων χαραχθῶσι[50]), σαφῶς γραφέσθωσαν καὶ δῆλα[51]) εἴη τὰ τοῦ χρόνου. ἀνάγνωθι[52]) τὰς ὑποκειμένας διατάξεις τοῦ κδ'.[53]) τιτ. τοῦ δ'. βιβ. τοῦ κώδικος[54]) καὶ τὴν ογ'. νεαράν, καὶ μαθήσεις[55]) τελείως[56]) τὰ περὶ τῶν συμβολαίων[57a]).

Theodori. In omnibus non solum actis, quae quomodocunque conficiuntur, verum etiam in instrumentis nomen imperatoris praeponitor, et tempus imperii, et annus, qui currit, et indictio et annus civitatis conditae vel alia consuetudo. Ac, si litteris Latinis haec exarentur, clare scribuntor, et tempora manifesto designantor. Lege constitutiones, quae tit. 21. (?) lib. 4. Cod. positae sunt, et Novellam 73., et ea, quae ad instrumenta pertinent, plenissime disces.

Basil. lib. 41. tit. 6. them. 1. tom. V. p. 497. schol. a.

Nov. 48. cap. 1. *Θεσπίζομεν εἴ τις.*] Θεοδώρου. Ἐὰν ὁ τεστάτωρ ἀπογραφὴν τῆς ἰδίας οὐσίας ποιησάμενος ὀμόσῃ μηδὲν ἄλλο ὑπεῖναι αὐτῷ, οὐ δύνανται οἱ αὐτοῦ κληρονόμοι πλέον τι ζητεῖν, ἐπεὶ καὶ τῶν ἐπελευθέντων[57b]) αὐτοῖς ἐκπίπτουσι. καὶ τοῦτο μὲν περὶ κληρονόμου· οἱ γὰρ δανεισταὶ οὐ προκριματίζονται ἐκ τούτου, ἀλλ' ἔξεστιν αὐτοῖς διὰ πάσης νομίμης ἐρεύνης ἐξελθεῖν καὶ μετὰ τὸ ὀμόσαι τὸν τεστάτωρα. τὸ ἐναντίον δὲ βιβ. γ'. τοῦ κώδικος τιτ. λη'. διατ. ι'. καὶ βιβλίῳ δ'. τιτ. ιθ'. διατ. ς'. καὶ τῷ λε'. βιβλίῳ τιτ. β'. διγ. ιε'. ἐν τῷ τέλει. ὁμοίως φησὶν ἰνστιτούτων α'. τιτ. ς'.

Theodori. Si testator, descriptione bonorum suorum facta, iuraverit, nihil aliud (praeterea) sibi in bonis esse, haeredes eius amplius negotium facessere non possunt, siquidem et iis, quae ad ipsos pervenerunt, excidunt. Atque hoc quidem de haerede: creditoribus enim exinde praeiudicium non fit, sed licet eis omni legitimo modo facere perquisitionem, etiam post iusiurandum a testatore datum. Huic contrarium est, quod dicitur lib. 3. Cod. tit. 38. const. 10. et lib. 4. tit. 19. const. 6. et lib. 35. tit. 2. dig. 15. in fine. Similiter Instit. 1. tit. 6. loquitur.

Basil. lib. 22. tit. 3. tom. III. p. 99. schol. a.

Nov. 49. cap. 2. *Κἀκεῖνο δὲ ἡγούμεθα.*] Θεοδώρου. Ὁ ἐνάγων τινὶ ἐξ ἰδιοχείρου τοῦ διαδίκου αὐτοῦ τῆς αὐτῆς χειρὸς γράμματα προκομίζοντι, εἰ εἴπῃ δεῖνα[58a]) ἐκ τῶν προκομιζομένων γραμμάτων γενέσθαι τὴν σύγκρισιν, ἀκουσθήσεται, ὀμνυόντων δηλονότι τῶν συγκρινόντων. καὶ σημείωσαι, ὅτι, ἃ φέρει τις ὑπὲρ ἑαυτοῦ, οὐ δύναται παραγράφεσθαι, καιρῷ ποτε φερόμενον κατ' αὐτοῦ, κἂν συμβόλαια ὦσιν, εἴτε ἄκτωρ ἐστίν, εἴτε ῥέος. καὶ ἐνταῦθα οἶμαι ἁρμόζειν τὸν κανόνα τὸν λέγοντα, ὃ δίκαιόν τις εἴπῃ κατά τινος, τῷ αὐτῷ καὶ αὐτὸς ὑπόκειται. [κεῖται δὲ ὁ κανὼν βιβ. ζ'. τιτ. γ'. κεφ. κγ'.][58b]) ὅμοιον βιβ. δ'. τοῦ κωδ. τιτ. κ'. διατ. ιζ'. [ἤτοι βιβ. κα'. τιτ. α'. κεφ. μα'.][59]) εἴρηται ἐπὶ μαρτύρων. ἀνάγνωθι δὲ τὴν ζ'.[60]) καὶ τὴν κ'. διατ. τοῦ κα'. τιτ. τοῦ αὐτοῦ δ'. βιβ. [ἤτοι βιβ. κα'. τιτ. α'. κεφ. οε'. οθ'.][61]) καὶ μαθήσῃ τὰ περὶ συγκρίσεως συμβολαίων. μὴ λάθῃ δέ σε ἡ ιη'. νεαρὰ κεφ. η'., ἀλλὰ μέμνησο αὐτῆς. καὶ ἐξ ἀποδείξεως τῶν ἐπάρχων τῆς τραπέζης γίνεται σύγκρισις. σημείωσαι δέ, ὅτι καὶ δημοσίων χαρτῶν γίνεται

Theodori. Qui aliquem ex adversarii sui chirographo convenit eiusdem manus scripturam proferentis, si ex scripturis, quae proferuntur, comparationem fieri dicat, audietur videlicet his, qui comparationem faciunt, iusiurandum dantibus. Ac nota, non posse quemquam ea, quae pro se profert, exceptione submovere, si quando contra semetipsum proferatur, licet instrumenta sint, sive actor sit, sive reus. Atque huc arbitror regulam pertinere, qua dicitur: id, quod quisque iuris in alium dixerit, eidem (iuri) et ipse subiicitur. [Exstat autem regula lib. 7. tit. 3. cap. 23.] Idem dicitur lib. 4. Codicis tit. 20. const. 17. [sive lib. 21. tit. 1. cap. 41.] de testibus. Lege const. 7. et 20. tit. 21. eiusdem libri 4. [sive lib. 21. tit. 1. cap. 75. 79.], et disces ea, quae ad comparationes instrumentorum pertinent. Nec te lateat Nov. 18. cap. 8., sed eius memento. (Litterarum) comparatio etiam ex apocha, quae ex mensa praefectorum profertur, fit. Nota autem, et publicarum chartarum fieri comparationem.

---

46) Hoc scholium, addito Theodori nomine, exstat in Cod. Vat. 852. fol. 307. A. 47) Pro πραττομένοις V. habet γενομένοις. 48) Pro προταττέσθωσαν V. habet πραττέσθω. Verba τὸ τοῦ βασιλέως ὄνομα καὶ in V. desunt. 49) Pro ἴνδικτος V. habet $\overset{\tau\iota\varsigma}{N}$. 50) V. χαραχθῶσιν. 51) V. δεῖλα. 52) V. ἀναγ. 53) Pro κδ'. V. habet κα'. Recte, ni fallor. Nam designatur titulus Codicis *de fide instrumentorum* (IV. 21.). 54) Pro κώδικος V. in contextu habet ἡ̄ς βι̃. κβ'. τι̃. α'. κεφ. νη'. 55) Pro καὶ μαθήσεις V. habet καὶ μαθήσῃ. 56) V. τελίως. 57a) V. addit ἐν τῷ δ'. τι̃. τούτου τοῦ βι̃. κειμένην. 57b) Corrige ἐπελθόντων. 58a) Corrige ex V. Clar. *Pomnitzi* coniectura: εἰ εἴπῃ δεῖν ἑκατέρων τῶν προκομιζομένων et reliqua. 58b) Designatur Basil. lib. 7. tit. 3. them. 23. ed. Heimb. tom. I. p. 263. Ideo uncis inclusi. Videtur Digestorum locus (II. 2.) a Theodoro esse commemoratus. 59) Designatur Basilicorum lib. 21. tit. 1. them. 40. ed. Fabr. tom. II. p. 521. 60) Designari videtur const. 16. Cod. IV. 21. 61) Haec est Basilicorum designatio lib. 22. tit. 1. them. 75. et 79. tom. III. p. 14. et 18.

σύγκρισις. ἀναγνωθι βιβ. β'. τοῦ κωδ. τιτ. α'. διατ. β'. καὶ ς'. καὶ βιβ. δ'. τιτ. κα'. καὶ γνώσῃ ἄλλα περὶ δημοσίων χαρτῶν καὶ λόγων 62).

Lege lib. 2. tit. 1. const. 2. et 6. et lib. 4. tit. 21. et alia disces, quae ad publicas chartas et rationes pertinent.

Basil. lib. 23. tit. 3. them. 77. tom. III. p. 479. schol. n.

Θεσπίζομεν μηδένα.] Θεοδώρου. Τοὺς ἀνελευθέρους ἐνεχυριασμούς. μήτε εἷς ἄλλος 63) ἀντ' ἄλλου ἐνεχυραζέτω, μήτε στρεβλούτω, ἐπειδὴ δίδωσιν ἐν τετραπλῷ, ὃ ἔλαβεν, καὶ ἐκπίπτει τῆς αὐτοῦ ἀγωγῆς, καὶ σωματικῶς τιμωρεῖται 64). εἰ δέ τις ἄρχων ῥᾳθυμήσει περί τι τῶν εἰρημένων, ὑπομένει βασιλικὴν ἀγανάκτησιν. ἀνάγνωθι βιβ. η'. τοῦ κώδικος τιτ. ις'. διατ. ς'. ζ'. καὶ η'. ὅμοιον δέ φησιν ἡ ρλδ'. νεαρὰ κεφ. ζ'.

Theodori. Illiberales pignorationes. Nullus ab alio pro alio pignus ne capito neve alium torqueto: alioquin, quod accepit, quadruplum reddet, et actione sua excidit et corporaliter punitur. Sin autem qui magistratus circa quid ex iis, quae dicta sunt, negligenter se gesserit, indignationem imperatoris sustinet. Lege lib. 8. Cod. tit. 16. const. 6. 7. et 8. Simile quiddam autem Novella 134. cap. 7. dicit. Nov. 52. cap. 1.

Basil. lib. 47. tit. 1. them. 75. tom. VI. p. 228. schol. a.

Καθάπερ αἱ παρὰ βασιλέως.] Θεοδώρου. Ἡ παρὰ βασιλέως ἢ εἰς βασιλέα γενομένη δωρεὰ οὐ χρῄζει πράξεως ὑπομνημάτων, κἂν ὑπερβαίνῃ τὴν ὡρισμένην τῷ νόμῳ ποσότητα. ἀνάγνωθι βιβ. η'. τοῦ κώδικος τιτ. νγ'. διατάξει λδ'. 65 a).

Theodori. Donatio a principe, vel principi facta, actorum confectione non indiget, licet supra quantitatem lege definitam donatum fuerit. Lege lib. 8. tit. 53. const. 34. cap. 2.

Basil. lib. 23: tit. 2. them. 1. tom. III. p. 368. schol. a.

Θεσπίζομεν εἴτις.] Θεοδώρου. Μὴ στρεμματιζέτω δανειστὴς τὸν χρεώστην αὐτοῦ τελευτῶντα μηδὲ τοὺς παῖδας μηδὲ τὴν γαμετὴν αὐτοῦ, μήτε σφραγιζέτω τὸν οἶκον αὐτοῦ, ἀλλὰ καὶ περιφυλαττέσθω 65 b) μὴ κωλύειν αὐτὸν ταφῆναι, μήτε ὑβρίζειν τὸ λείψανον αὐτοῦ. ποιῶν γάρ τι τῶν εἰρημένων ἐκπίπτει τῆς ἰδίας ἀγωγῆς καὶ ἀπαιτεῖται ἄλλο τοσοῦτον, ὅσον χρεωστεῖται, καὶ δημεύεται εἰς τὸ τρίτον τῆς αὐτοῦ περιουσίας καὶ ἀτιμοῦται. ταῦτα δὲ εἰ μὴ φυλάξουσιν οἱ ἄρχοντες, ἐν μὲν τῇ Κωνσταντίνου πόλει προστιμῶνται ἅμα ταῖς αὐτῶν τάξεσιν ἀνὰ ν'. λιτ. 66) χρυσίου· ἐν δὲ ταῖς ἐπαρχίαις ζημιοῦνται ἅμα ταῖς τάξεσιν αὐτῶν ἀνὰ ν'. τιτλ. (sic) 67) χρυσίου. ἀνάγνωθι τὸ τέλος τῆς ριε'. νεαρᾶς καὶ τὴν ρλδ'. ὁμοίως νεαράν.

Theodori. Creditor debitorem suum morientem ne vexato neque liberos neque uxorem eius; neve signa aedibus eius imponito, sed et caveto, ne sepulturae eius impedimento sit, neve reliquias eius iniuria afficiat. Nam, si quid ex iis, quae dicta sunt, fecerit, actione excidit sua et alterum tantum, quantum ei debetur, praestat et tertiae partis bonorum suorum confiscationem patitur, et infamis fit. Haec autem si magistratus non observaverint, in urbe quidem Constantinopolitana cum suis cohortibus viginti (?) libris auri multantur; in provinciis autem cum cohortibus suis 5. (?) libris. Lege finem Novellae 115. et Nov. 134., quae similiter habet. Nov. 60. cap. 1.

Basil. lib. 22. tit. 4. them. 1. tom. III. p. 112. schol. a.

Εἴτις ἀσφαλῶς.] Θεοδώρου. Ὁ παραθέμενος πράγματα ἀσφαλιζέσθω αὐτά, καὶ δεικνύτω τρισὶ μάρτυσιν, ὅτι παρατέθεικεν. ἀνάγνωθι τὰς προκειμένας διατάξεις τοῦ λδ'. τιτ. τοῦ δ'. βιβλίου τοῦ κώδικος καὶ τὴν πη'. νεαρὰν [ἤτοι βιβ. ιγ'. τιτ. β'. 68)].

Theodori. Is, qui res deponit, eas in tutum redigito, et per tres testes doceto, se deposuisse. Lege constitutiones tit. 34. lib. 4. Codicis et Nov. 88. [vel lib. 13. const. 2.]. Nov. 73. cap. 1.

---

62) Reliqua huius tituli scholia Theodori esse nego, cum ex peculiari quodam de litterarum collatione tractatu hausta esse videantur. Certe *θεματισμοὶ* Novellarum, qui Basil. tom. III. p. 98. commemorantur, in Theodori commentario, quod ego sciam, nulli sunt. Porro illud scholium, quod legitur tom. III. p. 99. D. lin. 6., ad Iustiniani Novellas nihil attinet, verum ex commentario ad Iustinianum Codicem scripto haustum videtur esse. Id quod satis constabit ex facta *τοῦ κατὰ πόδας* et Thalelaei mentione. Vide p. 100. A. lin. 1. Quid, quod haec scholiorum longitudo ne videatur quidem satis convenire cum Theodori nostri brevitate? Denique soholium *b.*, quod tom. III. p. 100. habetur, aperte ad Basilica scriptum est. Sic enim: *ὥστε ἐκ τούτου ἀναιρεῖται ἡ ἀρχὴ τοῦ οε'. κεφ. τοῦ α'. τιτ.* Significatur Basilicorum lib. 22. tit. 1. them. 75. 63) Pro *ἄλλος* legendum videtur esse *ἄλλον*. 64) Sic legendum. Fabr. *τιμωρεῖσαι*. 65 a) Designatur const. 34. Cod. de donationibus (VIII. 54.). 65 b) Leg. *παραφυλαττ.* 66) Pro *ἀνὰ ν'.* scribendum est *ἀνὰ κ'.* Nov. 60. cap. 1. *τοῖς μὲν ἐνταῦθα ἄρχουσι — ἀνὰ* viginti librarum auri *ποινή*. Athan. 6. 2. p. 81. *ἀνὰ κ'. χρυσίου λιτρῶν ποινὴν καταβαλλέτωσαν.* 67) Pro *τιτλ.* corrigendum *λιτρ.* Caeterum pro *ἀνὰ ν'.* h. l. legendum est *ἀνὰ ε'.* Sic Athan. 6. 2. p. 81. *οἱ δὲ τῶν ἐπαρχιῶν ἄρχοντες ἀνὰ ε'. χρυσίου λίτρας προστιμάσθωσαν.* Sic et Nov. 62. cap. 1. et Basil. tom. III. p. 367. 68) Designatur Basil. lib. 13. tit. 2., ubi Nov. 88. them. 46. habetur. Ideo haec verba uncis inclusi.

Basil. lib. 22. tit. 4. them. 1. tom. III. p. 114. schol. b.

Nov. 73. cap. 1. *Ὥστε παριόντας μάρτυρας.*] Θεοδώρου. Πάντες, οἳ λέγουσιν, ὅτι ὑπέγραψαν αὐτοί, ἢ ὑπὸ ἄλλων ὑπεγράφη τινὰ ἰδιόχειρα, ἐπὶ αὐτῶν πιστεύονται.

Theodori. Omnibus, qui dicunt, se (chirographis) subscripsisse vel ab aliis chirographa quaedam esse subscripta, in his creditur.

Basil. lib. 48. tit. 26. them. 1. tom. VI. p. 583. schol. a.

Nov. 78. cap. 1. *Θεσπίζομεν εἴτις.*] Θεοδώρου. Πῶς ἐλευθερούμενος Ῥωμαῖος νοεῖται καὶ δίκαιον ἔχει χρυσοῦ δακτυλίου καὶ παλιγγενεσίας, πλὴν ὑπόκειται[69a]) τοῖς πατρωνικοῖς δικαίοις, εἰ μὴ ἄρα ῥητῶς αὐτῷ συνεχωρήθη ἐκ τοῦ ἐλευθερώσαντος (ὁ γὰρ θέλων ὁ πάτρων συγχωρεῖ τῷ ἐλευθερουμένῳ τὰ πατρωνικὰ δίκαια), φησὶ ἡ γ'. καὶ δ'. διατ. τοῦ δ'. τιτ. τοῦ ς'. βιβ. τοῦ κώδικος. εἰ δὲ βούλει γνῶναι τὰ περὶ τῶν πατρωνικῶν δικαίων καὶ διαδοχῶν[69b]), ἀνάγνωθι τὸν εἰρημένον ς'. τιτ. καὶ τὸν ζ'. τιτ. τοῦ αὐτοῦ βιβ. ς'. καὶ γνώσῃ. εἰ δὲ τὰ περὶ ἐλευθεριῶν θέλεις μαθεῖν, ἀνάγνωθι τιτ. ιε'. καὶ τὸν ις'. καὶ τὸν ιζ'. καὶ τὸν ιη'. καὶ τὸν ιθ'. καὶ τὸν κ'. καὶ τὸν κα'. καὶ τὸν κβ'. καὶ τὸν κγ'. τιτ. τοῦ ζ'. βιβ. τοῦ κώδικος καὶ μαθήσῃ.

Theodori. Quomodo manumissus civis Romanus esse intelligatur, et ius aurei annuli habeat et restitutionis natalium, nisi quod iuri patronatus subiectus sit, nisi forte manumissor id ei nominatim remiserit (nam si velit patronus, ei, qui manumittitur, iura patronatus remittit), constitutio 3. et 4. tit. 4. lib. 6. Codicis dicit. Sin autem scire velis de iure patronatus et successionibus, lege supra dictum 6. tit. et 7. tit. eiusdem lib. 6. et cognosces. Si autem de manumissionibus discere velis, lege tit. 15. et 16. et 17. et 18. et 19. et 20. et 21. et 22. et 23. lib. 7. Cod. et disces.

Basil. lib. 47. tit. 3. them. 49. tom. VI. p. 263. schol. c.

Nov. 87. prooem. *Ἡμεῖς εὑρόντες.*] Θεοδώρου. Ἡ μόρτις καῦσα δωρεὰ ληγάτον ἐστί, καὶ δύναται ὁ θέλων ἐν αὐτῇ ἀποτάξασθαι τοὺς ὅρους τῆς ἀνακλήσεως. ἀνάγνωθι βιβ. η'. τοῦ κώδικος τιτ. νς'. καὶ μαθήσῃ τὰ περὶ τῶν μόρτις καῦσα δωρεῶν. ἡ μόρτις καῦσα δωρεὰ οὐ δεῖται πράξεως ὑπομνημάτων. ἀνάγνωθι βιβ. α'. τοῦ κώδικος τιτ. γ'. διατάξει λη'. καὶ βιβ. ε'. τιτ. ιβ'. διατ. λα'. καὶ τιτ. ις'. διατάξει κε'. καὶ βιβ. η'. τιτ. νε'. διατάξει δ'. καὶ ς'. καὶ νεαρὰν νβ'. καὶ ριθ'. καὶ ρκζ'., ὅπως γνώσῃ, ποῖαί εἰσιν ἄλλαι δωρεαὶ μὴ δεόμεναι πράξεως ὑπομνημάτων.

Theodori. Mortis caussa donatio legatum est, et potest is, qui vult, hanc ei legem dicere, ut eius repetitio non sit. Lege lib. 8. Cod. tit. 56. et ibi ea, quae ad mortis caussa donationes pertinent, disces. Mortis caussa donatio gestorum confectione non indiget. Lege lib. 1. Cod. tit. 3. const. 38. et lib. 5. tit. 12. const. 31. et tit. 16. const. 25. et lib. 8. tit. 55. const. 4. et 6. et Novellam 52. 119. et 127., ut scias, quales sint aliae donationes, quae monumentorum confectione non indigent.

Basil. lib. 13. tit. 2. them. 46. tom. II. p. 129. schol. n.

Nov. 88. cap. 1. *Εἴτις παρά τινος λάβῃ.*] Θεοδώρου[70]). Ὁ παραθήκην δεξάμενος ἐπὶ τισιν ὅροις πληρουμένων τῶν δοξάντων ἀποκαθιστάτω αὐτήν, μὴ κωλυόμενος ἀφ' οἱουδήποτε[71]), ὥστε αὐτὴν διδόναι. ἀλλὰ καὶ ὁ παραγγέλλων αὐτῷ μὴ ἀποκαταστῆσαι ὑποκείσθω τοῖς συμβησομένοις[72]) κατὰ τύχην τῶν παρατεθέντων πραγμάτων[73]) καὶ ἀπαιτείσθω τοὺς ἀπὸ τρίτης ἑκατοστῆς τόκους, κἂν μὴ χρυσίον εἴη τὸ παρατεθέν. ἀνάγνωθι βιβ. δ'. τοῦ κώδικος τιτ. λδ'. διατ. ε'. ς'. περὶ τῶν δοξάντων ἐπὶ ταῖς παραθήκαις, καὶ[74]) διατ. ια'. τοῦ αὐτοῦ τϊ. καὶ βϊ. περὶ τῶν[75]) γενομένων ἀλόγως[76]) παραγγελιῶν ἐν ταῖς παραθήκαις[77]). μέμνησο νεαρᾶς ογ'.[78]).

Theodori. Qui sub quibusdam conditionibus depositum accepit, his, quae placuerunt, impletis, id restituito, neve a quoquam prohibetor, quominus reddat. Sed et is, qui ei renuntiat, ne (rem depositam) restituat, id, quod rebus depositis casu accidit, periculum subito, et tertiam centesimae partem usurarum nomine praestato, licet res depositae in auro signato non consistant. Lege lib. 4. Codicis tit. 34. const. 5. et 6. de his, quae in deposito factae sunt, conventionibus, et const. 11. eiusdem tituli et libri de denuntiationibus, quae absque iuris ratione in caussa depositi fiunt. Memento Nov. 73.

69a) Fbr. ὑποκεῖται. 69b) Fabr. διαδόχων h. e. successoribus. 70) Pro Θεοδώρου Fabr. Θεμα habet. Sic, ut in contextu posuimus, Codex Coislin. num. 152. fol. 127. B. 71) Pro ἀφ' οἱουδήποτε Cod. Coislin. habet ἀ..... (haec situ corrupta sunt) οὐδέποτε. 72) Coislin. τοῖς συμ.... (haec situ corrupta sunt) τῷ κατὰ τύχην. 73) Coislin. τῷ παρατεθ' πράγματ. 74) Sic Coislin. Fabrotus verba διατ. ε'. ς'. περὶ τῶν δοξάντων ἐπὶ ταῖς παραθήκαις καὶ non habet. 75) Verba τοῦ αὐτοῦ τϊ. καὶ βϊ. apud Fabrotum desunt. 76) Sic Coislin. Fabrotus ἀλόγων. 77) Sic Fabr. Coislin. παρακαταθήκαις. 78) Coislin. μέμνησαι δὲ τῆς ογ'. νεαρᾶς. Post haec Coislin. uno tenore sic pergit: μαρτυρία τόκον τῶν χρημάτων μηδὲ εἰπ ὑπεύθυνον et caet. Quae sunt apud Fabrotum θέμα μηδείς, in Coislin. desunt.

Basil. lib. 13. tit. 2. them. 46. tom. II. p. 129. schol. q.

Ἀναρτηθῆναι τὴν χορηγίαν.] Θέμα.[79]) Μηδεὶς ὑπεύθυνον ὄντα τινὰ νομίζων κωλυέτω τὴν[80]) τῶν πολιτικῶν ἄρτων ἢ τὴν τῶν ἐνοικίων χορηγίαν αὐτοῦ[81])· ἐπειδὴ κινδυνεύει εἰς τὴν ἀπώλειαν αὐτῶν, καὶ[82]) τρίτης ἑκατοστῆς τόκον[83]) παρέχει[84]) τῷ ἀπολυομένῳ[85]). ἀνάγν. βιβλίον ια'.[86]) τοῦ κώδικος τιτλ. κε'. καὶ τιτλ. κη'. διατ. ια'.[87]).

Theodori (?). Nemo quemquam, quem sibi obnoxium esse credit, prohibeto, quominus panes civiles praestentur, vel aedium pensiones solvantur: quoniam periculum interitus eorum subit, et usuras trientes illi, si absolvatur, praestat. Lege librum **11.** Codicis tit. **25.** const. **1.** et **2.** de panibus et annonis et lib. **4.** tit. **34.** const. **11.** de retentione (?). Nov. 88. cap. 2.

Basil. lib. 21. tit. 1. them. 45. tom. II. p. 583. schol. z.

Τὰς δὲ ματαίας ταύτας καὶ ἐκ τοῦ παρήκοντος μαρτυρίας.] Θεοδώρου[88]). Οὐκ εἰσὶ δεκτέοι οἱ λέγοντες, ὅτι ἤκουσαν τοῦδε χρεωστεῖν τῷδε, ἢ τόνδε καταβαλεῖν τῷδε χρυσίον[89]), ἢ τόνδε λαβεῖν χρυσίον[90]) παρὰ τοῦδε, κἂν ταβουλλάριοι ὦσι οἱ ταῦτα μαρτυροῦντες. ὑπέξελέ μοι τὴν περὶ καινοτομίας κτισμάτων ἢ ὅρων[91]) ζήτησιν· ἐπὶ τούτων γὰρ καὶ ἐξ ἀκοῆς μαρτυρία δέχεται. [καὶ ἀνάγνωθι βιβ. κβ.' τί. α'. κεφ. κη'.][92])

Theodori. Recipiendi non sunt testes, qui dicant, audiisse se, cum ille diceret, se illi debere, vel illum illi pecuniam solvisse, vel illum ab illo pecuniam accepisse, quamvis tabularii sint, qui haec testimonii loco dicant. Excipe de operis novi nunciatione et finibus quaestionem: in his enim etiam de auditu testimonium admittitur. [Et lege lib. **22.** tit. **1.** cap. 28.] Nov. 90. cap. 2.

Basil. l. l. tom. II. p. 583. schol. z.

* Ἀκούσοι τοῦδε λέγοντος εἰληφέναι χρυσίον.] Περὶ καταθέσεων[93]) φησὶ ἐνταῦθα κατὰ δύο τρόπους γενομένων, ἐπί τε λύσει συναλλάγματος (καὶ δηλοῖ τοῦτο διὰ τὸ λέγειν εἰληφέναι παρὰ τοῦδε χρυσίον, ἤγουν τὸν δανειστὴν ἀπὸ τοῦ χρεώστου) καὶ ἐπὶ συστάσει (καὶ δηλοῖ τοῦτο διὰ τὸ λέγειν ἢ ὀφείλειν τῷδε, τουτέστι τὸν χρεώστην τῷ δανειστῇ).

De depositionibus, duobus modis factis, hic loquitur, et dissolvendae obligationis caussa (quod significat his verbis: *accepisse* (illum) *ab illo sive creditorem a debitore pecuniam*) et ad contrahendae (quod ostendit his verbis: *vel* (illum) *illi debere sive debitorem creditori*). Ibid.

Basil. l. l. tom. II. p. 583. schol. a.

* Καὶ αὖθις παρήχθη τις.] Συκοφαντούμενος παρά τινος ὡς χρέος ὀφείλων παρέξειν αὐτῷ. ἕτερον δὲ ὅμοιον κατὰ τὸ εἶδος εὑρὼν ὁ ἐνάγων τῷ συκοφαντουμένῳ ἐνώπιον τινῶν μαρτύρων ἐρώτησεν[94]), ὡς παρασχεῖν μοι βουλόμενον νομίσματα. τοῦ δὲ καταθεμένου καὶ τῶν μαρτύρων βεβαιωσάντων τὴν κατάθεσιν, πρὸς τὸν ἀληθῶς συκοφαντούμενον ὥρμησε κινεῖν εἰς τὸ λαβεῖν τὰ χρήματα. ὁ δὲ ἀπηγόρευεν. οἱ δὲ μάρτυρες συνῄνουν πλανώμενοι τῇ ὄψει, ὅπερ ὕστερον οὐ διέλαθεν.

Qui calumniam ab aliquo patitur, quasi ei debitum exsolvere debeat. Actor alium, qui eum, qui calumniam patitur, vultu referret, invenit; coram testibus quibusdam eum interrogavit, quasi ipsi pecuniam solvere vellet. Hic cum (se debere) deposuisset, ac testes depositionem confirmassent, adversus eum, qui vere calumniam passus est, agere constituit, ut pecuniam acciperet. Ille vero negavit a se deberi quicquam. Testes autem vultu decepti consenserunt, quod postea non latuit. Ibid.

---

79) Sic Fabr. Legendum Θεοδώρου. 80) Pro τὴν Coislin. habet τά. 81) Coislin. χορηγ' αὐτὴν habet pro χορηγίαν αὐτοῦ. Fabr. χωρηγίαν αὐτοῦ. 82) Verba αὐτῶν καὶ in Coislin. situ corrupta sunt. 83) Vox τόκον in Coislin. deest. 84) Coislin. παρέχειν. 85) Coislin. ἀπολλυμένῳ. 86) Coislin. litteras ια'. omittit. 87) Pro verbis τιτλ. κε'. καὶ τιτλ. κη'. διατ. ια'. Coislin. haec habet τϊ. μδ'. δι/. (leg. διατ.) α'. β'. περὶ ἄρτων καὶ ἀννόνων καὶ ρ̃ι. δ'. τϊ. α'. περὶ κατασχίσεως. Fabrotus haec ita vertit: *Lege librum 11. Codicis tit. 25. et 28. constit. 2. de panibus et annonis et libr. 4. tit. 34. const. 11.* Ergo unus versus, qui in Graecis deest, excidisse videtur, fortasse incuria Fabroti. Ego, ut in versione posui, legendum esse censeo. De tit. 25., qui in nostris edit. 24. est, vide Wittium in libro: *Die leges restitutae des Justin. Codex.* p. 80., Bienerum in libro: *Revisoin des Justin. Codex.* p. 70. 88) Fabr. Θεόδωρος. 89) Fabr. χρύσιον. 90) Fabr. χρύσιον. 91) Sic coniicit Fabrotus. In contextu posuit ὅλων. Emendavit autem ex lib. 22. Basil. tit. 1. them. 28. ed. Fabr. tom. III. p. 6. 92) Ea, quae uncis inclusi, Basilicorum sunt, quae apud Fabr. tom. III. p. 6. habentur. 93) Haec, quae sequuntur, scholia probabile est esse Theodori. Nam et eadem est loquendi ratio, quae in Theodoro (nota usum vocis τοῦδε), et illud, quod Theodori nomen disertis verbis praefert, proxime sequuntur, et varia Iustiniani iuris capita laudantur, quod saepissime a Theodoro factum videmus. Atque hae quidem particulae ad unum Theodori scholium pertinere videntur, quod eo, quo nunc habetur, modo discerptum est distractumque, ut ad singula Novellae 90. verba accommodaretur. Reliqua, quae apud Fabr. tom. II. p. 584. habentur, non satis caussae est, quare Theodoro vindicentur. 94) Legendum ἠρώτησεν.

Basil. lib. 21. til. 1. them. 45. tom. II. p. 584. schol. b.

Nov. 90. cap. 3. ✲ *Τοιαύταις πιστεύομεν μαρτυρίαις.*] *Οὐ πιστεύονται οἱ ταβουλλάριοι λέγοντες ἐν ἐκμαρτυρίῳ καταθέσθαι καὶ ὁμολογεῖν τινα χρεωστεῖν, ἐὰν ἐκεῖνος οἶδε γράμματα, καὶ οὐκ ὑπέγραψε δηλονότι ἢ ἰδιόχειρον οὐκ ἐξέθετο, εἰ μὴ ἄρα ἐπὶ μαρτύρων νομίμων κατέθετο. καὶ σημείωσαι αὐτό, ὅτι, ἐὰν ὁ λέγων χρεωστεῖν ὑπέγραψεν ἐν τῷ ἐκμαρτυρίῳ ἢ ἰδιόχειρον ἐξέθετο ἢ ὡμολόγησεν ἐπὶ μαρτύρων, κατέχεται, ἐὰν γράμματα εἶδεν*[95]*. ἐὰν γὰρ ἀγράμματός ἐστιν, ἔρρωται τὸ παρὰ τοῦ ταβουλλαρίου γινόμενον ἐκμαρτύριον κατὰ τὴν ἐντεῦθεν λεχθεῖσαν ἀντιδιαστολήν· ἐὰν μέντοι ἔχει τριῶν μαρτύρων ὑπογραφὰς τὸ ἐκμαρτύριον κατὰ τὰ ἑξῆς λεχθησόμενα. εἰσδεκτέα ἐστὶ τὰ ἐκμαρτύρια, ἐὰν ἔχωσι καταθέσεις καὶ ὑπογραφὰς τῶν μαρτύρων. σημείωσαι οὖν διὰ τὸ ἀδιαστίκτως εἰρημένον, ἐν τῷ δ'. βιβλίῳ τοῦ κώδικος τιτ. κ'. διατάξει δ'. ὅτι οὐχ ἔστι δεκτέα τὰ ἐκμαρτύρια καθ' ἑαυτά.*

Tabulariis fides ne habetor, si in attestatione dicant, quendam deposuisse ac confessum esse, se debere, si ille litteras sciat, nec subscripserit videlicet, vel chirographum manu sua perscriptum non exposuerit, nisi forte testibus legitimis praesentibus deposuit. Et nota hoc, si is, qui debere se dicat, in attestatione subscripserit, vel chirographum exposuerit, aut confessus fuerit coram testibus, si litteras sciat, ipsum teneri. Nam, si litteras nesciat, quae a tabulario fit attestatio, valet, (ut) ex oppositione, quae ibi proposita est (satis apparet), si tamen attestatio trium testium subscriptiones habeat, secundum ea, quae postea dicentur. Recipiendae sunt autem attestationes, si depositiones et subscriptiones testium habeant. Nota igitur propter id, quod indistincte dictum est lib. 4. Cod. tit. 20. const. 4., solas attestationes per se non recipi.

Basil. l. l. tom. II. p. 584. schol. g.

Ibid. ✲ *Εἰ δὲ τινὲς καθαρῶς.*] *Ὅτε οἱ μάρτυρες ἑαυτοῖς ἐναντιοῦσι ἢ ἄλλοις μάρτυσι, τότε ἐχέτω*[96]*ὁ δικάζων τοὺς ἐξ αὐτῶν ἀξιοπιστοτέρους καὶ κολαζέτω τοὺς ὑπόπτους, εἴπερ ἐξεπίτηδες φανεῖεν κακουργοῦντες. ἀνάγνωθι βιβ. δ'. τοῦ κωδ. τιτ. κ'. διατ. θ'. ιγ'. ιδ'. καὶ ιε'.*

Cum testes sibimet ipsis vel aliis testibus contradicunt, tunc is, qui iudicat, honestioribus potius testibus fidem habeto, et in suspectos animadvertito, si dolo malo eos in ea re versatos esse appareat. Lege lib. 4. Codicis tit. 20. const. 9. 13. 14. et 15.

Basil. l. l. tom. II. p. 585. schol. i.

cap. 4. ✲ *Ἐπειδὴ δὲ πολλοί.*] *Θεοδώρου*[97]*. Ὁ τρίτην παραγαγὼν μαρτυρίαν οὐκ ἔτι προφέρει μετὰ τὴν ἔκδοσιν τῶν παραγραφῶν. ἐὰν δὲ μὴ ἐξελάβετο, μήτε ἐνέτυχε δι' ἑαυτοῦ ἢ διὰ τοῦ ἰδίου συνηγόρου ταῖς μαρτυρίαις, τότε δύναται πρὸ ἐκδόσεως τῶν παραγραφῶν καὶ τετάρτην μαρτυρίαν παραγαγεῖν, ὀμνύων, ὅτι οὐ κατὰ δόλον αἰτεῖ τὴν μαρτύρων παραγωγήν. τοῦτο δὲ ποιῶν παράγει καὶ χωρὶς βασιλικῆς κελεύσεως.*

Theodori. Qui testes tertio produxit, post exceptionum editionem non amplius testes producit. Sed, si nondum (testimonia) acceperit, neque ea per se, aut per advocatum suum cognoverit, tunc ante exceptionum editionem etiam quartam testium productionem facere potest, iurans testium productionem a se absque dolo malo desiderari. Hoc vero qui facit, etiam absque imperatoris iussione eos producit.

Basil. l. l. tom. II. p. 586. schol. k.

Ibid. ✲ *Ἐκεῖνο μέντοι τῶν ὡμολογημένων ἐστίν.*] *Ὁ ἅπαξ ἢ δὶς παραγαγὼν*[98]*μάρτυρας, ἐὰν ἀποτάξηται καὶ διασκέψηται διὰ τῆς ἐκδόσεως τῶν μαρτυριῶν καὶ τῶν παραγραφῶν καὶ μάθῃ τὰς μαρτυρίας, οὐ δύναται οὐδὲ διὰ βασιλικῆς ἀντιγραφῆς ἄλλους παραγαγεῖν μάρτυρας.*

Qui semel aut iterum testes produxit, si concluserit et ex editione testimoniorum et exceptionum testimonia cognoverit, nec ex principali rescripto alios testes producere potest.

---

95) Legendum *οἶδεν*. 96) Fabr. ad marginem, adiecta stellula, apposuit *δεχέτω*. Legendum *δεχέσθω*. 97) Restitui hoc loco nomen *Theodori*, cum Fabrotus habeat *Ἀθανασίου*. Quod quidem nescio quo errore accidisse videtur. Nam illud quidem scholium, quod Fabroto auctore *Theodoro* attribuere soliti sunt, *Athanasii* est, Theodori non item. Habetur enim in Athanasii tit. 5. const. 5. Itaque non est veri dissimile, Fabrotum ex codice Regio primo loco *Theodori* nomen et scholium ponere voluisse, ut tamen, quae *Theodori* sunt, *Athanasio* attribuerit; quae *Athanasii*, Theodoro adscripserit. Fuerit ergo ab initio hic ordo: *Θεοδώρου. Ὁ τρίτην παραγαγὼν μαρτυρίαν οὐκ ἔτι* et reliqua. *Ἀθανασίου. Ὁ τρίτον παραγαγὼν μάρτυρας μετὰ τὸ* et reliqua. *Φιλοξένου. Ὁ τρίτην παραγαγὼν μαρτυρίαν οὐκ ἔτι προφέρει τετάρτην.* Tota horum scholiorum conturbatio ex eorundem verborum repetitione videtur esse orta. Huius ego coniecturae sponsorem tibi dabo ipsum adeo Fabrotum. Nam in Basil. tom. II. p. 586. schol. *m.* post *Theodori* scholium Athanasii verba adferuntur. Nam primum scholium, quod incipit his verbis: *ὁ ἅπαξ ἢ δὶς παραγαγὼν μάρτυρας ἐὰν ἀποτάξηται*, sine dubio *Theodori* est, cum primo loco positum sit. Secundum autem scholium *ὁ ἅπαξ ἢ δὶς παραγαγὼν μάρτυρας καὶ ἀποταξάμενος* *Athanasii* est, ut ipse tit. 5. const. 5. testatur. Tertium autem scholium, cuius initium est *ὁ ἐκλαβὼν τὰς μαρτυρίας*, ut ipse Fabrotus testatur, *Philoxeni* est. 98) Hoc scholium, quare Theodoro vindicemus, in nota superiori dictum est. Videtur autem cum reliquis Theodori ad Nov. 90. scholiis fuisse coniunctum.

Basil. lib. 21. tit. 1. them. 45. tom. II. p. 586. schol. l.

* *Εἰς ἐπαρχίαν ταῦτα αἰτεῖν γίνεσθαι.*] *Δυνατὸν*[99]) *ἀπὸ πόλεως εἰς πόλιν ἐκ διαλαλιᾶς δικαστικῆς τοὺς μάρτυρας σταλῆναι, πραττομένων μέντοιγε*[1]) *κατὰ νόμους ἐν μὲν ταῖς ἐπαρχίαις παρὰ τῷ ἐκδίκῳ ἢ παρὰ τῷ ἄρχοντι, ἐν τῇ Κωνσταντίνου πόλει παρὰ τοῖς θείοις δικασταῖς. καὶ σημείωσαι, ὅτι αἱ πραττόμεναι μαρτυρίαι ὀφείλουσιν ἔχειν σημεῖον ἐκείνου, παρ' ᾧ καὶ ἐπράχθησαν. ἀνάγνωθι βιβ. δ'. τοῦ κώδικος τιτ. κ'. διατ. ις'. καὶ τιτ. κα'. διατ. ιη'.*

Fieri potest, ut testes ex civitate in civitatem ex interlocutione iudicis mittantur, ut (testimonia) tamen secundum leges exhibeantur in provinciis apud defensorem vel apud praesidem, Constantinopoli apud divinos iudices. Ac nota, in testimoniis signum illius, apud quem dicta sunt, esse debere. Lege lib. 4. Codicis tit. 20. const. 16. et tit. 21. const. 18. Nov. 90. cap. 5.

Basil. l. l. tom. II. p. 586. schol. m.

Ἐπὶ γὰρ ἐγκληματικῶν.] *Θεοδώρου. Ἐπὶ τῶν ἐγκλημάτων ἀνάγκη πάντως παραχθῆναι τοὺς μάρτυρας καὶ μὴ τὰς φωνὰς αὐτῶν.*

Theodori. In criminibus necesse est, ut (ipsi) testes omnino producantur, non voces eorum. Ibid.

Basil. l. l. tom. II. p. 586. schol. m. et n.

* *Εἰ δὲ λέγοιτο δουλικῆς εἶναι.*] *Σημείωσαι ἰδικόν*[2]). *ἐὰν ὁ μάρτυρ λέγεται εἶναι δοῦλος, ἑαυτὸν δέ φησιν ἐλεύθερον, εἰ μὲν ἐκ γενετῆς ἐστι δοῦλος καὶ μαρτυρήσει, ἐκβάλλεται διὰ παραγραφῆς. εἰ δὲ ἀπελεύθερος εἴη, δεικνύτω τὴν ἐλευθερίαν αὐτοῦ, ἢ ὀμνύτω, ὡς οὐκ ἔστιν αὐτὴ ἐν ἑτοίμῳ. καὶ εἰ μαρτυρήσας μὴ δείξει μὲν αὐτὴν τὴν ἰδίαν ἐλευθερίαν, οὐκ ἔστι λοιπὸν πρόσδεκτος. σημείωσαι*[3]), *ὅτι καθόλου δοῦλος οὐ μαρτυρεῖ. ἔγνως γὰρ ἐν τῷ δ'. βιβ. τοῦ κώδικος τιτ. κ'. διατ. η'., ὡς οὔτε ὑπὲρ δεσπότου μαρτυρεῖ οὔτε κατὰ δεσπότου. ἀνάγνωθι δὲ βιβ. ς'. τοῦ κώδικος τιτ. κγ'. διατ. α'., ἔνθα φησίν, ὅτι ὁ μὴ ἐναχθεὶς περὶ τῆς ἰδίας καταστάσεως καλῶς μαρτυρεῖ ἐν καταθήκῃ*[4]).

Nota ius singulare. Si testis servus esse dicitur, ille autem se liberum esse contendit, si quidem a nativitate servus est et testimonium perhibebit, exceptione submovetur. Si autem libertinus sit, manumissum se esse demonstrato, aut iurato, (eius rei) probationem sibi in promptu non esse. Et si testis adhibitus fuerit, nec manumissionem suam ostenderit, de reliquo admitti non potest. Nota, servum penitus testem non esse. Didicisti enim lib. 4. Codicis tit. 20. const. 8., servum nec pro domino nec adversus dominum testem esse posse. Lege autem lib. 6. Codicis tit. 23. const. 1., qua is, cui nemo status controversiam moverit, recte ad testamentum testis adhiberi dicitur. cap. 6.

Basil. l. l. tom. II. p. 588. schol. t.

* *Ὅσοι μεσῖται γεγόνασι αὐτοῖς.*] *Ὁ μεσάσας τισὶν ἐν πράγματι οὐ μαρτυρεῖ αὐτοῖς ἐν τῇ αὐτῇ ὑποθέσει, δηλονότι παρ' ἄλλῳ δικαστῇ, εἰ μὴ ἄρα συναινέσουσι τὰ δύο μέρη τῇ μαρτυρίᾳ αὐτοῦ. σημείωσαι οὖν ἐν τῷ δ'. βιβ. τοῦ κωδ. τιτ. κ'. διατ. ις'. [καὶ ἀνάγνωθι βιβ. θ'. τιτ. α'. κεφ. νγ'., ὅ φησιν· ἐκκαλεσάμενος δικαστὴν οὐ δύναμαι παραιτεῖσθαι ὡς ἐχθρὸν διδόμενόν μοι ἐφ' ἑτέρᾳ δίκῃ δικαστήν· δύναμαι γὰρ πάλιν ἐκκαλέσασθαι.]*[5])

Qui se mediatorem quibusdam in re (aliqua) exhibuit, iis eadem in caussa testimonium perhibere non potest, apud alium scilicet iudicem, nisi utraque pars in eius testimonium consentiet. Nota igitur lib. 4. Cod. tit. 20. const. 16. [Et lege lib. 9. tit. 1. cap. 53., quod ita habet: Si a iudice provocavi, eum, in alia caussa iudicem mihi datum, quasi inimicum recusare non possum: possum enim (ab ipso) denuo provocare.] cap. 8.

---

99) Hoc scholium quare Theodoro vindicemus, ex iis, quae supra dicta sunt, apparet. Fabrotus tamen Theodori nomen non addidit. Cuius rei argumentum scholium *m.*, quod p. 586. legitur, perhibet satis idoneum. Hic enim Theodori nomen disertis verbis commemorandum erat, tum quia Athanasii scholium Theodoro oppositum est, tum quia in Nomophylacis scholio, quod p. 587. habetur, utriusque interpretis et Theodori et Athanasii manifesta habetur dissensio. 1) Fabrotus, adiecta stellula, in margine adnotavit *μαρτυριῶν*. Melius fuerit *τῶν μαρτυριῶν*. Infra *ὅτι αἱ πραττόμεναι μαρτυρίαι.* 2) Hoc scholium a Fabroto perperam Nov. 90. cap. 5. adscribitur, cum ad caput 6. manifesto pertineat. Theodori esse et huius scholii cum superioribus coniunctio et disertum Nomophylacis testimonium tom. II. p. 587. demonstrat. 3) Hoc scholium manifesto pars est praecedentis scholii. Fabrotus tamen a superioribus separandum esse putavit. 4) Pro *καταθήκῃ* legendum arbitror *διαθήκῃ*. Quam rem et Fabr. tetigit. Vertit enim „*ad testamentum testem adhiberi.*" De *testamento* rem confirmat et const. 1. Cod. VI. 23. 5) Quae uncis inclusimus, ex Basilicorum lib. 9. tit. 1. them. 53. hausta sunt. Vide ed. Heimbachi tom. I. p. 432.

Basil. lib. 21. tit. 1. const. 45. tom. II. p. 588. schol. s.

Nov. 90. cap. 9. *Καὶ τοῦτο δὲ πολλάκις.] Θεοδώρου. Ἐάν τις προτραπῇ ὑπὸ τοῦ συνεστῶτος κατ' αὐτοῦ μάρτυρος παραγενέσθαι καὶ ἀκροάσασθαι τῶν παρατιθεμένων καὶ μὴ παραγένηται, ἔρρωνται αἱ πραττόμεναι κατ' αὐτοῦ μαρτυρίαι, κἂν κατὰ μίαν μοῖραν συνέστησαν· καὶ οὐ δύναται αὐτὰς παραγράφεσθαι, ἀλλ', εἴπερ ἑτέραν ἔχει παραγραφὴν χωρὶς τοῦ λέγειν, ὡς κατὰ μίαν μοῖραν ἐγένοντο, οὐ κωλύεται αὐτῇ χρήσασθαι. μέμνησο τῆς ις'. διατάξεως τοῦ κ'. τιτ. τοῦ δ'. βιβ. τοῦ κωδ. [Ζήτει βιβ. ξ'.[6]) τιτ. γ'. κεφ. μ'. καὶ ἀναγνοὺς ἐκεῖνο, σκόπησον, μήποτε καὶ ἡ παροῦσα διάταξις περὶ μαρτύρων διδάσκει μὴ δυναμένων εἶναι. καὶ μετὰ ταῦτα νομοθετεῖ, ὡς, κἂν μήπω ἔφθασα κινῆσαι κατὰ τοῦ ὄντος μοι ἐνόχου, εὕρω δὲ τοῦτον ἔν τινι τόπῳ, ἐν ᾧ καὶ οἱ τῆς ὑποθέσεως μάρτυρες διάγουσιν, ἔχειν μὲ ἄδειαν καταναγκάσαι τοῦτον δέξασθαι τὰς φωνάς. ἔχει δὲ τὸ ῥηθὲν κεφάλαιον οὕτως· ἐὰν γραμματεῖον χρέους αἱρετικοῦ ἀπαλείψῃς, καὶ δειχθῇ τοῦτο διὰ τεκμηρίων ἢ μαρτύρων τῶν μὴ δυναμένων εἶναι, τῆς αἱρέσεως ἐξιούσης, καταδικάζῃ μέν, οὐκ ἄλλως δὲ ἀπαιτῇ, εἰ μὴ ἐξέλθῃ τοῦ χρέους ἡ αἵρεσις.]*

Theodori. Siquis admonitus sit, ut in eius, qui adversus ipsum testimonium dicit, interrogatione adsit depositionesque audiat, et (tamen) non advenerit, testimonia adversus eum dicta valent, etiamsi uno ex latere tantum prodierunt; neque ea exceptione submovere poterit, sed, siquam habet aliam exceptionem praeter hanc, quod uno ex latere prodierant, non prohibetur, quominus hac utatur. Memento const. 16. tit. 20. lib. 4. Codicis. [Quaere lib. 60. tit. 3. cap. 40., illoque perlecto, vide, num praesens quoque constitutio de testibus, qui esse non possunt, loquatur. Ac post haec sancit, ut, quamvis adversus eum, qui mihi obligatus est, nondum egerim, hunc autem in aliquo loco, ubi et testes caussae degunt, invenerim, mihi liceat hunc ad testium voces suscipiendas compellere. Sic autem habet supra dictum caput: Si cautionem conditionalis debiti deleveris, et hoc argumentis probetur vel testibus, qui eo tempore, quo conditio existit, esse non possunt, condemnaris quidem, non aliter tamen exactio fiet, quam si debiti conditio exstiterit.]

Basil. lib. 29. tit. 2. them. 1. tom. IV. p. 677. schol. a.

Nov. 97. cap. 2. *Εἴπερ ἐπαυξῆσαι βουληθείη τὴν προῖκα.] Θεοδώρου[7]). Αἱ ἐπαυξήσεις τῶν προικῶν καὶ τῶν ἕδνων ἴσαι ὀφείλουσιν εἶναι. πλὴν ἰστέον, ὅτι, ἐὰν ἡ ἐπαύξησις ἐν κινητοῖς γένηται πράγμασι, οὐκ ἔχει ἐπ' αὐτῇ τὰ αὐτὰ προνόμια ἡ γυνή, ἃ ἔχει ἐπὶ τῇ α'.[8]) ποσότητι. εἰ δὲ ἐν ἀκινήτοις εἴη ἡ ἐπαύξησις τῆς προικός, ἔχει τὰ αὐτὰ δίκαια ἡ γυνὴ καὶ ἐπ' αὐτῇ[9]) τῇ προσαυξήσει, κἂν ὕπεισιν ἄλλοι[10]) τοῦ ἀνδρὸς δανεισταί, καὶ σημείωσαι τὴν διάστιξιν. ξένον γάρ ἐστι τὸ νόμιμον, ὅθεν ἀνάγνωθι βι. ε'. τοῦ κωδ. τι. τριτ. διατ. ιθ'. καὶ κ'.*

Theodori. Augmenta dotium et ante nuptias donationum aequalia esse debent. Sed sciendum est, si augmentum in rebus mobilibus factum sit, non habere mulierem in ipso eadem privilegia, quae in prima quantitate habet. Verum, si dotis augmentum in immobilibus (rebus) consistat, mulier eadem iura etiam in ipso augmento habet, etiamsi alii creditores mariti eius subsint, ac nota distinctionem. Est enim ius novum; itaque lege lib. 5. Cod. tit. 3. const. 19. et 20.

Basil. l. l. tom. IV. p. 677. schol. c.

cap. 3. *✻ Ὅτι τῶν κερδῶν ἐκπίπτουσιν.] Οὐ προτιμᾶται[11]) ἡ γυνὴ τῶν προτέρων δανειστῶν περὶ τὴν πρὸ γάμου δωρεάν. ἰστέον δέ, ὅτι κεῖται βι. η'. τοῦ κώδικος τι. ιζ'. διαταξ. ιβ'., ὅτι οὐκ ἔχει γυνὴ ὑποθήκην ἐπὶ τῇ πρὸ γάμου δωρεᾷ. εἰ καὶ χρεωστουμένη[12]) γυνὴ προῖκα προτιμᾶται ὅλων τῶν δανειστῶν τοῦ ἀνδρός, ὅμως, ἐάν τις δανείσῃ ἐπὶ τῷ τὸν ἄνδρα ἢ τοὺς παῖδας αὐτῆς στρατευθῆναι καὶ συμφωνήσῃ ἐγγράφως, ὥστε κυριώτερον αὐτὸν εἶναι τῆς προικός,*

Mulier prioribus creditoribus in ante nuptias donatione non praefertur. Sciendum est autem, in lib. 8. Cod. tit. 17. const. 12. scriptum esse, mulierem in ante nuptias donatione hypothecam non habere. Licet mulier, cui dos debetur, omnibus mariti creditoribus praeferatur, tamen, siquis ad hoc pecuniam crediderit, ut maritus vel liberi eius militiam nanciscantur, et in scriptis convenerit, ut ipse

---

6) Quae uncis inclusimus, apud Fabrotum habentur cum Theodori scholio coniuncta. Verum haec Theodori non sunt. Primum enim ea, quae afferuntur, ex Basilicorum tom. VII. p. 59. hausta sunt. Deinde neque illa, quae in hoc loco deprehenditur, loquacitas Theodoro convenit, quem ex Nomophylacis tom. II. p. 587. testimonio cognoverimus in Novellis illustrandis fuisse brevitatis vel maxime studiosum. Denique ista verba: *σκόπησον, μήποτε καὶ ἡ παροῦσα διάταξις περὶ μαρτύρων διδάσκει μὴ δυναμένων εἶναι* recte ad Basilica trahuntur, quorum haec pars, quae ex Codice et Novellis hausta est, non ita raro *διατάξεως* nomine laudatur. Basilic. tom. II. p. 587. *ὁμοίως τῇ παρούσῃ διατάξει τοὺς ὄντας δούλους κωλύει μαρτυρεῖν καὶ ἡ μθ'. νεαρὰ τοῦ βασιλέως κυροῦ Λέοντος τοῦ φιλοσόφου.* 7) In Regio ms. codice et D. Rib. Fabrotus Graeca deesse notavit. De ms. cod. D. Rib. vide Bienerum in libro: *Civilistisches Magazin* ed. Hugo tom. VI. fasc. 1. p. 67. Apposuit tamen idem Fabr. Latinam Herveti interpretationem. Ego Graeca ex codice Basilicorum Florentino supplevi. 8) Pro *α'*. Flor. habet *ἁ*. 9) Pro *αὐτῇ* Flor. habet *αυτ*. 10) Flor. *ἀλλ' οἱ*. 11) Etiam hoc loco Graeca apud Fabrotum desunt. Nos ex eodem codice Basilicorum Florentino supplevimus. 12) Flor. *χρεωστουμ'*.

κάσου τινὸς προβαίνοντος, προτιμᾶται ὁ τοιοῦτος τῆς προικός. πλὴν ἴσθι, ὅτι οὐ δυνατόν, τοιοῦτόν τι συμφωνεῖσθαι, μὴ προκειμένης στρατείας[13]*. μέμνησο τῆς νγ'. καὶ ἀνάγνωθι*[14]*) τὴν ρλς'. νεαράν.*

dote potior sit, casu aliquo procedente, talis doti praefertur. Verum scito, non posse talem fieri pactionem, nisi militia adsit. Memineris Nov. 53. et lege Novellam 136. I.

Basil. lib. 41. tit. 7. them. 38. tom. V. p. 537. schol. o.

Κἀκεῖνο δὲ νομοθετῆσαι.] Θεοδώρου. *Ἐὰν εὐλαβῆται τὸν ἄνδρα ἡ γυνή, ἵνα μὴ ἀπορήσῃ, δύναται καὶ ἐν συνεστῶτι τῷ γάμῳ φροντίσαι τῆς ἀσφαλείας τῆς προικὸς καὶ τῶν ἕδνων. ἰστέον γάρ, ὅτι ἔχει παρακατάσχεσιν, ὡς βιβ. ε'. τοῦ κώδικος τιτ. ιβ'. διατάξει κθ'. μέμνησο τῆς κβ'. νεαρᾶς. ἐὰν ἀποροῦντος τοῦ ἀνδρὸς ἡ γυνὴ ἀπορήσῃ, καὶ οὐ συνεισενέγκῃ τὴν ἑαυτῆς προῖκα, οὐ κληρονομεῖ τὸν ἴδιον πατέρα, ἐὰν δηλονότι αὐτεξουσία ἦν. ὑπεξουσίας γὰρ αὐτῆς οὔσης ὁ πατὴρ ὀφείλει προνοεῖσθαι. εἰ γὰρ ἐκεῖνος τότε μὴ ἀπαιτήσει, οὐδὲ ἧττον κληρονομεῖ αὐτὸν ἡ ἰδία θυγάτηρ, ὁρῶντος τοὺς συγκληρονόμους αὐτοῦ τοῦ ἀποτελέσματος. ταῦτα δὲ νόει, ἐὰν ὁ πατήρ ἐστιν ὁ ἐπιδιδοὺς τὴν προῖκα. εἰ γὰρ ἄλλος ἐπιδέδωκε, δύναται ἡ κόρη καὶ ἀπειθοῦντος τοῦ πατρὸς κινεῖν κατὰ τοῦ ἰδίου ἀνδρός, καὶ ἀπαιτεῖν τὴν προῖκα, ἵνα συνεισενέγκῃ αὐτήν, ἐπειδὴ αὐτὴν ὁρᾷ ὁ κίνδυνος. σημείωσαι δέ, ὅτι ἀνάγκη τὴν θέλουσαν θυγατέρα κληρονομεῖν τὸν ἴδιον πατέρα, συνεισενεγκεῖν τὴν παρὰ ἐξωτικοῦ δοθεῖσαν ὑπὲρ αὐτῆς προῖκα. εἰ δὲ βούλει τὰ περὶ συνεισφορᾶς προικὸς μαθεῖν, ἀνάγνωθι βιβλίον ς'. τοῦ κώδικος τιτ. κ'. διάταξιν β'. γ'. ια'. ιβ'. ιγ'. ιθ'. κ'.*

Theodori. Si mulier vereatur, ne maritus ad inopiam deducatur, constante etiam matrimonio dotis et ante nuptias donationis securitati providere potest. Sciendum est enim, mulierem retentionem habere, ut lib. 5. Codicis tit. 12. const. 29. (habetur.) Memineris et Nov. 22. Si, marito ad inopiam deducto, mulier inops sit, nec dotem suam conferat, patri suo haeres non fit; nempe si mulier sui iuris erat. Sin autem in potestate sit, pater ei providere debet. Ille enim si (de dote) tunc agere supersederit, filia eius nihilominus ei succedit, actionis exitu ad eius cohaeredes spectante. Haec autem intellige, si pater est is, qui dotem dat. Nam si alius dedit, filia, patre quoque recusante, maritum suum actione convenire potest, et dotem suam repetere, ut eam conferat, quia periculum ad eam respicit. Nota autem, filiam, quae patri suo haeres esse velit, dotem ab extraneo pro se datam conferre. Si vero, quae ad dotis collationem pertinent, scire vis, lege lib. 6. Codicis tit. 20. const. 2. 3. 11. 12. 13. 19. 20.

Nov. 97. cap. 6.

Basil. lib. 29. tit. 3. them. 1. tom. IV. p. 682. schol. a.

Θεσπίζομεν, εἰ μὲν ἐνιαυτούς.] Θεοδώρου[15]*. Ἐὰν ἐντὸς δύο ἐτῶν ὁ γάμος λυθῇ οἱῳδήποτε τρόπῳ, τότε ἡ ἐπὶ τῇ τῆς προικὸς δόσει ἀναργυρία ἁρμόζει τῷ ἀνδρὶ καὶ τοῖς αὐτοῦ κληρονόμοις εἴσω τριῶν ἐτῶν, ἐφ' ὅσον ὁ γάμος συνίσταται εἰς αὐτὰ τὰ δύο ἔτη, καὶ λοιπὸν μετὰ τὴν λύσιν τοῦ γάμου δίδοται ἐπὶ ἄλλον ἐνιαυτόν. ἐὰν δὲ πλέον μὲν τῆς διετίας, ἧττον δὲ τῆς δεκαετίας ἐπεκταθεὶς*[16]*) ὁ γάμος μετὰ ταῦτα λυθῇ, τότε ἁρμόζει ἐντὸς δέκα ἐνιαυτῶν ἡ εἰρημένη παραγραφὴ τῷ ἀνδρί. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τοῖς κληρονόμοις αὐτοῦ δίδοται ὡς [ἐκ]*[17]*) παραπομπῆς, ἐντὸς μέντοιγε τριῶν μηνῶν, ἐνδαψιλευομένων*[18]*) τῶν ι'. ἐτῶν δηλονότι. εἰ δὲ συσταθῇ*[19]*) ὁ γάμος ὑπὲρ τὰ ι'. ἔτη καὶ μὴ γένηται ζήτησις περὶ τῆς ἀπαριθμήσεως τῆς προικός, ἀναιρεῖται παντελῶς ἡ τῆς ἀναργυρίας παραγραφή, μηδὲ*[20]*) τοῖς κληρονόμοις τοῦ ἀνδρὸς παρεχομένη*[21]*). ἀνάγνωθι βι. δ'. τοῦ κωδ. τι. λ'. διατ. ιε'. καὶ βι. ε'. τι. ιε'. διατ. γ'., καὶ ἴσθι, ὅτι τὰ εἰρημένα ἐκεῖσε ἀνῄρηται ὑπὸ τῆς προκειμένης νεαρᾶς διατάξεως.*

Theodori. Si intra biennium matrimonium quovis modo solutum sit, tunc remedium non numeratae dotis marito eiusque haeredibus intra tres annos competit, (nimirum) in quantum matrimonium biennio constitit, et de reliquo post matrimonii dissolutionem usque ad alium annum datur. Si vero matrimonium, quod plus biennio constitit, minus autem decennio, post haec solutum fuerit, tunc intra decem annos (supra) dicta exceptio marito competit. Quin etiam eius haeredibus velut ex transmissionedatur, intra tres videlicet menses, ad idem proficientibus decem annis. Sin autem ultra decem annos matrimonium constiterit et de dotis numeratione quaestio mota non sit, exceptio dotis non solutae omnino tollitur, neque haeredibus mariti concedenda. Lege lib. 4. Cod. tit. 30. const. 15. et lib. 5. tit. 15. const. 3. Ac scito, ea, quae illic dicta sunt, ab hac praesente Novella constitutione abrogata esse.

Nov. 100. cap. 1.

---

13) Flor. *στρα*' habet pro voce *στρατείας*. 14) Pro voce *ἀνάγνωθι* Flor. habet *ἀνά*. 15) Graeca in mss. codd. Regiis deesse Fabrotus notavit. Quae hoc loco Fabr. apposuit, Herveti ex translatione sumta sunt. Nos Graeca ex codice Flor. supplevimus. 16) Flor. *ἐπεκαταθείς*. 17) Vox *ἐκ* in Flor. deest. Verum ex toto sententiarum contextu supplenda fuit. 18) Pro *ἐνδαψιλευομένων* Flor. habet *ἐνδαψιλευομ*'. 19) Flor. *συστα*'. 20) Flor. *μὴ δέ*. 21) Flor. *παρεχομ*.

Basil. lib. 29. tit. 3. them. 1. tom. IV. p. 683. schol. b.

Nov. 100. cap. 2. * *Εἰ μὲν ἀφῆλιξ εἴη ὁ ἀνήρ.*] *Θεοδώρου*[22]). *Ἐπὶ ἀφήλικος ἀνδρὸς ἁρμόζει ἡ τῆς προικὸς ἀναργυρία ἐντὸς ιβ'. ἐτῶν ἀριθμουμένων ἐν τῷ καιρῷ τῶν γάμων καὶ οὐ μετὰ τὴν λύσιν τοῦ συνοικεσίου. ἰστέον δέ, ὅτι καὶ μετὰ κ'. ἔτη δίδοται ἡ αὐτὴ παραγραφὴ*[23]) *τῷ κληρονόμῳ αὐτοῦ ἐπὶ ἄλλον ἐνιαυτόν, ἔνθα αὐτὸς ὁ ἀνὴρ εἴσω τῶν ἐτῶν τοῦ γάμου ἐτελεύτησε*[24]), *καὶ οὐδὲ ὁ κληρονόμος ὁ αὐτοῦ ἀφῆλιξ ἦν. εἰ γὰρ εὑρεθῇ ἥττων*[25]) *ὁ κληρονόμος, τότε ἔχει πρὸς*[26]) *τοῖς ιβ'. ἐνιαυτοῖς τοῦ τεστάτορος*[27]) *καὶ ἄλλα ε'. ἔτη, κἂν ὁ τελευτήσας τελείας ὑπῆρχεν ἡλικίας*[28]). *σημείωσαι*[29]) *τὴν περὶ*[30a]) *τῶν ἡττόνων διαφοράν, καὶ πρόσεχε*[30b]), *ὅτι ἀπὸ τοῦ καιροῦ τῶν γάμων καὶ οὐ μετὰ λύσιν οἱ χρόνοι τῆς ἐπὶ τῇ προικὶ ἀναργυρίας ψηφίζονται. καίτοι εἴρηται ἐν τῷ ε'. βι. τοῦ κώ. τι. ιβ'. διατ. α'. καὶ βι. ζ'. τι. θ'. διατ. ζ'., ὅτι οἱ χρόνοι τῆς ἐπὶ τῇ προικὶ ἀγωγῆς οὐκ ἀπὸ τῆς συστάσεως*[31]), *ἀλλὰ ἀπὸ τῆς λύσεως τοῦ γάμου ἀριθμοῦνται.*

Theodori. In viro, qui nondum perfectae aetatis est, dotis non solutae querela intra duodecim annos, qui a tempore matrimonii, non autem post eius solutionem numerantur, competit. Sciendum est autem, etiam post viginti annos eandem exceptionem eius haeredi in alium annum dari, quando ipse maritus intra matrimonii tempora decesserit, eiusque haeres perfectae aetatis non fuerit. Nam si haeres minor (XXV. annis) esse inveniatur, tunc praeter duodecim annos, quos testator habuit, etiam alios quinque annos habet, etiamsi is, qui decessit, perfectae erat aetatis. Nota differentiam, quae de minoribus est, et animum adverte, a tempore nuptiarum et non post (earum) solutionem tempora querelae dotis non solutae computari. Atqui dictum est in lib. 5. Cod. tit. 12. const. 1. et lib. 7. tit. 9. const. 7., tempora de dote actionis non a matrimonio contracto, sed a (matrimonii) dissolutione computari.

Basil. l. l. tom. IV. p. 683. schol. c.

Ibid. §. 1. *Οὐκ ἐλάττους τῶν πέντε καὶ δέκα ἐνιαυτῶν.*] *Θεοδώρου. Τὰ εἰρημένα κρατεῖ ἐπὶ τῶν μελλόντων γάμων. ἐπὶ γὰρ τῶν συνεστώτων, εἰ μὲν ὑπόλοιπός ἐστιν ἡ δεκαετία*[32]), *τότε ἔχει ὁ ἀνὴρ οὐχ ἧττον*[33]) *τῆς δεκαετίας χρόνον*[34]) *ἐπὶ τῇ ἀναργυρίᾳ, ἥτις καὶ κληρονόμοις*[35]) *παραπέμπεται. εἰ δὲ ἥττων χρόνος*[36]) *διετίας*[37]) *ἀπολιμπάνεται, ἢ ἐὰν καὶ τὰ δέκα ἔτη παρῆλθον, ὁ μὲν ἀνὴρ τὸ τηνικαῦτα ἄλλην ....*[38]) *ἐτίαν ἔχει, οἱ δὲ κληρονόμοι αὐτοῦ λαμβάνουσι τρεῖς μόνους μῆνας μετὰ τὴν λύσιν τοῦ γάμου.*

Theodori. Haec, quae dicta sunt, in futuris matrimoniis valent. Nam constante matrimonio, si decennium quidem superest, tunc maritus non minus decennio habet ad dotis non solutae querelam, quae etiam ad haeredes transmittitur. Sin autem minus, quam biennii tempus superest, aut si decem anni praeterierunt, tunc vir quidem aliud biennium (?) habet, haeredes autem eius tres solos menses accipiunt post matrimonii dissolutionem.

Pseudo-Eustathius de diversis temporum intervallis ed. Leunclavi tom. II. p. 246.

Nov. 111. *β'. Τὰ εἰς ἀνάρρυσιν αἰχμαλώτων τῇ ἑκατονταετίᾳ ἀποκλείονται, ὡς βιβ. τοῦ κωδ. τιτ. β'. διατ. κγ'. τοῦτο δὲ εἰς μὲν τὰ βασιλικὰ οὐ κεῖται. φησὶ δὲ ὁ Θεόδωρος ἐν ἑκατοστῇ ἑνδεκάτῃ νεαρᾷ, ὅτι μέχρι νῦν κρατεῖ. τὸ δὲ τρίτον κεφάλαιον τοῦ γ'. τίτλου τοῦ ε'. βιβλίου τῶν βασιλικ. δηλοῖ, ὅτι ἀνῃρέθη.*

2. Ea, quae ad captivos redimendos relicta sunt, spatio centum annorum excluduntur, ut lib. 1. (?) Cod. tit. 2. const. 23. habetur. Hoc autem in Basilicis quidem positum non est, verum *Theodorus* ad Novellam 111. ait, id usque ad hoc tempus valere. Tertium caput tit. 3. lib. 5. Basilic. sublatum id esse significat.

Collectio CLXVIII. Novellarum.

Ibid. *Περὶ*[39]) *τοῦ χρόνου τῶν ἁρμοζουσῶν ἀγωγῶν*[40]) *τοῖς εὐαγέσι τόποις.*

De temporis spatio, quo actiones, quae venerabilibus locis competunt, concluduntur.

Πᾶσα[41a]) *ἀγωγὴ προσήκουσα σεπτῷ οἴκῳ, εἴτε περσοναλία*[41b]), *εἴτε ὑποθηκαρία ἐστίν, οὐχ ὑπερβαίνει*

Omnis actio, quae venerabili domo competit, sive personalis, sive hypothecaria est, quadraginta

---

22) Graeca in mss. codd. deesse Fabrotus notavit. Idem Latina ex Herveti translatione apposuit. Ego Graeca ex codice Basilicorum Florentino sumsi. 23) Flor. *παραγ*. 24) Flor. *ἐτελεύ*. 25) Flor. *εὑρε ἥττον*. 26) Pro *πρὸς* Flor. habet *πρ*. 27) Flor. *τεστά*. 28) Flor. *ὑπῆρχ ἡλι*. 29) Pro *σημείωσαι* Flor. habet *σι*. 30a) Pro *περὶ* Flor. habet *π*. 30b) Pro *πρόσεχε* Flor. habet *προσ*. Fabr. *προσέχε*. 31) Flor. *συστ*. 32) Flor. *ὑπόλοιπ* *Ϊ ἡ ιετία*. 33) Malim *ἥττονα*. 34) Flor. *ιετίας χρ*. 35) Flor. *κληρονομ*. 36) Flor. *χρ*. 37) Flor. *διετί*. 38) Haec lacuna in Codice notata est. Supplendum *ἄλλην διετίαν*. 39) Haec, quae hoc loco typis exprimenda curavimus, ex Haloandrina et Scrimgeriana Novellarum Iustiniani editione hausta sunt. Theodori esse, vel ea, quae ex Pseudo-Eustathio supra recitavimus, satis ostendunt. Caeterum pars huius epitomae in Basilicorum lib. 5. tit. 2. them. 16. ed. Heimbachi tom. I. p. 133. posita est; inde transiit in Anonymi librum *δὲ ἀκτιονίβους* p. 59. 40) Hal. *ἀγαγῶν*. 41a) A voce *πᾶσα* Basil. et Anonym. incipiunt. 41b) Scrimg., Basil. et Anonym. *προσωπικὴ* habent pro *περσοναλία*.

τα τεσσαράκοντα ἔτη[42]), τῶν ἁρμοζουσῶν ἑκάστῳ οἴκῳ τοιούτῳ εὐαγεῖ[43]) προσκαίρων παραγραφῶν φυλαττουσῶν μέντοιγε τοὺς οἰκείους χρόνους[44]). ἔνθα φησὶν ἑκατὸν ἔτεσι μόνοις φθείρεσθαι τὰς ἀνηκούσας τοιούτοις σεπτοῖς τόποις ἀγωγάς· ὁμοίως καὶ τὰς ἐπὶ τοῖς ἐαθεῖσιν[45]) εἰς λύτρωσιν αἰχμαλώτων. πλὴν σημαίνει[46]), ὅτι ἡ προκειμένη οὐκ ἐμνημόνευσε τῶν ἐπὶ αἰχμαλωσίαν ἐαθέντων[47]) ἀγωγῶν. ὥστε οὖν νομίζω, ὅτι μέχρι τοῦ νῦν μόνῃ τῇ ἑκατονταετίᾳ καὶ οὐχὶ τῇ τεσσαρακονταετίᾳ φθείρονται. Ἐξεφωνήθη μηνὶ Ἰουνίῳ[48a]) ἔτει ιε'. αὐτοκράτορος[48b]) Ἰουστινιανοῦ ἐπὶ ὑπατείας Βασιλείου.

annos non transgreditor, temporalibus tamen praescriptionibus, quae unicuique tali venerabili domo competunt, tempora sua servantibus. Ibi dicit, eas actiones, quae talibus venerabilibus locis competunt, solo centum annorum decursu extingui; similiter et eas, quae de iis, quae ad captivorum redemptionem relicta sunt, moventur. Caeterum notat, in praesente (constitutione) mentionem factam non esse earum actionum, quae propter ea, quae ad captivos redimendos relicta sunt, competunt. Propterea existimo, usque ad hoc tempus sola centum annorum praescriptione exstingui, quadraginta non item. *Data est mense Iunio imperii Iustiniani anno 15. Basilio consule.*

Γρηγορίου Νικαέως[49]) ἑρμηνεία[50]) τοῦ, πᾶσα παραγραφὴ[51]) προσήκουσα σεπτῷ οἴκῳ, καὶ τῆς ρλα'. νεαρᾶς[52]) σαφήνεια[53]).

Ἡ μὲν κγ'.[54]) διάταξις τοῦ β'. τϊ. τοῦ α'. βϊ. τοῦ κωδ.' εἰς ἑκατονταετίαν[55]) πάσας ἐξαπλοῦσα τὰς τῶν εὐαγῶν οἴκων ἀγωγάς, οὐδεμίαν[56]) ἐβούλετο[57]) ταύταις ἀντικεῖσθαι[58]) παραγραφήν[59]), πλὴν τῆς ἑκατονταετίας[60]). ἡ δὲ ρια'. νεαρά, μ'. ἔτη περικλείσασα πάσας τὰς[61]) τῶν τοιούτων[62]) οἴκων ἀγωγάς[63]), τὰς ἀπὸ ῥοπῆς φημὶ μέχρι[64]) τεσσαρακονταετίας[65]) [τοῦτο γὰρ βούλεται πάντως[66]) τὸ πᾶσα ἀγωγή[67]), δυνάμενον[68]), τοῦ πράγματος[69]) προσδιορισμὸν τοιοῦτον[70]) ἔχοντος καὶ πάντα παραλαμβάνοντος, ἂν μή τι ῥητῶς ὑπεξαιρεθῆναι[71])] δέδωκε[72]) νοεῖν, ὅτι καὶ τὰς κατὰ τῶν αὐτῶν[73]) οἴκων[74]) παραγραφὰς τεσσαρακονταετίᾳ[75]) περιώρισεν[76]).. εἰ γὰρ ὁ διὰ παραγραφῆς[77]) ἐκβαλλόμενος ἀγωγὴν[78]) οὐκ ἔχει[79]), εὔδηλον, ὡς ὁ ἔχων ἀγωγὴν[80]) οὐκ ἐκβάλλεται[81]) διὰ παραγραφῆς[82]), ἀλλὰ μᾶλλον αὐτὸς παραγράφεται[83]) τοὺς ἐνάγοντας[84]). ὁ μὲν[85]) ἔχων ἀγωγήν[86]), φημί[87]), ἔχει[88]) καὶ παραγραφήν[89])· ὡς εἶναι δῆλον ἐντεῦθεν, ὅτι τῶν ἀγωγῶν[90]) εἰς μ'. ἔτη[91]) ἐκτεινομένων τοῖς εὐαγέσιν οἴκοις αἱ κατ'

Gregorii Nicaeensis interpretatio verborum: omnis actio (?), quae venerabili domo competit, et Novellae 131. declaratio.

3a) Fabr. οὔπερ. 3b) Hoc scholium ad eiusdem Novellae 136. cap. 2. pertinet. Puto autem Theodori esse, tum quia Theodori scholium, nomine non addito, sequitur, tum quia hoc loco eadem, quae in Theodori commentario habetur, est Iustiniani Novellas laudandi ratio. De reliquis autem huius tituli scholiis, quae Theodori sint, quae non, ipse iudicare non ausim. 4) Fabr. ἰστέον. 5) Haec Novellae 138. pars eodem modo apud Haloandrum in editione Novellarum p. 209. reperitur. Extat etiam in Synopsi ed. Leuncl. p. 251. Synopsis numerum ογ'. adiicit. Nos hanc epitomen Theodoro vindicamus. Primum enim Novella 160. eo, quo Theodorus solet, modo laudatur. Deinde haec coniectura eo videtur confirmari, quod haec Novellae 138. summa in Haloandrina Novellarum editione recepta sit. Vide prolegom. Theodori p. 209. et 211. 6) Vox οἱ deest in synopsi. 7) Haloander ὑπερβαίνουσι. Inde a voce ὑπεξῄρηται usque ad vocem χρημάτων omnia apud Haloandrum desunt. 8) In vocem χρημάτων synopsis desinit. 9) Fabrotus haec πᾶσα θεία et caet. ad sequens Basilicorum thema pertinere iussit. Sed iam Haloandri editio, quid faciendum esset, demonstravit. Pro πᾶσα Hal. habet καὶ ὅτι πᾶσα. 10) Haloander θεῖα καὶ βασιλική. 11) Legendum εἵλωνται. Nov. 160. cap. 1. τοὺς τὸ χρυσίον εἰληφότας.

Basil. lib. 47. tit. 1. them. 76. tom. VI. p. 228. schol. b.

Γυνή τις ἐπὶ τοῖς.] *Τοῦ αὐτοῦ*[12]). *Ἡ παροῦσα διάταξις συγχωρεῖ δωρεὰν τὴν γενομένην μεταξὺ ἀνδρὸς καὶ γυναικός. καὶ ἐὰν ἀνὴρ ἐτελεύτησεν ἐφησυχάσας τῇ δωρεᾷ, ἐνάγονται οἱ κληρονόμοι ἀναγκαζόμενοι παρασχεῖν, ἅπερ ὁ ἀνὴρ ἐδωρήσατο. ἴσχυσε γὰρ τῷ θανάτῳ τοῦ ἀνδρὸς ἡ δωρεά, κἂν τραδιτίων μὴ παρηκολούθησε.*

Eiusdem. Haec constitutio permittit donationem, quae inter virum et uxorem facta est. Et si vir in ea donatione acquiescens obiit, haeredes eius conveniuntur, et ea, quae vir donavit, praestare compelluntur. Nam viri morte donatio convaluit, licet traditio secuta non sit. Nov. 162. cap. 1.

Basil. lib. 48. tit. 26. them. 3. tom. VI. p. 584. schol. c.

Θεσπίζομεν, εἴτις ἐξ ἐλευθέρας.] *Τοῦ αὐτοῦ*[13]). *Οἱ ἀπὸ πατρὸς καὶ μητρὸς ἐναπογράφου γεννώμενοι ἐναπόγραφοί εἰσι καὶ τῷ πατρὶ ἀκολουθοῦσιν, εἰ μὴ ἄρα διαφόρων δεσποτῶν εἴησαν οἱ γονεῖς αὐτῶν. τότε γὰρ τῷ πατρὶ καὶ τῇ μητρὶ μερίζονται, τῆς μητρὸς ἐχούσης τὴν ἐπιλογὴν καὶ τὸ πλεῖον μέρος ἐπ' αὐτῶν τῶν παίδων. μέμνησο τῆς ρνς'. νεαρᾶς*[14]) *καὶ ἀνάγνωθι βιβ. α'. τοῦ κώδικος τιτλ. μη'. διατ. κγ'.*

Eiusdem. Ii, qui ex patre et matre adscripticiis nascuntur, adscripticii sunt et patrem sequuntur, nisi forte eorum parentes diversorum sint dominorum. Tunc enim inter patrem et matrem liberi dividuntur, matre electionem, et maiorem liberorum numerum habente. Memento enim Novellae 156., et lege lib. 1. Cod. tit. 48. const. 23. cap. 2.

Basil. lib. 45. tit. 3. them. 9. tom. VI. p. 104. schol. h.

Θεσπίζομεν, ἅπαντας.] *Τοῦ αὐτοῦ*[15]). *Πᾶς τελευτῶν διατυπώσεται τὰ καθ' ἑαυτόν, ὡς βούλεται, κατὰ νόμους, καὶ μὴ κωλυέσθω ὑπό τινος, μήτε σφραγῖδες ἐπιτεθῶσι τοῖς πράγμασιν αὐτοῦ. καὶ εἰ μὴ θελήσει διαθέσθαι, κληρονομείσθω ὑπὸ τῶν ἰδίων συγγενῶν.*

Eiusdem. Quisquis decedit, de rebus suis, ut velit, secundum leges disponet, neu a quoquam prohibetor, neu signa rebus eius imponuntor. Ac, si testari nolet, cognati eius haeredes sunto. Nov. 164. cap. 1.

---

12) Hoc est *Theodori*, cuius scholium praecessit. 13) Hoc est *Theodori*, cuius nomen praecedenti scholio additum est. 14) Fabr. *νεαράς*. 15) Hoc est *Theodori*, cuius scholia paullo ante posita sunt.

ACCESSIO I.

FRAGMENTA PHILOXENI.

De Philoxeno nihil quicquam constat, nisi quod hic illic in Basilicorum libris eius verba laudantur, hausta illa quidem ex eiusdem ad Novellas Iustiniani commentario. Loci, ubi eius libri epitomae habentur, sunt Basilicorum lib. 22. tit. 4. ed. Fabr. tom. III. p. 114. schol. *c.* (Nov. 73. cap. 2.) et p. 116. schol. *i.* (Nov. 73. cap. 7.), denique lib. 21. tit. 1. them. 45. tom. II. p. 585. schol. *i.* (Nov. 90. cap. 4.). Ex his, ut opinor, testimoniis satis perspicuis V. Ill. *Frid. Aug. Bienerus* [1]), quem iuris Graeco-Romani quasi quendam instauratorem iure meritoque celebramus, non iniuria videtur coniecisse, exstitisse quidem apud Graecos Philoxeni de Novellis Iustiniani commentarium, sed non ita notum, neque tantopere usu tritum, quanto Athanasii Theodorique Hermopolitani libros. In fragmentis Philoxeni edendis Fabroti editionem secutus sum, versionem tamen Latinam paullisper immutavi.

ΦΙΛΟΞΕΝΟΥ. — *PHILOXENI.*

Basil. lib. 22. tit. 4. tom. III. p. 114. schol. c.

Nov. 73. cap. 2. *Φαμὲν δὲ τὴν ἐξ ὅρκων.*] *Φιλοξένου.* *Ἐξ ἀρνήσεως τῶν ἀμαρτύρων ἰδιοχείρων ἐξ ἀπορίας ἀποδείξεως ὅρκος ἐπάγεται τῷ λεγομένῳ ταῦτα χειρογραφῆναι.*

Philoxeni. In abnegatione chirographorum, quae absque testibus confecta sunt, ex probationis inopia iusiurandum ei, qui haec conscripsisse dicitur, defertur.

Basil. l. l. tom. III. p. 116. schol. i.

cap. 7. *Εἰς τὴν παρ' ἄλληλα κρίσιν τῶν συμβολαίων.*] *Φιλοξένου.* *Ὁ αἰτῶν σύγκρισιν γενέσθαι ὀμνύτω, ὡς ἀπορῶν πάσης ἄλλης ἀποδείξεως εἰς τοῦτο ἦλθε, καὶ ὅτι οὐδὲν ἔπραξε δολερόν, εἰς τὸ κατὰ σκοπὸν αὐτοῦ ἐλθεῖν εἰς τὴν σύγκρισιν.*

Philoxeni. Qui postulat, ut litterarum comparatio fiat, iurato in inopia aliarum probationum ad hoc se venisse, et nihil dolo malo fecisse, ut secundum propositum suum ad litterarum comparationem veniret.

Basil. lib. 21. tit. 1. them. 45. tom. II. p. 585. schol. i.

Nov. 90. cap. 4. *Ἐπειδὴ δὲ πολλοί.*] *Φιλοξένου.* *Ὁ τρίτην παραγαγὼν μαρτυρίαν οὐκ ἔτι προφέρει τετάρτην μαρτυρίαν μετὰ τὴν ἔκδοσιν τῶν παραγραφῶν. τότε γὰρ δύναται πρὸ ἐκδόσεως τῶν παραγραφῶν καὶ τετάρτην μαρτυρίαν παραγαγεῖν, ὀμνύων περὶ δόλου, ὅτι ἐκτὸς δόλου ζητεῖ τὴν τῶν μαρτύρων παραγωγήν.*

Philoxeni. Ei, qui trinam fecit testium productionem, quartam productionem post editionem exceptionum facere non potest. Tunc enim ante exceptionum editionem et quartam testium productionem facere potest, iusiurandum dans, se absque dolo malo testium productionem quaerere.

---

1) In libro: *Die Geschichte der Novellen* p. 70.

ACCESSIO II.

FRAGMENTA SYMBATII.

De Symbatio nihil quicquam constat, nisi quod in libro de peculiis inedito, qui ab his verbis incipit: *μακάριον ἂν ἦν καὶ τῷ κοινῷ*, aliquoties huius iureconsulti epitomae de Novellis Iustiniani compositae post Theodori Hermopolitani epitomas laudantur. Huius opusculi, quod equidem noverim, tria exstant exemplaria manuscripta. Primum exstat in codice, qui inter codices bibliothecae S. Domin. Bononiensis Latinos numero 80. signatus est, satis a me, ut opinor, descripto in ea, quam fratri praestantissimo male tribuerunt, commentatione [2]. Huius ego libri contextum in singulis Symbatii fragmentis sequi apud animum constitui meum. Secundum exemplar habetur inter codices Graecos bibliothecae D. Marci, quae Venetiis est, numero 174. signatum [3]. Varietatem scripturae ex hoc libro enotatam V. Ill. *Carolus Witte*, qui me meaque tueri non dedignatur, mecum communicavit, sed nescio quo casu acciderit, ut hic liber manuscriptus fere semper cum Bononiensi exemplari conspiret. Tertium huius opusculi exemplar habetur in codice, qui inter codices Regiae bibliothecae Parisiensis Graecos numero 1351. signatus est. Qua de re vir mihi amicissi mus *Eduardus Zachariaeus* me fecit certiorem.

ΣΥΜΒΑΤΙΟΥ — *SYMBATII.*

Liber ineditus de peculiis in codice Bononiensi Dominicanorum num. 80.

Καὶ ὁ [4]) Συμβάτιος [5]) δὲ οὕτω περὶ τῆς νεαρᾶς [6]) φησίν [7])·

Τὰ ὁπωσοῦν περιποιηθέντα τοῖς ὑπεξουσίοις, εἴτε ἐκ μητρῴας [8]) διαθήκης, ἢ καθ᾽ ἕτερον τρόπον, τὴν χρῆσιν ἐχέτωσαν καὶ δευτερογαμοῦντες οἱ τούτων πατέρες, ἐξῃρημένων καστρεσίων καὶ ὡσανεὶ καστρεσίων πεκουλίων.

Ac *Symbatius* vero ita de (hac) Novella loquitur: Nov. 22. cap. 34.

Quae quocunque modo filiis in parentum potestate constitutis acquiruntur, sive ex materno testamento sive alio modo, eorum usumfructum habento horum patres, etsi ad secundas nuptias transeant, exceptis castrensibus peculiis et quasi castrensibus.

Ibidem.

Ταῦτα γὰρ τὰ ῥητὰ συντέμνει καὶ Συμβάτιος οὕτως·

Τελευτήσαντος τινὸς οἱ κατιόντες αὐτοῦ ἐξ ἄρρενος ἢ θήλεος προσώπου [9]) αὐτεξούσιοί τε καὶ ὑπεξούσιοι καλοῦνται εἰς τὴν αὐτοῦ διαδοχήν, προτιμώμενοι τῶν ἀνιόντων αὐτοῦ, εἰ καὶ ὑπεξούσιος αὐτῶν ἐτύγχανεν ὁ

Haec enim, quae dicta sunt, *Symbatius* ita in breve contrahit: Nov. 118. cap. 1.

Si quis defunctus est, descendentes eius ex mascula vel feminina persona, tam qui sui iuris sunt, quam qui sub potestate parentum, ad eius successionem vocantur; adscendentibus enim eius praeponuntur, etsi is, qui defunctus est, in eorum

---

2) *Reiseberichte aus Italien* in libro, qui dicitur *Zeitschrift für geschichtliche Rechtswissenschaft, herausgegeben von Savigny* tom. VIII. p. 317—330. 3) Vide *Witte* in libro laudato tom. VIII. p. 175. 4) Pro ὁ Bon. ἡ. 5) Bon. Συμβα^τ. 6) Pro νεαρᾶς Bon. ν^ς. 7) Bon. φη. 8) Ven. μητρῴης. 9) Bon. ἀσώπου.

τελευτήσας καὶ ἥρμοζεν[10]) *αὐτοῖς ἡ χρῆσις*[11]), *μὴ καινιζομένων τῶν περὶ τῆς χρήσεως τῶν ἀπροσπορίστων κειμένων νόμων.*

potestate erat, iisque usus fructus competebat, ita tamen, ut leges, quae de usufructu earum rerum, quae parentibus non acquiruntur, latae sunt, non innoventur.

ACCESSIO III.

INCERTORUM FRAGMENTA.

I.

Codex Bodlei. 3399. tit. 16. fol. 76.

Nov. 136. *ρλβ'. Περὶ συναλλαγμάτων ἀργυροπρατῶν. Ἐκ τοῦ συστήματος τῶν ἀργυροπρατῶν.*

Ὁ μανδατορεύων ἢ ἀντιφωνῶν ἢ ἐγγυώμενος ἀργυροπράτην Κωνσταντινουπόλεως δύναται διὰ τὸ τῶν ἀργυροπρατῶν περὶ τὰ κοινὰ χρήσιμον ἐγγράφως συμφωνεῖν καὶ περὶ[12]) *τῶν πρωτοτύπων ἐνάγεσθαι. ἑκάστῳ γὰρ ἔξεστι τῶν ὑπὲρ ἑαυτοῦ περιφρονεῖν.*

132. *De contractibus argentariorum. Ex corpore argentariorum.*

Mandator, vel qui pecuniam constituit, vel qui apud argentarium Constantinopolitanum fideiussor fit, propter communem argentariorum utilitatem in scriptis pacisci potest, ut etiam ante principales debitores (?) conveniatur. Unicuique enim licet, ea, quae pro se introducta sunt, contemnere.

II.

Ibidem tit. 16. fol. 77.

Nov. 99. *Περὶ ἀλληλεγγύων. Ἴσμεν πρώην τεθηκότες νόμον.*

Οἱ ἀλληλεγγύως δανειζόμενοι, ἐὰν μὴ ὁμολογήσωσιν, ὥστε ἕνα ἐξ αὐτῶν εἰς τὸ πᾶν ἔχεσθαι[13a]) *πάντες ἐξ ἴσου ὑπόκεινται, καὶ ἄλλος ἀντ' ἄλλου οὐκ ἐνέχεται. ἐὰν δὲ ὡμολόγησαν ὡς εἷς ἕκαστος, καὶ ὑπὲρ τῶν ἀπόντων, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ τῶν ἀπορούντων ἐξ αὐτῶν ἐνέχεται. ἐὰν δὲ πάντες πάρεισι καὶ εὐποροῦσιν, ὅλοι ἐνάγονται κοινῶς καὶ καταδικάζονται, καὶ οὐ δίδωσι μόνος τὸ πᾶν εἷς ἕκαστος ἐξ αὐτῶν, κἂν τοῦτο ἔδοξεν, ἀλλ' οὐδὲ μόνος ἐνάγεται εἰς τὸ ὅλον, εἰ μὴ ἄρα οἱ λοιποὶ ἀποροῦσιν ἢ ἄπεισιν. βι. β'. τοῦ κωδ. τι. γ'. διατ. ιη'. καὶ βι. η'. τι. λθ'.*[13b]) *διατ. α'. β'. καὶ τὰ περὶ τὸ τέλος τῆς ριε'. νεαρᾶς. τὰ ἐν ἀγνοίᾳ τοῦ δανειστοῦ γινόμενα σύμφωνα μεταξὺ τῶν ἐγγυητῶν οὐ βλάπτει αὐτὸν τὸν δανειστήν. ὁμοίως βι. β'. τοῦ κωδ. τι. γ'. διατ. κε'. καὶ βι. γ'. τι. λϛ'. διατ. κγ'. ἔγνως περὶ χρεωστῶν. Ἐξεφωνήθη μηνὶ Ἰανουαρίῳ ...*[14]) *ἔ7.* (sic) *ιγ'. ὑπατίας* (v. *ὑπατείας*) *Ἀππίονος.*

De reis promittendi. Novimus antea a nobis latam esse legem.

Ii, qui quasi duo rei promittendi pecuniam mutuam accipiunt, si non promittant, ut unus ex iis in solidum teneatur, omnes aequaliter obligantur, atque alius pro alio non obligatur. Sin autem pacti sunt, ut unusquisque (in solidum teneatur), et pro iis, qui absunt, et pro iis, qui ex iis ad egestatem perducti sunt, tenetur. Sin vero omnes adsunt et solvendo sunt, omnes communiter conveniuntur et condemnantur, neque unusquisque ex iis solus solidum praestat, etsi hoc convenerit, verum neque solus in totum convenitur, nisi forte reliqui solvendo non sint vel absint. (Lege) lib. 2. Cod. tit. 3. const. 18. et lib. 8. tit. 39. const. 1. 2. et ea, quae circa finem Nov. 115. sunt. Ea pacta, quae ignorante creditore inter fideiussores fiunt, ipsi creditori non praeiudicant. Similiter lib. 2. Cod. tit. 3. const. 25. et lib. 3. tit. 36. const. 23. de debitoribus nosti. *Emissa est mense Ianuario ... anno 13. Appione consule.*

---

10) Bon. *ἥρμοζεν.* 11) Bon. *ἀντ'˜ ἡ χρ῀ς.* 12) Legendum videtur *πρό.* Vide Nov. 136. cap. 1. 13a) Legendum *ἐνέχεσθαι.* 13b) In nostris editionibus Codicis haec habentur lib. 8. tit. 40. 14) Lacunae vestigia in nostro codice apparent nulla.

III.

Codex Bodlei. 3399. tit. 16. fol. 75.

Νεαρὰ Ἰουστινιανοῦ ρμ'. ρζ'. Περὶ ἐκστάσεων. Ὅσα τὸ θεῖον ἐξευμενίζεσθαι.

Προφάσει ἐκστασίου παρὰ τῶν ἀρχόντων οὐδεὶς τῶν χρεωστῶν αἰκίζεται, ἀλλ' ἐπὶ τῶν εὐαγγελίων ὄμνυσι, μὴ εὐπορεῖν χρημάτων ἢ πραγμάτων, καὶ λοιπὸν οἱ δανεισταὶ τὰς αὐτῷ προσούσας[15a]) οἰκειοῦνται καὶ ἐκ προσώπου αὐτοῦ κινοῦσιν αὐτὰς καὶ μεθοδεύουσι χωρὶς τῶν ταῖς ἀληθείαις τῇ αὐτοῦ γαμετῇ προσηκόντων.

Novella Iustiniani 140. 107. De bonorum cessionibus. Quae ad numen divinum placandum. Nov. 135.

Praetextu bonorum cessionis nemo debitorum a magistratibus vexatur, verum per evangelia iurat, sibi copiam pecuniae non esse, vel rerum ac de reliquo creditores (actiones), quae ei competunt, sibi habent, ex eiusque persona eas movent ad exsecutionemque perducunt, exceptis his, quae uxori eius revera competunt.

IV.

Ibidem tit. 16. fol. 75.

ρξε'. Περὶ ἀργυροπρατῶν. Τὸ κοινόν.

Οἱ ἀγυροπρᾶται[15b]) οὐ δύνανται ὑπὲρ ἄλλων ἀντιφωνεῖν, εἰ μὴ ἔγγραφον λάβωσιν ἐπίταλμα, δηλοῦν σαφῶς ὅλον τὸ πρᾶγμα, πῶς χρὴ πραχθῆναι. εἰ δὲ ἀγράφως ἐνταλθέντες ἀντιφωνήσωσιν ἄχρι ῥητοῦ χρόνου, κἀκεῖνος, ὑπὲρ οὗ γέγονεν ἡ ἀντιφώνησις, ἐφ' ὅλον τὸν ὁρισθέντα χρόνον καὶ ἄλλο δίμηνον μὴ μέμψηται, χρὴ τῷ ἀντιφωνήσαντι πάντως τὸ δεικνύμενον κατὰ γνώμην αὐτοῦ ἀντιπεφωνῆσθαι χρέος καταβάλλεσθαι καὶ μὴ ἔχειν αὐτὸν ἢ κληρονόμους αὐτοῦ παραγραφὴν κατὰ τῶν ἀντιφωνησάντων ἢ ἐκχωρουμένων τὰς ἐντεῦθεν ἀγωγάς. χρὴ γὰρ τὸν δικάζοντα ἢ ἐγγράφου γενομένης ἐντολῆς ἀκολουθεῖν αὐτῇ ἢ ἀγράφου λεγομένης καὶ δεικνυμένης οὕτω κρίνειν. εἰ δὲ καί τι δειχθῇ διὰ γραμμάτων ἢ μαρτύρων, χρὴ τὸ συμφωνηθὲν ἀπαιτεῖσθαι αὐτούς, οὐδενὸς ἀντικειμένου νόμου ὡς ἐχρῆν ταῦτα πραχθῆναι. ἐὰν ἀργυροπρᾶται λογισμοὺς ἀντισυγγράφους ἢ ἀντιγράφους[16]) ποιήσωσιν ἢ πρὸς τοὺς συμβάλλοντας αὐτοῖς, ἢ παρ' ἐκείνων λάβωσι δηλοῦντας εἰσκομιδὴν χρημάτων ἢ δαπάνην καὶ γράμματα φέροντας[17]) τοῦ ἀργυροπράτου ἢ τοῦ ὑπογραφέως αὐτοῦ, ἢ τοῦ ἀρμαρίτου[18]), ἢ τῶν αὐτοῖς συναλλαξάντων ἢ ὁλογράφους ἢ ὑπογραφέντας, οὐ δύνανται οἱ συναλλάξαντες τὴν μὲν καταγραφομένην παρὰ τῶν ἀργυροπρατῶν ἐν τοῖς ἀντισυγγράφοις βρεβίοις εἴσοδον δέχεσθαι καὶ ἐντεῦθεν αὐτοὺς ἀπαιτεῖν, πρὸς δὲ τὴν καταγραφεῖσαν ἔξοδον ἀντιλέγειν ὡς οὐ γεγενημένην· οὔτε οἱ ἀργυροπρᾶται δύνανται τὴν μὲν δαπάνην ἀπαιτεῖν, μὴ δέχεσθαι δὲ τὴν εἴσοδον, ἀλλ' ἐκ τῶν ἑκατέρωθεν προκομιζομένων ἀντισυγγράφων λογοθεσίων ἢ αὐτογράφων ἢ[19]) μαρτυρεῖται τὰ γράμματα τῆς εἰσόδου καὶ δαπάνης, ἑκάτερον πιστεύεται. οὐ γὰρ χρὴ τὸ μὲν κατ'

165. De argentariis. Commune. Ed. Iust. 9.

Argentarii pro aliis constituere non possunt, nisi mandatum in scriptis comprehensum acceperint, quod clare totam rem explicet quemadmodum fieri debeat. Sin vero absque scriptis mandatum iis datum sit, iique usque ad certum temporis spatium constituant, atque ille, pro quo pecunia constituta est, per totum tempus definitum et alios duos menses questus non sit, oportet omnimodo ei, qui pecuniam constituit, id, quod secundum eius sententiam constitutum esse probatur, debitum solvi, neque habere eum eiusve haeredes exceptionem adversus eos, qui constituerunt, vel eos, quibus actiones inde provenientes cessae sunt. Oportet enim, eum, qui iudicat, vel mandatum in scriptis factum subsequi, vel, si sine scriptura factum esse dicatur et probetur, sic iudicare. Si vero etiam aliquid per scripturam vel testes probatum sit, oportet id, quod pacto convenerit, ab his exigi, nulla lege prohibente, quominus haec, ut oportebat, fierent. Si argentarii rationes utriusque manu vel sua manu (?) scriptas vel cum iis, qui cum ipsis contrahunt, fecerint, vel ab illis acceperint, quae pecuniarum illationem vel erogationem declarant, litterasque argentarii vel subscriptoris eius, vel Samaritae, vel eorum, qui cum ipsis contraxerunt, habent vel totas eorum manu scriptas vel ab iis subscriptas, hi, qui contraxerunt, eum, qui ab argentariis in brevibus utriusque manu scriptis perscribitur, reditum acceptare, exindeque ab iis petere, simul vero iis, quae ibi perscriptae sunt, expensis, quasi factae non essent, contradicere non possunt; neque vero argentarii possunt expensas quidem petere, reditum autem non acceptare, verum ex rationibus utriusque manu vel sua scriptis, quae utrinque proferuntur, si litterae reditus expensarumque (quasi quodam) testimonio confirmantur, utrique rei fides habetur. Neque enim oportet id,

---

15a) Arbitror vocem *αγωγας* h. l. excidisse. 15b) Codex *ἀργυροπράται.* 16) Corrige ex Iust. ed. 9. cap. 2. *αὐτογράφους.* Infra: *προκμιζομένων ἀντισυγγράφων λογοθεσίων ἢ αὐτογράφων.* 17) Codex *φέροντα.* Vide Iust. ed. 9. cap. 2. §. 1. 89) Leg. *Σαμαρείτου.* 19) Pro *ἢ* legendum *εἰ.*

αὐτῶν κρατεῖν, τὸ δὲ ὑπὲρ αὐτῶν ἄκυρον εἶναι, ἀλλ' ἀπαιτεῖσθαι δεῖ, ὅσα δεικνύει τὰ λογοθέσια, εἰ μὴ θάτερον μέρος πλάνην ψήφου ἢ περὶ τόκου λῆψιν παθεῖν προφανῶς δείξοι. τότε γὰρ νομίμως αὐτὸ χρὴ διορθοῦσθαι, ὥστε τὸ δίκαιον καὶ τὴν ἰσότητα ἐπ' ἀμφοτέρων κρατεῖν. ἐὰν ἀργυροπράτης ἀλληλεγγύους ἢ μανδάτορας λάβῃ εἰς χρέος, εἶτα τὸ πλεῖστον τοῦ χρέους λαβών, παρ' ἑνὸς αὐτῶν τῶν δύο[20]) ἔξωθεν ὁμολογίαν λάβῃ δηλοῦσαν, ὡς ἐμπροθέσμως καταβάλλουσι, καὶ διαλύσηται πρὸς πάντας, συμβῇ δὲ τὸν λοιπασθέντα τελευτῆσαι, χρὴ τοὺς αὐτοῦ κληρονόμους τὸ ἐγγράφως ὁμολογηθὲν εἰσπράττεσθαι μετὰ τοῦ συμφωνηθέντος τόκου. ἐάν τινες παρὰ ἀργυροπρατῶν δανείσωνται δόντες ἐνέχυρα καὶ ἐπιτρέψωσιν ἐν ταῖς δανειακαῖς συγγραφαῖς, ἐκ διαπράσεως τῶν ἐνεχύρων πίστει αὐτῶν γινομένης λαμβεῖν τὸ τίμημα καὶ λογίσασθαι εἰς τὸ χρέος, οὐ χρὴ πολυπραγμονεῖσθαι αὐτούς, ἀλλ' ὀμνύειν, πόσου ἐπώλησαν, καὶ πιστεύεσθαι. εἰ δέ τις ἐγγράφως δανειζόμενος ἐνέχυρα σφραγισθέντα ἢ ἀσφράγιστα δοίη, ἀναγκάζεται ἢ λαβεῖν αὐτὰ ἀραδηούρ[21a]) γητα, τὰς σφραγίδας[21b]) ἐπιγινώσκων, καὶ πληρῶν τὸ κεφάλαιον καὶ τὸν συμφωνηθέντα τόκον, ἢ μὴ ἔχων χρυσίον πρὸς τὴν ἀξίαν τιμὴν αὐτὰ τῷ δανειστῇ καταλιμπάνειν καὶ πληροῦν τὸ λοιπόν, μηδενὸς λέγειν[22]), ὡς χρὴ τὸν δανειστὴν ἀρκεῖσθαι τοῖς ἐνεχύροις, κἂν ἥττονος ὦσι τιμῆς. εἰ δὲ δανείσηταί τις παρὰ ἀργυροπράτου ἐπὶ ἐνεχύρῳ σφραγισθέντι ἢ ἀσφραγίστῳ, καὶ χρόνον ὁρίσῃ τῇ καταβολῇ, καὶ τὸ ἱκανὸν ἐμπροθέσμως μὴ ποιήσῃ, ἀλλ' ἕτερος τοσοῦτος παρέλθῃ χρόνος, χρὴ ἀκριβῶς ἐπὶ ταβουλαρίου καὶ τῶν θείων λογίων διατιμᾶσθαι καὶ λογίζεσθαι εἰς τὸ χρέος ἢ μέρος αὐτοῦ. ἡ διάταξις ἡ κωλύουσα τόκον ὑπὲρ διπλάσιον δίδοσθαι ἐπὶ μὲν τοῖς καταβληθεῖσιν αὐτοῖς ἀργεῖ, κἂν ὑπὲρ τὸ διπλοῦν ἐστιν, οὐκ ἀντίκειται δὲ ἐπὶ τοῖς ἀληθῶς ἀργυροπρατικοῖς συναλλάγμασιν· οὔτε αὐτοὶ ἀποχρήσασθαι δύνανται πρὸς τοῖς[23]) αὐτοῖς συναλλάξαντας, οὔτε λογίζεσθαι τοὺς καταβληθέντας τόκους εἰς τὸ διπλοῦν τοῦ τόκου εἰς[24a]) τὸ ἀρχαῖον ὄφλημα. καὶ μερικαὶ τῶν τόκων καταβολαὶ φθάσασαι τὸ διπλοῦν τοῦ χρέους σβεννύουσιν αὐτό. δύνανται οἱ ἀργυροπρᾶται[24b]) στρατεύεσθαι χωρὶς τῶν ἐνόπλων, τόκους δὲ ἀργυραπρατικοὺς τουτέστι διμοιραίους λαμβάνουσιν. ἐπὶ τοῖς ἀργυροπρατικοῖς συναλλάγμασιν οὐ δύναταί τις αἰτεῖν τὸ μὴ δεῖν παντελῶς δοῦναι κεφάλαιον ἢ τόκους, ἢ τοὺς καταβληθέντας νομίμους τόκους εἰς τὸ χρέος λογίζεσθαι. ἐὰν ἀργυροπράτου χρεώστης γαμετὴν καὶ ὑπευθύνους

quod contra eos est, valere, illud autem, quod pro iis est, invalidum esse, verum tantum oportet exigi, quantum rationes demonstrant, nisi altera utra pars calculi errorem vel circa usurarum capionem damni quidpiam se esse passam manifesto demonstret. Tunc enim legitimo modo (hoc) ipsum oportet emendari, ut ius aequitasque in utraque parte valeat. Si argentarius duo reos promittendi vel mandatores debiti nomine acceperit, deinde, cum maximam debiti partem accepisset, ab uno ex his vel duobus confessionem consecutus sit, quae ipsos praestituto tempore soluturos esse declaret, et (sic) cum omnibus transactionem fecerit; acciderit autem, ut is, qui reliquum solvere debebat, moreretur: id, quod in scriptis promissum est, una cum usuris, de quibus pacto convenerit, exigi oportet. Si qui, pignoribus datis, ab argentariis mutuam pecuniam sumserint, et in syngraphis de mutuo confectis permiserint, ut ex pignorum venditione eorum fide facienda pretium accipiant, in debitumque imputent, non oportet his negotium facessi, verum iurare debent, quanti vendiderint, et (sic) his fides habetur. Si quis autem in scriptis mutuam pecuniam sumens, pignora obsignata vel non obsignata dederit, cogitur, ut vel ipsa, si negligentia creditoris deteriora reddita non sint, recipiat, sigilla recognoscens, sortemque usurasque, de quibus pacto convenit, adimplens, vel, si pecuniam non habeat, iusto pretio ea creditori relinquat et id, quod residuum est, expleat, nemine dicere valente, creditorem pignoribus, etsi minoris pretii sint, contentum esse debere. Si quis autem ab argentario, dato pignore, quod obsignatum est vel non est, pecuniam mutuam sumserit, et tempus solutioni praestituerit, ac tempore definito satis non fecerit, sed aliud tantum temporis praeterierit, oportet (haec) diligenter coram tabulario et divinis scripturis aestimari, in debitumque (vel totum) vel eius partem imputari. Constitutio, quae prohibet, quominus usurae ultra duplum dentur, in his, quae iam soluta sunt, cessat, etsi duplum excedunt, neque vero in contractibus, qui revera argentariorum sunt, opponitur; neque ipsi possunt adversus eos, qui cum ipsis contraxerunt, (ea lege) abuti, neque usuras iam solutas in duplum usurarum vel in antiquum debitum imputare. Etiam usurae per partes solutae, quae duplum sortis debitae excedunt, (obligationem) exstinguunt. Argentarii, exceptis militiis armatis, militare possunt; usuras autem, quae argentariorum propriae sunt, hoc est besses capiunt. In his contractibus, qui argentariorum proprii sunt, non potest quisquam postulare ut sortem vel usuras dari omnino non oporteat, vel usuras legitimas iam solutas in sortem debitam imputari. Si argentarii debitor uxorem habeat et eos,

---

20) Legendum ἢ τῶν δύο. Iustin. ed. 9. cap. 3. παρ' ἑνὸς αὐτῶν ἢ δύο λαβόντες ὁμολογίας. 21a) Incipit fol. 76. Legendum ἀρραδιούργητα. Ed. 9. cap. 4. μὴ ῥαδιουργηθέντα. 21b) Legendum σφραγῖδας. 22) Post vocem λέγειν excidit fortasse vox τολμῶντος. 23) Leg. τούς. 24a) Leg. ἢ εἰς. Edict. 9. cap. 5. οὐκ ἀναγκαζομένων ὑπολογίζεσθαι οὔτε εἰς τόκον οὔτε εἰς ἀρχαῖον ὄφλημα τὰ ἤδη ὑπὲρ τὸ κεφάλιονα καταβεβλημένα. Paullo post οὐδὲ δυναμένων λογίζεσθαι τοὺς ἤδη καταβεβλημένους τόκους ἢ εἰς τὸ διπλοῦν τοῦ τόκου ἢ εἰς τὸ ἀρχαῖον ὄφλημα. 24b) Codex ἀργυροπρᾶται.

ἔχῃ καὶ παρασκευάσῃ τοὺς ὑπευθύνους ἐπὶ τὴν γαμετὴν αὐτοῦ προφάσει προικὸς ἢ περὶ φερνῶν[25]) ἢ ἄλλων χρεῶν τὰ χρέη καταθεῖναι, καὶ διαλύσεις ἢ ἀποδείξεις παρ᾽ αὐτῆς λαβεῖν, εἶτα τελευτήσει ἄπορος, ὁ δὲ ἀργυροπράτης ἔλθῃ ζητῶν τὰ ἴδια λαβεῖν, ἡ δὲ γαμετὴ τοῦ τελευτήσαντος ζητεῖ πάλιν ταῦτα κομίσασθαι· ἀναγκάζονται οἱ γεγονότες ὑπεύθυνοι τῷ ἀνδρὶ ἀβλαβῶς καὶ ἀζημίως προκομίζειν ἃς ἔλαβον διαλύσεις παρὰ τῆς γαμετῆς αὐτοῦ ἢ ἀποδείξεις καὶ ἀναλαβεῖν, ἵνα, εἴτε ἐντεῦθεν ὁ ἀργυροπράτης ὀφείληται ἢ οἱ κληρονόμοι αὐτοῦ, περιποιηθῇ τῷ ἀργυροπράτῃ. ἐὰν ἀργυροπράται πρός τινας ἀντισυγγράφους ὁμολογίας ἢ διαλύσεις ἢ οἱασοῦν ἔθεντο συνθήκας ἢ ποιήσωνται, καὶ πάντας κατὰ διαφόρους τρόπους ἀπολέσωσιν, ἀναγκάζονται οἱ ἔχοντες τὰ ἀντισύγγραφα προσκομίζειν[26a]) ἢ ἐν ὑπομνήμασιν ὀμνύειν, ὡς οὐκ ἔχουσιν ἢ οὐ δύνανται προκομίσαι καὶ ἀπολύονται. παράνομα σπούρτουλα[26b]) ἢ δικαστικὰ δαπανήματα οὐ χρὴ τοὺς ἀργυροπράτας ἀπαιτεῖσθαι· ἐπιχώρα (sic)[27]) ταῖς ὡρισμέναις ποιναῖς. τηνικαῦτα κουέστωρ Τριβουνιανὸς ἀπενεμήθη τοῖς ἀργυροπράταις δικαστὴς ἐνάγουσι καὶ ἐναγομένοις[28]). κυροῖ τὰ προνόμια αὐτῶν.

qui ipsi obligati sunt, ac fecerit, ut hi, qui sibi obligati sunt, uxori ipsius praetextu dotis vel parapheruorum (?) vel aliorum debitorum id, quod debetur, persolverint, atque apochas liberatorias vel factae solutionis probationes acceperint, deinde (ipse) in egestate morietur, venerit autem argentarius, qui suum recipere velit, uxor vero defuncti haec (eadem) accipere tentet: ii, qui viro obligati fuerunt, absque ullo damno poenaque eas, quas ab eius uxore acceperunt, apochas vel factae solutionis probationes, proferre et recipere coguntur, ut, sive argentario aliquid exinde debeatur, sive eius haeredibus, id argentario servetur. Si argentarii mutuis syngraphis pacta vel liberationes vel qualescunque conventiones cum quibusdam composuerunt facientve, omnesque diversis modis amittent, hi, qui his contrarias syngraphas habent, eas proferre (?) coguntur, aut in actis iusiurandum dare, se (eas) non habere vel proferre non posse, et absolvuntur. Sportulas legibus contrarias expensasque iudiciales non oportet ab argentariis exigi: alioqui poenis, quae (de hoc) definitae sunt, locus erit. Tunc Tribonianus quaestor argentariis iudex delegatus est, cum conveniunt (aliquem), cumque conveniuntur. Confirmat (autem etiam) eorum privilegia.

V.

Codex Bodlei. 3399. tit. 20. fol. 86.

Ἰουστινιανοῦ ρκβʹ. ρκζʹ. Περὶ τοῦ τους Σαμαρείτας κληρονομεῖν καὶ κληρονομεῖσθαι καὶ τὰ ἄλλα ποιεῖν συναλλάγματα καθὼς πρότερον. Οὐδὲν οὕτω μέγα τῶν ὑπηκόων.

Οἱ Σαμαρεῖται καὶ διαθέσθαι δύνανται καὶ ληγάτα διδόναι καὶ λαμβάνειν καὶ δωρεὰς ποιεῖν καὶ λαμβάνειν καὶ ἄλλως διοικεῖν τὰ περὶ τῶν οὐσιῶν αὐτῶν καὶ ἐλευθεροῦσιν. ἐὰν ἀδιάθετος Σαμαρείτης τελευτήσῃ, καταλιπὼν παῖδας ἢ συγγενεῖς τοὺς μὲν ὀρθοδόξους, τοὺς δὲ Σαμαρείτας, οἱ ὀρθόδοξοι προτιμῶνται, ἐὰν τοῦ αὐτοῦ εἰσι βαθμοῦ, οὐ μὴν μακροτέρου. εἰ δὲ γένοιντο ὀρθόδοξοι οἱ ἀποκλεισθέντες, τὸ μέρος τὸ ἴδιον λαμβάνουσι χωρὶς τῶν ἐν μέσῳ καρπῶν. ἐὰν ὁ διατιθέμενος Σαμαρείτης τοὺς ἀνιόντας ἢ κατιόντας ἔχει Σαμαρείτας, ὡς θέλει, διατιθέσθω· εἰ δέ τινες αὐτῶν ὦσιν ὀρθόδοξοι, οὐ πλέον τῶν βʹ. οὐγκιῶν καταλείψει τοῖς Σαμαρείταις· τὸ δὲ πλέον τοῖς ὀρθοδόξοις. ἐπι[29]) δύναται δὲ ἐξ αὐτῶν ληγατεύειν ὀρθοδόξοις. ἐπιστρέφοντες δὲ ἐξισοῦνται τοῖς ὀρθοδόξοις, ὡς εἴρηται. ἐπὶ τῶν ἐξ ἀδιαθέτου ἁρμόζει κατιοῦσιν αὐτῶν καὶ ἀνιοῦσιν ὀρθοδόξοις δὲ ʼINOFFICIOSO[30])

Iustiniani Nov. 122. 127. De hoc, ut Samaritae haereditates capiant, eorumque haereditates capi possint, et reliquos contractus, ut antea faciant. Nihil ita magni subditorum. Nov. 129.

Samaritae et testamenta facere possunt, et legata dare et capere, et donationes facere et capere, alioque modo ea, quae adb ona ipsius pertinent, administrare, atque etiam (recte) manumittunt. Si Samarita, liberis vel cognatis relictis partim orthodoxis, partim Samaritis, intestatus decesserit, orthodoxi praeponuntur, si eiusdem sunt gradus, non autem remotioris. Sin vero ii, qui exclusi sunt, orthodoxi facti fuerint, portionem capiunt suam absque his, qui medio tempore provenerunt, fructibus. Sin Samarita, qui testamentum facit, ascendentes vel descendentes habet Samaritas, ut velit, testamentum facito. Si vero aliqui ex his orthodoxi sint, non amplius, quam duas uncias Samaritis relinquet; id vero, quod plus est, orthodoxis. Praeterea vero legata orthodoxis ex his relinquere potest. Quodsi (ad orthodoxam ecclesiam) se convertunt, orthodoxis aequiparantur, ut iam dictum est. Circa portionem, quae ab intestato debetur, descendentibus eorum et adscendentibus orthodoxis de inofficioso

25) Legendum παραφέρνων. Ed. 9. cap. 7. προφάσει προικὸς ἢ παραφέρνων. 26a) Leg. προκομίζει. Ed. 9. cap. 7. §. 1. τὰ ἀντισύγγραφα προκομίζειν. Paullo post apud nostrum ἢ οὐ δύνανται προκομίσαι. 26b) Leg. σπόρτουλα. 27) Leg. ἐπεὶ χώρα. 28) Sic interpungendum ex tenore ed. 9. cap. 8. καὶ ἀκροᾶσθαι αὐτῶν κατὰ τὸ τοῦ ἰδικοῦ δικαστοῦ σχῆμα, ἐναγόντων τὲ καὶ ἐναγομένων. 29) Pro ἐπι lego ἔτι. 30) Cod. δε INOFFICIOSO.

ἀδικηθεῖσιν, ὡς ἐοικός, περὶ τὰς διανομὰς ἐν ταῖς διαθήκαις.

(testamento) querela competit, si in distributionibus in testamentis factis iniuriam passi sunt.

VI.

Codex Bodlei. tit. 29. fol. 115.

Nov. 59. *ρκδ'. ρκθ'. Ἰουστινιανοῦ. Περὶ τοῦ τὰς ἀποκαταστάσεις μέχρις ἑνὸς βαθμοῦ κρατεῖν. Τοσοῦτον ἡμῖν φιλανθρωπίας.*

Ἐάν τις διαθέμενος καταλείψῃ τοῖς αὐτοῦ παισὶ πράγματα καὶ ἐξ ἀπαιδίας ὑποκαταστήσῃ, καὶ τελευτήσει ὁ εἷς ἐπὶ παιδί, οὗτος δὲ ὁ τοῦ διατιθεμένου ἔγγονος ἄπαις τελευτήσει, οὐ δύνανται οἱ θεῖοι αὐτοῦ ἐκδικεῖν τὰ πράγματα. ἡ γὰρ τοιαύτη αἵρεσις περὶ τῶν πρώτων εἴρητο. εἰ δὲ καὶ εἴποι, πρᾶγμα μὴ ἐξελθεῖν τῆς αὐτοῦ φαμηλίας καὶ μὴ ἐκποιηθῆναι, δύνανται οἱ παῖδες τὰ πράγματα καταλιπεῖν ταῖς ἑαυτῶν γαμεταῖς, κἂν ὁ πατὴρ αὐτῶν εἶπε, μὴ ἐξελθεῖν αὐτὰ τῆς φαμηλίας αὐτοῦ· ἐπειδὴ καὶ ἡ νύμφη τῆς φαμηλίας αὐτοῦ ἐστι. καὶ ἐπὶ τῆς τοιαύτης δὲ κωλύσεως καὶ ἐξωτικὸς τὰ τοιαῦτα πράγματα καλῶς λαμβάνει, ὅτε πολλῶν παρελθουσῶν διαδοχῶν αὐτὸς δὲ διὰ μέσου ἀνήβου γίνεται κληρονόμος. εἰ δὲ καὶ ἐκποίησιν κωλύει ὁ διαθέμενος, οὐ δύνανται οἱ προεκποιήσαντες ἐγκαλεῖν τοῖς μετ' αὐτοὺς ἐκποιοῦσιν. λέγει δέ, ὅτι ὁ τεστάτωρ συνεχώρησε τοῖς αὐτοῦ παισὶ τὴν **ut legatorum** *ἀσφάλειαν, ἐπαγαγών, ὡς, εἴτις αὐτῶν ἐγχειρήσοι ἀπατῆσαι*[31]*, ἐκπίπτειν τοῦ ληγατευθέντος αὐτῷ.*

124. 129. Iustiniani. De hoc, ut restitutiones usque ad unum gradum valeant. Tantum nobis benignitatis.

Si quis testamento condito liberis suis res reliquerit, et in eum casum, si sine liberis decesserint, substituerit, et unus filio quodam superstite decedet, hic autem, qui testatoris nepos est, sine liberis decedet, patrui eius res vindicare non possunt. Haec enim talis conditio de his, qui primi sunt, dicta erat. Si vero etiam dixerit, rem de sua familia non exire neque alienari, liberi eas res uxoribus suis relinquere possunt, etiamsi pater eorum eas de familia sua non exire dixerit: siquidem et nurus de eius familia est. Atque etiam in tali prohibitione extraneus quoque tales res recte capit, cum, multis successionibus interpositis, ipse per medium pupillum haeres fit. Si vero is, qui testamentum fecit, alienationem quoque prohibet, hi, qui antea (eas res) alienarunt, eos, qui post ipsos alienant, reprehendere non possunt. Dicit autem, testatorem liberis suis satisdationem *ut legatorum* remisisse, si adscripserit, ut, si quis eam petere tentaverit, rebus ipsi legatis excidet.

VII.

Ibidem tit. 30. fol. 124.

Nov. 118. *Διάταξις τῆς α'. νεαρᾶς Ἰουστινιανοῦ.*

Παίδων μὴ ὄντων οἱ ἀνιόντες, [καὶ][32] *οἱ πλησιάζοντες τῷ τελευτήσαντι, καλοῦνται, καὶ μετ' αὐτῶν μόνοι τῶν ἐκ πλαγίου ὁμοπάτριοι ἢ ὁμομήτριοι*[33] *ἀδελφοὶ τοῦ τελευτήσαντος, εἰ δὲ πολλοὶ ὦσι τοῦ αὐτοῦ βαθμοῦ, ἐξίσης κληρονομοῦσι, τουτέστιν οἱ πρὸς πατρὸς τὸ ἥμισυ καὶ οἱ πρὸς τῇ μητρὶ τὸ ἥμισυ. καὶ οἱ ἐξ ἑκατέρου γονέως ἀδελφοὶ τοῦ τελευτήσαντος μετὰ τῶν πλησιαζόντων γονέων καλοῦνται ἰν κάπητα, τουτέστιν ἐξ ἴσου εἰς τὰ ὑπόντα πρόσωπα, μὴ δυναμένου τοῦ πατρός, ἔνθα μετὰ τῶν παίδων καλεῖται, χρῆσιν ἐπιζητεῖν τοῦ ἁρμόζοντος αὐτοῖς μέρους. ἀντὶ γὰρ τῆς χρήσεως μέρος λαμβάνει τῆς κληρονομίας. ἐὰν μὴ ὦσι κατιόντες ἢ ἀνιόντες, οἱ ὁμοπάτριοι καὶ ὁμομήτριοι ἀδελφοὶ καλοῦνται, καί, τούτων μὴ ὑπόντων, οἱ ἐξ ἑνὸς γονέως ἀδελφοὶ τοῦ τελευτήσαντος. καλοῦνται δὲ οἱ ἀδελφόπαιδες μετὰ τῶν ἰδίων θείων, καί, ὁσοιδήποτε ἂν*

Constitutio primae Novellae Iustiniani.

Si liberi non sunt, adscendentes, et hi quidem, qui proximiore gradu cum defuncto coniunguntur, vocantur, cumque his soli ex iis, qui ex latere cognati sunt, fratres defuncti, qui eundem patrem eandemque matrem (?) habent; si vero multi eiusdem gradus sunt, ex aequis partibus haeredes fiunt, hoc est, qui ex paterna linea sunt, dimidiam partem accipiunt, qui ex materna, (alteram) dimidiam. Atque hi, qui ex utroque parente defuncto fratres sunt, cum parentibus proximioribus in capita vocantur, hoc est, in aequas partes secundum personarum, quae subsunt, numerum, ita tamen, ut pater, ubi cum liberis vocatur, usumfructum portionis, quae ipsis competit, petere non possit. Nam pro usufructu portionem haereditatis capit. Si descendentes vel adscendentes non adsunt, fratres, qui ex eodem patre eademque matre nati sunt, vocantur, atque, si hi non subsint, fratres defuncti ex uno parente vocantur. Vocantur autem fratrum filii cum patruis suis, et, quotcunque sunt, tan-

---

31) Leg. *ἀπαιτῆσαι.* 32) Vox *καὶ* sententiam loci aliquantulum pervertit ideoque uncis inclusa est.
33) Legendum *οἱ ὁμοπάτριοι καὶ ὁμομήτριοι ἀδελφοὶ τοῦ τελευτήσαντος.*

ὦσι, λαμβάνουσιν, ὅσον, εἰ περιῆν ὁ πατὴρ αὐτῶν, ἐλάμβανε. καὶ οἱ μὲν[34]) οἱ περιόντες ἀδελφοὶ τοῦ τελευτήσαντος ὁμοπάτριοι καὶ ὁμομήτριοι αὐτοῦ ἦσαν, ὁ δὲ τελευτήσας ἐξ ἑνὸς μόνου γονέως, οἱ ἀδελφοὶ μόνοι κληρονομοῦσι, τῶν ἀδελφοπαίδων ἀποκλειομένων. εἰ δὲ τοὐναντίον ὁ μὲν τελευτήσας ὁμοπάτριος καὶ ὁμομήτριος ἦν, οἱ δὲ περιόντες ἀδελφοὶ ἐξ ἑνὸς μόνου γονέως, οἱ ἀδελφόπαιδες κληρονομοῦσι, τῶν ἀδελφῶν ἀποκλειομένων, κἂν οἱ μέν εἰσι γ'. βαθμοῦ, οἱ δὲ β'· μόνοι δὲ τῶν ἐκ πλαγίου ἀδελφόπαιδες ἀναβαίνουσιν εἰς τὴν τάξιν τοῦ πατρὸς αὐτῶν. ἐὰν γὰρ ὦσι γονεῖς καὶ ἀδελφοὶ τοῦ τελευτήσαντος, ἀποκλείονται οἱ ἀδελφόπαιδες αὐτοῦ· μὴ ὑπόντων δὲ γονέων, οἱ ἀδελφόπαιδες κληρονομοῦσι μετὰ τῶν ἀδελφῶν τοῦ τελευτήσαντος, προτιμώμενοι τῶν θείων αὐτοῦ, κἂν οἱ θεῖοι τοῦ τελευτήσαντος καὶ οἱ ἀδελφόπαιδες γ'. βαθμοῦ[35]) εἰσίν.

tam partem accipiunt, quantam pater eorum, si superesset, accepisset. Ac, siquidem fratres defuncti, qui supersunt, cum ipso ex patre et matre coniuncti erant, is vero, qui defunctus est, ex uno parente solo, fratrum filiis exclusis, fratres soli haeredes fiunt. Si vero ex contrario is, qui defunctus est, ex patre et matre cognatus fuit, ii autem, qui supersunt, fratres ex uno parente solo, fratrum filii soli haeredes fiunt, fratribus exclusis, etsi hi quidem tertii gradus sunt, illi autem secundi. Ex his autem, qui ex latere cognati sunt, soli fratrum filii in patris sui locum succedunt. Nam si parentes et fratres defuncto sint, filii fratrum eius excluduntur; si vero parentes non subsint, filii fratrum cum defuncti fratribus haeredes fiunt, ita ut patruis suis praeferantur, etsi patrui defuncti et fratrum filii tertii gradus sint.

VIII.

Codex Bodlei. 3399. tit. 31. fol. 129.

ρνε'. Περὶ τοῦ δύνασθαι τοὺς παῖδας κατὰ τῶν ἐπιτροπευόντων αὐτῶν γονέων ἀποκαθίστασθαι. Ἱκετηρίαν ἀνέτεινε Μάρθα τῷ ἡμετέρῳ κράτει.

Ἐὰν γυνὴ τῶν ἑαυτῆς ἐπιτροπεύουσα παίδων προβάληται τῆς δευτέρας αὐτῶν ἡλικίας κηδεμόνα, καὶ παρασκευάσῃ πρὸς αὐτὴν διαλύσασθαι περὶ τῶν ἐπιτροπικῶν λόγων, οὕτω τὲ δευτέροις προσομιλῆσαι[36]) γάμοις, δύνανται οἱ παῖδες, μήπω τῆς νομίμης ἡλικίας γενόμενοι, κατ' αὐτῆς ἀποκαθίστασθαι. τὸ αὐτὸ καὶ ἐπὶ πατρώνων ἐπιτροπευόντων τῶν ἰδίων ἀπελευθέρων. χρὴ φυλάττεσθαι τοῖς γονεῦσι τὴν ὀφειλομένην παρὰ τῶν παίδων αἰδῶ τε καὶ θεραπείαν, ἐν ᾧ μὴ βλάβη παρ' αὐτῶν κατὰ τῶν παίδων γένηται. τῶν δὲ ἐκ τοῦ προτέρου γάμου παίδων περιορᾶν οὔτε ὅσιον, οὔτε προσῆκον, τὰ ἐκ πατρῴας περιουσίας εἰς αὐτοὺς ἐρχόμενα τὰς μητέρας δύνασθαι κερδαίνειν, ἢ τῶν δευτέρων ἀνδρῶν ἢ τῶν ἐξ αὐτῶν τεχθέντων ταῦτα ποιεῖσθαι. κατὰ μίμησιν δὲ τῶν ἄλλων ἐπιτρόπων ἐν τῷ καιρῷ τῆς προβολῆς ἀναγκάζεται κατατίθεσθαι, μὴ ἐᾶν ἀδεφενδεύτους τοὺς παῖδας, καὶ τοῖς ἐπιτροπικοῖς ἐνδέχεται[37]) λογισμοῖς· καὶ εἴπερ ἕτερον βουληθείη τοῖς παισὶ προβάλλεσθαι κηδεμόνα, οἰκείῳ κινδύνῳ καὶ τῶν ὑπαρχόντων αὐτῇ τοῦτο πράττειν ἀναγκάζεται.

155. De hoc, ut liberi adversus parentes, qui eorum tutelam administrant, in integrum restitui possint. Manum supplicem Martha maiestati nostrae porrexit. Nov. 155.

Si mulier, quae liberorum suorum tutelam gerit, secundae eorum aetatis curatorem designaverit, ac fecerit, ut secum de rationibus tutelaribus transactiones fiant, et sic ad secundas nuptias transierit, liberi, qui nondum legitimam aetatem attigerunt, adversus eam in integrum restitui possunt. Idem et in patronis obtinet, qui libertorum suorum tutelam gerunt. Oportet servari parentibus debitam a liberis reverentiam officiumque, dummodo ne liberis damnum ab his inlatum sit. Liberos autem, qui ex priori matrimonio nati sunt, negligere nec fas est, nec (pietati) convenit, ea, quae ex paterna substantia ad ipsos perveniant, a matribus lucrifieri posse, aut ad secundos viros vel hos, qui ex his nati sunt, transferri. Ad instar reliquorum tutorum tempore, quo designatur, deponere cogitur, se liberos indefensos non esse relicturam, et rationibus (?) tutelaribus obnoxia est; ac si quidem alium liberis tutorem (curatoremve) designare velit, hoc suo periculo substantiaeque suae facere cogitur

IX.

Ibidem.

ρνη'. Πότε ὁ μὴ ἀδιτεύων κληρονόμος τὸ δίκαιον τῆς ἀδιτιόνου[38]) καὶ δύναται τοῖς ἰδίοις παραπέμπειν διαδόχοις. Δέησις ἡμῖν ἀνεγνώσθη Θέκλης τῆς καὶ Μάνου.

158. Quando haeres, qui haereditatem non adit, ius aditionis ad suos quoque haeredes transmittere possit. Preces nobis recitatae sunt Theclae, quae et Manno dicitur. Nov. 158.

---

34) Pro οἱ μὲν legendum εἰ μέν. 35) Codex βαθμον. 36) Codex προσομιλῆσαι. 37) V. Cl. Pomnitz recte scribit ἐνέχεται 38) Codex ἀδιτιόνος.

Ὁ Θεοδόσιος νόμος ὁ διαγορεύων τὸν οὔπω γενόμενον ἑπτὰ ἐτῶν μὴ δύνασθαι τὸν μητρῷον οἰκειοῦσθαι κλῆρον, εἰ μὴ ἐπίτροπον ἔχοι, ἀλλὰ τελευτήσαντος αὐτοῦ ἐπ' ἐκείνους φέρεσθαι τοῦτον, οἷς ἁρμόζειν ἤμελλεν, εἰ μὴ πρὸς τὸν κλῆρον ὁ τελευτήσας ἄνηβος ὑπὸ τῶν νόμων ἐκλήθη, τότε χώραν ἔχει, ἡνίκα παρῴχηκεν ἐνιαυτὸς καὶ οὐκ ἠδίτευσεν ὁ ἄνηβος. εἰ μέντοι ἐνιαυτοῦ γε δαψιλευομένου, πρὶν πληρωθῆναι τὸν χρόνον τῆς διασκέψεως, ὁ κληρονόμος ἐτελεύτησε, καλῶς κατὰ τὴν Ἰουστινιανοῦ διάταξιν τὸ δίκαιον τῆς ἀδιτιόνος παραπέμπει τοῖς αὐτοῦ κληρονόμοις. Βασιλεύοντος Ἰουστινιανοῦ ἔτους ιγ'.

Theodosii lex, quae ab eo, qui septimum annum nondum attigerit, nisi tutorem habeat, maternam haereditatem acquiri non posse sancit, verum ipso defuncto hanc ad illos ferri constituit, quibus competeret, nisi pupillus defunctus a legibus ad haereditatem vocatus fuisset, tunc locum habet, cum annus praeteriit, neque pupillus adiit. Quodsi, anno adhuc suppetente, priusquam deliberandi tempus praeterierit, haeres defunctus est, recte secundum Iustiniani constitutionem aditionis ius ad haeredes suos transmittit. ***Imperii Iustiniani anno 13.***

ADDENDA ET CORRIGENDA.

Pag. VI. lin. 16. Pro *ἐπιτομὴ τῶν μετὰ τὸν κώδικα νεαρῶν διατάξεων κατὰ τίτλους συγκειμένη* V. Cl. *Eduardus Zachariaeus*, litteris ad me datis, legendum esse docuit *ἐπιτομὴ τῶν μετὰ τὸν κώδικα νεαρῶν διατάξεων κατὰ τίτλους συγκειμένων.* Non repugno. Tunc sic Latine tota res reddetur: *epitome post Codicem Novellarum constitutionum in titulos distributarum* et caet.

Pag. XVIII. lin. 15. De hac *παρατίτλων* definitione V. Cl. *Eduardo Zachariaeo*, ut litteris ad me datis em docuit, mecum convenit; de *Matthaei monachi* loco, quem l. l. not. 4. attulimus, interpretando non item. Namque vocem *παραλελειμμένων* de his, quae *praeterita praetermissare* sunt, interpretatur, eamque interpretationem paratitlorum, quae *Prochiro aucto* adiecta sunt, exemplo defendere conatur. Paratitlorum notionem enim aliam aliis temporibus fuisse. Ego, qui meam qualemcunque opinionem tueor, non video, quare hoc interpretationis genus recipiamus. Primum enim vox *παραλελειμμένων* eam, quam posui, sententiam habere potest, dummodo ad ea, quae ex iisdem, quibus paratitla addita sunt, legum libris ad eam, qua de agitur, rem praetermissa sunt, referatur. Deinde *Matthaeus monachus* haec, cum de Iustiniani libris ageret, adnotare voluit. Itaque satis apparet, iam non suis temporibus quae paratitlorum notio fuerit, ab hoc scriptore exponi, sed totam hanc rem ad Iustiniani tempora pertinere.

Pag. XXXI. lin. 5. *Psellus in epistola de Novellis Iustiniani.*] Hunc libellum Pselli non esse nuper contendit V. Cl. *Carolus Witte* in libro: *Kritische Jahrbücher für deutsche Rechtswissenschaft* ed. Richter. Monat Mai S. 392. Caussas, quare id ita esse crediderit, expromere alienum est ab hoc loco, ut quod alienissimum.

Ibidem. Ad haec, quae in nota 3. de *πλάτους* notione attulimus, addendus nunc est alius *Theodori Balsamonis* locus, qui ad Photii nomocan. tit. I. cap. 34. in bibliotheca iuris canonici p. 856. sic habetur: *ἡ δὲ β'. διάταξις τοῦ α'. τίτλου ἐστὶ νεαρὰ Ἰουστινιάνειος ρκγ'., καὶ ἐτέθη εἰς βιβλίον τῶν βασιλικῶν γ'. τιτλ. α'. κεφ. λη'. οὕτως ἔχον· „τοὺς „ἐναπογράφους ἐν αὐταῖς μόνον ταῖς κτήσεσιν, ἐν αἷς „εἰσὶν ἐναπόγραφοι, κληρικοὺς καὶ παρὰ γνώμην τῶν „δεσποτῶν γίνεσθαι συγχωροῦμεν, ἐφ' ᾧ μέντοι ὥστε „κληρικοὺς αὐτοὺς γινομένους τὴν ἐπικειμένην αὐτοῖς „γεωργίαν πληροῦν.“ πλὴν γίνωσκε, ὅτι αὕτη ἡ νεαρὰ ἡ περὶ τῶν ἐναπογράφων ἄλλως εἶχε πρὸ τοῦ συντεθῆναι τὸ πλάτος τῶν νεαρῶν, καὶ ἄλλως ἐγράφη εἰς τὸ πλάτος καὶ μετετέθη εἰς τὰ βασιλικά. πρότερον μὲν γὰρ καπιτιῶνος τε ἐμέμνητο ἤτοι κεφαλιτιῶνος, ὅτι καὶ καπίτους ἡ κεφαλὴ κατὰ Λατίνους λέγεται, καὶ δι' ὑποκαταστάτων λειτουργεῖν τοὺς ἐναπογράφους διωρίζετο. εἰς δὲ τὸ πλάτος καὶ εἰς τὰ βασιλικὰ τὸ ἓν ἐξ αὐτῶν ἤτοι τῆς κεφαλιτιῶνος οὐκ ἐτέθη.* Quod hoc loco de *πλάτους* natura Theodorus memoriae prodidit, verendum est, ne ex male intellectis Photii verbis prodierit. Sic enim Photius l. l. p. 855.: *ἡ δὲ ις'. διατ. τοῦ αὐτοῦ τίτ. (τοῦ γ'. τιτλ. τοῦ α'. βιβλ. τοῦ κωδ.) καὶ ἡ β'. τοῦ α'. τίτ. τῶν νεαρῶν φησὶ τοὺς ἐναπογράφους καὶ ἀκόντων τῶν δεσποτῶν ἐν ταῖς κατ' αὐτοὺς κτήσεσιν χειροτονεῖσθαι, ἐφ ᾧ διὰ τῶν δεσποτῶν τὴν καπιτιῶνα συντελεῖν καὶ διὰ ὑποκαταστάτων λειτουργεῖν.* Quod Photius utrique legi, hoc est const. 16. Cod. I. 3. et Nov. 123. tribuit, hoc idem Balsamon, qui constitutionem Codicis ne legit quidem, cum nec in Basilicis posita sit, soli Novellae 123. tribuere voluit. Iam de capitatione et *γεωργίας* per substitutas personas agnitione ipsa const. 16. Cod. I. 3. loquitur his verbis: „*Imperatores Honorius et Theo-* „*dosius Augusti Anthemio P.P.* Quisquis „censibus fuerit adnotatus, invito agri domino, „temperet ab omni clericatu: adeo ut, etiamsi in „eo vico, in quo noscitur mansitare, clericatus „fuerit, sub hac lege religiosum adsumat sacerdo- „tium, ut et *capitationis sarcinam per ipsum do-* „*minum agnoscere compellatur*, et *in ruralibus ob-* „*sequiis, quo maluerit, subrogato utatur* —.“ De *capitatione* vero et *substitutis personis* nihil quicquam in Nov. 123. cap. 17. habetur, nec sane fieri potest, ut huius Novellae contextum ullo unquam tempore aliter sese habuisse credamus. Nihil enim de hac re nec Athanasius tit. 1. const. 2., nec denique vetus Novellarum interpres, quem quidem vulgatae versionis auctorem esse adfirmant. Ex his testimoniis satis, opinor, de Balsamonis errore eiusque fonte constabit. Itaque multum abest, ut Theodoro in hac re fides constet, ut manifestum potius negligentiae suae incuriaeque ipse perhibeat testimonium. Quod igitur Novellam 123., antequam in ea collectione, quae *τὸ πλάτος τῶν νεαρῶν* vocatur, aliter habuisse affirmavit, hoc ad nostram disputationem non pertinet. Caeterum et ex hoc loco satis apparet, *τὸ πλάτος τῶν νεαρῶν* quasi quandam pecu-

liarem Iustinianarum Novellarum collectionem a Theodoro Balsamone demonstrari. — Hunc Balsamonis locum, qui me, dum omnes iurisprudentiae Graecae angulos anquiro, nescio quo casu fugerat, vir doctissimus *Carolus Witte* mihi indicavit, quem tamen de *πλάτους* notione aliter censuisse video in libro: ***Kritische Jahrbücher für deutsche Rechtswissenschaft, herausgegeben von Richter.*** **1837.** Monat Mai. S. 391.

Pag. XXXII. lin. **25.** De ecloga Leonis et Constantini quae a me proposita est opinio, et nunc, dum singula perlustro, mihi placet, sed paucis mutatis. Nam, ut vir praestantissimus *Zachariaeus* me admonuit, mensis Martius anni post orbem conditum 6248. secundum vulgarem Graecorum tempora computandi rationem in annum 740. post Christum natum incidit. Ergo nec satis cum indictione 9., quae a mense Septembri 740. usque ad mensem Septembrem 741. extenditur, conveniet. Mirum tamen, quod eandem et anni post orbem conditum et mensis et indictionis designationem et alii iique pervetusti eclogae codices manuscripti praeferant. Sic certe codex antiquissimus, qui inter Graeca bibliothecae Laurentianae exemplaria plutei IX. est codex 8., et codex Rawlison 158., quem Zachariaeus saeculi XI. esse iudicavit. Vide *τὸν πρόχειρον νόμον* edid. *Zachariaeus* proleg. cap. II. §. 5. p. XXIV. et p. 333. Ego ut hanc quaestionem de mea virique mihi amicissimi Zachariaei sententia paucis decidam, ad Theophanis chronographiam confugiendum arbitror. Is scriptor non sane contemnendus duo annos post orbem conditum computandi rationes Graecis in usu fuisse affirmat, alteram Romanam, alteram Alexandrinam. Hanc veriorem esse ipse memoriae prodidit. Sic enim p. **117.**: *τοῦτο δὲ τὸ ἔτος, ἐν ᾧ Ζήνων τέθνηκε καὶ Ἀναστάσιος ἐβασίλευσεν, ἀπὸ Ἀδὰμ μὲν κατὰ Ῥωμαίους ͵επϟθ'., κατὰ δὲ τὴν ἀκιρβῆ καὶ ἀληθινὸν ψῆφον Ἀλεξανδρέων ͵ε[illegible]πγ.', ἀπὸ δὲ τῆς ἀρχῆς Διοκλητιανοῦ σζ'., τῆς θείας σαρκώσεως υπγ'. ινδ'. ιδ'. ἐστέφθη δὲ Ἀναστάσιος τῇ προγεγραμμένῃ ιδ'. ἰνδικτ. μηνὶ Ἀπριλ. ιδ'. ἡμέρᾳ πέμπτῃ τῇ μεγάλῃ τοῦ πάσχα.* Hic est annus post Christum natum **491.**, ut Pagius in Critica ad Baronium tom. II. p. 439. docuit. Ergo Alexandrini sedecim annis posterius, quam Romani, orbem conditum esse arbitrati sunt. Hanc eandem opinionem idem Theophanes duobus locis confirmat. Sic enim p. **345.** ad Leonis Isauri annum **24.**: *ἔτος ἦν ἀπὸ κτίσεως κόσμου κατὰ Ῥωμαίους ͵ςσμη'. ἀπὸ Ἀδάμ, κατὰ δὲ Αἰγυπτίους ἤγουν Ἀλεξανδρεῖς ͵ςσλβ'., ἀπὸ δὲ Φιλίππου τοῦ κατὰ Μακεδόνας ͵αξγ'. ἐβασίλευσεν οὖν Λέων ἀπὸ κε'. τοῦ Μαρτίου μηνὸς τῆς ιε'. ἰνδικτιῶνος ἕως μηνὸς Ἰουνίου ιη'. τῆς θ'. ἰνδικτιῶνος.* Hic est annus post Christum natum **741.**, ut ex indictione 9. satis constat. Denique codex Vaticanus, qui numero **154.** signatus est, auctore Goario in notis ad Theoph. p. **545.** inscriptionem chronici, quo de agitur, sic exhibet: *ἀπὸ ͵εψοζ'. ἔτους τοῦ κόσμου ἕως ͵ςτε'. ἔτους κατὰ τοὺς Ἀλεξανδρεῖς, κατὰ δὲ Ῥωμαίους ͵ςτκα'.* His quasi cuiusdam fundamenti loco positis, dispiciendum est, a quo tempore Graeci, qui his temporibus vixerunt, annum connumerare coeperint. Enimvero mensem Septembrem pro anni cuiusque initio fuisse satis constat. Ipse enim Theophanes annum a mense Septembri connumerare voluit, quod ex uniuscuiusque anni in chronographia notati significatione facile constat. Eadem annum computandi ratio apud Athanasium tit. **20.** const. **1.** habetur. Ut proinde, quod indictionis cuiusque initium fuisse videmus, idem in anni computatione omnium omnino consensu receptum videatur esse. Vide Bieneri historiam Novellarum p. **505.** Iam si quae dubitatio supererit, haec chartis Graecis, quas Montefalconius in palaeographiae Graecae lib. 6. publici iuris fecit, tolletur, quae quidem omnes Romanam annos ab orbe condito numerandi rationem praeferunt. Inter eas, quae tertio loco habetur, p. **400.** sic habet: *μηνὶ Μαΐῳ ἰνδ. η'. τοῦ ἔτους ͵ςχλη'.* Iam octava indictio teste Pagio l. l. tom. IV. p. **461.** inde a mense Septembri anni post Christum natum **1129.** usque ad Septembrem **1130.** pertinuit. Ergo hoc diploma anno **1130.** editum est. Quod vero quarto loco habetur, hanc habet anni designationem p. **402.**: *κατὰ τῆς ἐνισταμένης ἐννάτης ἰνδικτιῶνος τὸν Σεπτέμβριον μῆνα ͵ςχλθ'.* Iam cum nona indictio a Sept. **1130.** ad Sept. **1131.** currat, satis constabit anno p. o. c. **6639.** annum Christi **1130.** significari. Reliqua praetereo, ne longus sim. — Denique dispiciendum est, quare anni ab orbe condito computati, qui in ecloga Leonis et Constantini habentur, satis videantur ad 9. indictionem convenire. Enimvero haec Iconoclastarum temporibus consuetudo obtinuit, ut, duobus annis in unum contractis, annos ab orbe condito uno minus computarent. Quod quale sit, nunc explicandum est. Theophanes in chronographia singulos annos ad Alexandrinorum consuetudinem exprimere voluit. Is, ut ex pag. **117.** videre licet, vulgarem methodum secutus, mensem Martium ind. 3. anni ab orbe condito **6212.** in annum quartum imperii Leonis incidere p. **335.** docuit. Designatur annus post Christum natum **720.** Porro, quod Leonis uxor mense Octobri anni post Christum natum **718.** coronata est, idem p. **335.** anno imperii tertio, mundi **6211.** accidisse refert. His et illud consentaneum est, quod aestatem nonae indictionis cum decimo imperii anno p. **338.** coniunxerit. Cumque imperator Leo iam anno imperii nono iconas tollere destinasset, decimus imperii annus duas indictiones complectitur, hoc est, nonam decimamque. Nam, quae die **18.** mensis Octobris decimae indictionis gesta sunt, idem Theophanes p. **339.** in annum decimum imperii Leonis incidere docuit. Ex hoc tempore Theophanes et annos mundi et annos imperatorum uno minus enumeravit. Sic p. **342.**, quae die septimo mensis Ianuarii indict. **13.** (hoc est anno post Christum natum **730.**) gesta sunt, anno imperii Leonis decimo tertio adsignavit. Sic p. **345.** annum vicesimum quartum imperii Leonis ind. **9.** cum anno mundi **6248.** secundum Romanos, **6232.** secundum Alexandrinos composuit, eoque [illegible] ipsum adeo imperatorem mortuum esse retulit. Alia eius rei

vestigia habentur apud eundem scriptorem p. 347., ubi mensem Iunium indict. 10. cum anno mundi 6233. composuit; p. 353., ubi annum mundi 6236. cum anno quarto imperii Constantini composuit; p. 366., ubi annum mundi 6256. cum anno 24. imperii Constantini coniunxit; p. 377., ubi annum mundi 6267. cum mense Septembri decimae quartae indictionis et anno 35. imperii Constantini conglutinavit. Post haec Theophanes, nisi fallor, in viam rediit; siquidem p. 379. diem Paschae decimae quartae indictionis anni 1. imperii Leonis cum anno 6268. coniunxit; p. 381. mensem Februarium indict. 3. anni quinti imperii Leonis cum anno mundi 6272. copulavit; p. 383. mensem Septembrem quartae indictionis anni primi imperii Constantini cum anno mundi 6273. coniunxit; p. 385. menses Maium Augustumque septimae indictionis cum quarto imperii Constantini anno composuit; p. 389. mensem Septembrem decimae indictionis cum septimo imperii anno copulavit; p. 391. mensem Novembrem duodecimae indictionis cum nono imperii anno contulit; denique p. 393. mensem Septembrem Octobremque decimae quartae indictionis cum anno mundi 6283. copulavit. Reliqua deinceps suo quaeque anno disposuit. Ex his, quae disputavimus, duo sunt, quae recte colligantur. Primum enim, quae ad Alexandrinam computandi rationem direximus, ea si ad Romanam transferamus, eclogae Leonis et Constantini fides constabit, quae mense Martio indict. 9. anno post orbem conditum 6248. edita esse perhibeatur. Deinde annum, qui a mense Septembri 740. post Christum natum usque ad mensem Septembrem anni insequentis pertinuit, apud Romanos numero 6248. signatum esse constabit, apud Alexandrinos 6232. Ex his emendanda sunt, quae vir praestantissimus *Carolus Witte* in censura *τῶν ῥοπῶν* edit. Zachariaei protulit. Vide librum: *Hallische Allgemeine Literaturzeitung.* April 1837. S. 470.

Ibidem lin. 37. Qui ex ecloga loci a me allati sunt, eos non ex pura puta ecloga, verum ad prochiron Basilii Macedonis interpolata haustos esse V. Cl. *Zachariaeus* me admonuit. Ego hac de re deliberandum arbitror, donec ecloga ab eodem viro doctissimo in integrum restituta publici iuris facta sit. Idem dicendum est de his, quae V. Cl. *Witte* in censura *τῶν ῥοπῶν* ed. Zachariaei l. l. p. 471—472. protulit.

Pag. XXXIII. lin. 10. Pro *779.* lege *879.*

— — lin. 11. Pro *770.* lege *870.* Idem error paullo post redit.

— — lin. 16. Hoc prochiri genus, quod in codice bibliothecae Senatus Lipsiensis inter repositorii primi codices numero 66. relato habetur, nunc a V. Cl. *Eduardo Zachariaeo* descriptum est in libro: *ὁ πρόχειρος νόμος* (Heidelbergae 1837.) proleg. cap. VIII. p. CLV—CLXXXV.

Pag. XXXVIII. lin. 37. Pro his, quae usque ad p. XXXIX. lin. 5. habentur, haec reponenda sunt: In genuino prochiri contextu, quem V. Cl. *Eduardus Zachariaeus* ante paucos menses edidit, haec ex Athanasiano libro recepta sunt: Tit. 16. cap. 12. Incipit *ὁ τὴν ἰδίαν συγγραφήν.* Desinit *ὅρκῳ τοῦ ἀντιδίκου.* Haec ex Athan. tit. 9. const. 2. deducta sunt. Reliqua Athanasii fragmenta, quae in *prochiron auctum* migrarunt, in genuino prochiri contextu plane desiderantur.

Pag. LI. lin. 20. Pro numero *3390.* legendum est *3399.*

Pag. LXXXV. lin. 39. Pro *eius, qui —, corporis* lege *eius, quod —, corporis.*

Pag. 3. lin. 38. *καὶ Εὐτροπίου*] De hoc loco lege, quae prolegmenῶν cap. V. p. LXXXI. diximus.

Pag. 5. lin. 5. Pro *τοῦ χειροτονοῦντος ἐπίσκοπον* legendum est *τοῦ χειροτονοῦντος ἐπισκόπου.* Hoc certe et Novellae 123. tenor exigit, et Fabroti Leunclavique exemplaribus confirmatur. Vide not. 94. Ego versionem Latinam ad hanc scripturam tacito accommodaveram. De hoc errore me admonuit *Steinackerus,* dulce decus columenque meum.

Pag. 8. lin. 15. *τοῦ η'. ἔτους*] De hoc loco vide, quae prolegomenῶν cap. V. p. LXXXII. et seq. diximus.

— — ibidem *χειροτονείσθω* [*ἐπίσκοπος*]. De hoc loco lege, quae prolegomenῶν cap. V. p. LXXXIII. adnotavimus.

— — lin. 19. Post vocem *συνοικήσασα* punctum ponendum est. Contra post voces *εἴτις τοῦ* punctum delendum est.

Pag. 9. lin. 1. Pro *ambeat* legendum est *ambiat.* Idem mendi genus lin. 15. occurrit ubi *ambiunt* scribendum est.

— — not. 55. ad finem. Pro *vide not. 65.* legendum *vide not. 66.*

Pag. 57. lin. 1. *τὸν τούτων ἡγούμενον Ἰουστινιανὸν κοιαίστορα exercitu προσαγορεύουσα*] Pro *Ἰουστινιανὸν* V. Cl. *Witte* in libro: *Kritische Jahrbücher für deutsche Rechtswissenschaft, herausg. von Richter.* Fünftes Heft. Monat Mai. p. 394. scribi voluit *Βόνον.* Quae coniectura et a cod. ms. fide abit, et sic videtur esse parum necessaria, si vocem *Ἰουστινιανὸν* adiectivi nomine cum voce *κοιαίστορα* coniungamus. Vide Tanneberg ad Psellum de Novellis Iustiniani p. 23. not. *h.*

Pag. 93. lin. 11. Pro verbis *εἰ δὲ ὀρθόδοξος εἰς βουλευτικὴν ταξεωτικὴν* legendum est cum Codice *εἰ δὲ ὀρθόδοξος εἰς βουλευτικὴν ἢ ταξεωτικήν.* Vox *ἢ* typographi errore excidit. Latina versio ad Codicis auctoritatem expressa est.

Pag. 116. lin. 28. *τοὺς ἐπὶ ἑκαστέρω τοῦ τρίτου βαθμοῦ*] Haec nos ex V. Cl. *Stallbaumi* emendatione. Codex habet *ἐπὶ κάσου* pro *ἐπὶ ἑκαστέρω τοῦ.* Exinde V. Cl. *Pomnitz* legendum censet *τοὺς ἐπέκεινα τοῦ τρίτου βαθμοῦ.* Optime. Athan. tit. 11. const. 4. *σημείωσαι, ὅτι καὶ ὁ πάππος καὶ οἱ ἐπέκεινα ἀνιόντες δύνανται τοὺς κατιόντας αὐτῶν ἐπιδιδόναι τῷ βουλευτηρίῳ.*

Pag. 182. not. 55. lin. 3. Pro his: *nam anno 586. haec lex antiquior est* legendum est: *nam anno 536. haec lex antiquior non est.*

Pag. 193. lin. 25. Post vocem *πολλάκις* comma delendum videtur esse.

Pag. 194. lin. 1. Lege αἱ περιουσίαι pro οἱ περιουσίαι.

Pag. 202. lin. 18. Theodorum Hermopolitanum σχολαστικὸν fuisse, ex codicis Bodleiani numero 173. signati testimonio non improbabiliter demonstrari potest. Nam secunda pars huius libri, quae foliis 195 membranaceis constat, habet fragmentum quoddam ex Theodori ad Iustinianum Codicem commentariis haustum: ἐκ τοῦ γ'. βι. τοῦ κώδ. Θεοδώρου σχολαστικοῦ τί. ϛ'. διατ. α'. μὴ κολαζέσθω ὁ ὑβρίζων. Qui Theodorus si idem atque Hermopolitanus fuisse credendus sit, de ea, quam supra posuimus, re facile constare poterit. Atque hoc quidem ita esse ut nobis persuadeamus, facit Theodori Hermopolitani auctoritas, cuius de Iustiniani Codice librum videmus a posteriorum temporum iureconsultis usurpatum fuisse manibusque tritum, praesertim cum alium inauditum sit Theodori nomine fuisse quemquam, qui de hoc libro commentarios composuerit. Nec denique tacito praetereundum est, quod hoc *Theodori* fragmentum inter media *Stephani*, qui de Pandectis Iustiniani librum edidit, fragmenta habeatur. Vide Zachariaei librum: ὁ πρόχειρος νόμος p. 283.

Pag. 211. C. Nunc haec ex editione prochiri Basiliani a V. Cl. *Eduardo Zachariaeo* confecta emendare licebit. Locus prochiri, ubi Theodori summa Nov. 118. habetur, est tit. 30. §. 2—10. ed. Zach. p. 158—161. Notabo autem hic varietatem lectionis, si quid a fide codicis Senatorii Lipsiensis abit. Anecd. p. 253. lin. 14. Pro ἀπροσπορίστων proch. habet πορισθέντων. — Lin. 24. Pro ἐὰν proch. ἐὰν ὁ. — Lin. 24. Vox προτελευτήσαντος post παιδὸς in proch. deest. — Lin. 26. *in stirpes*] proch. λαμβάνοντες εἴ τι ἤμελλε λαμβάνειν, εἰ περιῆν ὁ πατὴρ αὐτῶν. — P. 254. lin. 1. proch. γάρ εἰσι. — Lin. 2. Vox τοῦ ante βαθμοῦ deest in proch. — Lin. 17. πλὴν εἰ μὴ] proch. πλὴν εἰ. — Lin. 18. et 19. Pro ὁμομητρίου καὶ ὁμοπατρίου proch. habet ὁμοπατρίου καὶ ὁμομητρίου. — Lin. 37. Pro ἀδελφῶν proch. habet γονέων ἀδελφοί. — P. 255. lin. 10. Pro μὴ δὲ in proch. est μήτε. — Lin. 12. Vox αὐτοῦ ante βαθμοῦ in proch. deest. — Lin. 13. Pro εὑρεθῶσι πολλοὶ proch. habet πολλοὶ εὑρεθῶσι. — Lin. 14. Pro *in capita* proch. habet ἐξίσης.

Pag. 242. lin. 5. πῶς] Crediderim legendum esse πᾶς, itaque post vocem ἐλευθερώσαντος interpungendum erit. Post δίκαια autem vox ὡς interponenda est. Sententia loci haec erit: *Quicunque manumittitur, civis Romanus esse intelligitur et ius aurei annuli habet et natalium restitutionis, nisi quod iuri patronatus subiectus est, nisi forte manumissor ei, qui manumittitur, iura patronatus remittit. Nam si velit patronus, ei, qui manumittitur, iura patronatus remittit, ut const. 3. et 4. lib. 6. Codicis dicit.* Designatur const. 3. et 4. Cod. VI. 4., ubi vide Antonium Contium.

Pag. 246. lin. 24. Ad hunc locum V. Cl. *Ed. Zachariaeus* pertinere censet aliquam Nov. 91. cap. 1. summam, quae in prochiro tit. 9. cap. 13. habetur, in Basilicorumque lib. 28. tit. 14. edit. Fabr. tom. IV. p. 453. transiit, habeturque etiam apud Harmenopulum lib. 4. tit. 9. §. 40. Incipit προικῴων δύο. Quae coniectura quamquam non est improbabilis, tamen deliberandum censeo, donec certiora ex codd. mss. proferantur. Certe Fabrotus *Theodori* nomen non habet, et alioquin verum est, haec sola, quae cum summa veri specie Theodoro vindicari queant, in hac nostri libri parte attingenda fuisse.

Pag. 254. lin 14. Prochiron ed. *Zach.* tit. 30. §. 6—8. inter praecedens et subsequens Theodori fragmentum Nov. 127. cap. 1. summam interposuit, quam vir doctissimus *Zachariaeus* eiusdem Theodori esse iudicavit. Vide proch. p. 160. not. 7. Est autem haec summa: Ἀνιόντων ὑπόντων τῷ τελευτήσαντι καὶ ἀδελφῶν γνησίων καὶ παίδων ἀδελφοῦ ἀμφιθαλοῦς προτελευτήσαντος, πάντες καλοῦνται εἰς τὴν αὐτοῦ διαδοχὴν, κἂν θήλειαι, κἂν ἄρρενες ὦσιν. οἱ γὰρ ἀδελφόπαιδες ὑπεισέρχονται τὸ τοῦ ἰδίου πατρὸς πρόσωπον, καὶ λαμβάνουσιν, εἴτι ἤμελλε λαμβάνειν, εἰ περιῆν, ὁ πατὴρ αὐτῶν. Versio Zachariaei haec est: *Exstantibus defuncto adscendentibus germanisque fratribus et liberis germani fratris praemortui, omnes vocantur ad eius successionem, sive mares sint, sive feminae; fratrum enim liberi in patris sui locum subeunt, et capiunt, quidquid pater eorum, si superesset, accepturus erat.* Haec et apud Harmenopulum προχ. lib. 5. tit. 8. §. 11. habentur.

Pag. 256. lin. 11. Ad hunc locum V. Cl. *Ed. Zachariaeus* pertinere censet summam Nov. 127. cap. 1., quae in prochiro Basiliano inter Novellae 118. capita interposita est, tit. 30. §. 6—8. p. 160. not. 7. Vide, quae in Add. ad p. 254. lin. 14. diximus.

INDEX RERUM,

quae in prolegomenis, notis, addendis habentur.

Numeri Latini *Athanasii* prolegomena designant, Arabici reliqua.

A.

B.

C.

D.

E.

F.

G.

H.

I.

K.

L.

M.

N.

O.

P.

R.

S.

T.

V.

W.

Y.

Z.

Ω.

CATALOGUS
NOVELLARUM CONSTITUTIONUM,
quae apud Athanasium, Theodorum, Philoxenum, Symbatium, Anonymum habentur.

(Subest ordo CLXVIII Novellarum. ***Ath.*** Athanasium, ***Theod.*** Theodorum, ***Phil.*** Philoxenum, ***Symb.*** Symbatium, ***Anon.*** Incertorum fragmenta designat.)

Nov. 1. Ath. 9. 1. p. 97., 4. parat. §. 14. p. 68., 5. parat. §. 15. p. 79., 13. parat. §. 7. p. 147., 15. parat. §. 9. p. 157., Theod. p. 224.
Nov. 2. Ath. 10. 1. p. 112., 9. parat. §. 10—11. p. 110., 15. parat. §. 12. p. 157., 17. parat. §. 4. p. 161.
Nov. 3. Ath. 1. 9. p. 18.
Nov. 4. Ath. 15. 1. p. 153., 5. parat. §. 17. p. 79.
Nov. 5. Ath. 1. 13. p. 20., 2. parat. §. 4. p. 43., 8. parat. §. 3. p. 95., 9. parat. §. 2. p. 108., 10. parat. §. 2. p. 133., 13. parat. §. 11. p. 148., 18. parat. §. 2. 169.
Nov. 6. Ath. 1. 1. p. 1., 2. parat. §. 1. p. 42., 4. parat. §. 1. p. 67., 8. parat. §. 1. p. 95., 10. parat. §. 1. a. p. 132., Theod. p. 225.
Nov. 7. Ath. 2. 1. p. 26., 4. parat. §. 6. p. 68., libellus περὶ διαφ. ἀναγν. §. 2. p. 191.
Nov. 8. Ath. 4. 1. p. 49., 1. parat. §. 3. p. 25., 8. parat. §. 4. p. 95., 20. parat. §. 2. p. 178., 22. parat. §. 1. p. 183.
Nov. 9. Ath. 2. 4. p. 38.
Nov. 10. Ath. 22. 2. p. 182.
Nov. 11. Ath. 1. 8. p. 22.
Nov. 12. Ath. 11. 1. p. 135., 4. parat. §. 16. p. 69., Theod. p. 226.
Nov. 13. Ath. 4. 2. p. 51., 4. parat. §. 9. p. 68., 13. parat. §. 3. p. 147.
Nov. 14. Ath. 12. 1. p. 143., 4. parat. §. 17. a. p. 69.
Nov. 15. Ath. 4. 24. p. 65., 1. parat. §. 5. p. 26., 3. parat. §. 6. p. 49., 7. parat. §. 8. p. 90., 20. parat. §. 5. p. 179., 22. parat. §. 15. p. 184.
Nov. 16. Ath. 1. 10. p. 19.
Nov. 17. Ath. 4. 3. p. 52., 1. parat. §. 3. b. p. 25., 3. parat. §. 5. p. 49., 5. parat. §. 5. p. 78., 20. parat. §. 3. p. 178., 22. parat. §. 2. p. 183., libellus περὶ διαφ. ἀναγν. §. 4. p. 191.
Nov. 18. Ath. 18. 2. p. 98., 10. parat. §. 6. p. 133., 13. parat. §. 8. p. 147., 14. parat. §. 6. p. 152., 15. parat. §. 10. p. 157., libellus περὶ διαφ. ἀναγν. §. 12. p. 195., Theod. p. 227.
Nov. 19. Ath. 11. 2. p. 136.
Nov. 20. Ath. 7. 1. p. 82., 10. parat. §. 10. p. 134.
Nov. 21. Theod. p. 228.
Nov. 22. Ath. 10. 2. p. 113., 1. parat. §. 6. p. 26., 9. parat. §. 12. p. 110., 13. parat. §. 10. p. 148., 15. parat. §. 13. p. 157., 18. parat. §. 7. p. 169., 22. parat. §. 4. p. 184., libellus περὶ διαφ. ἀναγν. §. 13. p. 195., Theod. p. 228., Symb. p. 261.
Nov. 23. Ath. 7. 2. p. 82., 13. parat. §. 5. p. 147., 22. parat. §. 5. p. 184., libellus περὶ διαφ. ἀναγν. §. 9. p. 194.
Nov. 24. Ath. 4. 4. p. 54.
Nov. 25. Ath. 4. 5. p. 54.
Nov. 26. Ath. 4. 6. p. 55.
Nov. 27. Ath. 4. 7. p. 55.
Nov. 28. Ath. 4. 8. p. 55.
Nov. 29. Ath. 4. 9. p. 55.
Nov. 30. Ath. 4. 10. p. 56.
Nov. 31. Ath. 4. 11. p. 56.
Nov. 32. Ath. 16. 1. p. 159., 15. parat. §. 19. p. 159., 17. parat. §. 7. p. 163., Theod. p. 237.
Nov. 33. Ath. 16. 3. p. 160., 9. parat. §. 9. p. 110.
Nov. 34. Ath. 16. 2. p. 160.
Nov. 35. Ath. 22. 4. p. 182.
Nov. 36. Ath. 19. 2. p. 170.
Nov. 37. Ath. 2. 6. p. 39., 3. parat. §. 4. p. 48.
Nov. 38. Ath. 8. 1. p. 91., 5. parat. §. 14. p. 79., 18. parat. §. 4. p. 169., 22. parat. §. 6. p. 184., libellus περὶ διαφ. ἀναγν. §. 11. p. 194.
Nov. 39. Ath. 9. 3. p. 100., 10. parat. §. 7. p. 133., 11. parat. §. 1. p. 142., Theod. p. 238.
Nov. 40. Ath. 2. 7. p. 39.
Nov. 41. Ath. 7. 4. p. 84.
Nov. 42. Ath. 1. 5. p. 16., 3. parat. §. 1. p. 48.
Nov. 43. Ath. 2. 11. p. 41.
Nov. 44. Ath. 14. 1. p. 149., Theod. p. 238.
Nov. 45. Ath. 8. 2. p. 93., 3. parat. §. 8. p. 49., 18. parat. §. 5. p. 169.
Nov. 46. Ath. 2. 8. p. 40.
Nov. 47. Ath. 14. 2. p. 149., Theod. p. 240.
Nov. 48. Ath. 9. 4. p. 101., 15. parat. §. 11. p. 157., Theod. p. 240.
Nov. 49. Ath. 7. 3. p. 83., 5. parat. §. 12. p. 79., 14. parat. §. 4. p. 142., Theod. p. 240.
Nov. 50. Ath. 7. 4. p. 84.
Nov. 51. Ath. 12. 2. p. 143., 1. parat. §. 7. p. 26.

Nov. 52. Ath. 6. 1. p. 80., 4. parat. §. 11. p. 68., 14. parat. §. 3. p. 152., 15. parat. §. 6. p. 157.
Nov. 53. Ath. 5. 4. p. 73., 9. parat. §. 7. p. 109., 10. parat. §. 4. p. 133., 15. parat. §. 5. p. 156.
Nov. 54. Ath. 18. 1. p. 163., 2. parat. §. 9. p. 44.
Nov. 55. Ath. 2. 9. p. 40., 1. parat. §. 2. p. 25.
Nov. 56. Ath. 1. 11. p. 19.
Nov. 57. Ath. 1. 12. p. 20.
Nov. 58. Ath. 1. 6. p. 17., 3. parat. §. 2. p. 48.
Nov. 59. Ath. 2. 12. p. 42., Anon. p. 266.
Nov. 60. Ath. 6. 2. p. 80., 4. parat. §. 12. p. 68., 15. parat. §. 7. p. 157., Theod. p. 241.
Nov. 61. Ath. 10. 3. p. 121., tit. 15. parat. §. 14. p. 158.
Nov. 62. Ath. 22. 3. p. 182., 7. parat. §. 10. p. 91.
Nov. 63. Ath. 21. 2. p. 180.
Nov. 64. Ath. 21. 1. p. 180.
Nov. 65. Ath. 2. 10. p. 41.
Nov. 66. Ath. 9. 5. p. 101.
Nov. 67. Ath. 1. 7. p. 17., 2. parat. §. 3. p. 43.
Nov. 68. Ath. 10. 4. p. 122., 9. parat. §. 13. p. 111.
Nov. 69. Ath. 4. 13. p. 57., 7. parat. §. 2. p. 90., libellus *περὶ διαφ. ἀναγν.* §. 5. p. 192.
Nov. 70. Ath. 8. 3. p. 70., 18. parat. §. 6. p. 169.
Nov. 71. Ath. 22. 5. p. 71., 4. parat. §. 17. b. p. 69., 5. parat. §. 18. p. 79.
Nov. 72. Ath. 13. 1. p. 144., 4. parat. §. 19. p. 69., 17. parat. §. 5. p. 162.
Nov. 73. Ath. 14. 3. p. 150., 5. parat. §. 16. p. 79., Theod. p. 241., Phil. p. 260.
Nov. 74. Ath. 11. 3. p. 136., 10. parat. §. 10. p. 134.
Nov. 75. Ath. 4. 21. p. 61.
Nov. 76. Ath. 1. 16. p. 22.
Nov. 77. Ath. 12. 3. p. 144., 4. parat. §. 18. p. 69.
Nov. 78. Ath. 18. 2. p. 164., 9. parat. §. 18. p. 111., 10. parat. §. 13. p. 134., libellus *περὶ διαφ. ἀναγν.* §. 18. p. 197., Theod. p. 242.
Nov. 79. Ath. 1. 15. p. 22., 4. parat. §. 5. p. 67
Nov. 80. Ath. 4. 14. p. 58.
Nov. 81. Ath. 18. 3. p. 164., 22. parat. §. 8. p. 184.
Nov. 82. Ath. 4. 15. p. 58., 5. parat. §. 7. p. 78., 7. parat. §. 3. p. 90.
Nov. 83. Ath. 1. 4. p. 16., 4. parat. §. 4. p. 67.
Nov. 84. Ath. 9. 6. p. 102.
Nov. 85. Ath. 20. 4. p. 176., libellus *περὶ διαφ. ἀναγν.* §. 21. p. 198.
Nov. 86. Ath. 1. 3. p. 15.
Nov. 87. Ath. 8. 3. p. 93., Theod. p. 242.
Nov. 88. Ath. 6. 3. p. 81., 17. parat. §. 3. p. 162., Theod. p. 242.
Nov. 89. Ath. 11. 4. p. 137., 8. parat. §. 5. p. 95., 9. parat. §. 17. p. 111., 10. parat. §. 12. p. 134., 13. parat. §. 13. p. 148.
Nov. 90. Ath. 5. 5. p. 75., 4. parat. §. 10. p. 68., 14. parat. §. 3. p. 151., libellus *περὶ διαφ. ἀναγν.* §. 7. p. 194., Theod. p. 243., Phil. p. 260.
Nov. 91. Ath. 10. 5. p. 91., 15. parat. §. 15. p. 158., libellus *περὶ διαφ. ἀναγν.* p. 195.
Nov. 92. Ath. 9. 7. p. 102.
Nov. 93. Ath. 7. 5. p. 84.
Nov. 94. Ath. 13. 2. p. 145., 15. parat. §. 18. p. 159.
Nov. 95. Ath. 4. 18. p. 60.
Nov. 96. Ath. 5. 1. p. 70., 15. parat. §. 3. p. 156.
Nov. 97. Ath. 10. 6. p. 123., 9. parat. §. 14. p. 111., 14. parat. §. 8. p. 152., 15. parat. §. 16. p. 158., libellus *περὶ διαφ. ἀναγν.* §. 15. p. 196., Theod. p. 246.
Nov. 98. Ath. 10. 7. p. 125.
Nov. 99. Ath. 14. 2. p. 153., Anon. p. 262.
Nov. 100. Ath. 10. 8. p. 125., Theod. p. 247.
Nov. 101. Ath. 8. 5. p. 95., 10. parat. §. 5. p. 133.
Nov. 102. Ath. 4. 19. p. 60.
Nov. 103. Ath. 4. 20. p. 61.
Nov. 104. Ath. 4. 21. p. 61.
Nov. 105. Ath. 22. 1. p. 181.
Nov. 106. Ath. 17. 1. p. 161.
Nov. 107. Ath. 9. 8. p. 103.
Nov. 108. Ath. 9. 9. p. 103., 10. parat. §. 8. p. 133.
Nov. 109. Ath. 3. 1. p. 44.
Nov. 110. Ath. 17. 2. p. 161.
Nov. 111. Ath. 2. 5. p. 38., libellus *περὶ διαφ. ἀναγν.* §. 3. p. 191., Theod. p. 248.
Nov. 112. Ath. 5. 2. p. 71., 9. parat. §. 6. p. 109., 15. parat. §. 4. p. 156.
Nov. 113. Ath. 4. 16. p. 59., 5. parat. §. 8. p. 78, 7. parat. §. 4. p. 90.
Nov. 114. Ath. 22. 6. p. 183., Theod. p. 251.
Nov. 115. Ath. 7. 7. p. 86., 2. parat. §. 7. p. 43., 3. parat. §. 7. p. 49., 5. parat. §. 13. p. 79., 6. parat. §. 3. p. 82., 9. parat. §. 8. p. 110., 13. parat. §. 6. p. 147., 15. parat. §. 8. p. 157., libellus *περὶ διαφ. ἀναγν.* §. 10. p. 194., Theod. p. 251.
Nov. 116. Ath. 20. 3. p. 175.
Nov. 117. Ath. 10. 9. p. 126., 2. parat. §. 8. p. 44., 4. parat. §. 15. p. 69., 9. parat. §. 15. p. 111., 11. parat. §. 2. p. 142., 13. parat. §. 6. p. 148., 14. parat. §. 7. p. 152., 22. parat. §. 7. p. 184., libellus *περὶ διαφ. ἀναγν.* §. 16. p. 196., Theod. p. 251.
Nov. 118. Ath. 9. 10. p. 104., 3. parat. §. 9. p. 49., 13. parat. §. 6. p. 147., Theod. p. 253., Symb. p. 261., Anon. p. 266.
Nov. 119. Ath. 10. 10. p. 130., 7. parat. §. 9. p. 90., 9. parat. §. 16. p. 111., 14. parat. §. 9. p. 152., libellus *περὶ διαφ. ἀναγν.* §. 17. p. 196., Theod. p. 255.
Nov. 120. Ath. 2. 2. p. 29., 17. parat. §. 1. p. 162.
Nov. 121. Ath. 17. 3. p. 162., Theod. p. 256.
Nov. 122. Ath. 21. 3. p. 181.
Nov. 123. Ath. 1. 2. p. 4., 2. parat. §. 2. p. 42., 4. parat. §. 2. p. 67., 5. parat. §. 1. et §. 2. p. 77., 8. parat. §. 2. p. 95., 9. parat. §. 1. p. 108., 10. parat. §. 1. b. p. 132., 12. parat. §. 1. p. 144., 13. parat. §. 1. p. 147., 15. parat. §. 1. p. 155., 18. parat. §. 1. p. 168., 20. parat §. 1. p. 178., libellus *περὶ διαφ. ἀναγν.* §. 1. p. 191.
Nov. 124. Ath. 5. 3. p. 72., 4. parat. §. 8. p. 68., 13. parat. §. 4. p. 147.
Nov. 125. Ath. 4. 17. p. 59., 5. parat. §. 9. p. 78., 7. parat. §. 5. p. 90.
Nov. 126. Ath. 7. 6. p. 85.
Nov. 127. Ath. 9. 12. p. 106., 10. parat. §. 9. p. 134.
Nov. 128. Ath. 20. 1. p. 171., 4. parat. §. 21. p. 69., 22. parat. §. 9. p. 184., libellus *περὶ διαφ. ἀναγν.* §. 20. p. 197.
Nov. 129. Ath. 3. 2. p. 44., 9. parat. §. 4. p. 109., Anon. p. 265.

TYPOS AERE FUDIT, IMPRESSITQUE **FRIDERICUS NIES** LIPS.

ANEKΔOTA

TOMUS II.

IUSTINIANI CODICIS SUMMAM PERUSINAM

ANONYMIQUE SCRIPTORIS COLLECTIONEM

VIGINTI QUINQUE CAPITULORUM

ITEM

IOANNIS SCHOLASTICI PATRIARCHAE
CONSTANTINOPOLITANI

COLLECTIONEM OCTOGINTA SEPTEM CAPITULORUM

ET

Σύντομον διαίρεσιν τῶν νεαρῶν τοῦ Ἰουστινιανοῦ

NOVELLARUMQUE CONSTITUTIONUM INDICEM REGINAE
DENIQUE ANONYMI SCRIPTORIS DE PECULIIS TRACTATUM

EX CODICIBUS MANUSCRIPTIS

QUI

BONONIAE, LUTETIAE PARISIORUM, MONACHII, PERUSIAE, VENETIIS

REPERIUNTUR

EDIDIT

GRAECA IN LATINUM SERMONEM TRANSTULIT PROLEGOMENIS
ADNOTATIONE CRITICA INDICE

INSTRUXIT

GUSTAVUS ERNESTUS HEIMBACH

ANTECESSOR LIPSIENSIS.

ACCEDUNT

NOVELLAE CONSTITUTIONES IMPERATORUM BYZANTINORUM

A

CAROLO WITTE

EDITAE.

LIPSIAE MDCCCXL.

SUMPTIBUS IOANNIS AMBROSII BARTH.

VIRIS SUMMA PIETATE COLENDIS

Gustavo Hugo

IURIS UTRIUSQUE DOCTORI ANTECESSORI IN ACADEMIA GEORGIA AUGUSTA REGI HANNOV. A CONSILIIS IUSTIT. INTIM. PLURIUM ORDINUM COMMENDATORI ET EQUITI ETC.

HISTORICAE IURISPRUDENTIAE INSTAURATORI

ET

Ioanni Paulo de Falkenstein

PHILOS. DOCTORI ET LIB. ART. MAG. DIOECESI LIPSIENSI REGENDAE SUMMO PRAEFECTO ORDINIS PRO MERITO CIVICO PER SAXONIAM CONSTITUTI EQUITI ETC.

INGENUO HUMANITATIS DOCTRINAE LIBERALIUM STUDIORUM FAUTORI ILLUSTRI BONARUM ARTIUM PROPUGNATORI DEFENSORIQUE ASSIDUO

GRATI ANIMI SIGNIFICANDI CAUSA

HUNC LIBRUM

SACRUM ESSE VOLUIT

Gustavus Ernestus Heimbach

PROLEGOMENA.

Quam difficilis sit Ἀνέκδοτα tractandi ratio, ubi, quoquo ingrediare, ipse iter facias oportet, si unquam alias, in hoc certe quidem volumine elaborando expertum me esse ingenue confiteor. Neque ego hoc ideo dixi, ut arrogantiae nimiaeque mei ipsius fiduciae criminis suspicionem effugerem, sed ut errorum, quos imprudens adeoque invitus commiserim, apud arbitros non iniquos certe aliquam allegarem excusationem. Ipse dum librum lego relegoque, quaedam, quae in mendo cubabant, vidi, visaque emendavi. Verum numquis in hoc perspicacissimo saeculo dubitabit futurum, qui, quae ego cum summa oculorum intentione videre non potuerim, ipse primo aspectu cernat? Sic tamen semper mihi persuasi, ut est apud sapientissimum poetam:

Est quadam prodire tenus, si non datur ultra.

Cumque hoc mihi negotium datum esse viderem, ut huic, quem edo, tomo ad eundem fere, quo in primo usus sum, modum aliquid praefarer, talem tantumque laborem non gravate suscepi, non quo singula, quae hoc volumine comprehenduntur, opuscula viris doctis commendarem, verum ut eam, quam semel exorsus sum, telam pertexerem. In quo eandem, quam in superioris libri prolegomenis conscribendis ingressi sumus, viam sequemur, ut tamen, quae huic tomo praefanda esse videntur, omnino omnia in unum locum coniiciamus. Ita ex tali tantaque argumenti varietate sex prolegomenων capita exierunt, quorum primo de Iustiniani Codicis summa Perusina videbimus, qua in terra quibusque temporibus scripta sit; deinde etiam utilitatem, quae exinde ad Iustinianum Codicem et emendandum et critica arte et disciplina perpoliendum redundatura sit, paucis quasi lineis adumbrabimus. Secundo autem capite de collectione XXV capitulorum agemus, quibus ex libris manuscriptis hausta sit, qualemque historiam tam apud Graecos interpretes, quam apud recentiorum temporum iureconsultos habuerit, enarrabimus. Tertio capite corpus LXXXVII capitulorum, ab Iohanne Scholastico patriarcha Constantinopolitano confectum, ad eundem, quem in collectione XXV capitulorum illustranda observamus, modum tractabimus. Quarto capite Anonymi scriptoris σύντομος διαίρεσις τῶν νεαρῶν τοῦ Ἰουστινιανοῦ unde hausta sit, quibusve temporibus scripta, dicemus. Quinto indicem Novellarum Reginae, cuius partem Iacobus Cuiacius Latine edidit, sartum tectum praestabimus. Denique sexto capite libri de peculiis inediti codices manuscriptos describemus.

CAPUT I.

De Iustiniani Codicis summa Perusina.

Iustiniani Codicis summa habetur in Codice bibliothecae capituli, quod Perusiae est, pergameno, qui hodie littera A. numero XVIII. signatus est[1]. Est in quarto, ut vocant, maiori, constatque foliis 204., quae tamen numeris distincta non sunt. In unaquaque pagina versus habentur fere viginti quinque. Quaternionum numerus in hoc libro notatus non est. Lineae gra-

1) *Niehuhrius* hunc Codicem numero VII. hodie designari docet in tractatu „*Nachricht von einem Breviarium des Justinianeischen Codex*" in libro: *Zeitschrift für geschichtliche Rechtswissenschaft*, ed. *Savigny* tom. III. 390. Hunc errorem *Bluhmius* notavit in praeclaro opere, cuius hic est titulus: *Iter Italicum*, tom. II. p. 209.

phio ductae esse reperiuntur. Una eademque manu Codex exaratus est totus, saeculique decimi p. Chr. n. antiquitatem videtur praeferre. Quae quidem opinio tum *Niebuhrii*, viri palaeographicarum rerum satis gnari, suffragio adiuvatur, tum mihi in istius scripturae antiquitatem intuenti vel maxime commendatur. De argumento huius exemplaris haec habeto. Folium primum omni ex parte scriptura vacuum est, itemque secundi pars prior, ut tamen hunc habeat titulum: *lib. cstitutionū* [2]) *iustiniani ipatoīs.* Haec ego ab eadem manu, quae totum codicem exaravit, profecta esse puto, quamquam *Niebuhrius* posterioribus temporibus vindicare voluit. Inde a folii secundi parte posteriore usque ad folii sexti partem priorem index titulorum uniuscuiusque libri, qui tamen libri III. titulum 42. non excedit, habetur. Est autem hic:

Incipit kapitula libri primi domini Iustiniani adnotationum codicum feliciter [3]). *Kap. I. De summa trinitate et de* [4]) *fide catholica et ut nemo de ea publice contendere audeat.* — *K. II. De episcopis et clericis orphanotrophis et brefotrophis et exenodochis* [5]) *et asciteriis et monachis et privilegiis* [6]) *eorum et castrensis* [7]) *peculio et de redimendis captivis et de nuptiis clericorum vetitis* | [8]) *vel permissis* [9]). — *III. De episcopali audientia et de diversis captivis* [10]) *que ad eius* [11]) *curāq; pertinet.* — *IV. De ereticis* [12]) *et Manicheis et Samaritis* [13]). *De quibus rebus supplicare licet* [14]). — *V. Ne scm baptismū heret˜* [15]). — *VI. De apostatis.* — *VII. Nemini liceat signum salvatoris χρι humi vel in silicibus* [16]) *vel in marmore sculpire vel pingere.* — *VIII. De Iudeis et celicolis.* — *IX. Ne christianum mancipius* [17]) *vel* [18]) *hereticus payanus* [19]) *vel Iudeus vel possedeat aut circumcidat.* — *X. De paganis sacrificiis et templis.* — *XI. De hiis* [21]), *q ad eccla confugiunt vel ibi exclamant.* — *XII. De his, qui in ecclesiis* [22]) *manumittuntur.* — *XIII. De legibus et constitutionibus principum et edictis.* — *XIV. De mandatis principum.* — *XV. De senatusconsultus* [23]). — *XVI. De veteri iure enucleando et de auctoritate iurisprudentium q in digestis refer˜* [24]). — *XVII. De iuris et facti ignorantiam.* — *XVIII. De p̄cibus* [25]) *imp̄ris* [26]) *offerendis et de quibus rebus supplicare liceat vel non.* — *XIX. Quando libellus principi datus litis contestationem facit.* — *XX. Ut lite pendente vel p' provocationem aut definitiva sententia nulla* [27]) *liceat imperatori supplicari* [28]) — *XXI. Si contrarius* [29]) *utilitatemve publicam* [30]) *vel p m̄dacium fuerit qd postulatum vel imperatum* [31]). — *XXII. De diversas re* | *scriptis* [32]) *et praugmaticis sanctionibus* [33]). — *XXIII. De statuis et imaginibus.* — *XXIV. De his, qui ad statuas confugiunt* [34]). — *XXV. De his* [35]) *officio prefectorum* [36]) *p̄torii* [37]) *Orientis et Yllirici.* — *XXVI. De officio p̄p̄.* [38]) *Africae et de.* — *XXVII. De officio praefecti urbis.* — *XXVIII. De officio magistri militum.* — *XXIX. Constitutio greca* [39]) *et latina.* — *XXX. De officio q:storisl̸o4* [40]). — *XXXI. De officio magistri offici* [41]). — *XXXII. De officio comiti sacrarum* [42]). — *XXXIII. De officio comitis rerum privatarum.* — *XXXIV. De officio proconsulis et legati.* — *XXXV. De officio comitis Orientis.* — *XXXVI. De officio praefecti Augustalis.* — *XXXVII.* [43]) *De officio vicarii.* — *XXXVIII. De officio pretoris.* — *XXIX.* [44]) *Ut nulli patrie sue administratio sine speciali permissu sub principis permittatur.* — *XL. De officio rectoris provincie.* — *XLI. De officio* [45]) *praefecti vigilum.* — *XLII. De officio* [46]) *civilium iudicium.* — *XLIII. De officium iudicum militari.* — *XLIV. De officium civilium iudicum.* — *XLV. De* [47]) *comitibus rei militaribus vł* [48])

---

2) Littera *c* ad similitudinem litterae *i* accedit, quae res Niebuhrium induxit, ut *institutionum* hoc loco haberi sibi persuaderet. Vide l. l. tom. III. p. 390. 3) Haec cum tituli loco sint, in exemplari tam rubro quam atro colore perscripta sunt. 4) *de* in Summa deest. 5) *xenodochis* Summa. 6) *de privilegio* Summa. 7) *castrense* Summa. 8) Incipit fol. 3. A. 9) Verba *et de nuptiis* usque ad *permissis* in Summa desunt. In Iustiniani Codicis exemplaribus tamen habentur. 10) Pro *captivis* Summa *kap.* habet. 11) Pro *eius* Summa *i;* habet. 12) *hereticis* Summa. 13) *Samaritanis* Summa. 14) Verba *de quibus rebus supplicare licet* in Summa hoc loco desiderantur, sunt autem tituli 18. 15) *iteretur* Summa. 16) *silice* Summa. 17) *mancipium* Summa. 18) *vel* in Summa deest. 19) *vel paganus* Summa. 21) *his* Summa. 22) *ecclesia* Summa. 23) *Senatusconsultis* Summa. 24) *referunt* Summa. 25) *precibus* Summa. 26) *imperatori* Summa. 27) *nulli* Summa. 28) *supplicare* Summa. 29) *contra ius* Summa. 30) *publicam* in Summa deest. 31) *vel interpellatum* Summa. 32) Incipit fol. 3. B. 33) Hic titulus in Summa deest. 34) Hic titulus bis in Codice positus est. 35) *his* in Summa deest. 36) *praefectorum* Summa. 37) *praetorii* Summa. 38) *praefecti* Summa. 39) *graeca* Summa. 50) *quaestoris* Summa. 41) *officiorum* Summa. 42) Hic titulus in Summa deest. 43) Leg. *XXXVII.* 44) Leg. *XXXIX.* 45) *officium* Summa. 46) *officium* Summa. 47) *De* Summa. 48) *vel* Summa.

tribunis lavacra presententur[49]. — *XLVI. De officio diversorum iudicum.* — *XLVII. Ut omnes*[50] *tam civiles, quam militares iudices post administrationem depositam per L.*[51] *dies in civitatibus vel certis locis permaneat*[52]. — *XLVIII. De officium eius, qui vicem alicuius iudicis optinet*[53]. — *XLIX. De assessoribus et cancellariis iudicum.* — *L. De annonis et capitis administrationum vel assessorum aliorumve publicas sollicitudines gerentium vel eorum, qui aliquas consecuti sunt dignitates.* | [54] — *LII. De contractibus iudicum vel eorum, qui* ~~ₛ~~[55] *contra eos et inibendis donationibus et in eos faciendis, et ne administrationis tempor. propria sedes edificent*[56]. — *LIII. De modo multarum, quae*[57] *a iudicibus infliguntur.* — *LIV. De defensoribus civitatum.* — *LV. De magistratibus et municipalibus.* — *LVI. De officio*[58] *iuridici*[59] *Alexandriae*[60]. — *LVII. De quadrimensuum*[61] *tam civilium, quam militarium.* — *Expt. lib. p̃.*

Incipit lib. scds. *I. De edendo*[62]. — *II. De in ius vocando*[63]. — *III. De pactis.* — *IV. De transactionibus.* — *V. De calculi errore.* — *VI. De postulando.* — *VII. De advocatis diversorum iudiciorum.* — *VIII. De advocatus fisci.* — *IX. De errore advocatorum uł libellum seu p̃ces*[64] *concipientium.* — *X. Ut q.*[65] *desunt advocationis*[66] *partium iudex suppleat.* — *XI. De causis*[67], *ex quibus infamia alicui inrogatur.* — *XII. De procuratoribus.* — *XIII. Ne liceat potentioribus patrocinium litigantibus praestare*[68] *vel actiones in se transferre.* — *XIV. De his, qui potentiorum nomine titulos praediis*[69] *affigunt vel eorum noã in lite pretendunt.* — *XV. Ut nemo privatus*[70] *titulus prediis suis uel alienis imponat vel ad regalia suspendat.* — *XVI. Ut nemini liceat sine iudicis auctoritate signa inpremere rebus, quas alius tenet.* | [71] — *XVII. De*[72] *fiscus vel respublicas procurationem alicui patrocinii causa in litem*[73] *praestet*[74]. — *XVIII. De negotiis gestis.* — *XIX. De his, que uis*[75] *metuve causa gerunt.* — *XX. De dolo malo.* — *XXI. De in integrum restitutione minorum XXV. ann̄.* — *XXII. De filiofamilias minore.* — *XXIII. De fideiusso~~r~~*[76] *mino~~r~~.* — *XXIV. Si tutor vel curator intervenerit.* — *XXV. Si in communi eademque causa in integro*[77] *restitutio postuletur.* — *XXVI. Si adversus rem iudicata*[78]. — *XXVII. Si adversus vinditiō*[79]. — *XXVIII. Si adversus donatiōn.*[80]. — *XXIX. Si adversus libertatem.* — *XXX. Si adversus transactionem vel depositionem minor restitui velit.* — *XXXI. Si adversus solutionem ad*[81] *debitorem uł a se facta.* — *XXXII. Si adversus dotem.* — *XXXIII. Si adversus dilectum suum.* — *XXXIV. Si adversus usucapionem.* — *XXXV. Si adversus fiscum.* — *XXXVI. Si adversus creditorem.* — *XXXVII. Si ut se hereditatem abstineat*[82]. — *XXXVIII. Si ut omissam hereditatem uel bonorum possessionem vel apud aliud*[83] *adquiratur.* — *XXXIX. In quibus causis in integro restitutio necessaria non est.* — *XL. Qui et adversus quos in integrum restitui non possunt.* — *XLI. Si minor se maiorem dixerit vel probatus fuerit.* | [84] — *XLII. Si sepius*[85] *in integrum restitutio postuletur.* — *XLIII. De his, qui veniam etatis*[86] *impetraver*˜[87]. — *XLIV. Si maior factus ratum abuerit.* — *XLV. Ubi et aput quem cognitio restitutionis agitanda est.* — *XLVI. De reputationibus, que fiunt in iudicio in integro*[88] *restitutionis.* — *XLVII. Etiam et per procuratorem causam in integrum restitutionis agi potest*[89]. — *XLVIII. In integrum restitutione*[90] *postulata ne quid novi fiat.* — *XLIX. De restitutione militum et eorum, qui reipublice causa adfuer*˜[91]. — *L. De uxoribus militum vel eorum, qui reipublice causa absunt.* — *LI. De temporibus in integrum restitutionis tam minorum aliorum* q[92] *psonarumque restitui possunt quā heredum eorum.* — *LII. Quibus ex*

---

49) *presentetur* Summa. 50) *omnem* Summa. 51) *quinquaginta* Summa. 52) *permaneant* Summa. 53) *optinent* Summa. 5) Incipit fol. 4. A. 55) *sunt* Summa. 56) *proprias sedes aedificent* Summa. 57) *que* Summa. 58) *officia* Summa. 59) *iurici* Summa. 60) *Alexandrine* Summa. 61) *quadrimenstrum* Summa. 62) Hic titulus in Summa omissus est. 63) *vocandum* Summa. 64) *preces* Summa. 65) *que* Summa. 66) *advocatorum* Summa. 67) *caussis* Summa. 68) *prestare* Summa. 69) *prediis* Summa. 70) *pribatus* Summa. 71) Incipit fol. 4. B. 72) *Ne* Summa. 73) *lite* Summa. 74) *prestet* Summa. 75) *vim* Summa. 76) *fideiussoribus* Summa. 77) *integrum* Summa. 78) *iudicatam* Summa. 79) *vinditionem* Summa. 80) *donationem* Summa. Omissus est titulus: *Si adversus vinditionem pignoris.* 81) Pro *ad* Summa *a* habet. 82) *abstineant* Summa. 83) *quid aliud* Summa. 84) Incipit fol. 5. A. 85) *saepius* Summa. 86) *aetatis* Summa. 87) *impetraverunt* Summa. 88) *integrum* Summa. 89) *possit* Summa. 90) *restitutionis* Summa. 91) *adfuerunt* Summa. 92) Pro *aliarum* q Summa *aliorumque*.

causis maiores in integrum restituuntur. — LIII. De alienatione iudicii mutandi causa factas[93]. *— LIV. De receptis. — LV. De satisdando. — LVI. De formulis et inpetrationem actionum sublāt.*[94] *— LVII. De iureiurando propter kalumnia dando. — Explič. kāp. lib. II.*

Incīp. kap. lib. III. I. De iudiciis. — II. De sportulis et sumptibus in diversis[95] *iudiciis faciendis et de exsecutoribus*[96] *litium. — III. De pedaneis iudicibus. — IV. Qui pro sua iurisdic | tione*[97] *iudices darive poss. — V. Ne quis in sua causa iudicet vel sibi ius dicat. — VI. Qui legitima persona*[98] *in iudiciis abent vel non. — VII. Ut nemo invitus agere vel accussare*[99] *cogatur. — VIII. De honore*[1] *iudiciorum. — IX. De litis contestationibus. — X. De plus petitionibus. — XI. De dilationibus. — XII. De feriis. — XIII. De iurisdictione omnium iudicum et de foro competenti. — XIV. Quando inperator inter pupillos*[2] *vel viduas vel miserabiles personas cognoscat et ne exibeantur. — XV. Ubi de criminibus agi oportet. — XVI. Ubi de possessione agi oportet. — XVII. Ubi fideicommissum peti potest. — XVIII. Ubi conveniatur, qui certo loco dari*[3] *promisit. — XIX. Ubi in rem actio exiberi debet. — XX. Ubi de ereditate*[4] *agatur et ubi scriptum heres*[5] *in possessionem mitti postulare debet. — XXI. Ubi agi oportet de ratiociniis tam publicis, quam*[6] *privatis. — XXII. Ubi causa status agi debet. — XXIII. Ubi quis de curiali vel de*[7] *coortalia vel conventione*[8] *convenitur. — XXIV. Ubi senatores vel clarissimi vel*[9] *civiliter vel criminaliter conveniantur. — XXV. In quibus causis militantes foris perscriptionem*[10] *uti non possunt*[11]. *— XXVI. Ubi cause fiscalis vel divine domus ho | minumque*[12] *eius aguntur. — XXVII. Quando liceat sine iudice unicuique vindicare se vel publicam devotionem. — XXVIII. De inofficioso testamento. — XXIX. De inofficiosis donationibus. — XXX. De inofficiosis dotibus. — XXXI. De repiditione*[13] *hereditatis. — XXXII. De rei vindicatione. — XXXIII. De usumfructum*[14] *et abitationem et ministerium servorum. — XXXIV. De servitutibus et de*[15] *aqua. — XXXV. De lege Aquilia. — XXXVI. De familia herciscundis*[16] *iudicium. — XXXVII. De communi divid*[17]. *— XXXVIII. Communia utriusque iudicio tam familie erciscunde*[18], *quam communi dividund*[19]. *— XXXIX. De finium regundorum. — XL. De consortibus eiusdem militis. — XLI. De noxialibus actionibus. — XLII. Ad exibendum.*

Reliqua ex titulorum indice desiderantur, quae lacuna in Codice notata non est. Postea absque ulla argumenti, quod deinceps tractatur, significatione, haec habentur: *T. I. De summa trinitate et de fide catholica et ut nemo de ea publice contendere audeat.* Codicis liber primus inde a folio 6. A. usque ad fol. 24. A. pertinet; liber secundus inde a fol. 24. A. usque ad fol. 52. A.; tertius inde a fol. 52. A. usque ad fol. 74. A.; quartus inde a fol. 74. A. usque ad fol. 107. B.; quintus inde a fol. 108. A. usque ad fol. 132. A.; sextus inde a fol. 132. B. usque ad fol. 161. A.; septimus inde a fol. 161. A. usque ad fol. 188. B.; octavus inde a fol. 188. B. usque ad fol. 204. A. Reliqua pergamena scriptura vacua est, neque ullam lacunae significationem habet. Finis operis in Codice hic est: *Lex VIII. Idem aug. Flore. Si te abse,* quae quidem verba ad const. 8. Cod. de donationibus (VIII. 54.) referuntur. — Singularum constitutionum adeoque etiam titulorum, ex quibus opus nostrum constat, in archetypo, unde vel noster Codex descriptus est vel nostrum opus, ita uti nunc habetur, per in breve contractionem exiit, mira quaedam videtur fuisse quarundum rerum in locos, a quibus alienae sunt, ut quae alienissimae, translatio, ut, quid de ea re existimandum sit, non satis constet. Quod errorum genus etsi ex Iustiniani Codicis comparatione facile deprehenditur, fontes tamen causasque erroris ubique aperire satis lubricum est atque a disputandi subtilitate remotum. Ac primum quidem in medio folio 7. A. post-

---

93) *facta* Summa. 94) *sublatis* Summa. 95) *diversos* Summa. 96) *executoribus* Summa. 97) Incipit fol. 5. B. 98) *legitimam personam* Summa. 99) *accusare* Summa. 1) Pro *honore* Summa *ordine* habet. 2) *popillos* Summa. 3) *dare* Summa. 4) *hereditate* Summa. 5) *haeres* Summa. 6) *quam et* Summa. 7) *de* in Summa deest. 8) *conventione* Summa. 9) *vel* in Summa deest. 10) *perscriptionem* Summa. 11) *possent* Summa. 12) Incipit fol. 6. A. 13) *repetitione* Summa. 14) *usufructu* Summa. 15) *de* in Summa deest. 16) *herciscunde* Summa. 17) *dividundum* Summa. 18) *familiae herciscunde* Summa. 19) *dividundum* Summa.

quam lib. I. tit. 2. const. 11. argumentum descriptum est hoc modo: *Clericus ex ipso vico ordinetur*, haec statim posita sunt: *Lex XXVII. Idem aug. Eritrio pp. Si milex expleta militia clericum se reprobaverit, qui minime permaneat, excepto militia primipilarum*, illaque, quae usque ad constitutionem 39. eiusdem tituli habentur: *Impr. Iustinianus aug. Ioh. pp. Ubi foris praescriptionem non potuit vel hii, qui in documentum reanuntiaverit*, quae in medio fol. 8. A. habentur. Ibidem reliquae huius tituli constitutiones uno tenore habentur, hoc est, inde a lege 12. usque ad legis 26. finem, quibus adnexa sunt, quae inde a lege 40. usque ad legis 42. finem leguntur. Ex his, quae attulimus, satis apparet unum folium librarii incuria male transpositum fuisse. Qui error cum propter singulorum nostri Codicis foliorum continentiam non possit videri ab huius exemplaris calligrapho profectus esse, in archetypo, unde hic Codex manavit, exstitisse existimandus est. Unde coniectura ducimur, ut hoc, unde noster liber manavit, antiquitatis exemplar eiusdem fere formae fuisse eundemque versuum numerum habuisse credamus. Totum enim folium, quod male transpositum esse diximus, versuum, quales in nostro Codice habentur, numerum habet quadraginta novem. Atqui in unaquaque nostri libri pagina fere viginti quinque versus esse supra dictum est. Quae res et alio modo confirmatur. Nam ea, quae inde a lege 12. usque ad legis 26. finem habentur, in nostro Codice quinquaginta duo versuum spatium occuparunt. Itaque hoc quoque loco ad eundem fere numerum res redire videtur, cum haec, quae diximus, unicum unius folii argumentum fuisse ex iis, quae postmodo in nostro exemplari habentur, facile constet. Alius eiusdem generis error in titulis septimi octavique libri permiscendis adeoque etiam male connumerandis cernitur. Statim enim post inscriptionem const. 4. Cod. VII. 65. (quorum appellationes non recipiantur), quae ita habet: *Impr. Gratianus a. ad Olybrium*, in medio folio 184. B. aliqui ex libro octavo tituli habentur, quorum haec est series: *Tit. LXVI. Si communes res pignorate sint* (Cod. VIII. 21.). *Tit. LXVII. De preturio pignore et ut in actionibus etiam debitorum missio preturii pignus procedat* (Cod. VIII. 22.). *Tit. LXVIII. Si in causa iudicata pignus captum sit* (Cod. VIII. 23.). *Tit. LXIX. Si pignus pignori datum sit* (Cod. VIII. 24.). *Tit. LXX. De remissione pignorum* (Cod. VIII. 26.). *Tit. LXXI. Etiam ob chirographaria pignus teneri* (Cod. VIII. 27.). *Tit. LXXII. De distractione pignorum* (Cod. VIII. 28.). Huius tituli priores duodecim leges ibidem in medio folio 186. A. positae sunt; reliqua autem non hic habentur, verum suo quidque in loco libri octavi collocantur. Post legem 12. autem in folio supradicto argumentum const. 4. Cod. VII. 65. habetur his verbis: *Si iuste debitum publicum vel canonis petatur, apellatio recipi non potest.* Sed deinceps reliqua, quae libri septimi sunt, posita sunt, ut tamen veri titulorum numeri non praetermittantur. Ex his, quae diximus, apparet, unum folium, quod ad libri octavi argumentum spectat, in archetypo, unde noster Codex manavit, male transpositum fuisse, eamque rem nostri quoque exemplaris scribam fugisse, quippe qui libri octavi titulos ex eo errore male in librum septimum inlatos ad septimi libri seriem connumeraverit itaque genuinos eorum numeros falsis permutaverit. Postea tamen, cum genuinos libri septimi titulos invenisset, error apparuit, neque tamen male factum emendare voluit. Verum non solum in titulis male collocandis et in illos, quibus non conveniunt, locos transferendis insignis videtur fuisse librarii scribae hallucinatio, verum etiam in singulis cuiusque tituli constitutionibus loco movendis et ad locos, a quibus alienae sunt, adiiciendis. Sic libri quinti titulus primus, qui *de sponsalibus et arrhis sponsaliciis et proxeneticis* est, duas habet constitutiones ex eiusdem libri titulo nono, quo *de secundis nuptiis* agitur, haustas; quae autem tertio loco posita est constitutio, const. 3. C. V. 1. est. Eiusdem fere generis est, quod in libri quarti titulo trigesimo quinto accidisse videmus. Nam, quae in huius libri titulo trigesimo quarto, qui *depositi* est, praetermissa est constitutio 11., inter subsequentis tituli, qui *mandati* est, legem primam secundamque ita est interposita, ut et numerum ab hoc loco plane alienum praeferat. Denique in libri octavi titulo trigesimo quinto, qui *de exceptionibus sive praescriptionibus* est, duodecim leguntur constitutiones, quae etiam in genuini Codicis exemplaribus ad hunc titulum referuntur; postmodo lex quaedam posita est, quae iam nihil ad hunc titulum, verum ad eiusdem libri quadragesimum primum, qui *de fideiussoribus et mandatoribus* est, pertinet, quam aliae tituli trigesimi quinti leges excipiunt, quae, quamquam iam in hoc titulo relatae sunt, ita tamen

una eademque serie connumerantur, ut hic error ipsum adeo nostri libri calligraphum fefellisse videatur. Eiusmodi errores quemadmodum absque ullo negotio deprehendimus, ita contra ea errorum causam fontemque non ita facile aperimus. — Illa autem disputatio cum maiore veri specie instítui queat, quare factum sit, ut in quibusdam operis nostri partibus, quae sunt diversorum titulorum constitutiones, ad unum titulum revocarentur. Sic libri sexti titulo quinquagesimo septimo, qui *de legitimis haeredibus* est, tredecim leguntur constitutiones, quae ad hunc titulum etiam in genuinis Iustiniani Codicis exemplaribus referuntur; postmodo quinque constitutiones subsequentis tituli habentur, quae tamen superioris tituli numeros sequuntur. Qua de re ut melius constet, huius tituli argumentum paucis adumbrabimus. *Tit. LVII. de legitimis haeredibus. Lex 1.* (L. 1. Iust. Cod. VI. 58.). *Lex 2.* (L. 2. C. ibid.). *Lex 3.* (L. 3, C. ibid.). *Lex 4.* (L. 4. C. ibid.). *Lex 5.* (L. 6. C. ibid.). *Lex 6.* (L. 7. C. ibid.). *Lex. 7.* (L. 8. C. ibid.). *Lex 8.* (L. 9. C. ibid.). *Lex 9.* (L. 10. C. ibid.). *Lex 10.* (L. 11. C. ibid.). *Lex 11.* (L. 12. C. ibid.). *Lex 12.* (L. 13. C. ibid.). *Lex 13.* (L. 14. C. ibid.). *Lex 14.* (L. 7. Iust. Cod. *communia de successionibus* VI. 59.). *Lex 15.* (L. 8. C. ibid.). *Lex 16.* (L. 9. C. ibid.). *Lex 17.* (L. 10. C. ibid.). *Lex 18.* (L. 11. C. ibid.). Intuenti autem cuique in ea, quae attulimus, satis constabit inter legem decimam quartam superioris tituli subsequentisque constitutionem septimam unum folium excidisse, eumque errorem ab eo, qui archetypum confecit, profectum esse, a nostri libri scriptore non item. Quem adeo tota res fefellisse videtur, ut et genuinos tituli quinquagesimi octavi numeros ad quinquagesimi septimi seriem ordinemque immutaverit. Atque haec, quae disputavimus, omnia alio Codicis nostri loco, qui fol. 108. A. habetur, egregie confirmantur. Initio folii 108. A. libri quinti inscriptio habetur, sequitur tituli primi argumentum, conflatum illud quidem, ut et supra dictum est, ex tituli noni primique constitutionibus; denique libri quinti titulus decimus, undecimus et deinceps reliqui eodem, quo in Iustiniani Codice, ordine absque ullo lacunae indicio habentur. Quae res manifesto est argumento, in eo, unde nostrum exemplar manavit, libro plus octo titulos defuisse, idque nostri Codicis calligrapho adeo fraudi fuisse, ut et tituli noni constitutiones ad primum titulum retulerit. — De patria nostri Codicis nihil certi constat. Quamquam a vero minus aberrare putem, si quis hunc librum in Italia exaratum esse arbitretur. Ac primum quidem vix ac ne vix quidem tibi persuadere possis, tantae molis librum in eo loco, ubi non legeretur, denuo descriptum fuisse, cum praesertim Iustiniani Codicis in breve contractio, qualis quantaque in iure reddendo eius libri vis ac potestas fuerit, satis ostendat. Atqui his, quibus nostrum exemplar scriptum est, temporibus nullibi, nisi in terra Italia, Iustiniani Codicis vestigia reperias[20]); hoc autem loco eius libri exemplaria circumferri adeoque etiam ad lites decidendas adhiberi solita nemo dubitat. Nam et in praeclaro illo libello contra Senenses concepto, quem *Muratorius* in antiquitatibus Italiae tom. III. pag. 888 — 890. primus edidit virque mihi amicissimus *Wilte* in Musei Rhenani tom. III. pag. 458 — 466. ex antiquo exemplari emendavit, circa medium saeculum VIII. p. Chr. n. loci quidam ex Iustiniani Codicis libro IV., VIII., IX. ad verbum adferuntur, et in aliis iisque posterioribus scriptis, quae quidem ad terram Italiam referantur, non ita raro facta est Iustiniani Codicis mentio. Qua de re Vir Ill. *de Savigny* in historiae iuris Romani per medium aevum tom. II. p. 205—207. et 224—238. ita disputavit, ut nihil supra. Huc accedit, quod talis est per nostrum Codicem totius scripturae forma, talis singulorum ductuum ratio, qualis in codicibus in terra Italia scriptis vel maxime conspicitur. Denique rationes orthographicae hanc coniecturam videntur confirmare. Certe, quod Germani Italos miramur neque *nihil* neque *mihi* recte pronuntiare posse, cum proinde eas res efferre soleant, ac si *nikhil* vel *mikhi* scriptum esset, eius rei vestigia etiam in nostro Codice plus semel habentur. *Michi* est III. 26. 4., VI. 44. 1., 49. 19.; *nichil* I. 5. 3., 9. 6., 17. 2., 19. 8., 22. 5., 23. 4., 39. 9., 52. 1., II. 4. 13., 24., 7. 6., 12. 15., 18. 20., 21. 2., 22. 2., 25. 1., 29. 2., 43. 1. aliisque locis, quos enumerare longum est. Porro spiritus asperi, qui vocatur, omis-

---

20) Vide *Eichhorni* librum: *Deutsche Staats- und Rechtsgeschichte* tom. I. p. 661. (ed. IV.). Paullo aliter V. Cl. *de Savigny* censuit in libro: *Die Geschichte des Römischen Rechtes im Mittelalter* tom. II. p. 88. et 130. (ed. II.).

sio, quae apud Italos hodieque usurpatur, etiam apud nostri exemplaris auctorem redire solet. Sic *abet* pro *habet* est I. 2. 42., 3. 19., 5. 10., 17. 2., 26. 1., 37. 2., II. 6. 7., 7. 20., 12. 24., 20. 4., 40. 2., 55. 4., 58. 2. aliasque saepenumero; *abes* pro *habes* II. 18. 17., III. 36. 2., IV. 52. 1., V. 37. 8., 51. 4., VII. 14. 14., 40. 2., VIII. 44. 29.; *abent* pro *habent* III. 14. 7., 28. 37., IV. 44. 14., V. 31. 4., VI. 53. 4.; *abere* pro *habere* II. 7. 13., V. 62. 4., 16., VI. 20. 20., 21. 2., 9. 10., 25. 6., 26. 6., 40. 1., 49. 5., VII. 15. 3., 17. 1., 45. 14., 57. inscr., VIII. 16. 9.; *abens* pro *habens* II. 21. 2.; *abentem* pro *habentem* III. 36. 24.; *abentes* pro *habentes* IV. 29. 5., V. 66. 2.; *abentibus* pro *habentibus* VII. 15. 3.; *abeat* pro *habeat* I. 2. 32., 3. 21., 9. 4., 10. inscript., 1., 28. 1., 31. 4., II. 3. 19., III. 28. 25., 32. 6., 36. 16., IV. 31. 14., V. 70. 6., VI. 20. 19., 21. 3., 25. 6., 30. 22., 40. 2., 49. 4., 49. 12., 56. 5., 59. 4., 60. 7., VII. 70. 8.; *abeant* pro *habeant* I. 2. 41., 3. 45., 9. 6., 37. 1., III. 4. 1., 36. 10., VI. 20. 21., 30. 21.; *abuisti* pro *habuisti* II. 5. 1., 18. 15., VI. 26. 3., VIII. 44. 19.; *abuit* pro *habuit* II. 12. 15., 21. 2., 45. 1., 2., 50. 6., III. 1. 15., 34. 13., V. 62. 17., VI. 38. 1., 42. 21., 57. 16., VII. 10. 4., 15. 1., 40. 7., VIII. 16. 9.; *abuerunt* pro *habuerunt* II. 36. 3., III. 31. 12., IV. 21. 10., VIII. 18. 1.; *abueris* pro *habueris* VI. 46. 4.; *abuerit* pro *habuerit* I. 9. 13., 4. 56., II. 45. inscript., VI. 46. 1., VII, 15. 3.; *aberet* pro *haberet* VII. 6. 1.; *abetur* pro *habetur* II. 55. 5., VIII. 17. 2.; *abeantur* pro *habeantur* I. 12. 5., VII. 3. 1., VIII. 17. inscr.; *abita* pro *habita* I. 55. 1.; *abitare* pro *habitare* I. 12. 5.; *abitant* pro *habitant* VI. 3. 12.; *proibet* pro *prohibet* I. 12. 5.; *proibuit* pro *prohibuit* I. 12. 5.; *proibente* pro *prohibente* I. 12. 5.; *proibentes* pro *prohibentes* I. 12. 5.; *proiberis* pro *prohiberis* VIII. 35. 16.; *proibetur* pro *prohibetur* I. 2. 25., II. 4. 24., VII. 72. 7.; *proibentur* pro *prohibentur* VII. 18. inscript.; *proibitis* pro *prohibitis* IV. 59. inscript.; *inibendis* pro *inhibendis* I. 52. inscript.; *adibiti* pro *adhibiti* VI. 42. 22.; *adibita* pro *adhibita* IV. 19. 1.; *adibuisti* pro *adhibuisti* VII. 34. 5.; *exibeantur* pro *exhibeantur* III. 14. inscript.; *exibendum* pro *exhibendum* III. 42. inscript.; *exibeantur* pro *exhibeantur* V. 53. 3.; *exibendis* pro *exhibendis* VIII. 7. et 8. inscript.; *exibendo* pro *exhibendo* VIII. 8. inscript.; *ratiabitione* pro *ratihabitione* II. 12. 5., 56. 1., III. 42. 1., V. 16. inscript.; *distrai* pro *distrahi* II. 18. 17., IV. 52. 3., 53. 1., VIII. 17. 8., 25. 6., 36. 3.; *detraere* pro *detrahere* II. 50. 7.; *detraatur* pro *detrahatur* V. 14. 10.; *distraat* pro *distrahat* V. 37. 7.; *subtraent* pro *subtrahent* V. 37. 9.; *traatur* pro *trahatur* VII. 17. 1.; *retraitur* pro *retrahitur* II. 51. 2.; *contraenda* pro *contrahenda* VII. 38. inscript., VIII. 37. inscript.; *contrai* pro *contrahi* IV. 10. 5.; *exeredentur* pro *exheredentur* I. 2. 42.; *exeredari* pro *exheredari* III. 28. 19.; *exeredatus* pro *exheredatus* III. 28. 28.; *exeredatis* pro *exheredatis* VI. 28. inscript.; *exeredata* pro *exheredata* III. 28. 15. et 28.; *eres* pro *heres* II. 38. 2.; *erede* pro *herede* VI. 23. 12.; *ereditatem* pro *hereditatem* I. 18. 2.; *ereticus* pro *hereticus* I. 7. 3.; *coortalium* pro *cohortalium* VI. 61. inscript.; *coortalia* pro *cohortalia* III. 23. inscript.; *coortalibus* pro *cohortalibus* I. 39. 13.; *orreum* pro *horreum* IV. 65. 4.; *orreorum* pro *horreorum* VIII. 11. 2.; *ordei* pro *hordei* IV. 32. 11.; *conpreenso* pro *conprehenso* I. 53. 5., 54. 6.; *ospites* pro *hospites* I. 9. 3., II. 7. 20.; *Ypatium* pro *Hypatium* I. 28. 2.; *Ellisponti* pro *Hellesponti* I. 33. 2.; *epoticaria* pro *hypothecaria* VII. 39. 7. Etiam illa ad vulgaris dialecti rationem accommodata videntur esse: *Spaniorum* pro *Hispaniarum* VII. 32. 11. et VIII. 5. 2. et *Sperium* pro *Hesperium* I. 5. 2. Denique ex eodem fonte derivatum videri potest, quod *scolasticus* pro *scholasticus* I, 3. 14., II. 7. 1. et *incoare* pro *inchoare* aliaque id genus saepenumero leguntur. — De possessoribus huius exemplaris manuscripti neque in ipso quidquam annotatum reperi, neque *Niebuhrius* in iurisprudentiae historicae commentariis, quos tresviri ad promovendam iuris scientiam insignes ediderunt, tom. III. p. 389—396. significavit, neque *Bluhmius*, indefessus bibliothecarum, quae per Italiam sunt, investigator, itineris Italici tom. II. p. 209. retulit. Denique in codicum manuscriptorum nostrae bibliothecae catalogo, quem *Philippus Marinius* ὁ μακαρίτης confecit, nihil occurrit, quod ad hanc rem illustrandam adhiberi queat. Cumque et tegumentum Codicis satis vetustum sit, ad hanc coniecturam adducor, ut eum per longum tempus in ea, qua de agitur, bibliotheca delituisse credam, cum praesertim iuris Iustiniani libri ad legem Romanam,

qua clerici vivebant, per medium aevum referrentur[21]), neque bibliothecae vel ecclesiarum vel monasteriorum tales libros sibi comparare dedignarentur[22]).

Sed iam tempus est, ut ad ipsum opus perveniamus. Operis titulus qui fuerit, quaeritur. Nos, ut de ea re constare possit, omnia Codicis testimonia, ex quibus aliquid derivari queat, in hunc locum congeremus. Initio indicis fol. 2. B., quem supra retulimus, haec leguntur: *Incipit capitula libri primi domini Iustiniani adnotationum codicum feliciter.* Vox *capitula* quid sibi velit, in obscuro non est. Sequitur enim: *Kap. I. De summa trinitate et de fide catholica et ut nemo de ea publice contendere audeat. K. II. De episcopis et clericis* et reliqua. Itaque dubitari nequit, titulos hac voce designatos esse. Initio primi libri titulum operis intercidisse iam supra dictum est. Libri secundi fol. 24. B. hic est titulus: *Incipit liber constitutionum secundus adnotationum codicum feliciter.* Libri finis fol. 52. A. hic est: *Explicit constitutionum liber secundus.* Ibidem tertii libri hic est titulus: *Incipit constitutionum domini Iustiniani liber tertius feliciter.* Quarti libri fol. 74. A. hoc est initium: *Incipit liber constitutionum adnotationum quartus.* Quinti libri fol. 108. A. hic est titulus: *Incipit liber quintus adnotationum domini Iustiniani.* Ad finem quinti libri fol. 132. B. haec leguntur: *Explicit liber quintus constitutionum domini Iustiniani feliciter.* Initium libri sexti ibidem hoc est: *Incipit liber constitutionum sextus feliciter.* Desinit fol. 161. A.: *Explicit liber constitutionum VI. adnotationum domini Iustiniani feliciter.* Similis est libri septimi titulus: *Incipit liber constitutionum adnotationum domini Iustiniani septimus.* Desinit fol. 188. B. in haec verba: *Explicit liber septimus adnotationum domini Iustiniani.* Denique libri octavi ibidem hoc est initium: *Incipit liber octavus constitutionum domini Iustiniani, ut super.* Atque intuentibus nobis in haecce nostri Codicis testimonia illud quidem apparet, vocem *constitutionum* fere semper cum voce *liber* coniunctam haberi. Verum neque illa *adnotationum codicum* ficticia esse possunt, cum in indicis secundique libri titulis legantur. Huc accedit, quod et libri quarti, quinti, septimi titulis et ultimis sexti septimique verbis certe quidem aliqua ex parte confirmentur. Denique illa verba *domini Iustiniani*, si quando cum voce *adnotationum* coniuncta sint, his fere semper postposita esse repeiuntur. Sic certe initio quinti septimique libri et in fine sexti septimique. Contra ea illi loci, ubi verba *domini Iustiniani* cum voce *constitutionum* coniuncta habentur, ad nostram rem decidendam nihil videntur pertinere, cum in hoc omissionis genere facile peccari soleat. Itaque genuinum nostri operis titulum hunc esse arbitramur: *Incipit constitutionum liber primus adnotationum codicum domini Iustiniani.* Verbis *adnotationes codicum domini Iustiniani* singularum constitutionum in Iustiniani Codice relatarum epitomae demonstrantur. Neque in eo offendas, quod Iustiniani Codex plurali numero hoc loco designetur. Solent enim Graeci scriptores hunc librum voce *κώδικες* plurali numero designare[23]). Itaque facile fieri potuit, ut in exemplari, quod in terra Italia a Graecis occupata exaratum erat, libri titulus ad hanc consuetudinem conforma-

---

21) Vide Savinii librum: *Geschichte des Römischen Rechtes im Mittelalter* (ed. II.) tom. I. p. 130—137.
22) Vide Savinii librum laudatum I. p. 141—145. 23) Codex Graecus Monacensis numero 380. signatus in indice titulorum (vide *Ἀνέκδοτα* tom. I. p. XLIV.) ϟθ'. *συναγωγὴ τῶν εἰρημένων τίτλων καὶ παρατίτλων ἐν τοῖς κώδιξι καὶ τοῖς διγέστοις καὶ ταῖς διατάξεσι τῶν νεαρῶν.* Psellus *συνοψ.* vs. 44. in Meermanni thesauro iuris civilis et canonici tom. I. p. 43. *εἶτα συνοπτικώτερον τοῦ Λέοντος βιβλίον (τὸ πᾶν ἑξηκοντάβιβλον πάντας τοὺς νόμους ἔχον) τοὺς κώδικας, τὰ διγέστα, τὰς νεαρὰς συντόμως.* Attaliata in praefatione *τοῦ ποιήματος νομικοῦ* apud Leunclavium in iure Graeco-Romano tom. II. p. 2. de Iustiniani Codice sic loquitur: *τὰς δώδεκα βίβλους τῶν κωδίκων συνεπέρανεν.* Paullo post de Basilicorum confectione: *τά τε δίγεστα καὶ τοὺς κώδικας καὶ πολλὰ τῶν ἰνστιτούτων καὶ αὐτὰς τὰς Ἰουστινιανοῦ νεαρὰς δι' ἐννόμων ἀνδρῶν ἀγρύπνως ἐρανισάμενος.* Matthaeus Blastares in praefatione syntagmatis canonum apud Beveregium in Synodico tom. II. parte 2. p. penult. de Iustiniani Codice ita loquitur: *ἰδίᾳ δέ, ὅσα οἱ βασιλεῖς διωρίσαντο, ἐν βίβλοις ἔγραψε δώδεκα, ἅπερ ὠνόμασε κώδικας ἤτοι βασιλικὰς διατάξεις.* Hinc et singulos Codicis libros apud Graecos *κώδικας* vocatos esse constat. Paullo post idem de Iustiniani Codicis versionibus: *Θαλελαῖος (ἀντι)κένσωρ τοὺς κώδικας εἰς πλάτος ἐκδίδωκε.* Denique ad finem praefationis de Basilicorum compilatione ita habet: *καὶ τὰ διέχοντα τῇ θέσει συνάψας εἰς ἕν, τά τε δίγεστα καὶ τοὺς κώδικας καὶ πολλὰ τῶν ἰνστιτούτων καὶ αὐτὰς τὰς τοῦ Ἰουστινιανοῦ νεαρὰς — τεύχεσι ὠργάνωσεν ἕξ.* Harmenopulus in Manualis legum I. 1. §. 7. ed. Reitzi p. 12. *Λέων ὁ σοφὸς ὁ ἐν βασιλεῦσιν ἀοίδιμος τὰ δίγεστα καὶ τοὺς κώδικας καὶ τῶν ἰνστιτούτων πολλὰ καὶ νεαρὰς αὐτὰς εἰς ἓν πάντα συναγαγὼν — ἀπήρτισεν.*

retur, eaque res a summae Perusinae compilatore in hoc opus transferretur. Nec denique plurium genitivorum, quorum alter ab altero pendeat, concursus habet, quod mireris. Talia enim apud optimos quosque Latinitatis auctores habentur[23]). *Niebuhrio* num eadem, quae nobis, de operis titulo sententia sederit, ex eius verbis generaliter conceptis non satis perspicitur[24]).

Sequitur, ut ipsum operis argumentum describamus et quodammodo adumbremus. Est autem in nostro Codice Iustiniani Codicis summa, quae ut uniuscuiusque libri titulique ordinem sequitur, ita singularum constitutionum epitomas habet. Unicuique constitutioni numerus praepositus est hoc modo: *Lex I.*, *Lex II.* et caet. Qui numeri etsi in exemplari manuscripto notis Romanis exprimuntur, in editione tamen ad numerorum Arabicorum modum immutati sunt, ut a titulorum numeris recte discernerentur. Quodsi quando error in horum numerorum seriem irrepserit, Codicis lectionem in notis exprimere non dubitavi. Eius rei exempla haec sunto: I. 2. 25., 31. 4., II. 3. 34., 4. 37., 42. 4., III. 34. 14., IV. 32. 24., 35. 12., V. 16. 25., 17. 8., 37. 15—18., VI. 2. 14. et 15., 49. 8., VII. 14. 37., 46. 4., 63. 5. Idem de erroribus, qui in titulorum serie ordineque inveniuntur, facere non dubitavi. Exempla huius rei sunt: III. 12. et 15., IV. 28., VII. 17. et 73. Post numerum constitutionis, quae in nostro opere *legis* voce[25]) designatur, constitutionis inscriptio habetur, quae vel maxime ad Iustiniani Codicis auctoritatem accedit. Est tamen, ubi plenior in nostro exemplari habeatur, quam rem infra latius explicabimus. Hae inscriptiones in illo, unde nostrum exemplar ductum est, codice manuscripto, si non omnes, at certe magna pars siglis notisque conceptae videntur fuisse. Quae res exinde colligitur, quod harum notarum in nostro exemplari est ubi pravae interpretationes habeantur. Sic ex nota, qua *imperator* designatur, *imperante* exiit (VII. 34. 1., 35. 1. et 2.); sic ex nota, qua *augustus* significatur, *Aurelius* natum est (IV. 32. 1.); sic ex nota, qua *Caesar* exprimitur, vel *centum* profectum est (I. 18. 5., II. 43. 3.) vel *consul* (II. 4. 20., 24. 5., IV. 6. 4., VII. 57. 6., VIII. 47. 6.); sic ex siglis, quibus *nobilissimus Caesar* significatur, *novies et consul* exiit (II. 3. 15., VI .7. 6.) vel *novies* (III. 28. 16., IV. 35. 8.) vel *novies c.* (VII. 10. 3.) vel *novies pc.* (VII. 16. 6.) vel *comiti* (VII. 1. 12.); sic ex nota, qua *exemplum* designatur, *explicit* ortum est (VII. 16. 40.); denique ex nota, qua *Orientis* designatur, *ordinarium* exiit (IV. 61. 7., VI. 30. 15., VIII. 36. 11.). Illa tamen inscriptionum pars, quae sic habet: *idem augustus* vel *iidem augusti* in antiquo exemplari, unde nostrum deductum est, non ita saepe videtur rediisse, cum nostri operis scriptor in constitutionibus, quas iidem imperatores fecerunt, deinceps referendis saepius, quam in vulgatis Iustiniani Codicis exemplaribus fieri solet, nomina imperatorum integra litteris perscripserit. Cuius rei exempla habentur his locis: I. 7. 4., 5., II. 3. 30., 31., 56. 4. 6., III. 33. 14—17., IV. 1. 11 et 12., 5. 11 et 12., 18. 2 et 3., 20. 15—18., 29. 22—25., 30. 13—16., 37. 6 et 7., V. 12. 29—31., V. 37. 25—28., VI. 2. 20—22., 26. 8—11., 27. 4—6., 35. 11 et 12., 37. 21—26., 38. 3—5., 42. 30—32., VII. 15. 1—3. Non tamen dubitandum, quin inscriptiones singularum legum in nostro opere aliquando ad ea, a quibus aliena sunt, summaria trahantur, quam rem ex Iustiniani Codicis comparatione facile deprehendimus. Hoc factum est his locis: I. 14. 8 et 9., 18. 7., 50. 7. et 8., 54. 6 et 7., II. 3. 6 et 7., 4. 7—8., 7. 24., 12. 9—12. et 14—21. et 23—27., III. 36. 11 et 12., 38. 9—11., IV. 26.

---

23) Vide Perizonium ad Sanctii Minervam libr. II. cap. 3. p. 174. 24) l. l. tom. III. p. 390. 25) Id enim et singulae epitomae constitutionum praeferunt et his formulis demonstratur: *in ea lege habet* vel *in eadem lege habet* I. 2. 25, 31., 42., 5. 10., 26. 1., 27. 1., II. 7. 20., 55. 4., 58. 2., III. 1. 12., 28. 36., IV. 35. 22., 55. 35., V. 13. 1., 33. 1., 37. 26., VI. 23. 28., 27. 6., VII. 6. 1., 15. 1., 17. 1., 24. 1., 31. 1., 32. 12., 62. 6.; *in ea lege* II. 56. 1., 58. 2., VII. 39. 7., 62. 19.; *item in ea lege verba ipsa* VI. 30. 1.; *in ea lege verba hec ipsa* VI. 60. 6., 8.; *in ea lege habet verba* VI. 55. 4., VII. 7. 1.; *verba hec leg.* VI. 60. 5; *idem in ea lege habet* I. 2. 42., 3. 19., 5. 10., III. 28. 30., 31. 12., VII. 6. 1.; *in ea lege, ubi dicit* VII. 39. 7. et 8.; *in ea lege abet, ubi dicit* VII. 40. 2.; *in ea lege dicit* I. 12. 5., 14. 5., III. 28. 30., IV. 30. 14., VII. 63. 5.; *item in ea lege dicit* IV. 30. 14.; *idem in ea lege* I. 14. 5.; *in ea lege verba haec sunt* V. 1. 2., V. 12. 11. Denique παραπομπαὶ rem conficiunt: velut *require legem* III. 36. 15., 36. 16—25., 37. 1., VIII. 39. 2., *lege ipsam legem* III. 36. 4., VI. 53. 6. et 8., *hec lex et de nepotes — loquitur* VIII. 47. 10., *lex ut supra* II. 4. 30., 22. 9., V. 75. 4., *ut supra lege hoc habet et ista* III. 1. 16., *idem haec lex ut supra* IV. 56. 2.

10., 30. 6 – 10, V. 12. 24 – 30., 27. 12., VI. 2. 18., 37. 5 – 18., VII. 16. 3., 51. 3., VIII. 11. 3., 44. 29 et 30. Quae res quare acciderit, variae causae reddi possunt, eaeque, ut opinor, satis idoneae. Est ubi aberrans librarii scribae oculus in causa fuerit, quare prioris constitutionis inscriptio in subsequentem legem translata sit, velut VII. 38. 1.[26]). Est etiam, ubi ex subsequentis constitutionis inscriptione aliquid in antecedentis migraverit, velut, quod I. 3. 3. *Rufino pp.* habetur, id et contra fidem Theodosiani Codicis et codices mss. Iustiniani Codicis est, et ex const. 4. huius tituli in eam, quam dixi, legem translatum. Alia causa, quare inscriptiones ad leges, ad quas non pertinent, delatae sint, haec est, quod ex una Iustiniani Codicis constitutione aliquando duae nostri operis epitomae confectae sunt. Sic II. 3. 7. et 8. ex ea constitutione, quae in Herrmanniana Codicis editione const. 9. C. II. 3. (de pactis) est, orta sunt, habent autem constitutionis septimae nonaeque inscriptiones. Porro singularum legum apud nostrum scriptorem in alium locum translatio[27]) in causa fuit, quare inscriptiones in alium locum detrusae videantur esse. Sic III. 28. lex vigesima, vigesima prima secundaque apud nostrum scriptorem diverso ordine habentur, quam in Iustiniani Codicis exemplaribus manuscriptis. Quare factum est, ut, quae sunt const. 21. et 22. C. III. 28. inscriptiones, in nostro Codice manuscripto permiscerentur. Denique diversorum titulorum in unum confusio aliquando fecisse videtur, ut inscriptiones confunderentur. Quam rem ut exemplo illustremus, ad libri octavi titulum trigesimum quintum animum advertemus. Huius tituli primae quattuor constitutiones sunt eaedem, quae in Iustiniani Codicis libri VIII. titulo 36. habentur; quae vero apud nostrum scriptorem sequuntur usque ad decimam legem, hausta sunt quidem ex his, quae Iustinianus Codex l. l. inde a constitutione quinta usque ad decimam complectitur, habent autem inscriptiones ex constitutionibus, quae in eiusdem libri titulo 41. inde a septima usque ad duodecimam habentur, deductas; quae vero deinceps apud nostrum habentur leges undecima duodecimaque, eae et argumentum et inscriptiones penultimae constitutionis et ultimae tituli 36. libri VIII. referunt; sequitur apud nostrum scriptorem constitutio, quae const. 16. Iust. Cod. VIII. 41. est; ultimae autem huius tituli leges conveniunt cum his, quae in Iustiniani Codicis libri octavo titulo trigesimo sexto inde a constitutione quinta usque ad decimam tertiam habentur. Tantae nostri scriptoris a Iustiniano Codice discrepantiae quae causa fuerit, non est difficile explicare. Librarius scriba enim, ubi semel ad libri octavi titulum quadragesimum primum delatus erat, huius tituli inscriptiones in trigesimum sextum male intulit; postea, ubi errorem animadvertit suum, integras huius tituli leges ex eo, quod in vulgarem sermonem transtulit, opere in suum exemplar transscripsisse videtur. — Denique de inscriptionum interpolatione videndum est. Quae quidem disputatio duas habet partes, alteram, ut de his, quae fortuito casu acciderunt, interpolationibus videamus, alteram, ut de his, quae data opera apud nostrum scriptorem immutata sunt, dispiciamus. Atque ad illud quidem genus revocandum est, si quando ex diversarum constitutionum inscriptionibus una eaque satis absurda efficta est. Quae res cum in aliis locis, tum vel maxime in libri tertii titulo trigesimo sexto deprehenditur. Nam legis 19. inscriptio: *idem a. et c. pactumlelisygratiae* ex diversarum constitutionum inscriptionibus nata est, hoc est, const. 19., quae ita habet: *Iidem aa. et cc. Lysicrali,* et const. 20., quae haec est: *Iidem aa. et cc. Pactuelae.* Porro ex hac, quam ultimo loco retulimus, et const. 21. inscriptione, quae ita habet: *Iidem aa. et cc. Fortunalo* nata est haec legis vigesimae inscriptio: *Idem a. et c. Fortunalo Pactumiae.* Porro ex constitutione 21. et 22., quae *Dionysium* praefert, nata est haec legis 21. inscriptio: *Idem a. et c. Dionysio Fortunalo.* Atque ad eundem fere modum ex constitutionis 22. et 23. inscriptionibus haec, quae legis 22. est, orta est; denique ex const. 23. et 24. haec, quae legis 23. est. Huius erroris causa in eo videtur esse posita, quod librarii scribae oculus ab alia

---

26) Idem erroris genus etiam in libris mss. Iustiniani Codicis reperitur. Sic, teste Herrmanno, pars inscriptionis ex const. 28. C. I. 3. in manuscripto codice bibliothecae Universitatis Lipsiensis in const. 31. C. ibid. translata est. Vide Herrmannum pag. 32. not. 9. Similiter codex Parisiensis peccavit in const. 25. C. ibid. inscriptione. Vide Herrmannum p. 30. not. 12.

27) Eiusmodi translationes vel maxime insignes hae sunt: I. 18. 7. et 8., II. 17. 1. et 2., III. 34. 13. et 14., 36. 19. et reliqua usque ad 24., III. 38. 9. et 10., IV. 26. 8. et 9., V. 43. 1. et 2., VI., 3. 6. et reliqua usque ad 10., VI. 26. 1. et 2., 36. 5. et 6., VII. 4. 9. et 10., VIII. 17. 1. et 2. et 3.

ad aliam legem aberraverit itaque ex rebus plane dissimilibus unam eamque male cohaerentem inscriptionem conflaverit. Ad alterum interpolationis genus hoc primum referendum videtur esse, si quando is, cui rescriptum est, in Iustiniano Codice alio, quam, quo apud nostrum scriptorem habetur, modo efferatur. Sic const. 6. C. II. 7. *ad Florentium* $\overline{pp}$. habet, cum in summa Perusina *Florentio* $\overline{pp}$. sit. Ad eundem modum const. 3. C. II. 12. ed. Herrm. *ad Metrodorum*, cum tamen noster scriptor *Metrodoro* habeat. Atque rursus est, ubi Iustinianus Codex dativum casum praeferat, summa Perusina autem praepositionem. Sic const. 27. C. III. 27. *Verino* habet, cum apud nostrum scriptorem *ad Verianum* habeatur. Ex eodem errore multae et aliae corruptelae natae sunt, velut I. 2. 30. *Addioscoro* pro *Dioscoro*, I. 14. 9. *ad Palladio* pro *ad Palladium*, I. 22. 4. *ad Pompeio* pro *ad Pompeium* sive is *Pompeianus* est, II. 2. 17. *Adeximmacho* pro *Deximacho*, II. 7. 15. *ad Dioscoro* pro *Dioscoro*, III. 27. 2. *ad Adriano* pro *Hadriano*, VI. 17. 2. *ad Rufino* pro *ad Rufinum*. Deinde ad has, quae data opera factae sunt, inscriptionum corruptelas illud quoque revocandum est, si quando ex ipsis constitutionis verbis inscriptio aliquod incrementum ceperit, id quod vel maxime in prioribus cuiusque constitutionis verbis accidisse animadvertimus. Ac primum quidem IV. 8. 1., ubi *Hermogeni praesidi provinciae* habetur, ultima inscriptionis pars a Iustiniani Codicis exemplaribus abest, cumque praeses provinciae in contextu constitutionis tertia persona designetur[28]), ex prioribus legis verbis orta videntur esse. Sic IV. 28. 2. *Sophio et Zenodoro*, cum Iustinianus Codex *Sophiae* habeat. Atqui *et Zenodoro* orta sunt ex prioribus constitutionis verbis: *Zenodorus, si cum sui iuris esse publice videretur, — contraxit.* Quae quidem loquendi ratio satis absurda esset, si ipsi adeo Zenodoro rescriptum esse censeres. Sic VII. 62. 5. haec inscriptio habetur: *Impr. Diocl. et Max. aa. Valerio praesidi provinciae*, quae in Iustiniano Codice aliter concepta est: *Impp. Dioclet. et Maxim. aa. et cc. Valenti et aliis.* In qua utriusque libri diversitate illud apparet, voces *praesidi provinciae* ex prioribus constitutionis verbis[29]) esse enatas, siquidem in contextu constitutionis hi, ad quos litterae missae sunt, secunda persona compellantur, praeses provinciae autem tertia designatur. Idem erroris genus VIII. 29. 1. et 4. deprehenditur. Nam in prima quidem tituli lege verba summae Perusinae *praesidi provinciae* abiicienda sunt, tum quod in Iustiniano Codice desunt, tum quod is, cui rescriptum est, ibi secunda, praeses provinciae autem tertia persona significatur[30]); in quarta autem eiusdem tituli lege verba *praesidi provinciae* easdem ob causas condemnanda sunt[31]). Quorum errorum communis hic est fons, quod ea, quam primo loco retulimus, lex a verbis: *praeses provinciae* incipiat, haec autem, quam ultimo loco posuimus, in contextu constitutionis aliquam habeat *praesidis* mentionem. Denique II. 4. 12. verba *praesidi provinciae*, quae partem inscriptionis efficiunt, similiter ex prioribus const. 12. C. II. 4. verbis[32]) orta sunt, cum et in Iustiniano Codice desiderentur et praeses provinciae tertia persona designetur. Verum haec sufficiant ad demonstrandum id, quod supra posui. — Restat, ut de corruptelis inscriptionum, quae ex quarundam vocum omissione apud nostrum scriptorem profectae sunt, paucis videamus. Id genus erroris vel maxime in his, quae pluribus missae sunt, constitutionibus accidisse videtur. Ac primum quidem in Iustiniano Codice multae constitutiones reperiuntur, quae ad certam personam missae esse perhibentur, ut tamen hanc habeant inscriptionis adiectionem *et aliis*. Quod brevitatis causa factum esse apparet ex eo, quod hi, ad quos constitutio missa est, plerumque secunda pluralis numeri persona designantur. Inveniuntur tamen summae Perusinae loci non admodum pauci, ubi haec verba *et aliis* tam contra Iustiniani Codicis fidem, quam contra ipsarum constitutionum tenorem omissae sint. Sic const. 3. C. V. 28. habet *Gordio et aliis*, cum verba *et aliis* in summa Perusina desint. Atqui necessariam esse hanc verborum adiectio-

---

28) Iust. Cod. IV. 8. 1. *Praeses provinciae* iure proferre sententiam *curabit.* 29) Iust. Cod. VII. 62. 5. *Praeses provinciae*, ad quem *appellastis*, si non vitio negligentiae *vestrae* tempus — exemptum esse *animadverterit*, sed — cognoverit, iuxta perpetui iuris formam desiderio *vestro medebitur.* 30) Iust. Cod. VIII. 30. 1. *Praeses provinciae* aditus, si fuerit probatum, *tuum* creditorem — dolo malo fundum vendidisse, quanti *tua* interest, restitui *tibi* eundem creditorem *iubebit.* 31) Iust. Cod. I. 1. 4. Cum *alleges* —, *adito praeside provinciae, experire* actione, si — docere *potueris.* 32) *Iidem aa. Primo. Praeses provinciae existimabit*, utrum — transactio inter *te* et civitatis administratores facta sit. — Nam — *iubebit*, — non *sinet.*

nem ipse constitutionis tenor[34]) facile ostendit. Eodemque modo verba *et aliis*, quae in summa Perusina VI. 2. 16. desiderantur, in Iustiniano Codice habentur et vero omitti non debuisse ipsa constitutionis verba declarant[35]). Quae eadem ratio facit, ut verba *et aliis* in const. 6. C. VII. 10. deesse non possint, cum tamen apud nostrum scriptorem non habeantur[36]). Eiusdem farinae est, quod VII. 52. 3. verba *et aliis* desunt, quae tamen in Iustiniani Codicis exemplaribus habentur et abesse omnino non possunt[37]). Neque VIII. 17. 2. *et aliis* deesse possunt, contra quam nostro scriptori visum est[38]). Verum non solum in verborum *et aliis* ad inscriptionis finem adiectorum omissione noster scriptor subsistendum putavit, verum, quod mireris, etiam certa eorum, ad quos unaquaeque constitutio missa est, nomina praetermittenda esse duxit, si quando acciderit, ut Iustinianus Codex duas pluresve personas disertis verbis commemoraret. Atque hoc quoque erroris genus facile demonstratur, cum, quae apud nostrum scriptorem omissa sunt, et in libris mss. Iustiniani Codicis non desint et ob ipsum constitutionum tenorem abesse nequeant. Const. 25. C. II. 4. haec est inscriptio: *Iidem aa. et cc. Marcellae et Quirillae*, in Iustiniani Codicis exemplaribus, cum tamen summa Perusina verba *et Quirillae* omittat. Quae tamen abesse non possunt, cum in contextu constitutionis hi, ad quos missa est, secunda pluralis numeri persona compellentur[39]). Atque etiam V. 18. 6. inscriptionis pars apud nostrum scriptorem desideratur. Sic enim Codicis exemplaria: *Impp. Diocletianus et Maxim. aa. Alexandrae et Neroni*, cum tamen summa Perusina verba *et Neroni* plane non habeat. Atqui ipse constitutionis tenor exigit, ut duas personas significari credamus[40]). Denique in const. 2. C. V. 46. in Iustiniani Codicis codd. mss. haec habetur inscriptio: *Imp. Philippus a. et Philippus c. Asclepiadi et Menandro*, cum tamen summa Perusina verba *et Menandro* non habeat. Atqui genuina esse ipsa constitutionis verba loquuntur[41]). Quae cum ita sint, nolo tamen existimes nullam aut certe perexiguam utilitatem ad Iustiniani Codicis inscriptiones critica arte ac disciplina perpoliendas ex summariis Perusinis redundare. Quam rem infra latius explicabimus.

Transeo ad ipsas, quae apud nostrum scriptorem habentur, constitutionum epitomas describendas. Harum initio prima quaeque constitutionis verba in eo, unde nostrum exemplar ductum est, opere collocata fuisse videntur. Cuius rei indicium faciunt et illae inscriptionum corruptelae, quas ex prioribus constitutionum verbis enatas esse supra ostendimus, et hi summae nostrae loci, qui a prioribus constitutionum verbis etiamnum incipiunt. Cuius rei exempla haec in promptu sunt: I. 33. 2., II. 3. 25., 11. 17., III. 5. 1., IV. 28. 5., V. 37. 14., VI. 2. 12., 23. 26., VII. 25. 1., 56. 2. et 3., VIII. 47. 10. Postmodo ipsae constitutionum epitomae collocatae sunt, ut tamen cum superioribus per vocem *ubi* vel *ubi dicit* coniunctae sint. Prioris generis haec sunt exempla: I. 6. 11. et 12., 9. 1., 12. 5., 13. 1., 17. 1. et 2., II. 2. 1., 3. 3. et 23., 4. 7., 15., 16., 18., 6. 2. Ad id, quod ultimo loco posuimus, genus haec revocanda sunt: I. 27. 3. et 4., 30. 1. et 2., 31. 2. et 3. et 5., 7. 14. et 16. et 24., 12. 20. Ipsarum epitomarum haec est ratio, ut partim ipsa constitutionis verba referant, partim sententiam exprimant. Illud vel maxime sic locum habet, ubi ista verba *in ea lege* vel *item in ea lege habet* vel *item in ea lege verba haec ad locum*, *ubi dicit* adiecta sunt; hoc autem maximam partem operis occupavit. — In his epitomis conficiendis quae intentio nostri scriptoris fuerit, non est difficile intelligere. Iustiniani Codicis quasi quendam indicem secundum librorum titulorumque consequen-

---

34) Iust. Cod. V. 28. 3. Si tutores testamento *vobis* dati sunt, quamquam unus *vestrum* suae aetatis factus sit. 35) Cod. VI. 2. 16. Si servum *vestrum* — venundedit et rel. 36) Cod. VII. 10. 6. Iidem aa. et cc. *Milio et aliis*. Si pater servum *vestrum* manumisit. 37) Sic enim Cod. VII. 52. 3. Idem a. *Demetrio et aliis*. Si pecuniam, quam mala ratione intercepisse *vos* apparuerit, *iussi sitis* inferre et — non *provocaveritis*, universam quantitatem *debetis* inferre. 38) Sic enim Cod. VIII. 18. 2. Imp. Antoninus a. *Chresto et aliis*. Si — in possessionem — *inducti estis*, quam adversarius *vester* occupaverit, tempore *potiores estis*. 39) Cod. II. 4. 25. Si *maiores* viginti quinque annis cum patruo *vestro transegistis*, vel — *remisistis*, non iccirco, quod — *vos* fecisse *proponatis*. 40) Cod. V. 18. 6. Si circumscripta matre *vestra* —. Proinde si — circumventam matrem *vestram* — *ostenderitis*, quando, *vobis possidentibus*, ad obtinenda praedia etiam doli mali exceptionis potestas opituletur. 41) Cod. V. 46. 2. Quaedam pupillorum *vestrorum* — indemnitatem *vobis* promissam *adseveratis*. Quae si ita sunt et iidem — contra *vos* congredi malunt non immerito — praestari *desiderabitis*, quos et administrationem sine periculo suscepisse *proponitis*.

tiam contexere voluit, ut statim, quae totius constitutionis sententia esset, intelligeretur. Hinc, ubi similium sententiarum in eodem loco concursus est, nulla constitutionis titulive epitome habetur, et rerum similitudo designatur hoc modo: *ut supra titulus* III. 5. 1., *lex ut supra* II. 4. 30., 22. 9., V. 75. 4., *ut supra lege hoc habet et ista* III. 1. 16., *idem haec lex ut supra* IV. 56. 2. Aliquando etiam integrae constitutiones aut certe magna earum pars apud nostrum scriptorem relatae sunt, velut I. 1. 1., V. 17. 4., 37. 14., 62. 25., 65. 2., VI. 24. 5. et 12., 37. 4., 38. 3., 42. 20., 53. 2., 54. 7., VII. 16. 38., 27. 2., 72. 8., VIII. 16. 1., 35. 13. et 17 — 20., 47. 2. Quae res manifesto argumento est, in eo, unde nostrum exemplar ductum est, opere partim integras constitutiones positas fuisse, partim meliora, quam quae apud nostrum scriptorem habentur, singularum constitutionum summaria. Cuius rei fidem faciunt et illa ipsa verba: *in ea lege; item in ea lege habet; item in ea lege ad locum, ubi dicit.* Hoc enim dicendi genus quasi quosdam flosculos de singularum constitutionum tenore decerptos significat. Ac, ne quidquam ad eam rem demonstrandam desit, libri octavi titulum trigesimum, de quo iam supra actum est, hoc loco commemorabimus. Is titulus earundem constitutionum plures habet epitomas, quae et inter sese differunt, et tamen nescio quo casu in eundem locum conlatae sunt. Qua de re ut constet, totam rem in una quasi tabula adumbrabimus, primo loco Iustiniani Codicis constitutiones posituri, secundo tertioque diversas earundem epitomas.

Iust. Cod. VIII. 36. 5. ed. Spangenberg.	*Summa Perus. VIII. 35. 14.*	*Summa Perus. VIII. 35. 5.*
Impp. Dioclet. et Maxim. aa. et cc. Basilio. Licet unde vi interdictum intra annum locum habeat, tamen exceptione perpetua succurri ei, qui per vim expulsus post retinuit possessionem, auctoritate iuris manifestatur. S. Kal. Maiis Trallis aa. conss.	*Impr. Dioc. et Max. aa. et c. Basilio. Hic de violentia unius anni dic̄; lege ipsa lege.*	*Impr. Dioc. et Max. aa. et c. Eroti. Per usum intra annum est de momentum post de perpetua erit actio.*
6.	*15.*	*6.*
Iidem aa. et cc. Helenae. Si pactum intercessit, in exceptione sine temporis praefinitione de dolo replicare potes. S. Kal. Sept. Viminacii aa. conss.	*Idem a. et c. Elenae. Si pactus intercessit in exceptionem temporis praefinitionem, de dolo replicari n̄. potest.*	*Impr. Alex. a. Longino. De pacti querella de dolore replicari potest.*
7.	*16.*	*7.*
Iidem aa. et cc. Menandro. Si ex maiore debiti quantitate minor tibi soluta est, nec liberationem debitori tuo praestitisti: petere, quod non probatur redditum, contra exceptionem pacti replicatione tuam adiuvans intentionem, minime prohiberis. S. II. Kal. Mart. cc. conss.	*Idem a. et c. Manundre. Si ex maiore debiti quantitate minor tibi soluta est, intentionem tuam minime proiberis; lege ipsam legem.*	*Idem a. Aristograti. De pacto si minus, quam tibi debetur, accepisti, contra agere potis.*
8.	*17.*	*8.*
Iidem aa. et cc. Aurelio. Praescriptionem peremptoriam, quam ante contestari sufficit, omissam, priusquam sententia feratur, obiicere quandoque licet. S. XV. Kalend. Novemb. cc. conss.	*Idem a. et c. Aurelio. Perscriptionem peremptoriam, quam ante contestari sufficit, ꝉ omissam, priusquam sententiam feratur, obicere quandoque liceat.*	*Idem a. Vitali. Prescriptio temporum ante denuntiationem dici licet n̄. potest.*

9.	**18.**	**9.**
Iidem aa. et cc. Mutiano. Siquidem intentionem actoris probatione deficere confidis, nulla tibi defensio necessaria est. Si vero de hac confitendo exceptione te munitum asseveras, de hac tantum agi convenit. Nam si etiam de intentione dubitas: habita exceptionis contestatione, tunc demum, cum intentionem suam secundum asseverationem suam petitor probaverit, huic esse locum monstrari convenit. S. III. Non. Nov. Burtadizi cc. conss.	*Idem a. et c. Muciano. Siquidem intentionem actoris probationem defeč. c̄fidis, nulla tibi defensio necessaria est.*	*... Sallustio. Actor si de probationem defecit, cessit pretium.*
10.	**19.**	**10.**
Iidem aa. et cc. Aquilinae. Non exceptionibus actores, quibus reis auxilium tribuitur certis ex causis, sed replicationibus suam intentionem, si quam habeant, muniant. S. Kal. Decemb. Nicomediae cc. conss.	*Idem a. et c. Aquiliane. Non exceptionibus actoris, quibus rei auxilium tribuitur, certis ex caussis, set replicationibus suam intentionem, si qua, muniunt.*	*Idem a. Theodoto. Non sola allegatio petitori videndum est, set et pulsati.*
11.	**20.**	
Iidem aa. et cc. Neoni. Defensiones sive exceptiones ad intercessores extendi, quibus reus principalis integro manente statu munitus est, constat.	*Idem a. Nicomenianeoni. Defensiones sive exceptiones ad intercessores extendi, quibus reus principalis integro manente statu munitus est, constat. Sub die XV. Kl. Ian....*	**Deest.**
12.	**21.**	**11.**
Imp. Iulianus a. ad Iulianum comitem Orientis. Si quis advocatus inter exordia litis praetermissam dilatoriam praescriptionem postea voluerit exercere, et ab huiusmodi opitulatione submotus, nihilo minus perseveret atque praeposterae defensioni institerit, unius librae auri condemnatione multetur. Dat. VII. Id. Mart. Antiochiae Iuliano a. IV. et Sallustio conss.	*Impr. Iustinianus a. Iulianum comiti ordinarium. Si qđ advocatus praetermiserit inter exordia litis, unam libram auri condempnationem multatur.*	*Impr. Iulianus a. Iulianum comitem ordinarium. Advocatus si ad praetermissa redit, libra auri multatur.*
13.	**22.**	**12.**
Impp. Honor. et Theod. aa. Symmacho proconsuli Africae.	*Impr. Honorius et Theodosius aa. Symmacho p̄consuli*	*Impr. Honorius et Theod. aa. Symmacho proconsuli Africae.*

Praescriptiones fori in principio litis a litigatoribus opponendas esse legum decrevit auctoritas. Dat. V. Kalend. Sept. Ravennae Honorio X. et Theodosio VI. aa. conss.	*Africe. Praescriptionis fori in principio litigatoribus opponenda esse legum decrevit auctoritas. Dat. Kal. Septb. Honorio XI. et Theodosio VI. aa. cons.*	*Praescriptio fori in principio litis obici licet.*

Intuenti cuique in hanc, quam proposuimus, tabulam non dubito, quin, quid de tota hac causa iudicandum sit, statim appareat. Cum enim illae, quas secundo loco retulimus, epitomae pleniores sint, quam reliquae, adeoque etiam integrae constitutiones ibidem referantur, non deliberandum arbitramur, quin hanc partem ei, unde noster liber confectus est, operi vindicemus, quas epitomas nostri libri compilator male habuerit, ad eamque formam, quam tertio loco commemoravimus, redegerit. Atque hunc quidem scriptorem iam non integras constitutiones, quae in Iustiniano Codice habentur, sed summaria tantum transscribere voluisse, illud vel maxime argumento est, quod lectorem saepenumero ad ipsum constitutionis tenorem reiecit hoc modo: *require legem* (III. 36. 15., 36. 16—25., 37. 1., VIII. 39. 2.) vel *lege ipsam legem* (III. 36. 4., VI. 53. 6. et 8.). Denique illud tacito praetermittendum non est, quod nostri operis compilator ipsum adeo legis usum spectavit. Sic enim VI. 20. 19., cum argumentum const. 19. C. VI. 20. breviter delineasset: *ab isto loco utere legem.* Itaque manifestum est, haec summaria in iis, ubi Iustiniani corpora legis vicem obtinerent, locis compilata esse. Quodsi de me quaeras, quomodo haec summaria orta esse coniiciam, sic habeto. Qui integrum Iustiniani Codicem habebat, singularum legum, quae ibi relatae sunt, summaria confecisse eaque ad marginem exemplaris adscripsisse videtur. Eodem plane, quo cum Theodosiano Codice actum videmus, modo. Certe illud ex codice manuscripto Tilii facile constat, eiusmodi summaria ex singulis constitutionibus confici solita et ad marginem libri adiici[42]). Hanc nostri libri originem illa, de quibus iam supra retulimus, manifesto loquuntur: *ab isto loco utere legem* (VI. 20. 19.), *in ea lege verba hec ad locum, ubi huiusmodi igitur dicit* (VI. 27. 22.), *in ipsa lege ad locum, ubi dicit* (VI. 20. 19.), *in ea lege ad locum* (VI. 23. 21.), *in ea lege ad locum* (VI. 30. 22), *idem in ea lege verba habet ad locum, ubi dicit* (VI. 36. 8.), *in ea lege verba hec sunt ad locum* (VI. 42. 31.), *in ea lege verba ista ad locum* (VI. 43. 3.), *in ea lege habet hec verba ad locum* (VI. 49. 7.), *in ea lege habet hec verba ipsa ad locum* (VI. 55. 7.), *in ea lege hec verba ipsa ad locum* (VI. 55. 7.), *in ea lege abet verba ipsa ad locum, ubi dicit* (VI. 37. 13.), *in ea lege verba specialiter sunt ad locum* (VI. 59. 3.), *in ea lege hec ipsa sunt ad locum* (VI. 60. 6.), *in ea lege hec ipsa ad locum sunt* (VI. 60. 8.), *in ea lege habet verba ipsa ad locum* (VII. 6. 11.), *idem in ea lege ad locum verba ipsa* (VII. 6. 1.). Qui nostrum opus confecit, partim summaria, partim ipsas constitutiones in opus transtulit suum, usque adeo, ut nec ab inscriptionibus legum nec ab earum subscriptionibus abstinendum putaverit. Certe subscriptionum vestigia apud nostrum scriptorem exstant his locis: I. 1. 1., 55. 1., II. 4. 42., V. 37. 14., VI. 38. 3., VII. 16. 38., 72. 8. Hanc nostri operis conficiendi rationem fuisse, etiam glossae Iustiniani Codicis in contextum nostri libri receptae loquuntur. Sic VI. 9. 7. glossa habetur: *a obesse impedire, obici, obviari,* quam quidem glossam uncis includendam curavimus. Iam vox *obesse* non in epitome legis habetur, verum in const. 8. C. VI. 19. *sciat sibi non obesse.* Sic VI. 30. 18. haec glossa in contextum operis inlata est: *vacata demissa relicta.* Significatur vox *devoluta,* quae iam non in nostra epitome, sed in const. 18. §. 1. C. VI. 30. habetur: *successione ad eundem infantem devoluta,* et §. 2. *sive post mortem eius ad eum devolutam* et §. 3. *omnes haereditates ad eum devolutas.* Idem VI. 46. 6. factum est, ubi habetur: *peremptum absolutum.* Atqui vox *peremptum* iam non in hac epitome habetur, verum in const. 7. C. VI. 46. *vel alio fortuito casu peremptum est.* Neque dissimile est, quod VI. 35. 9. *clam occulte interpretatus* habetur, quae res ad const. 9. C. VI. 35., ubi *clandestinis insidiis* habetur, referenda est. Tales glossae Iustiniani Codicis vix ac ne vix quidem in nostrum opus inferri potue-

42) Vide *Haeneli* antiqua summaria Codicis Theodosiani (Lipsiae 1834.) p. XII—XV.

runt, nisi eo, quo diximus, modo ortum esse credamus. Denique totam rem Theodosiani Codicis summaria illustrant, ubi IX. 21. 9. *paracharactos falsos monetarios* et XIII. 1. 13. vocis *vernacula* interpretatio glossae loco habentur; et rerum legumque similitudo variis locis notatur, velut IX. 1. 16. et 17., 2. 6., 16. 2. et 4. et 5., 17. 4., 21. 2., 25. 2., 26. 3., 28. 1. et 2., 29. 2., 30. 4., 34. 5. et 8. et 10., 35. 5., 37. 3. et 4., 38. 6. et 12., 40. 5. et 6. et 16. et 23., 42. 13. et 23., X. 1. 4., 9. 1. et 2., 10. 1. et 10. et 26., 14. 2., 17. 2., 18. 3., 19. 1. et 11., 20. 8., XI. 30. 8. et 21. et 30. et 46. et 47. et 60. et 64., 31. 4., 36. 4. et 5. et 7. et 8. et 11. et 12. et 14. et 16. et 30. aliisque locis; denique legum usus hic illic respicitur, velut XII. 1. 90. et 145. et 148. et 160. et 166. et 173. et 176., XIII. 5. 5. et 8. et 10. et 13. et 16. et 36. et 38., XIV. 2. 17., XV. 2. 50., 7. 3. et 10. et 11., 8. 1., XVI. 10. 1.

Hae nostri libri epitomae aliquando ita non sunt absurdae, ut, quamquam ipsa constitutionis verba videas a nostro scriptore non esse intellecta, non aliquam tamen et cogitandi facilitatem et interpretandi sollertiam prodant. Maximam tamen partem sunt ita conceptae, ut ad constitutiones, ex quibus manaverunt, interpretandas vix ac ne vix quidem adhiberi queant. Nam, qui eas confecit, ipsa constitutionis verba aliis permutavit. Ita VII. 10. 4. et 14. 6. pro voce *ministerium* verbum *obsequium* posuit; ita VI. 53. 6. *stipendia* militum *mercedibus* concesserunt; ita VII. 51. 2. *litigator* in *causatorem* mutatus est[43]); sic VIII. 4. 4. ex *fructibus fruges* exierunt; sic denique VIII. 27. 20. ex *fundo terra* enata est. In quo ita non Latinitatis peritus videtur fuisse, ut ex claris constitutionum verbis huiusmodi monstra effecerit, ut, quo pertineant, difficile dictu sit. Sic I. 37. 2. ex const. 2. C. I. 39. his verbis: *per singulos annos officio Senatus* apud nostrum exiit: *per singulos Senatus;* sic V. 31. 7. ex voce *rationum* verbum *adiurationibus* effectum est; sic VII. 16. 33. verba *census que te scriptus est* ex male intellecta voce *tributa*, qua non *τὰ δημόσια*, verum perfectum tempus passivi generis demonstratur[44]), prodierunt; sic denique VII. 62. 5. *apostolos*, quorum in appellatione usus est, noster scriptor interpretatur: *epistolas ad ambulandum.* Ac ne iuris quidem antiquitatisve Romanae peritus fuisse videtur. De iure quidem ex VIII. 2. 2. liquet, nostro scriptori de haereditatis bonorumque possessionis differentia non satis constitisse[45]). Eiusdem fere farinae est, quod VIII. 42. 17. et 24. de pignore cogitaverit, cum const. 17. et 24. C. VIII. 43. de in solutum datione loquantur. De antiquitatis Romanae inscientia ex VI. 9. 8. constat, ubi duoviri, celeberrimi illi Italicorum municipiorum magistratus, in duorum testium censum coniecti esse reperiuntur[46]).

Sed tam tempus est, ut de patria, unde nostra summaria originem habuerint, verba faciamus. Quae quidem disputatio, cum certis veterum scriptorum testimoniis deficiamur, ad probabilitatis rationem redit tota. Ego in Italia scripta esse arbitror. Huius iudicii rationes hoc loco reddendae sunt satis idoneae. Intuentibus nobis in ea monumenta, quae in terra Italia medio aevo conscripta sunt, eadem Latinae linguae ratio occurrit, quae apud nostrum scriptorem habetur. Quin non desunt scripta, quae aliquam habeant vulgaris dialecti, quae hodie ab Italis usurpatur, significationem. Atque hoc quidem in chartis Longobardorum temporibus exaratis saepenumero accidisse videmus, ut verba quaedam dicendique genera, quae huius dialecti propria sunt, haberent[47]). Idem in iuris corporibus, quae his temporibus in Italia exarata sunt, factum videmus.

---

43) Sic *causatores* II. 10. 1., IV. 39. 2. habentur. *Causatio* etiam pro *lite* dicitur II. 13. 2., IV. 49. 15., VI. 37. 20.; sic et *causari* IV. 14. 6. Quae quidem dicendi ratio etiam in legibus Longobardorum, Gregorioque Turonensi reperitur. Vide Ducangii glossarium ad scriptores mediae et infimae Latinitatis ed. Bened. tom. II. p. 457. 44) Cod. VII. 16. 33. Licet accepta pecunia dominus te manumisit, tamen *tributa libertas* rescindi non potuit. 45) Epitome sic habet: Soror tua intestata sine liberis decessit, illi *heres* succedis. Const. 2. C. VIII. 2. de sola bonorum possessione agit. Sic enim: Si *ex edicto* sororis patruelis intestatae sine liberis defunctae, recte petita *bonorum possessione* quaesisti successionem —, secundum interdicti *quorum bonorum* tenorem — tibi rector provinciae restitui efficiet. 46) Epitome sic habet: Petendum successionem propinqui si quoram (leg. *coram*) *duo testes* contestasti decentatore, non tibi praeponitur tempus. Contra const. 9. C. VI. 9.: ita hoc observari decernimus, ut apud quemlibet *iudicem* vel etiam apud *duumviros* qualiscunque testatio amplectendae haereditatis ostendatur, statutis prisco iure temporibus coarctanda. 47) Vide *Muratorii* antiquitatum Italicarum diss. 32. tom. II. p. 1024—1038.

Sic lex Romana, quae Utinensis dicitur, *cosi* (quodsi), *scusare* (exsusare), *stimatione* (existimatione), *in coniugio prese* (uxorem ducebat), *per suam tema* (per suum timorem), *male favellant* et *essere*[48]. Sic glossaria Theodosiani Codicis *aumentari* (augeri), *esortatio* (exhortatio), *sta* (ista), *starum* (istarum)[49]. Eius generis apud nostrum scriptorem haec fere sunt: *freneticus* pro *insano* I. 3. 20., V. 70. 6., *maritata filia* pro *filia, quae viro nupsit,* V. 66. 2., VI. 26. 7., *patronibus* pro *patronis* V. 62. 5., *usuare* pro *uti* IV. 34. 3., *absentare sese* pro *abire* VII. 17. 1., 43. 2., *prode alicui facit* pro *utilitatem praebet*[50]) III. 1. 6., *prode nihil est* IV. 19. 17., VII. 16. 28., 21. 7., 26. 1., 28. 1., 33. 7., 35. 3. et 7., 67. 2., *prode est* V. 73. 1., 74. 2., VI. 2. 8. et 10., VII. 26. 1., 28. 1., 29. 4., 33. 7., 34. 2. et 5., 35. 3., 36. 7., 68. 2., VIII. 40. 28., *tullae res* VI. 46. 6., VII. 21. 6. et 7., VIII. 4. 9., *potent* pro *possunt*[51]) III. 29. 5., V. 16. 25., VI. 30. 7., 31. 1., VII. 62. 7. Similis horum est tertia vocis *movere* coniugatio, quae his locis reperitur: *movi* pro *moveri* VII. 39. 6., *removitur* V. 43. 8., 47. 1., VII. 14. 7. et forma perfecti temporis *solserit* pro *solverit* VIII. 31. 1., *persolsit* VI. 49. 9. et 19., VII. 49. 9. et 19., VIII. 40. 11., *absolsisti* VIII. 40. 28. Eodem spectat gerundii usus ad eum, quem Itali hodie habent, modum: VI. 2. 12. *et qui sciendo comparavit, furtim tenetur.* Expectes *sciens.* Item VIII. 40. 19. *si sciendo res alienas pignus accepisti.* Expectes hoc quoque loco *sciens.* Huc pertinet et illa loquendi ratio: *non habet unde reddere* IV. 15. 2., VII. 53. 9., atque inusitatum declinandi accusativum casum genus *pecoras*[52]) IV. 49. 16. Denique huc referas illud: *res prestitae* pro *rebus commodatis*[53]) IV. 24. 1. et 2. Itaque non dubito, quin viri docti, qui in haec, quae dedimus, vulgaris dialecti vestigia intueantur, in hanc, quam de nostri operis patria proposui, coniecturam consensuri sint ad unum omnes. — Illud autem maiorem habet difficultatem, si quis, qua in parte terrae Italiae hic liber conscriptus sit, eam partem accuratius demonstrare velit. Sed et hic aliquid certi adferri posse confidimus. Habentur enim aliquot locis ea dicendi genera, quae Graeci sermonis propria sunt, Latini Italicique non item. Sic, ut hoc uno exemplo defungar, neutrius generis pluralem numerum cum singulari verbi numero apud Graecos componi nemo nescit. Atqui hoc apud nostrum scriptorem habetur his locis: II. 3. 12. *pacta novissima valet,* II. 21. 5. *tempora restitutionis preiudicium non facit,* III. 42. 6. *instrumenta tuum nomen ostendit,* IV. 5. 9. *si sciens, que non debebatur, solvisti,* IV. 21. 17. *instrumenta in sceda facta aut non completa a scriba non valet,* IV. 40. 4. *frumenta, que ad exercitum transmittitur,* V. 16. 11. *si non repetiit maritus, que pro expensis uxoris sibi debebatur,* V. 25. 3. *nutrimenta ex praestabitur tibi,* VII. 70. 3. *que tibi in emancipatione datum est, auferre tibi a creditoribus non potest,* VIII. 50. 4. *nec a filiis eius distrahatur eius bona,* VII. 45. 4. *dato iudicato, si non apellavit, quae iudicatum est, firmum est.* Itaque probabile non est, hunc librum in iis Italiae partibus, quae Graecorum imperio nunquam subiectae erant, confectum esse, id quod vel maxime de Gallia Cisalpina valet, quam his, quo nostrum opus confectum est, temporibus Langobardorum fuisse nemo nescit. Caeterum in opere nostro aut nullus aut perexiguus cernitur Graeci sermonis usus. Graecae enim constitutiones, quae in Iustinianum Codicem inlatae sunt, in nostro libro praetermissae sunt ad unam omnes, quas tamen certum est in antiquis codicibus manuscriptis exstitisse[54]). Atque in hac causa noster

---

48) Vide *Savinii* librum: *Geschichte des Römischen Rechtes im Mittelalter* tom I. p. 428. 49) Vide *Haeneli* antiqua Summaria Codicis Theodosiani p. XIII. 50) Comparandum cum hoc, quod hodie Itali: *buon prò le faccia! Prode* cum *prò* ita comparatur, ut *virtude* cum *virtù*. *Dantis* divina comoedia *purgatorio* XV. 49. *ed io pensai andando prode acquistar nelle parole sue.* XXI. 75. *Non saprei dir, quanto mi fece prode.* In quibus locis *prode* idem est, quod nos *Vortheil* dicimus. Hos locos vir praestantissimus *Wittius* mihi indicavit. De forma *prode* idem comparat *Dantis* divinam comoediam *Inferno* II. 110. *Purgatorio* XXXII. 103. *Boccaci*que Novellas 79., 92. 51) Hoc a *potere* formatum est. *Poterà* pro *poterit* iam saeculo post Christum natum octavo reperiri ex *Brunetti* codice diplomatico Toscano vir doctissimus *Wittius* observavit. Ita et *volere* iam medio saeculo octavo reperiri ex *Fumagalli* codice diplomatico Ambrosiano idem *Wittius* animum advertit. 52) Sic hodie Itali: *una pecora*. 53) Sic hodie Itali: *dare in prestito, prestare ad usura, prestare sopra un pegno, panni prestati.* Vide *Bocacci* Novellas 12., 84. 54) Vide *Wittii* librum: *Die leges restitutae des Justinianeischen Codex* p. 6., et *Bieneri* librum: *Beyträge zur Revision des Justinianeischen Codex* p. 49—50. De codice, qui in bibliotheca capituli Veronensis delituit, vide *Goeschenium* praef. Caii p. LXVII., et praeclarum *Blumii* opus: *Iter Italicum* tom. I. p. 262.

scriptor bipartitam rationem secutus esse reperitur. Partim enim Graecarum legum defectum adnotavit, partim hanc mentionem inferre neglexit, ita ut nec in singulis uniuscuiusque tituli constitutionibus numerandis harum constitutionum rationem habuerit, verum rem tractare maluerit, quasi Graecae leges ne essent quidem. Ad id, quod primo loco posuimus, genus hi nostri operis loci referendi sunt: IV. 20. 1. et 13., 21. 16., 24. 1., 33. 1., 59. 1., 65. 34., VI. 48. 1., VII. 45. 15., 51. 5., 62. 35. Ad id, quod secundo, toti fere octo priores libri primi tituli spectant, ex reliquisque hi loci: I. 9. 2. et 16., 14. 9., 40. 11., 50. 12. et 13., II. 7. 17. et 18., III. 2. 1. et 2. Eiusdem farinae est, quod Graecae constitutiones ad titulorum finem absque ullo lacunae vestigio praetermissae sunt, velut II. 2. 4., 12. 27., III. 43. 15., IV. 21. 22., V. 32. 29. et 30., VI. 4. 4. Illud *συκοφαντις* autem, quod II. 12. 17. Graecis litteris expressum est, tanti non est, ut nostri libri compilatori magnam Graeci sermonis scientiam fuisse coniiciamus.

Transeo ad tempora, quibus nostra summaria conscripta sunt, accuratius describenda. Quae quidem disputatio cum illa, quam de patria libri instituimus, coniuncta est tota. Atque illud quidem satis apparet, post saeculum decimum componi non potuisse, cum codex manuscriptus, unde librum edimus, huius saeculi antiquitatem praeferat. Atque hunc quidem codicem libri *ἀρχέτυπον* non esse, tum ex singulorum foliorum in ea, a quibus aliena sunt, loca translatione, tum ex insignibus nostri exemplaris apparet lacunis, quarum partim scriba librarius notavit, partim tacito praetermisit. Eius, quod priori loco posuimus, generis haec fere sunt exempla: II. 11. 4., IV. 29. 7., 32. 14., 35. 1. et 11., VI. 1. 6., 2. 17., 13. 1. et 2., 15. 2. et 3. et 4. et 5. Ad alterum haec pertinent: I. 30. 1., II. 1. 3., IV. 25. 6., 29. 21., 32. 1., V. 12. 13., 18. 5., 36. 3., 37. 20., 57. 1., 62. 15., 65. 2., VI. 2. 10. et 12., 6. 7., 15. 5., 23. 28., 42. 18., 43. 3., VII. 16. 9. et 17., 26. 6., 33. 2., 53. 8., 62. 6. et 29., VIII. 13. 21., 19. 3., 27. 12., 35. 9. et 13. et 20., 47. 11., 48. 2. Ut proinde nostrum opus saeculo decimo antiquius esse cum aliqua veri specie dici queat. Verum et saeculo sexto posterius existimandum est, quod *duoviros* testibus permutaverit. Quae res manifesto est argumento, his temporibus, quibus Italica municipia etiam Romano more regerentur, componi non potuisse. Atqui illud, quod de municipiis diximus, sexto saeculo adeoque etiam initio septimi ita fuisse certum est et indubitatum[55]. Porro haereditatis bonorumque possessionis confusio in illis, ubi nostrum opus scriptum est, locis saeculi septimi initio locum habere non potuit, cum et iuris scholae ibi fuerint, et Taurinensis institutionum glossa utriusque rei differentiam recte adnotaverit[56]. Neque Italici sermonis vestigia, quae apud nostrum scriptorem habentur, saeculo octavo antiquiora sunt. Nam et vetustissima eius rei vestigia, quae a *Muratorio* referuntur, octavi saeculi antiquitatem non superant[57], et quae apud *Marinium* et *Spangenbergium* relatae sunt chartae Latinae, quae quidem in terra Italia his temporibus confectae sunt, hanc sermonis depravationem non habent. Denique ad Latinae linguae, prout in nostro libro habetur, rationem confugiendum est. Compares velim cum his, quae apud nostrum scriptorem habentur, illud dicendi genus, quod in *collectione de tutoribus*, in *dictato de consiliariis*, in *scholiis Iuliani*, in *glossa institutionum Taurinensi* habetur, et videbis maiorem apud nostrum haberi sermonis depravationem, quam apud reliquos horum temporum scriptores. Sic mulier *ducere maritum* dicitur V. 17. 7. et 9., 18. 3., 16. 2., VI. 40. 1., VII. 24. 1. Quod adeo a Romanorum consuetudine abit, ut nihil supra. Quid illa verborum monstra? *necessatur* pro *cogitur* III. 72. 2., V. 72. 4., *matrimoniare mulierem* pro *ducere uxorem* V. 27. 11., *uxoratus* II. 41. 1., *cassari* IV. 44. 5., I. 14. 6., VII. 2. 11., *libertare* pro *manumittere* I. 5. 5., VI. 30. 11., VII. 2. 5. et 6., 4. 13. et 15., 8. 7., 9. 7., 10. 5., 18. 3., *infiscare* pro *confiscare* I. 1. 7., VIII. 10. 6., *adfiscare* II. 6. 8., *obnoxiare* V. 16. 13., *obnoxiatio* II. 17. 3., *pactuare* II. 3. 30., 4. 9., 31. 2., VI. 31. 3., VII. 45. 7., 60. 3.,

---

55) Sic in gestis municipalibus Ravennae anno p. Chr. n. 625. confectis *optimi magistratus* commemorantur. Vide *Spangenbergi* iuris Romani tabulas negotiorum sollemnium num. XXXIX. p. 219. Atque etiam Gregorii Magni epistolae *curiae* et *ordinis* mentionem habent. Sic epist. II. 37., IV. 26. Vide *Savinii* librum: *Die Geschichte des Römischen Rechtes im Mittelalter* tom. I. p. 349—356. 56) Glossa Taurinensis fol. 71. num. 315—318. apud *Savinium* l. l. tom. II. p. 559. 57) Vide *Muratorii* Antiquitates Italiae diss. 32. tom. II. p. 1028—1034.

adpretiare V. 12. 10., *praedeliberare* I. 5. 2., *fidedicere* II. 22. 2., *minuatum* V. 51. 1., *deminuare* V. 55. 2., *capitaneum* pro *sorte* IV. 18. 32., VII. 46. 1.[58]), *infructibilis* pro *sterili* VII. 41. 3., *possibilitas* pro *substantia* VI. 37. 22., *procausator* pro *procuratore* II. 56. 1., *vilipretium* IV. 44. 12. et 15. et 16., V. 71. 11., *foeneus* pro *non solvendo* V. 46. 3., 51. 2. et 10.[59]), *innovatio* pro *novatione* VIII. 44. 2., 43. 13., *filiaster* VI. 49. 5., 55. 7., VIII. 47. 5., 48. 5., *filiastra* II. 18. 15., *canaba* IV. 24. 9., 64. 1., 65. 1., *superentiaria* V. 72. 4., *posteus* pro *postea* II. 3. 29., III. 41. 1., IV. 32. 4., V. 18. 8., VI. 22. 6., VII. 23. 1., 44. 2., 45. 11., VIII. 15. 5., 16. 9., *inventaneus* pro *inventario* I. 3. 19., V. 37. 24., 51. 13., 52. 3., 53. 2. et 3. et 4. et 5., VI. 30. 6. et 22. Huc spectat et inusitata dicendi ratio *bellator iudex* pro *militari iudice* VII. 48. 2., *desusceptus* pro *apocha* IV. 2. 17., 5. 11., 30. 14., VI. 49. 7.[60]), *minoratus* pro *eo, qui XXV. annos nondum complevit,* II. 4. 21., *annositas* pro *praescriptione* IV. 52. 1., V. 12. 30., 43. 1., 46. 1., 73. 1., VI. 2. 8. et 10., 30. 8., VII. 26. 7., 27. 1., VIII. 29. 2., 44. 26., *solidus* pro *pecunia* IV. 50. 7., 51. 6. et 7., 59. 7., V. 51. 3., VIII. 17. 7., 27. 13., *extraneare* pro *alienare* I. 7. 4., VI. 16. 25., VIII. 36. 2. similiaque. Atque genera rerum adeo apud nostrum scriptorem habentur permixta, ut, quid exierit, aliquando mireris. Sic *dos* masculino genere effertur V. 12. 13. et 18. et 22. et 24., VI. 44. 24.; ita et *corpus* III. 43. 10.; denique *pignus* VIII. 24. 1., 42. 17. Simili modo *iudicius* VII. 43. 8., 53. 6., 63. 6., 64. 6., *officius* VII. 62. 21., *damnum* VI. 61. 8., *triticus* III. 36. 5., *peculius* II. 7. 8., VI. 22. 2., VII. 23. 1., *debitus* II. 50. 7., IV. 2. 6., 21. 1., 30. 7., V. 16. 13., 71. 14. et 18., VI. 37. 15., 42. 17., 60. 8., 61. 8., VIII. 17. 8., 18. 8., 30. 2., 42. 15. et 25., *beneficius* VIII. 10. 5., 11. 7. et 17., *periculus* VIII. 44. 26., *placitus* II. 4. 21., IV. 45. 3., 49. 12., 54. 1. et 8., 58. 4., 64. 7., 65. 16., VIII. 24. 1., *testamentus* III. 28. 3. et 13. et 31., IV. 1. 13., V. 29. 3., VI. 23. 11. et 12. et 17. et 19. et 21., 25. 1., 27. 1., 29. 1., 32. 1., 36. 2. et 8., 37. 9., 39. 2., 42. 29., 58. 15., VII. 1. 10. et 11., 2. 11. et 12., 4. 12., *sacramentus* IV. 30. 16., *monumentus* III. 43. 10., *triticus* VIII. 10. 11., *documentus* IV. 3. 1., *pactus* VIII. 34. 1., 35. 15., *monasterius* I. 20. 20., *vitius* VII. 2. 12., *mancipius* IV. 55. 5., 57. 5. Porro hoc loco admonere par est de *animalem* III. 35. 5., *omnes privilegias* I. 2. 35., *per singulas scrinias* I. 26. 1., *arbitres* II. 55. 3. et 4., III. 3. 4. et 5., 8. 3., V. 11. 3., *arbitrem* VII. 17. 2., 22. 1., 62. 21. Atque etiam illa a vulgari regula recedunt: *permanis* pro *permanes* VII. 21. 22., *adimplis* pro *adimples* IV. 32. 21., VII. 54. 1., VIII. 37. 2., *debis* pro *debes* VII. 21. 3., 24. 1., VIII. 13. 19., *tenis* pro *tenes* VII. 32. 10., 73. 3. et 7., denique *potis* pro *potes* III. 32. 16., IV. 2. 12., 5. 2., 19. 11., 35. 19., 45. 2., V. 12. 1., VI. 44. 4., 49. 16., 52. 3. et 6., 62. 11. et 16. et 21. et 23., 74. 1., 75. 1., VII. 16. 3., 22. 4., 45. 8., 53. 8., 58. 1., 62. 4., 67. 1., VIII. 16. 2., 25. 5., 30. 3., 35. 2. et 7., 37. 8., 40. 6. et 11. et 18., 41. 5., 42. 5. et 24., 44. 2. Denique illae perfecti temporis formae a communi ratione recedunt: *comprehensit* III. 8. 1., *fugierit* I. 1. 48., III. 22. 1., *succedisti* II. 3. 6., *adimplisti* III. 32. 20., IV. 6. 3., *recipisti* III. 32. 17., *venundavit* IV. 36. 1., *empserit* IV. 39. 4., *occursi* VI. 35. 8., *cabuit* pro *cavit* IV. 30. 2. et 14. et 15., V. 71. 7., VII. 55. 1., *cabuerit* pro *caverit* IV. 30. 13. Atque etiam praepositionum cum certo casu coniunctio a vulgari norma apud nostrum recedit. Sic *de* accusativo casui iungitur I. 28. 4., II. 2. inscript., II. 3. 1., 5. 1., III. 40. 2., IV. 2. 17., 32. 27., 36. 9., 45. 2., 49. 2., 50. 5., V. 21. 3., 37. 4., 52. 1., 75. 1., VI. 3. 3., 49. 3. et 4. et 19., VII. 8. 6., 62. 1. et 16. et 37., VIII. 10. 6., 27. 1., 35. 9., 37. 6.; genitivo autem casui inhaeret IV. 30. 14., 65. 18. Item accusativo casui iuncta habentur *a* II. 7. 20., V. 12. 9., 25. 3., 62. 9., VI. 14. 3., 55. 3., VII. 2. 3., 19. 6., VIII. 10. 11., 41. 5.; *cum* II. 12. 11., IV. 29. 10., VI. 2. 20., 20. 12. et 16., VIII. 4. 4., 36. 4. Sic et *pro* II. 3.

---

58) Hoc ex statutis Venetorum Ducangius in glossario ad scriptores mediae et infimae Latinitatis ed. Bened. tom. II. p. 252. adstruxit. 59) Papias: *Feneus* pauper, sine fide. 60) Vocem *desusceptum* Ducangius l. l. tom. II. p. 1439. ex Latina Novellarum Iustinianarum versione Gregoriique Magni epistolis adstruxit.

27., 4. 34., 17. 3., 37. 2., IV. 31. 7., 35. 19., 49. 1., 61. 5., V. 11. 2., 36. 1., 44. 5. 51. 5., 60. 2., VI. 2. 21., 3, 4., 45. 1., 49. 14., 60. 8., VII. 17. 1., 18. 1., 70. 3., 73. 7., VIII. 13. 10., 27. 9., 39. 1., 42. 7., 51. 1.; *sine* II. 2. 1., V. 62. 2., 74. inscript., VI. 22. 2., 49. 5., VII. 73. 5., VIII. 6. 1., 35. 3.; *absque* I. 11. 4., 21. 6., 39. 15., IV. 21. 10., V. 16. 12., VI. 38. 4., VII. 43, 7., 47. 2., 53. 1., 60. 1., 64. 7., 72. 6., VIII. 33. 3.; *ex* II. 3. 13., 11. 10., IV. 31. 5., 36. 1., 47. 1., V. 14. 4., 40. 1., 75. 6., VI. 1. 3., 9. 4., 57. 13., 60. 8., VII. 10. 6., 40. 2., 68. 1., VIII. 31. 1.; *coram* VI. 9. 8., 23. 27. et 31., VII. 6. 1. Ablativo casui iuncta habentur: *apud* III. 42. 4., *per* I. 15. 1., 18. 13., III. 1. 12., IV. 19. 4., V. 40. 2., VI. 43. 3., 48. 7., 49. 3., 54. 8., VII. 2. 1., 4. 4., 21. 6., 32. 7., VIII. 44. 4., 53. 4., *post* I. 50. 6., II. 19. 4., 50. 5., III. 21. 2., IV. 26. 7. et 10., V. 12. 21., 15. 1. et 3., 63. 2., 74. 3., VI. 29. 1., VII. 62. 24. et 31., *propter* III. 28. 36., V. 18. 10., 36. 3., VII. 62. 33., 64. 8., *ad* IV. 61. 11., 63. 5., *intra* I. 18. 3., II. 9. 3., 19. 4., 50. 1. et 2., III. 28. 16., IV. 30. 14., V. 13. 1., 37. 22., 62. 2., VI. 26. 7., 30. 19., 57. 9., VII. 62. 6., VIII. 4. 2., 50. 18., 53. 4., *inter* III. 22. 5., V. 58. 1., VI. 37. 20., VII. 60. 1., *post* II. 19. 4., III. 21. 2., IV. 26. 7. et 10., V. 12. 21., 63. 2., V. 74. 3., VII. 62. 31., *ante* I. 21. 2. et 3., III. 1. 14., *citra* VII. 26. 7., *contra* I. 14. 5., II. 36. 1. et 2., III. 38. 7., IV. 6. 9., 20. 12., 30. 6. et 11., V. 58. 2., VII. 70. 4., VIII. 35. 2., 44. 27. Atque hanc linguae Latinae corruptelam facile est in chartis, quae Langobardorum temporibus exaratae sunt, invenire. Quod et *Niebuhrius*[61]) animadvertit, et exemplis a *Muratorio*[62]) allatis ita illustratur, ut nihil supra. Itaque nostrum librum intra septimum nonumque p. Chr. n. saeculum exaratum esse idem *Niebuhrius* recte statuit et Iustiniani iuris usum his temporibus fuisse ex hoc fonte confirmavit.

In hoc opere edendo exemplaris manuscripti, quo hoc antiquitatis monumentum conservatum est, auctoritatem fere secutus sum, ut tamen in manifesta libri depravatione ex genuina Iustiniani Codicis oratione corruptelam tollere non dubitaverim. Quod tamen ubi feci, eam rem diligenter indicavi. Descendendum est autem mihi ad has regulas, quas *Ruhnkenius* in Velleii Paterculi historiis ex unico codice manuscripto edendis proposuit, ut talis tantique viri auctoritate hanc emendandi rationem excusem. Quo in genere si quae incertiora visa sunt, quam ut in operis contextu collocarentur, hunc quidem ad codicis auctoritatem expressi, verum in notis de coniecturis admonui meis. Loci sententiam ubi non intellexi, et ab interpungendi ratione me abstinui. Latini sermonis corruptela, quae apud nostrum scriptorem constanter habetur, etiam in operis contextu exprimenda erat. Neque enim, quae medii aevi quasi quandam imaginem referant, manu facili emendanda sunt. Orthographicae rationes ad eandem fere regulam tractandae erant; in his tamen, quae leviora sunt, quam ut a nostri libri scriptore profecta esse credi possint, velut *michi*, *nichil*, *abet*, nostrorum temporum consuetudinem sequi malui. Et sic tamen cavi, ut, si quid ex his a scriptoris manu profectum videretur, id, quod eius fieri posset, conservarem. Ad hoc genus referendum illud, quod saepenumero in nostro libro habetur: *Item in ea lege abet.* Qua de re si quis me in ius rapiat, adversario non admodum reluctabor. Est enim tota haec criticae artis ac disciplinae pars ita lubrica itaque sibi non constat, ut ab arbitris non iniquis erroris veniam facile impetres.

Restat, ut hic, quem edimus, liber in Iustiniano Codice illustrando arteque critica et disciplina perpoliendo quam vim utilitatemque sit habiturus, describam et quasi quibusdam lineis adumbrem. Quo in genere tamen brevis esse apud animum constitui meum. Ac primum quidem illud dubitari potest, an is, unde nostrum opus exiit, Iustiniani Codicis liber manuscriptus his, quae nunc habentur, huius libri exemplaribus plenior integriorque fuerit. Habet enim fortasse nostrum opus constitutionum iniuria temporum deperditarum vestigia. Sunt autem haec: const.

---

61) In libro: *Zeitschrift für geschichtliche Rechtswissenschaft, herausgegeben von Savigny*, tom. III. p. 391. 62) Vide chartas a *Muratorio* cum alias, tum in de antiquitatibus Italiae diss. 32. tom. II. p. 1025—1050. relatas.

4. C. I. 6. (ne sanctum baptisma iteretur) in nostris editionibus nulla habetur; in Summa Perusina autem p. 5. col. A. haec leguntur: *Lex 4. Impr. Valentinianus et Marcianus aa. Palladio pp. Religiosus si in doctrina presidibus declinaverit, tormentis exercetur.* Quae etsi eorum, quae in const. 6. C. I. 7. (de apostatis) leguntur, non sunt dissimilia, neque collectionis constitutionum ecclesiasticarum, quae in bibliotheca iuris canonici Iustelliana tom. II. p. 1292. legitur, auctoritate confirmantur, tamen et sic vera esse possunt, cum et chronologicae rationes nostro titulo satis constent, nec satis intelligi queat, qui factum sit, ut, quae est sequentis tituli constitutio, in nostrum titulum inlata sit. — Aliud eius rei vestigium videri potest const. 4. C. I. 30. (de officio quaestoris), quam ab initio ibi fuisse, ex nostris quidem libri editionibus non liquet. Atque Summa Perusina quidem p. 10. col. B. haec habet: *Lex 4. Impr. Anastasius a. ad Eusebium magister officiorum. De officio questoris sua voluntate in alia provincia abierit et bonis suis amittat per rectorem provincie inquiratur sub pena tres librarum auri.* Quae quamquam similia sunt horum, quae in const. 3. C. I. 30. relata sunt, tamen et sic vera esse possunt, cum ei, quo relata sunt, loco, etiam chronologicae tituli rationes satis conveniant, et habeant, quae in const. 3. C. l. l. plane non leguntur. Illa autem, quae ultimo loco refero, ita comparata ut de sunt, his mihi non liquere ingenue confitear. Ad finem enim tituli quadragesimi libri primi in nostris Iustiniani Codicis editionibus aliquot constitutiones deesse viri docti annotarunt, easque frater mihi carissimus ex Basilicorum VI. 1. 88. et 89. tom. I. p. 146. primus Codici restituit[63]. Atque apud Summae Perusinae scriptorem lib. I. tit. 39. post eam, quae apud *Herrmannum* const. 15. C. I. 40. est, relatae sunt tres ignotarum constitutionum epitomae hoc modo: *Lex 15. Impr. Honorius et Theodosius aa. Polimio pp. Moderator provinciae absque iussiones principis si exierit, multatur. Lex 16. Impr. Archadius et Honorius aa. Polymio consulari. Palatinus officium non observat, nec commercium exerceat. Lex 17. Impr. Leo a. Constantino pp. Iudici liceat, qui perpera agit, resecare.* In quibus si quod deperditarum constitutionum vestigium esse censendum sit, inscriptiones certe quidem legum non recte sese habere existimandae sunt, cum chronologicis tituli rationibus non satis conveniant. Verum nos hanc rem Iustiniani Codicis editori iudicandam relinquimus totam.

Porro non parva utilitas nostri operis in hoc cernitur, ut quasdam virorum doctorum de constitutionibus restituendis opiniones plenius refellamus. Sic exempli gratia nobilissima illa Galgosii constitutio[64], quae const. 2. C. III. 12. (de feriis) habetur, chronologicamque tituli seriem mirifice perturbat, etiam Summae Perusinae testimonio III. 12. 1. et 2. p. 32. col. A. refutatur, siquidem primam huius tituli legem statim illa sequitur, quae est in nostris editionibus const. 3. C. III. 12. Atque etiam virorum doctorum de const. 4. C. VIII. 52. (de infantibus expositis)[65] ex Iustiniani Codicis editionibus eiicienda sententia Summae Perusinae testimonio VIII. 51. 3. confirmatur, quippe quae tres tantum leges habeat, neque ullum lacunae vestigium insit. Atque, quod in omnibus Codicis editionibus adhuc incertum erat, utrum constitutio Graeca, quae in libri quarti titulo sexagesimo quinto desideratur, statim post trigesimam secundam huius tituli constitutionem, an post sequentem ponenda esset[66], ea lis ad *Cuiacii Wittii*que[67] sententiam iudicanda est, siquidem et Basilica[68] hanc legem ei, quam ultimo loco posuimus, legi postposuerunt, et scholium Theodori[69] eandem constitutionis trigesimae quartae loco laudavit, denique Summa Perusina hanc rem omni ex parte confirmat[70]. Atque etiam chronologia const. 10. C. VI. 3. (de operis libertorum) mirum in modum nostrorum summariorum testimonio illustratur.

---

63) Vide *Heimbach* in libro: *Ungedruckte Constitutionen des Justinianischen Codex aus der Coislinschen Handschrift der Basiliken* p. 28 – 29. 64) Vide *Savinii* librum: *Geschichte des Römischen Rechtes im Mittelalter* tom. IV. p. 315—318., *Bieneri* librum: *Beyträge zur Revision des Justinianeischen Codex* p. 79—81., *Herrmannum* in nota c. ad h. l. 65) Vide *Wittium* in libro: *Die leges restitutae des Justinianeischen Codex* p. 211—212., *Bienerum* l. l. p. 168. et 169., denique *Buchholtzium* in libro: *Juristische Abhandlungen aus dem Gebiete des heutigen Römischen Rechtes* S. 222—227. 66) Vide *Wittium* l. l. p. 186. 67) Observationum et emendationum lib. XII. cap. 38. 68) XX. 1. 95. ed. Fabr. tom. II. pag. 445. 69) Ad const. 3. C. IV. 65. in Basil. ed. Fabr. tom. II. pag. 486. 70) IV. 65. 33. *Idem a. Sebastiano pp. Rem conductam si reddere noluerit, reddat dupplum. Lex 34. Constitutio greca.*

Haec lex in vulgaribus Codicis editionibus cum hunc, quem notavimus, locum occupet, apud Haloandrum tamen post quintam huius tituli constitutionem interposita est. Itaque subscriptio: *PP. Kal. Novembr. Alexandro A. cons.* iam non ad annum **226.** p. Chr. n., quo Alexander Aug. II. et C. Marcellus Quintilianus consules fuerunt, verum secundum singularum constitutionum consequentiam ad annum **222.** p. Chr. n. referenda erit, quam rem Summa Perusina satis confirmat, cum hanc constitutionem eodem, quo Haloander, loco exhibeat [71]. Quae res et aliarum constitutionum auctoritate confirmatur. Const. **1.** C. IX. **2.** (de accusationibus et inscriptionibus). *Imp. Alexander A. Martiano — PP. III. Kal. Aug. Alexandro a. cons.* Const. **2.** C. ibid. *Idem a. Syro. — PP. XI. Kal. Decembr. Alexandro a. cons.* Const. **1.** C. IX. **35.** (de iniuriis) *Imp. Alexander a. Syro. — PP. XI. Kal. Decembr. Alexandro a. cons.*

Neque tacito praetereundum est, quod, quae de singulis titulis ex Iustiniano Codice eliminandis habentur apud viros doctos disputationes, summae Perusinae testimonio partim confirmantur. Duo tantum huius rei hoc loco referam exempla. In vulgatis Codicis editionibus libri secundi titulus septimus hic est: *de advocatis diversorum iudiciorum*, octavus: *de advocatis diversorum iudicum.* Eam, quam ultimo loco posui, rubricam *Wittius* [72] *Bienerus*que [73] et *Heimbachius* [74] delendam censent, tum quod chronologicae rationes non obstant, quominus utriusque tituli leges uno comprehendamus, tum quod, id ut ita faciamus, Graecorum interpretum exemplum suadet, tum denique, quod nec antiquissimi Codicis libri eam rubricam exhibent. Quae sententia testimonio summae Perusinae mirum in modum iuvatur, quippe quae omnes utriusque constitutiones uno titulo comprehendat. — Octavi libri titulus decimus hic est: *de novi operis nunciatione.* Quam rubricam tam *Wittius* [75], quam *Bienerus* [76] delendam unicamque eius tituli constitutionem ad superiora trahendam esse docuerunt, tum quod codices manuscripti hanc rubricam non agnoscunt, tum quod Graeci interpretes octavi libri titulos uno minus referunt, tum denique, quod illa dicendi ratio: *novi operis nunciatio* a vulgari dicendi forma aliena est. Remque totam nostra summaria conficiunt, quae VIII. **10.** rubricam *de edificiis*, **11.** *de operibus publicis* habent, itaque rubrica *de novi operis nunciatione* plane abiecta, unicam huius tituli constitutionem ad finem praecedentis exhibent.

Venio ad inscriptiones legum, quae in Iustiniano Codice relatae sunt, ex summa Perusina confirmandas. In quo non contemnendam huius libri auctoritatem fore iam *Niebuhrius* [77] animadvertit. Neque ego hoc loco eam partem, quam vir doctissimus *Aemilius Herrmannus* summa cum laude nuper tetigit, in iustae orationis modum tractabo, illa sola, quae, dum librum lego relegoque, ultro mihi sese obtulerunt, exempla commemoraturus. Sic, quod *Cuiacius* [78] in const. **10.** C. V. **34.** (qui dare tutores vel curatores possunt) inscriptione, quae ita habet: *Iidem aa. et cc. Florentino militi,* vocem *militi* delendam esse voluit, quod milites ne volentes quidem ad tutelam curamve admitterentur, id summae Perusinae testimonio omni ex parte confirmatur. Sic enim V. **34. 10.**: *Idem a. et c. Florentio.* — Const. **2.** C. VII. **67.** (de his, qui per metum iudicis) *Imp. Iulianus a. Geminiano,* ubi *Spangenbergius,* et in libris mss. et in Theodosiani Codicis XI. **30. 38.** *ad Germanianum pp.* haberi adnotavit. Quam rem et summa Perusina VII. **67. 2.** confirmat: *Impr. Iulianus a. Germaniano pp.* Recte. Vide *Iacobum Gothofredum* ad Th. Cod. l. l. ed. Ritteri tom. IV. p. **262.** not. *b*). — Const. **2.** C. VI. **13.** (de bonorum possessione contra tabulas liberti) *Imp. Anastasius a. Asclepiodoto.* In Theodosiani Codicis IV. **4. 7.** in codice G. et Parisiensi Contii editione iam non Anastasio, verum Theodosio tribuitur. Legendum ergo *Imp. Theodosius a. Asclepiodoto.* Summa Perusina VI. **13. 2.**: *Imp. Theodosius a. Asclepiodoto.* Denique const. **8.** C. VI. **36.** (de codicillis), quae ex eadem const. **7.** C. Th. IV. **4.** deducta est: *Imp. Theodosius a. Asclepiodoto pp.* — Const. **1.** C. I. **17.** (de vetere iure enucleando) in editione *Herrmanni* hanc praefert inscriptionem: *Imperator Flavius Iustinianus, pius, felix,*

---

71) VI. 3. 6. *Lex 6. Idem a. Cecilio.* Liberti libertorum operas patronis patronorum suorum facere non facient. 72) l. l. p. 74. et sq. 73) l. l. p. 60. 74) Ad Basilicorum VIII. 1. 36. tom. I. p. 358. not. *k*). 75) l. l. p. 76. 76) l. l. p. 65. 77) In libro: *Zeitschrift für geschichtliche Rechtswissenschaft* ed. *Savigny* tom. III. p. 395. 78) Observationum et emendationum lib. XVII. cap. 6.

inclytus victor ac triumphator semper Augustus Triboniano quaestori suo salutem. Quae etsi in codice Florentino Pandectarum reperiantur, tamen contra codicum manuscriptorum, qui quidem Codicem habent, auctoritatem hoc loco in contextum recipienda non erant. Facile enim ex Iustinianarum Novellarum comparatione constabit, hunc, qui apud *Herrmannum* habetur, titulum ex pleniore aliquo huius constitutionis exemplari deductum esse. Sic autem Codicis libri manuscripti: *Imp. Iustinianus Triboniano eminentissimo quaestori sacri palatii.* Quam rem summa Perusina satis confirmat. Sic enim habet I. 17. 1.: *Impr. Iustinianus a. Tribuniano viro eminentissimo quaestori sacri palatii.* — Const. 4. C. III. 32. (de rei vindicatione) haec in vulgatis exemplaribus inscriptio est: *Imp. Gordianus a. Muniano militi Africae.* In quo illud sane mirandum est, quare *Munianus* miles Africae dicatur, quod a dicendi genere Romanis usitato alienum est, ut quod alienissimum. Illud tamen gratus accipio, quod *militi* imperator rescripsisse dicatur. Sic enim multa et alia rescripta praeferunt. Itaque vocem *Africae* nullo negotio delebis. Sic et summa Perusina III. 32. 4. *Impr. Gordianus a. Muniano militi.* — Porro const. 6. C. VI. 51. (arbitrium tutelae) inscriptio apud *Spangenbergium* haec est: *Impp. Diocletianus et Maximianus aa. et cc. Cononi et aliis.* In nota: „alias *Septimio* et *Cononi.*" Quam quidem scripturam optimam esse arbitror. Sic enim summa Perusina V. 51. 6.: *Impr. Dioclit. et Max. aa. et c. Septimo et Hononi.* Quodsi *Septimo* semel omissum fuit, illa verba *et aliis* a scribis librariis adiicienda erant. Namque ipsa constitutio secunda pluralis numeri persona usa esse reperitur[79]. — Const. 16. C. II. 7. (de advocatis diversorum iudicum) in Herrmanniana Codicis editione ad *Iustinianum praefectum urbi* missa esse dicitur, quamquam duo codices manuscripti non contemnendae auctoritatis, ipso *Herrmanno* teste, *pp.* hoc est *praefecto praetorio* habent. Viri doctissimi crisis summa Perusina adiuvatur. Sic enim II. 7. 6. *Impr. Leo iunior et Zenon aa. Iustinianus pu.* Ac de praefecto praetorio quidem sermo esse non potuit, cum is, ad quem constitutio directa est, magistratus praefecto praetorio oppositus sit[80]; de praefecto urbi autem actum esse tam Basilicorum contextus[81], quam, quod in iis habetur huius constitutionis scholium[82], disertis verbis declarant. — Optima est summae Perusinae emendatio in const. 14. C. VI. 21. (de testamento militis). Inscriptio legis haec est apud *Spangenbergium: Impp. Diocletianus et Maximianus aa. heredibus Maximi.* Summa tamen Perusina VI. 21. 14.: *Impr. Dioclit. et Max. aa. et c. heredibus Maxime.* Legendum ergo: *heredibus Maximae.* Quam rem et ipsa constitutionis verba exigunt[83]. Ea enim, qua de agitur, caussa haec est: Mulier testamento haeres scripta fratris haereditatem sibi quaesiverat. Postmodo muliere mortua, filii eius haeredes a fratre testatoris filiisve de haereditate restituenda conveniuntur, quasi testamentum iuris observationem non habuerit. Ita imperatores liberis mulieris haereditatem auferendam non esse constituerunt. — Neque contemnendum est summae Perusinae auxilium in const. 3. C. VI. 14. (unde liberi) emendanda. Inscriptio ibi haec est: *Imp. Constantinus a. ad Leontium comitem R. P. Orientis.* Qua in re aliquid non recte sese habere tum illud argumento est, quod *comes Orientis comesque rerum privatarum* diversi magistratus fuerunt[84], tum Theodosianus Codex[85] satis demonstrat, ubi illa *R. P.* plane omittuntur. Atque summa Perusina VI. 14. 3. *Impr. Constantinus a. ad Leontium comitem Orientis.* Quae res et cum Theodosiani libri testimonio consentit, et illas, quas supra posui, difficultates omni ex parte dissolvit. — Atque etiam in const. 1. C. V. 56. (de usuris pupillaribus) probanda est summae Perusinae inscriptio: *Impr. Antoninus a. Presentino,* cum Iustiniani Codicis exemplaria partim *Presentino,* partim *Crescentino* praeferant. Ad eandem

79) Cod. V. 51. 6. *tutor vester — confirmare voluistis — vobis restitui — desideratis — habetis.* 80) Cod. II. 7. 16. Ad similitudinem sexaginta quatuor advocatorum fori *amplissimae praetorianae praefecturae* quindecim tantum ex foro *tuae magnitudinis* — eisdem privilegiis perfruantur. 81) Basilica VIII. 1. 28. ed. *Heimbachi* tom. I. pag. 347. *τὰ αὐτὰ τοῖς δύο τοῦ δημοσίου συνηγόροις καὶ οἱ μετ' αὐτοὺς νῦν ὄντες δεκαπέντε παρὰ τῷ ἐπάρχῳ τῆς πόλεως συνήγοροι ἐχέτωσαν προνόμια.* 82) Basilica l. l. p. 347. *αὕτη κατὰ μίμησιν ἐκείνης νομοθετεῖ, ιε'. συνηγόρους τοῦ ἐπάρχου τῆς πόλεως — τῶν αὐτῶν ἐκείνοις ἀπολαύειν προνομίων — ἀλλὰ τὰ αὐτὰ τῇ προλαβούσῃ περὶ τῶν ιε'. συνηγόρων τοῦ ἐπάρχου τῆς πόλεως νομοθετεῖ.* 83) Cod. VI. 21. 14. Si a fratre suo militante *mater vestra* scripta heres successionem eius sibi quaesivit, quamvis testamenti scriptura non continet iuris observationem, hanc tamen hereditatem fratrem testatoris vel eius filios ab intestato evincere non potuisse iure constitit. 84) Cod. I. 31. *De officio comitis rerum privatarum.* 36. *De officio comitis Orientis.* 85) Const. 5. C. Theod. VIII. 18.

enim personam, ad quam const. 2. C. V. 51. (arbitrium tutelae) missa est, et illa lex directa esse videtur, quod utriusque constitutionis subscriptio manifesto declarat[86]). Atque in const. 2. C. V. 51. cum codices manu exarati inter *Praesentinum*, *Praesentem*, *Praesentianum*que varient, summa Perusina V. 51. 2. *Idem a. Presentino.* Ac de nomine *Praesentinus* nulla potest esse dubitatio, cum et apud Theophylactum hist. lib. VIII. cap. 13. habeatur, et ad aliorum nominum similitudinem expressum sit[87]).

Non tamen usque adeo in commendandis summariorum Perusinorum inscriptionibus procedo, ut nihil in hoc genere a nostro scriptore peccatum esse affirmem. Sunt adeo, quae non recte sese habeant. Cuius rei exempla hoc loco prolaturi sumus. Sic aperte falsum est, quod II. 3. 1. *Philippo* habetur, cum ipsa const. 1. C. II. 3. (de pactis) verba *Philino* legendum esse suadeant. — Sic II. 26. 1. *Iulio* corruptum est, cum ipsa const. 1. C. II. 27.[88]) ed. *Herrmanni* (si adversus rem iudicatam) verba pluribus personis rescriptum esse significent. Recte igitur se habet, quod vulgo *Iuliis.* — Sic IV. 16. 3. *Maximo* male habetur, cum ipsa constitutionis 3. C. IV. 16. (de hereditariis actionibus)[89]) verba de muliere loquantur. Recte ergo vulgo: *Maximae.* — Neque illud probandum est, quod IV. 29. 2. *Nepliano* habetur. Ad feminam enim const. 2. C. IV. 29. (ad SC. Velleianum)[90]) missa est. Recte itaque *Nepolianae.* — Denique illud quoque abiiciendum est, quod V. 12. 15. *Ulpiane* habetur. Legendum enim esse *Ulpiano*, ipsa const. 15. C. V. 12. (de iure dotium)[91]) verba loquuntur.

Atque non solum in legum inscriptionibus confirmandis nostra summa magnam habebit vim et auctoritatem, verum etiam in inscriptionibus supplendis pleniusque exhibendis. Sic integriores inscriptiones in summa Perusina habentur II. 23. 1., IV. 31. 8., 32. 6., 34. 1. et 2. et 3. et 4., 35. 6. et 7., 37. 2. et 4., quibus in locis eius, ad quem constitutio missa esse dicitur, nomini vox *militi* adiicitur, cum in manuscriptis codicibus reliquis non habeatur. Neque horum dissimile est, quod III. 28. 15. *Impr. Philippus a. et Philippus c. Afrodisie* habeatur, quum reliqui codices haec sola habeant: *Imp. Philippus a. Aphrodisiae.* Quam emendationem ex reliquis, quae eodem, quo nostra, anno prodierunt, constitutionibus facile comprobamus. Sic autem subscriptio const. 15. C. III. 28. (de inofficioso testamento): *PP. V. Kal. Aug. Philippo a. et Titiano conss.*[92]). Denique const. 15. C. VII. 45. (de sententiis et interlocutionibus) inscriptio in vulgatis Codicis editionibus magistratum, ad quem missa sit, non designat. At in summa Perusina VIII. 45. 15. haec habentur: *Impr. Iustinianus Iuliano pp.*

Illud quoque in summae Perusinae inscriptionibus commendandis praetermitti nequit, quod nomina eorum, ad quos leges missae sunt, diligentius, quam in vulgatis Codicis editionibus, expressa sunt. Ita, quae leges vulgo unum nomen praeferunt, apud nostrum scriptorem duo nomina habent.

---

86) Cod. V. 56. 1. *PP. Non. Iun. Antonino a. IV. et Balbino coss.* V. 51. 2. *PP. Non. Iul. Antonino a. IV. et Balbino coss.* 87) Sic Romani a *Catullo Catullinum*, a *Crispo Crispinum*, a *Caro Carinum*, a *Proculo Proculinum*, a *Severo Severinum* fecerunt. 88) Cod. II. 27. 1. Minus — *consecuti* — *potestis*, si — *minores fuistis* et — *vobis* largitur. — inferre non *potestis.* 89) Cod. IV. 16. 3. Heredem *mariti* quondam *tui* de dote tibi reddenda *conveni:* personalem enim actionem contra debitores haereditarios tibi decerni frustra *postulas.* 90) Cod. IV. 29. 2. Frustra SCi exceptione uti *tentasti*, quoniam principaliter ipsa *debitrix fuisti.* 91) Cod. V. 12. 15. post divortium quondam *uxoris tuae.* 92) Const. 4. C. VIII. 10. (de aedificiis privatis) *Imp. Philippus a. et Philippus c. Victori. — PP. IV. Kal. Apr. Philippo a. et Titiano conss.* Const. 6. C. IV. 28. (ad SC. Macedonianum) *Imp. Philippus a. et Philippus c. Theopompo. — PP. VI. Non. Mart. Philippo aug. et Titiano conss.* Const. 5. C. IV. 19. (de probationibus) *Imp. Philippus a. et c. Sertorio. — PP. VII. Id. April. Philippo a. et Titiano coss.* Confer const. 6. C. ibid. Const. 3. C. V. 38. (de periculo tutorum) *Imp. Philippus a. et Philippus c. Gratiano. — PP. III. Kal. Apr. Philippo a. et Titiano conss.* Const. 2. C. VIII. 68. (si tutor vel curator falsis) *Imp. Philippus a. et Philippus c. Aulizano. — PP. XIV. Kal. Iun. Philippo a. et Titiano conss.* Item Codex Gregor. ed. *Haeneli* II. 31. 1. *Impr. Philippus a. et Philippus c. Aelio Maximo. — PP. pridie Idus Nov. — Philippo a. et Titiano conss.* III. 2. 3. *Impr. Philippus a. et Philippus c. Aurelio Antonio. — PP. XIV. Kal. Novembr. Philippo a. et Titiano conss.* Vide et const. 7. C. III. 32. (de rei vindicatione), const. 9. C. III. 44. (de religiosis), const. 8. C. VIII. 43. (de solutionibus et liberationibus), const. 6. C. IX. 22. (ad legem Corneliam de falsis), const. 5. C. IX. 32. (de crimine expilatae hereditatis).

Id his locis factum esse videmus: IV. 31. 2., 4., 9., 10., 11., 12., 13.; 32. 3., 4., 5., 7., 8., 9., 10., 14., 17., 18., 20., 22., 23.; 33. 3., 4., 5., 6., 7., 8., 9.; 35. 6., 7., 17., 19., 20.; 37. 2. et 4.; 38. 4., 5., 6., 7., 8., 13.; 39. 2., 3., 4., 5., 8.; 44. 3., 4., 5., 6., 8., 9., 10., 11.; 45. 1. et 2.; 46. 1., 2., 3.; 48. 1., 2., 5., 6.; 49. 2., 5., 8., 9., 10., 11., 13., 14., 15., 16.; 50. 1., 3., 4., 6., 7., 8., 9.; 51. 2., 3., 4., 5., 6., 7.; 55. 1., 4., 5.; 57. 3., 4., 5., 6.; 58. 1., 2. 3.; 61. 4.; 62. 1., 2., 3.; 65. 4., 5., 6., 7., 8., 9., 10., 11., 12., 13., 14., 15., 16., 17., 18., 19., 20., 21., 22., 23., 24., 25., 26., 27., 28., 29. Neque vero illud silentio praetereundum esse censeo, quod multa et alia nomina apud nostrum scriptorem aliter habentur, quam in vulgatis Codicis editionibus. Qua in re etsi nostrorum summariorum auctoritas nec ubique defendenda, tamen nec ita contemnenda est, ut nihil ad inscriptionum crisin conferre videatur. Cuius rei haec tantum exempla afferam: I. 2. 22., 26., 33.; 3. 3.; 7. 1.; 31. 3.; 54. 2., 9., 10.; II. 1. 5.; 2. 1.; 3. 13. et 18.; 4. 11.; 24. 39.; 5. 1., 7. 13.; 11. 2.; 12. 5.; 19. 8.; IV. 41. 2.; VII. 16. 11. et 12.; 53. 2.; VIII. 37. 2.

Etiam in subscriptionibus legum, quae in Iustiniano Codice relatae sunt, supplendis aliqua cernitur nostrorum summariorum utilitas. Quae quamquam satis raro apud nostrum scriptorem commemorantur, tamen est ubi reliquorum codicum manuscriptorum lacunae mirum in modum suppleantur. Sic const. 1. C. I. 57. (de officio iuridici Alexandriae) apud *Herrmannum* subscriptionem non habet; in summariis autem habet hoc modo: *Dato. Kal. Sept. Constantino Zenone et Marco conss.* Corrige *Datum* et *Constantinopoli* et *Martiano*, et in annum Christi 469. incides[93]). Atque hanc quidem subscriptionem genuinam esse, reliquarum constitutionum, quae hoc anno confectae sunt, exempla docent[94]). — Aliud huius rei exemplum const. 8. C. VII. 72. (de bonis auctoritate iudicis) suppeditat. Ibi cum in vulgatis Codicis editionibus nulla plane huius legis subscriptio habeatur, eius partem summa Perusina exhibet. Sic enim VII. 72. 8.: *Sub die VI. Kal. Ian. Nicena.* Quae autem aliis locis reperiuntur legum subscriptiones, velut II. 4. 42., V. 37. 14., VI. 38. 3., VII. 16. 38., aliquid etiam ad Iustiniani Codicis crisin collaturae sunt. Denique et illud commemorandum est, quod VI. 45. 2. *sine die et consule* habetur, quae res manifesto argumento est, illas leges, quae hoc modo adnotantur, ab initio subscriptiones non habuisse.

Neque contemnendum in singulis constitutionum verbis vel confirmandis vel emendandis auxilium ex iis, ubi integrae constitutiones relatae sunt, nostrorum summariorum locis redundabit. Quos locos cum iam supra indicaverimus, non est, quod eam rem hoc loco recoquamus. Verum et ex ipsis constitutionum, quae apud nostrum scriptorem habentur, summariis aliquid ad Iustiniani Codicis crisin proficiemus. Quam rem hoc loco paucis illustrabimus. Sic exempli gratia const. 1. C. VII. 62. (de appellationibus et consultationibus) haec leguntur: *Praeses de possessione pronuntiare et ita crimen violentiae excutere praeses provinciae debuit; quod cum non fecerit, iuste ab eo provocatum est.* *Contius* in codd. mss. veteribus haberi adnotavit: *iure provocatum.* Atqui et summa Perusina *iuste* legit. Sic enim VII. 62. 1.: *si hoc iudex pretermisit, et iuste appellatur.* Quae res et const. 7. C. ibidem confirmatur. Sic enim: *apud praesidem provinciae*

---

93) Vide Petri Relandi fastos consulares p. 648.

94) Sic enim inscriptio const. 1. C. I. 57.: *Impp. Leo et Anthemius aa. Alexandro duci et praefecto Augustali.* L. 31. C. I. 3. (de episcopis et clericis): *Impp. Leo et Anthemius aa. Armasio. — Dat. VIII. Idus Martias Martiano et Zenone conss.* L. 6. C. V. 9. (de secundis nuptiis): *Impp. Leo et Anthemius aa. Erythrio pp. — Datum Kal. Mart. Martiano et Zenone conss.* L. 5. C. VI. 61. (de bonis, quae liberis) *Impp. Leo et Anthemius aa. Erythrio pp. — Dat. V. Kal. Martias Martiano et Zenone conss.* L. 16. C. I. 4. (de episcopali audientia): *Impp. Leo et Anthemius aa. Erythrio. — Dat. Kal. Iul. Martiano et Zenone conss.* L. 42. C. II. 4. (de transactionibus): *Impp. Leo et Anthemius aa. Acrochirio. — Dat. Kal. Iul. Martiano et Zenone conss.* L. 13. C. I. 18. (de iuris et facti ignorantia): *Impp. Leo et Anthemius aa. Erythrio. — Dat. Kal. Iul. Martiano et Zenone conss.* L. 3. C. VIII. 53. (quae sit longa consuetudo): *Impp. Leo et Anthemius aa. Alexandro. — Dat. VII. Idus Sept. Martiano et Zenone conss.* L. 11. C. III. 12. (de feriis): *Impp. Leo. et Anthemius aa. Armasio. — Dat. Id. Decembr. Zenone et Martiano conss.* Sic inverso ordine et L. 14. C. II. 7. (de advocatis diversorum iudiciorum): *Impp. Leo et Anthemius Callicrati. — Dat. V. Kal. April. Zenone et Martiano conss.*

iuste te appellasse ostende. Atque etiam const. 6. pr. C. ibid.: *cum super omni causa interpositam provocationem vel iniustam tantum liceat pronuntiare vel iustam.* — Atque in const. 7. C. VII. 53. (de exsecutione rei iudicatae) haec habentur: *Si longis apertisque frustrationibus partis adversae restitutio remorata est —, a frustratore aestimatio eorum restituenda est.* Pro *remorata* alias *remota* est, quod et Codex G. confirmat. *Remota* etiam summariis Perusinis commendatur. Sic enim VII. 53. 7.: *cui restitutio sine causa remota est.* Quod dicendi genus valde placet. In voce *remota* enim illud inest, ut servorum restitutio amplius fieri nequeat; unde lucem capiunt, quae statim postea de aestimatione praestanda inferuntur. — Porro in const. 6. C. VII. 65. (quorum appellationes non recipiuntur) haec leguntur: *viginti librarum argenti multa et litigatorem — et iudicem involvat.* Ubi *Spangenbergius* haec adnotavit: „Codex Theo„dosianus *auri* et ita *Haloander* in textu. At in notis recogniti operis *alias argenti*, neque haec „lectio, nempe *argenti*, destituitur manuscriptorum quorundam auctoritate, ut *Contius* testatur, qui„bus addimus Cod. G." Legendum cum Theodosiano Codice XI. 36. 26.[95]) *auri.* Summa Perusina VII. 65. 6.: *viginti libras auri det pena.* Basilica tamen vocem *argenti* tuentur. Sic enim IX. 1. 147. ed. *Heimbachi* tom. I. p. 444.: εἴκοσι λίτρας ἀργυρίου παράσχοι. — Const. 19. C. VIII. 43. (de solutionibus et liberationibus) ita habet: *Si actore servo tam mutuis dandis pecuniis, quam debitis recipiendis praeposito in hoc, quod susceperas, eius dominae per ipsum satisfecisti, instrumentum inane solutione celebrata nihil tibi nocere potest. Aliter enim solventes servo de actione dominae liberare se non possunt.* Pro voce *dominae,* quae ultimo loco habetur, *Haloander* habet *domini.* Quod ferri potest, modo hoc cogitare velis, a speciali causa, quae in prioribus constitutionis verbis tractatur, ad generalem causam transitum fieri, itaque masculino generi locum esse. Ac *domini* habet etiam Codex G. apud *Spangenbergium,* et summa Perusina VIII. 42. 19.: *Actor si per fraudem aliquo fecit, dno impedire non potest.* — In const. 9. C. I. 3. (de episcopis et clericis) diaconissarum aetas definitur hoc modo: *Nulla nisi emensis quinquaginta annis secundum praeceptum apostoli ad diaconissarum consortium transferatur.* Pro *quinquaginta* Theodosianus Codex XVI. 2. 27. *sexaginta* habet, item tres libri Russardi. Recte, ni fallor. Summa Perusina I. 3. 9. *Diaconissa LX. annorum fiat.* Collectio constitutionum ecclesiasticarum tripartita I. 3. 9. ed. Fabr. p. 1254.: ἡ μὴ ὑπερβᾶσα τὸν ἑξηκοστὸν ἐνιαυτὸν οὐ γίνεται διακόνισσα. — Ultimo autem loco locum aliquem Iustiniani Codicis commemorabimus, qui multas multis difficultates peperit. Is est const. 2. C. III. 34. (de servitutibus et aqua): *Si aquam,* inquit, *per possessionem Martialis eo sciente duxisti, servitutem exemplo rerum immobilium tempore quaesisti.* Quae verba *Unterholznerum* usque adeo torserunt, ut de temporali spatio, quod ad servitutem quaerendam proficit, nihil quicquam hac lege statui affirmaverit[96]). Atque etiam novissimus, quod ego sciam, huius constitutionis interpres *Schillingius*[97]) his verbis vel maxime usus est, ut in servitutibus tempore quaerendis longi temporis praescriptionem, quae ad dominii causam spectat, observari solitam demonstraret. Vereor, ut recte. Certe Graeci interpretes *rerum mobilium* legerunt. Pseudo-Eustathius de diversis temporum intervallis in capite περὶ τριετίας: Ὁ ἕλκων, inquit, ὕδωρ ἐπὶ τρία ἔτη δι' ἀλλοτρίου ἀγροῦ ἐν εἰδήσει τοῦ δεσπότου τοῦ κτήματος κτᾶται οὐκ οὖσαν αὐτῷ δουλείαν, ὡς βι'. γ'. τι' λδ'. διατ. β'. Putavit igitur, nostram constitutionem de triennio locutam esse, quod in res mobiles cadit, in res immobiles non item. Certe ex imperatoris Iustiniani sanctione res mobiles triennio quaeruntur; res immobiles autem vel decennio vel vicennio, decennio quidem inter praesentes, vicennio inter absentes[98]). Totam denique rem summa Perusina III. 34. 2. conficit. Sic enim: *Si aquam per possessionem Martialis eduxisti, eo sciente, servitutum exemplo rerum mobilium tempore quesisti; sin autem, frustra queris.*

---

95) Theodosiani Codicis auctoritas et interpretatione Gothica firmatur. Sic enim apud Gothofredum tom. IV. p. 325.: *tam ipse iudex, quam is, qui appellaverit, viginti libras auri fisco cogantur solvere.* 96) In libro: *Ausführliche Entwickelung der gesammten Verjährungslehre* tom. II. §. 201. p. 155—157. 97) In libro: *Lehrbuch der Institutionen und Geschichte des Römischen Privatrechtes* tom. II. p. 656. not. *h*), et p. 657. not. *p*). 98) Const. 1. C. VII. 31. (de usucapione transformanda) pr. Iust. II. 6. (de usucapionibus) et Theophilus ibidem.

Sed haec utut sunt, neque horum summariorum scriptori multa commendatione invidiam facere nostrum est, neque ea, quae ex hac antiquitatis quasi quadam imagine ad Iustinianum Codicem illustrandum arteve critica et disciplina perpoliendum deduci queant, contemnere licebit. Reliqua doctissimus Iustiniani Codicis editor *Herrmannus*, cuius et iudicium acrius est et diligentia maior, non dubito quin persecuturus sit.

CAPUT II.

Collectio XXV capitulorum.

Editurus sum constitutionum corpus, quod, antequam vir summus *Bienerus* [1]) ad hanc iuris Romani partem illustrandam accederet, quid esset, ignorabatur abiectumque iacebat. Huius libri codices manuscripti, qui mihi quidem innotuerint, hi sunt:

I. Codex Graecus regiae bibliothecae Parisiensis numero 1320. signatus, descriptus ille quidem a catalogorum huius bibliothecae compilatoribus tom. II. p. 285—287. Est membranaceus, saeculi duodecimi, complectiturque Photii nomocanonem, inter aliosque iuris canonici libros corpus LXXXVII capitulorum inde a folio 212. A. usque ad folium 226. A., nostramque legum compilationem inde a folio 226. A. usque ad folium 246. A. Collectio constitutionum ecclesiasticarum tripartita adiecta non est.

II. Codex Graecus eiusdem bibliothecae numero 1324. signatus, descriptus ille quidem l. l. p. 289. Est membranaceus, saeculi duodecimi, complectiturque praefationem collectionis canonum ab Iohanne Scholastico confectae, Photii nomocanonem inter aliaque scripta tres, quae saepenumero coniunguntur, iuris canonici collectiones, LXXXVII, et XXV capitulorum, tripartitamque, quae Pseudo-Balsamoni tribuitur. Corpus LXXXVII capitulorum inde a folio 243. A. usque ad folium 266. B. habetur, idque capitula XXV sequuntur inde a folio 266. B. usque ad folium 310. B.

III. Codex Graecus eiusdem bibliothecae numero 1326. signatus, descriptus ille quidem a catalogorum compilatoribus l. l. p. 290. Est membranaceus, saeculi undecimi, habetque inter alia iuris canonici scripta nostram XXV capitulorum collectionem.

IV. Codex Graecus eiusdem bibliothecae numero 1334. signatus, descriptus ille quidem l. l. p. 295—296. Est membranaceus, saeculi, ut catalogorum confectoribus videtur, decimi, ut mihi placet, duodecimi, complectiturque collectionem canonum ab Iohanne Scholastico confectam, Photii nomocanonem interque alia canonici iuris scripta illas, de quibus supra diximus, tres iuris Iustiniani collectiones. Capitula LXXXVII habentur inde a folio 203. A. usque ad folium 219. B., eaque XXV legum corpus subsequitur.

V. Codex Graecus eiusdem bibliothecae numero 1355. signatus, descriptus ille quidem l. l. p. 301—302. Est chartaceus, saeculi decimi quinti, habetque corpus LXXXVII capitulorum inde a folio 356. A. usque ad folium 365. B., XXV legum autem inde a folio 365. B. usque ad folium 378. A.

VI. Codex Graecus bibliothecae Coislinianae, quae hodie in regiam inlata est, olim numero 23., hodie numero 209. signatus, descriptus ille quidem a Montefalconio in bibliothecae Coislinianae cap. II. p. 267—268. Est membranaceus, constatque foliis 286., et noni vel decimi ineuntis saeculi usque ad folium 260. est, exinde vero undecimi circiter, habetque collectionem canonum ab Iohanne Scholastico confectam, postque alia canonica scripta corpus LXXXVII capitulorum inde a folio 152. A.—177. A., quod collectio XXV capitulorum subsequitur.

---

1) In libro: *Die Geschichte der Novellen Justinians* p. 178—179.

VII. Codex Graecus bibliothecae Mediceae Laurentianae, quae Florentiae est, inter plutei X. libros numero 10. signatus. Vide *Bandini* catalogum codicum manuscriptorum bibliothecae Mediceae Laurentianae tom. I. p. 478. Est membranaceus, saeculi undecimi, foliisque 327. constat. Complectitur Iohannis Antiocheni collectionem canonum corpusque LXXXVII capitulorum, quae inde a folio 226. usque ad folium 244. B. habentur, XXV capitulorum inde a folio 244. B. usque ad fol. 283. B., tripartitamque Pseudo-Balsamonis constitutionum ecclesiasticarum collectionem.

VIII. Codex Graecus eiusdem bibliothecae, qui inter plutei LVI libros numero 13. signatus est, Est, auctore *Bandinio* l. l. tom. II. p. 310., chartaceus, saeculi decimi quinti, foliisque 111. constat. Habet quaestiones de rebus ecclesiasticis, canones synodi Nicaenae, triaque legum civilium corpora, id est, collectionem LXXXVII capitulorum inde a folio 35. usque ad folium 46., XXV. capitulorum inde a folio 46. usque ad folium 70., tripartitum constitutionum ecclesiasticarum corpus inde a folio 70. usque ad folium 92.

IX. Codex Graecus bibliothecae Sancti Marci, quae Venetiis est, numero 169. signatus. Est, auctore *Zanettio* in Graeca Divi Marci bibliotheca codicum manuscriptorum tom. I. p. 98., membranaceus, saeculi decimi quinti, constatque foliis 311. Inest titulus collectionis canonum ab Iohanne Scholastico compositae, eiusque praefatio, quae incipit: *οἱ τοῦ μεγάλου*[2]), Photiique syntagma canonum cum prologo nomocanonis in duas partes diviso[3]), collectionem LXXXVII capitulorum, XXV. legum, tripartitumque constitutionum ecclesiasticarum corpus.

X. Codex Graecus Vaticanus numero 846. signatus. Habet collectionem LXXXVII et XXV capitulorum, corpusque ecclesiasticarum constitutionum tripartitum[4]). Hunc codicem ab *Assemannio*, diligentissimo alioquin codicum Graecorum, qui in Vaticana bibliotheca sunt, perscrutatore, neglectum Vir Ill. *Fredericus Blume* invenit eiusque inventi nuncium ad *Bienerum* misit. Ego quominus hunc librum, dum Romae sum, inspicerem, *Angeli Maii* invidia impedimento fuit.

XI. Codex Graecus Vaticanus numero 1185. signatus[5]), olim Antonii Augustini, episcopi Ilerdensis[6]), saeculi decimi sexti, paginis 806 constat. Complectitur Photii nomocanonem cum Theodori Balsamonis scholiis, inter aliaque iuris civilis scripta habet collectionem LXXXVII capitulorum inde a pag. 575, et XXV legum inde a pag. 615.

XII. Codex Graecus Collegii Romani[7]), qui hodie littera D. numero 20. signatus est. Est chartaceus, saeculi decimi sexti, habetque collectione LXXXVII et XXV capitulorum. Tripartitae constitutionum ecclesiasticarum collectionis vestigium ibi habetur nullum.

XIII. Codex Graecus bibliothecae regiae Taurinensis numero XXVI. b. V. 6. signatus, descriptus ille quidem a *Pasinio* in codicibus manuscriptis bibliothecae regii Taurinensis Athenaei tom. I. p. 96—106. Est chartaceus, saeculi decimi sexti constatque foliis 222. Complectitur collectionem LXXXVII capitulorum inde a folio 1. usque ad folium 39., corpus XXV capitulorum inde a folio 39. usque ad folium 100., collectionem constitutionum ecclesiasticarum tripartitum inde a folio 100. usque ad folium 222. Titulus collectionis XXV capitulorum fol. 38. habetur: *διατάξεις νόμων πολιτικῶν ἐκ τῶν νεαρῶν Ἰουστινιανοῦ διατάξεων καὶ ἑτέρων βασιλέων συνηγοροῦσαι καὶ ἐπικυροῦσαι τοὺς τῶν ἁγίων πατέρων ἐκκλησιαστικοὺς νόμους.* Sequitur apud Pasinium tabula XXV capitulorum cum nostra huius corporis editione consentiens.

XIV. Codex Graecus eiusdem bibliothecae numero CV. c. IV. 21. signatus, descriptus ille quidem a *Pasinio* l. l. tom. I. p. 194—212. Est membranaceus, saeculi circiter duodecimi, constatque foliis 511. Complectitur Photii nomocanonem inter aliaque iuris canonici scripta Iu-

---

2) Vide Iustellii bibliothecam iuris canonici tom. II. p. 499. 3) Prioris partis initium est: *τα μὲν σώματα.* Vide Iustellium l. l. tom. II. p. 789. Posterior sic habet: *ὁ μὲν παρών.* Vide Iustellium l. l. p. 792. 4) Vide *Bienerum* l. l. p. 166., 167., 173., 179. et *Blumium* in tractatu: *Byzantinisches Recht* in libro: *Rheinisches Museum für Jurisprudenz* tom. IV. p. 225. 5) Vide *Blumium* l. l. p. 225—226. 6) Inter codices manuscriptos Augustini numero 170. hunc librum relatum esse idem *Blumius* l. l. p. 225. docuit. Vide Augustini opera omnia (Lucae 1772.) tom. VII. p. 54. 7) De hac bibliotheca vide *Blumium* itineris Italici tom. III. p. 149

stiniani Novellam LXXVII. inde a folio 244. usque ad folium 245., collectionem LXXXVII capitulorum inde a folio 245. usque ad folium 265. A., XXV capitulorum inde a folio 265. B. usque ad folium 308. A., tripartitum constitutionum ecclesiasticarum corpus inde a folio 308. A. usque ad folium 398. A.

XV. Codex Graecus bibliothecae, quae est in τῇ μονῇ τῆς Παναγίας, quae prope Chalcidem est, qua de re vir doctissimus *Eduardus Zachariaeus* me fecit certiorem. Est membranaceus, saeculi decimi tertii habetque Photii nomocanonem, deindeque collectionem XXV capitulorum. In qua et subscriptiones haberi idem vir praestantissimus affirmavit.

XVI. Codex Graecus bibliothecae regiae Monacensis numero 380. signatus, descriptus ille quidem ab *Hardtio* in catalogo codicum manuscriptorum Graecorum bibliothecae regiae Bavaricae tom. IV. p. 167. Est bombycinus, saeculi decimi quarti, foliis 568. constat, multaque habet iuris canonici opuscula, inter quae Photii nomocanonem tresque iuris canonici collectiones, quas in iisdem exemplaribus saepenumero coniungi vidimus. Praecedit inde a fol. 363. Novella Iustiniani LXXVII. Sequitur collectio LXXXVII capitulorum inde a folio 374. usque ad folium 386.; XXV constitutionum inde a folio 386. usque ad folium 432., tripartita constitutionum ecclesiasticarum collectio inde a folio 432. usque ad folium 520.

XVII. Codex Graecus eiusdem bibliothecae numero 214. signatus, descriptus ille quidem ab *Hardtio* l. l. tom. II. p. 414. Est chartaceus, saeculi decimi quinti, constatque foliis 164. Complectitur tres iuris canonici libros, hoc est, collectionem LXXXVII capitulorum inde a foliò 1. usque ad folium 23., corpus XXV legum inde a folio 23. usque ad folium 66., tripartitam constitutionum ecclesiasticarum collectionem inde a folio 66. usque ad folium 149.

XVIII. Codex Graecus bibliothecae Caesareae Vindobonensis, a *Lambecio* in de bibliotheca Caesarea commentariis lib. VI. p. 54. edit. vet., p. 119. edit. Kollari descriptus. Est chartaceus, constatque foliis 318. Complectitur Photii nomocanonem habetque inter alios iuris canonici libros collectionem LXXXVII capitulorum inde a folio 280. A. usque ad folium 302. B., XXV. capitulorum inde a folio 302. B. usque ad folium 307. A., denique collectionem constitutionum ecclesiasticarum tripartitam.

XIX. Codex Graecus bibliothecae Sanctae Elisabethae, quae Vratislaviae est, descriptus ille quidem ex schedis beati *Hauboldi* a *Bienero* in historia Novellarum Iustiniani p. 600 et seq. Est chartaceus, saeculi decimi quinti vel decimi sexti constatque foliis 45. Habet collectionem XXV capitulorum, excerpta quaedam ex tripartita constitutionum ecclesiasticarum collectione et Heraclii Novellis synopsinque legum a Michaele Attaliata compilatam. Titulus nostrae collectionis hic est: *διατάξεις νόμων πολιτικῶν ἐκ τῶν νεαρῶν Ἰουστινιανοῦ βασιλέως καὶ ἑτέρων βασιλέων συνηγοροῦσαι καὶ ἐπικυροῦσαι τοὺς τῶν ἁγίων πατέρων ἐκκλησιαστικοὺς κανόνας.* Ex singulis constitutionibus autem, quae ibi relatae sunt, sexta et septima atque pars undecimae suo quaeque in loco non habetur; quae autem desunt, post caput vigesimum posita sunt. Quattuor Novellae, quae constitutionum XXII., XXIII., XXIV. et XXV. locos in reliquis codicibus manuscriptis occuparunt, in nostro libro non habentur.

XX. Codex Graecus bibliothecae Bodleianae, quae Oxonii est, hodie numero 173. signatus, olim Baroccii codex 173., descriptus ille quidem a *Zachariaeo* in libro: *ὁ πρόχειρος νόμος* pag. 282—287 [8]). In hoc libro insunt duo codices plane diversi, sive membranam, sive scripturam, sive quaternionum numerum spectes. Prior codex, de quo hoc loco sermo est, membranaceus est, constatque foliis 156. Scriptura est saeculi duodecimi; plurima folia, quae exciderunt, saeculi XIV. vel XV. manus supplevit. Habentur in hoc codice collectio LXXXVII. et XXV. capitulorum; accedit tripartitum constitutionum ecclesiasticarum corpus cum tribus imperatoris Heraclii Novellis.

---

8) Vide catalogos librorum manuscriptorum Angliae et Hiberniae in unum collectos (Oxoniae 1697.) p. 22. B.

XXI. Codex Graecus eiusdem bibliothecae numero 185. signatus, olim Baroccii codex 185., quem *Zachariaeus* l. l. p. 310. descripsit[9]). Est membranaceus, initio saeculi decimi quarti exaratus. Complectitur praeter alia iuris canonici opuscula Photii nomocanonem, collectionem LXXXVII. capitulorum, quae inde a folio 163. usque ad folium 181. habetur, corpus XXV constitutionum, quod inde a folio 181. usque ad folium 216. est, denique collectionem constitutionum ecclesiasticarum tripartitam, quae inde a folio 216. usque ad folium 288. pertinet.

XXII. Codex Graecus eiusdem bibliothecae numero 196. signatus, olim Baroccii liber 196[10]). Hunc librum *Zachariaeus* l. l. p. 311. et seq. descripsit. Est membranaceus, saeculi undecimi. Complectitur nomocanonem, ex quo Photius librum compilavit suum, collectionem canonum, duoque iuris civilis corpora, id est, collectionem LXXXVII capitulorum inde a folio 226. usque ad folium 243., XXV legum inde a folio 243. usque ad folium 264.

Ex hoc codicum manu exaratorum, quibus nostrum legum corpus continetur, catalogo ad eius historiam enarrandam fataque cognoscenda aliquid proficimus. Ac primum quidem huius libri in ecclesia Graeca magnum fuisse usum inde a saeculo post Chr. n. undecimo usque ad saeculum decimum quartum vel decimum quintum, tot exemplaria manu exarata satis docent. Huc accedit, quod cum his iuris canonici libris, quos a Graecis ad causas ecclesiasticas dirimendas adhibitas esse constat, nostrum opus in codicibus manuscriptis coniunctum esse reperitur. Sic Photii nomocanoni adiunctum est in Codice Parisiensi 1320., 1334., Taurinensi CV. c. IV. 21., Monacensi 380., Vindobonensi, Bodleiano 185. sive Barocc. 185., denique illo, qui in monasterio τῆς Παναγίας prope Chalcidem est. Sic collectioni canonum ab Iohanne Scholastico confectae nostrum opus adiectum esse reperitur in Codice Coisliniano 209. et Mediceo Laurentiano plut. X. num. 10. Utraque, quam diximus, canonum collectio, et Iohannis Scholastici et Photii nostrum librum praecedit in Codice Parisiensi 1324. Vaticanoque 1185., cuius rei vestigium etiam Codex Venetus 169. habet. Deinde et illud hoc loco animum advertere licebit, quod nostrum opus in exemplaribus manu exaratis cum his legum civilium, quae ad ius canonicum referuntur, collectionibus coniunctum sit, id est, cum corpore LXXXVII capitulorum et tripartita constitutionum ecclesiasticarum, quae Pseudo-Balsamoni tribui solet, collectione. In quo illud adnotare iuvat inter utrumque legum corpus nostrum librum ita interpositum esse, ut medio loco habeatur. Id factum videmus in Codice Parisiensi 1320. et 1324., Mediceo Laurentiano plut. X. num. 10. et plut. 56. num. 13., Veneto 169., Vaticano 846., Taurinensi XXVI. b. V. 6. et CV. c. IV. 21., Monacensi 380. et 214., Vindobonensi, Bodleiano 173., qui Baroccii 173. fuit, et 185., qui Baroccii 185. fuit. Atque etiam si quando cum sola LXXXVII capitulorum collectione coniunctus sit, id ita factum esse videmus, ut huic libro postpositus sit, velut in Parisiensi 1334. et 1355., Coisliniano 209., Vaticano 1185., Collegii Romani, quod Romae est, D. 20., Bodleianoque 196., qui Baroccii 196. fuit. Itaque facile est ad coniiciendum, illas tres, de quibus agitur, legum civilium collectiones non temere inter sese coniunctas haberi, verum ad canonum collectiones quasi cuiusdam appendicis loco adiectas esse, ut legibus civilibus quemadmodum cum canonibus conveniret, satis constaret. Sic Photii nomocanoni adiectae sunt in Codice Parisiensi 1320., Taurinensi XXIV. b. V. 6., Monacensi 380., Vindobonensi, Bodleiano 185., qui Baroccii 185. fuit; sic cum collectione canonum Iohannis Scholastici coniunctae cernuntur in Codice Mediceo Laurentiano plutei X. num. 10.; sic cum utroque et Photii et Iohannis opere in Codice Parisiensi 1324. connexae sunt, cuius rei vestigium et in Codice Veneto 169. superest. Quae si vera sunt, illud etiam statuamus licebit, hanc trium librorum coniunctionem post Heracliana tempora factam esse. In omnibus enim, quos mihi quidem intueri licuit, codicibus formae Heraclii ad tripartitam constitutionum ecclesiasticarum collectionem adiectae cernuntur, quas tamen ab initio in hoc libro non fuisse satis constat[11]).

---

9) Vide librum laudatum p. 24. A. 10) Vide librum laudatum p. 27. A. 11) Vide Ἀνέκδοτα tom. I. p. XLIV—XLVI.

Sed iam tempus est, ut ad ipsum, quod edimus, opus perveniamus. Id ex viginti quinque constitutionibus, quae partim ex Iustiniano Codice, partim ex Novellis desumtae sunt, constat. Titulus libri hic est: *διατάξεις νόμων πολιτικῶν ἐκ*[12]) *τῶν νεαρῶν Ἰουστινιανοῦ βασιλέως συνηγοροῦσαι καὶ ἐπικυροῦσαι τοὺς τῶν ἁγίων πατέρων ἐκκλησιαστικοὺς κανόνας.* Sic optimi quique codices mss., id est, Parisienses 1320., 1324., 1326., 1334., Coislinianus 209., Monacensis 380., Mediceus Laurentianus plutei X. numero 10., Taurinensis CV. c. IV. 21., Vindobonensis, quem *Lambecius* in commentariorum libro VI. p. 121. ed. Kollari descripsit. Alii tamen libri ab hac scriptura paullulum recedunt. Pro verbis *τῶν νεαρῶν Ἰουστινιανοῦ βασιλέως* Codex Parisiensis 1355. et Vratislaviensis *τῶν νεαρῶν Ἰουστινιανοῦ βασιλέως καὶ ἑτέρων βασιλέων* habent, Taurinensis XXVI. b. V. 6. autem *νεαρῶν Ἰουστινιανοῦ διατάξεων καὶ ἑτέρων βασιλέων.* Ita librarius scriba, cum hoc legum corpus non tantum ex imperatoris Iustiniani constitutionibus, verum etiam ex aliorum imperatorum legibus deductum esse, id quod uniuscuiusque capituli inscriptio docet, animadvertisset, ad *ἑτέρων βασιλέων* mentionem confugere voluit. Ac ne ferri quidem potest, quod addidit. Etsi enim ea, quae ad nostri libri finem relata sunt, quattuor capitula ex Iustiniani Novellis hausta sunt, tamen illud dici non potest, reliqua capitula, quae ex Iustiniano Codice derivata sunt, ex aliorum imperatorum Novellis constitutionibus sumta esse. Numquid autem aliud sibi velle censeas, hoc dicendi genus: *ἐκ τῶν νεαρῶν Ἰουστινιανοῦ βασιλέως καὶ ἑτέρων βασιλέων?* Denique illud hoc loco commemorandum est, hanc scripturam in codicibus manuscriptis non ita vetustis haberi. Ut proinde in hoc diversitatis genere aliquam recentiorum temporum interpolationem inesse vix ac ne vix quidem dubites. Illud autem, quod in reliquis codicibus manuscriptis de Iustiniani Novellis praedicatur, gratus accipio. Quamquam ne sic quidem mihi persuadeo, ut totam rem confectam esse credam. Constat enim ex tabula, quam inferiore loco ponemus, haec, quae primo loco apud nostrum scriptorem relata sunt, XXI capitula ex Iustiniano Codice secundum titulorum consequentiam in nostrum librum esse translata. Itaque facile est ad intelligendum, quam non recte Novellarum constitutionum tantum hoc loco mentio facta sit. Ego ut ingenue fatear, quod sentio, in antiquissimo exemplari, unde nostri libri manuscripti deducti sunt, lacunam inter *ἐκ* et *τῶν* fuisse statuo, quam ita facile suppleas: *ἔκ τε τοῦ κώδικος ἔκ τε τῶν νεαρῶν Ἰουστινιανοῦ βασιλέως.* Quam coniecturam si gratus accipias, non tantum nostri operis tenori cum libri titulo omni ex parte conveniet, verum etiam causa reddetur satis idonea, quare librarii scribae verba *ἔκ τε τοῦ κώδικος* omiserint. Est enim hic vulgaris librariorum error, in homoeoteleutis, qualia sunt illa *ἔκ τε* et *ἔκ τε*, alteram rem oculis ad alteram aberrantibus praetermittere. Huc accedit, quod in quibusdam libris *ἔκ τε τῶν νεαρῶν Ἰ. β.* habetur, quae res manifesto est argumento, aliquid ex tituli tenore intercidisse. Hoc *ἔκ τε* enim, quo referatur, non habet. Denique aliae quoque apud nostrum scriptorem habentur lacunae, quae in omnibus, quos ego viderim, codicibus mss. reperiuntur, ideoque etiam in archetypo fuisse existimandae sunt. Sic ex capitis 23. subscriptione haec tantum in nostris codd. mss. relatae sunt: *Δατ.* ̅ν̅ι̅ι̅. Atque etiam capite 25. post *ἀκίνητα* verba *ὅσα μετὰ τὴν ἐπισκοπὴν εἰς αὐτοὺς* in omnibus, quos ego viderim, libris exciderunt, quae tamen et in contextu 168 Novellarum reperiuntur, et ab hoc loco abesse nequeunt, cum alioquin sententia constitutionis futura sit plane nulla.

Singularum constitutionum, quae apud nostrum scriptorem relatae sunt, et inscriptio et consulatus et plerumque etiam subscriptio habetur. Unicuique autem legi, prima excepta, argumentum praeponitur, quod et ipsius opusculi partem efficit. Sunt enim ita comparata, ut a librariis scribis confingi non potuerint, et in omnibus, quos ego viderim, libris manuscriptis habentur, et denique cum constitutionum verbis ita sunt coniuncta, ut ab his nullis unquam machinis divelli queant. Sic, ut exemplis utar, cum primum capitulum Theodosii Valentinianique constitutionem habeat, secundi argumentum hoc est: *Ἰουστινιανοῦ τοῦ εὐσεβεστάτου βασιλέως περὶ τελευτώντων κ. τ. ἑ.* ipsiusque constitutionis inscriptio sic habet: *ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Ἰουλιανῷ ἐπάρχῳ πραιτωρίων.* Quae numquis non videat ad illa sola *Ἰουστινιανοῦ τ. ε. β.* relata esse? Idemque factum esse videas in cap. 5., 6., 7., 8., 9., 10., 11., 12., 14., 15., 16.,

12) *ἔκ τε* Mon. 214., Paris. 1334. et 1355. habent.

17., 18., 19., 20., 21. — Nunc horum argumentorum catalogum ex codicibus manuscriptis exhibebimus, constitutionum inscriptiones primaque et ultima verba adnotabimus, denique, numquae legis subscriptio in nostro libro habeatur, adscribemus. In quo horum librorum manu exaratorum testimoniis utemur: Codicis Graeci Parisiensis 1320., 1324., 1326., 1334., 1355., Coisliniani 209., Medicei Laurentiani plutei X. numero 10., Taurinensis XXVI. b. V. 6., Monacensis 380.

I. Argumentum huius constitutionis desideratur. *Αὐτοκράτορες Θεοδόσιος καὶ Οὐαλεντινιανὸς αα. Ὁρμίσδᾳ ἐπάρχῳ πραιτωρίων.* Incipit *θεσπίζομεν.* Desinit *διδάσκειν.* Subscriptio adest. Est const. 3. C. I. 1. (de summa trinitate).

II. *Ἰουστινιανοῦ τοῦ εὐσεβεστάτου βασιλέως περὶ τελευτώντων καὶ καταλιμπανόντων κληρονόμον ἐκκλησίαν οἱανδήποτε. Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Ἰουλιανῷ ἐπάρχῳ πραιτωρίων.* Incipit *ἐπειδήπερ.* Desinit *κληρονομίαν.* Subscriptio adest. Est const. 26. C. I. 2. (de sacrosanctis ecclesiis).

III. *Λέοντος νόμος περὶ τοῦ μὴ ἐξεῖναι μοναχὸν ἐξελθεῖν ἐκ τοῦ μοναστηρίου αὐτοῦ καὶ περιάγειν ἐν πόλει. Αὐτοκράτορες Λέων καὶ Ἀνθέμιος αα. Ζήνωνι στρατηγῷ.* Incipit *οἱ ἐν τοῖς.* Desinit *αὐστηρίᾳ.* Subscriptio adest. Est const. 29. C. I. 3. (de episcopis et clericis).

IV. *Ἰουστινιανοῦ νόμος περὶ τοῦ τρεῖς ἄνδρας χρῆναι δοθῆναι εἰς ψήφισμα ἐπισκόπου· καὶ τὸν γενόμενον ἀγύναιον καὶ ἄτεκνον εἶναι χρή. Αὐτοκράτωρ Ἰουστινιανὸς α. Ἀταρβίῳ ἐπάρχῳ πραιτωρίων.* Incipit *πᾶσαν ἀεί.* Desinit *νομοθεσίᾳ ποινάς.* Subscriptio adest. Est const. 42. C. I. 3.

V. *Ἰουστινιανοῦ νόμος περὶ τοῦ μὴ δεῖν ἐπίσκοπον ἄνευ κελεύσεως βασιλικῆς ἀνιέναι ἐν Βυζαντίῳ. Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Ἐπιφανίῳ ἀρχιεπισκόπῳ Κωνσταντινουπόλεως καὶ οἰκουμενικῷ πατριάρχῃ.* Incipit *πᾶσαν ἀεί.* Desinit *εὐσέβειαν ἐνεγκεῖν.* Subscriptio adest. Est const. 43. C. I. 3.

VI. *Ἰουστινιανοῦ νόμος ἀπαγορεύων εἶναι μοναστήρια διπλᾶ* (Taur. *διπλὰ*) *ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν ἢ συνδιαιτᾶσθαι μοναχοὺς μοναστρίαις. Ὁ αὐτος βασιλεὺς Μηνᾷ ἐπάρχῳ πραιτωρίων.* Incipit *τῆς τῶν.* Desinit *ποινάς.* Subscriptio adest. Est const. 44. C. I. 3.

VII. *Ἰουστινιανοῦ νόμος μὴ ἐξεῖναι* (Taur. *περὶ τοῦ μὴ ἐξεῖναι*) *γαμεῖν μετὰ χειροτονίαν ὑποδιακόνῳ* (*ὑποδιάκονον* Taur.) *ἢ διακόνῳ* (*διάκονον* Taur.) *ἢ πρεσβυτέρῳ* (*πρεσβύτερον* Taur.), *εἰ μὴ μόνοις ψάλταις καὶ ἀναγνώσταις* (*εἰ μὴ — ἀναγνώσταις* in Taur. desunt). *Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Ἰουλιανῷ ἐπάρχῳ πραιτωρίων.* Incipit *τῶν ἱερῶν.* Desinit *ἔρχεσθαι.* Subscriptio adest. Est const. 45. C. I. 3.

VIII. *Ἰουστινιανοῦ νόμος περὶ τελευτώντων καὶ διατιθεμένων ποιεῖν ξενῶνα τοὺς κληρονόμους αὐτοῦ ἐκ τῶν αὐτοῦ πραγμάτων ἢ ἄλλον εὐαγῆ οἶκον, καὶ ἀμελούντων τῶν κληρονόμων ὅτι χρὴ τὸν τῆς πόλεως ἐπίσκοπον καταναγκάζειν τὸν κληρονόμον ποιεῖν τὰ περιεχόμενα τῇ διαθήκῃ* (*διατυπώσει* Taur.). *Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Ἰουλιανῷ ἐπάρχῳ πραιτωρίων.* Incipit *θεσπίζομεν.* Desinit *διασώζεσθαι.* Subscriptio adest. Est const. 46. C. I. 3.

IX. *Ἰουστινιανοῦ νόμος περὶ τοῦ μὴ δεῖν κατὰ τάξιν καὶ βαθμον πρώτων γίνεσθαι τοὺς ἡγουμένους ἢ τὰς ἡγουμένας, ἀλλὰ κατ' ἐκλογὴν ἐνάρετον καὶ ἱκανὸν ἀντέχεσθαι ψυχῶν. Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Ἰουλιανῷ ἐπάρχῳ πραιτωρίων.* Incipit *τοῖς ἱεροῖς.* Desinit *καινιζομένης νόμων.* Subscriptio adest. Est const. 47. C. I. 3.

X. *Ἰουστινιανοῦ νόμος, ὅτι οὐ χρὴ ἐπίσκοπον ἔχοντα γυναῖκα ἢ τέκνα γίνεσθαι. Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Ἰωάννῃ ἐπάρχῳ πραιτωρίων.* Incipit *θεσπίζομεν.* Desinit *πάντων ἀρεσκούσης.* Subscriptio adest. Est const. 48. C. I. 3.

XI. *Ἰουστινιανοῦ νόμος, βουλευτὰς ἢ ταξεώτας μὴ γίνεσθαι ἐπισκόπους ἢ κληρικούς, εἰ μήπω παιδόθεν ἐμόνασαν, μηδὲ κληρικοὺς οἱουδήποτε τάγματος ἀφίστασθαι τοῦ κλήρου καὶ στρατεύεσθαι. Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Ἰωάννῃ ἐπάρχῳ πραιτωρίων.* Incipit *θεσπίζομεν.* Desinit *φυλαττομένου.* Subscriptio adest. Est const. 52. C. I. 3.

XII. *Ἰουστινιανοῦ νόμος περὶ τῶν καταλιμπανομένων ἀννaλίων πτωχείοις ἢ ξενῶσιν ἢ ἄλλοις τισὶ* (*τισὶν* Taur.) *συστήμασιν, ὅτι οὐ χρὴ ἀπόπρασιν αὐτῶν γενέσθαι εἰς ποσὸν* (*ἐκ πόσου* Taur.) *χρυσίου, ἀλλ' ἐκ παντὸς τρόπου κατ' ἔτος δίδοσθαι. Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Ἰωάννῃ ἐπάρχῳ πραιτωρίων.* Incipit *ὁ παρών.* Desinit *ταύτην προσάγοντες.* Subscriptio adest. Est const. 57. C. I. 3.

XIII. *Λέοντος νόμος περὶ τοῦ μὴ ἐξεῖναι εἰς θυμέλην καταφέρειν σώματα ἐλεύθερα ἢ δοῦλα ἄκοντα. Αὐτοκράτωρ Λέων αὐτῷ δήμῳ.* Incipit *μηδὲ δοῦλον.* Desinit *ἀναγκάζεσθαι.* Subscriptio deest. Est const. 14. C. I. 4. (de episcopali audientia).

XIV. *Ἰουστινιανοῦ νόμος περὶ τοῦ μηδένα ἐμβάλλεσθαι εἰς φυλακὴν δίχα βασιλικῆς προστάξεως ἢ ἀρχόντων ἢ δημεκδίκων, δὶς δὲ* (pro *δὲ* Taur. *γὰρ* habet) *τῆς ἑβδομάδος τοὺς ἐμβεβλημένους ἐπισκέπτεσθαι χρὴ τοὺς ἐπισκόπους καὶ ἀναφέρειν τῷ βασιλεῖ ἢ τοῖς ἄρχουσιν. Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Μηνᾷ ἐπάρχῳ πραιτωρίων.* Incipit *οὐδένα.* Desinit *κίνησις.* Subscriptio adest. Est const. 22. C. I. 4.

XV. *Ἰουστινιανοῦ νόμος περὶ τοῦ μὴ δεῖν εἶναι φυλακὴν ἰδιωτικήν. Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Μηνᾷ ἐπάρχῳ πραιτωρίων.* Incipit *ἰδιωτικάς.* Desinit *ἀφιεμένων* (*ἀφισταμένων* Flor. plut. 10. cod. 10.). Subscriptio adest. Est const. 23. C. I. 4.

XVI. *Ἰουστινιανοῦ νόμος περὶ τῶν κυβευόντων. Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Δημοσθένει ἐπάρχῳ πραιτωρίων.* Incipit *ὅσα.* Desinit *ἐπανάγειν.* Subscriptio adest. Est const. 25. C. I. 4.

XVII. *Ἰουστινιανοῦ νόμος περὶ πολιτικῶν προσόδων. Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Ἰουλιανῷ ἐπάρχῳ πραιτωρίων.* Incipit *περὶ τῶν.* Desinit *προσῆκον.* Subscriptio adest. Est const. 26. C. I. 4.

XVIII. *Ἰουστινιανοῦ νόμος περὶ κληρικῶν ἐν αἰτίᾳ γενομένων* (*γινομένων* Taur.) *μὴ πρότερον ἐπὶ τοὺς πατριάρχας αὐτοὺς αἰτιᾶσθαι, πρὶν ἂν οἱ ἐπίσκοποι συνείδοιεν. Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Ἰουλιανῷ ἐπάρχῳ πραιτωρίων.* Incipit *θεσπίζομεν.* Desinit *κανόνων.* Subscriptio adest. Est const. 29. C. I. 4.

XIX. *Ἰουστινιανοῦ νόμος περὶ κηδεμόνων ἤγουν κουρατώρων* (*κουρατόρων* Taur.) *ὀρφανῶν. Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Μηνᾷ ἐπάρχῳ πραιτωρίων.* Incipit *θεσπίζομεν.* Desinit *νενομοθέτηται.* Subscriptio adest. Est const. 30. C. I. 4.

XX. *Ἰουστινιανοῦ νόμος περὶ τοῦ μὴ δεῖν ἄκουσαν δούλην ἢ ἐλευθέραν εἰς σκηνὴν ἢ ὀρχήστραν κατιέναι. Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς τοῖς πανταχοῦ γῆς θεοφιλεστάτοις ἐπισκόποις.* Incipit *θείαν.* Desinit *λογιζόμενοι.* Subscriptio adest. Est const. 33. C. I. 4.

XXI. *Ἰουστινιανοῦ*[13]) *νόμος, ὅτι οὐ χρὴ κύβοις προσανέχειν ἐπίσκοπον* (*ἐπισκόπῳ* Taur.) *ἢ πρεσβύτερον* (*πρεσβυτέρῳ* Taur.) *ἢ διάκονον* (*διακόνῳ ἢ ὑποδιακόνῳ* Taur.) *ἢ ψάλτας ἢ ἀναγνώστας, ἀλλ' οὐδὲ ἱππικὰ ἢ θέατρα ἢ κυνήγια ἢ τὸ τοιοῦτο θεωρεῖν. Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Ἐπιφανίῳ τῷ ἁγιωτάτῳ ἀρχιεπισκόπῳ τῆς εὐδαίμονος ταύτης πόλεως καὶ οἰκουμενικῷ πατριάρχῃ.* Incipit *σφόδρα πιστεύομεν.* Desinit *ἰσχύσαιεν.* Subscriptio adest. Est const. 34. C. I. 4.

XXII. *Ἄλλη διάταξις περὶ ἐπισκόπων καὶ θείων κανόνων* (Taur. addit *καὶ ὅτι δεῖ τῆς χειροτονίας μετὰ πᾶσαν ἀκρίβειαν καὶ ἐρεύνησιν γίνεσθαι καὶ περὶ τῶν ἀναξίων χειροτονουμένων*). *Ἐν ὀνόματι τοῦ δεσπότου Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ θεοῦ ἡμῶν αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Φλάβιος Ἰουστινιανὸς Ἀλαμανικὸς Γοτθικὸς Φραγγικὸς Οὐανδαλικὸς Ἀφρικανὸς εὐτυχὴς ἔνδοξος τροπαιοῦχος ἀεισέβαστος Αὔγουστος Πέτρῳ τῷ λαμπροτάτῳ μαγίστρῳ τῶν θείων ὀφφικίων.* Incipit *εἰ τούς.* Desinit *ἡγουμένοις.* Subscriptio adest. Est Novella 137.

XXIII. *Ἑτέρα διάταξις τοῦ αὐτοῦ, πῶς δεῖ βιοῦν τους μοναχούς. Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Μηνᾷ τῷ μακαριωτάτῳ ἐπισκόπῳ.* Incipit *ὁ μονήρης.* Desinit *σπευσάτω.* Subscriptionis initium solum adest. Est Novella 133.

XXIV. *Ἄλλη διάταξις περὶ ἐκκλησιῶν.* Inscriptio desideratur. Incipit *πολλῶν καὶ διαφόρων.* Desinit *καταστα͵ίη.* Inscriptio adest. Est Novella 120.

XXV. *Ἴσον θείου νόμου.* Inscriptio desideratur. Incipit *ἀπαγορεύομεν.* Desinit *προσκυρωθῆναι.* Subscriptio desideratur. Est Novella 131. cap. 13.

---

13) Haec rubrica in Codice Florentino plut. X. cod. 10. deest; itaque a *Bandinio* in catalogo bibliothecae Laurentianae tom. I. p. 478. omissa est.

Singulis capitulis nec in Parisiensibus codicibus manu exaratis nec in reliquis, quod ego sciam, numeri appositi sunt, excepto Coisliniano libro **209.**, ubi in margine numeri a prima manu perscripti sunt, et Monacensi **380.**, qui hos ibidem exhibet, sed a secunda manu scriptos. Ex hoc, quem dedimus, constitutionum, quae apud scriptorem nostrum reperiuntur, catalogo illud quidem facile, ut opinor, constabit, eas, quae priore loco referuntur XXI constitutiones, ex Iustiniano Codice secundum singulorum titulorum consequentiam in nostrum librum translatas esse, iisque quattuor Novellas quasi cuiusdam appendicis loco adiectas. In quo ne chronologicae quidem rationes satis sibi constare videntur. Novella **137.** enim anno post Chr. natum vel **565** vel **564** emissa est[14]; Novella **133.** anno **539**[15]; Novella **120.** anno **544**[16]; denique Novella **131.** anno **545**[17]. Itaque dubitari non potest, quin hae, quae ad leges ex Iustiniano Codice haustas adiectae sunt Novellae constitutiones, nec satis ordinatae sint. Quodsi et illud cogites, ex reliquis Iustiniani Novellis, quae sacros canones confirment cum iisque consentiant, multa in hoc legum corpore praetermissa esse, in hanc incidas oportebit coniecturam, ut XXV capitulorum collectionem iis temporibus, quibus Iustiniani Novellae *σποράδην* iacebant, confectam esse credas. Idque Iohannes Scholasticus tam vivo Iustiniano, quam paullo post Iustiniani mortem ita fuisse refert. Sic enim in praefatione collectionis LXXXVII capitulorum: *μετεγράφη ἐκ τῶν σποράδην κειμένων καὶ ἐκφωνηθεισῶν ὑπὸ τοῦ τῆς θείας λήξεως Ἰουστινιανοῦ μετὰ τὸν κώδικα θείων νεαρῶν διατάξεων*, de quo loco legenda sunt, quae *Bienerus*[18]) docte, ut solet, disputavit. Hinc et illud explicari potest, quod Novellae **131.** pars tantum apud nostrum scriptorem habetur, cum tamen reliquae constitutiones in nostrum librum translatae sint integrae. Fac enim in eo loco, ubi is liber conscriptus est, huius particulae tantum apographum extitisse, et habebis caussam satis idoneam, quare reliqua, quae huius Novellae sunt, a nostro scriptore silentio praetermissa esse credamus. Certe hanc Novellae constitutionis partem iam non ex authentico, sed ex apographo in nostrum librum translatam esse, ipso legis titulo significatur: *ἴσον θείου νόμου*. Est autem *ἴσον* ex Graecorum, qui tum fuerunt, dicendi ratione *exemplum ex authentico transsumtum*. Sic enim Codex Graecus Parisiensis numero **1382.** signatus folio **83. A.**: *μηδεὶς τὰ ἴσα τῶν βασιλικῶν ἀντιγραφῶν προσφερέτω, ἤγουν μηδεὶς μεταγραφέτω τὰς βασιλικὰς προσταγὰς καὶ ἐκ τῶν ἴσων αὐταῖς δικαιοῦσθαι δοκιμαζέτω, ἀλλὰ αὐτὰ προκομιζέτω τὰ αὐθεντικά. αὐθεντικὰ δὲ λέγονται τὰ πρωτότυπα, ἐν οἷς ἐστὶ καὶ ἡ τοῦ βασιλέως ἀντιγραφή*. Atque illa, quibus nostram legum collectionem adhuc vindicavimus, tempora nominibus quoque, quibus Iustinianus a nostro scriptore demonstratur, significantur. Audit enim in argumento capituli secundi *Ἰουστινιανὸς ὁ εὐσεβέστατος βασιλεύς*, cum, qui ante eum imperium tenuit, Leo tam in argumento capituli tertii, quam decimi tertii nullo plane honorifico nomine addito commemoretur. Quae quidem dicendi ratio his temporibus, quibus, Iustinus, quique cum Iustiniano coniuncti fuerunt, imperium tenuerunt, satis conveniet, posterioribus non item. Denique hoc loco commemorandum est, quod iam supra significavimus, in vetustissimis codicibus manuscriptis nostram legum collectionem cum corpore LXXXVII capitulorum et tripartito constitutionum ecclesiasticarum, quod Pseudo-Balsamoni tribui solet, libro ita coniunctam haberi, ut inter utrumque opus medio loco interposita sit. Qui ordo si ad chronologicas rationes exactus esse dicatur, ut et *Bienero*[19]) visum est, non dubito, quin iusti harum rerum arbitri nostrum librum medio tempore compilatum esse existimaturi sint. Eaque res et illis exemplaribus manuscriptis, quae nostram legum collectionem cum solo LXXXVII. capitulorum corpore coniunctam exhibent, confirmari potest. Etenim in his quoque libris illud constanter factum esse videmus, ut nostrum opus huic postpositum sit. Cumque corpus LXXXVII. capitulorum, ut et cap. III. dicemus, paullo post Iustiniani obitum, sed intra annos decem posteriores compilatum sit; tripartita autem constitutionum ecclesiasticarum collectio, si me audis[20]), ante Heracliana tempora, sin *Bienerum*[21]), ipso Heraclio vivo videnteque exiisse videatur, consequens

---

14) Vide *Bieneri* librum: *Die Geschichte der Novellen Justinians* p. 526. 15) Vide *Bienerum* l. l. p. 525. 16) Vide *Bienerum* l. l. p. 523. 17) Vide *Bienerum* l. l. p. 525. 18) l. l. p. 50. et seq. 19) l. l. p. 184. 20) *Ἀνέκδοτα* tom. I. p. XLIV—XLVI. 21) l. l. p. 185.

est, ut nostrum legum corpus post Iustiniani obitum, sed ante Heracliana tempora confectum esse dicamus.

De loco, ubi noster liber compilatus sit, nihil certi afferre possum. Illud tamen constabit, intra imperii Orientalis fines confectum esse, cum hae tantum leges, quae illic observabantur, apud nostrum scriptorem referantur. Neque fortasse a vero aberraverit, qui in aliquo dioeceseos Constantinopolitanae loco id factum esse contendat. Certe Novella **133.**, quae in collectione CLXVIII Novellarum ad praefectum praetorio aliquem missa esse perhibetur, in nostro legum corpore ad Mennam archiepiscopum Constantinopolitanum directa est, habetque hos patriarcharum titulos, qui nec praefectis praetorio tribuebantur, nec in collectione CLXVIII Novellarum exstant. Quam rem ut clarius exponamus, opus est, ut ad ipsa Novellae **133.** verba confugiamus. Ita autem cap. **1.** apud nostrum scriptorem: *ἡ τῶν ὑπὸ τὴν σὴν ὄντων ἁγιωσύνην*, quae oecumenico patriarchae satis conveniunt; in collectione CLXVIII Novellarum: *τῶν ὑπὸ τὸν οἰκουμενικὸν πατριάρχην ταύτης τῆς πόλεως ἢ τῶν ὑπὸ τὴν σὴν ὄντων ἁγιωσύνην.* In quibus secundae editionis vestigium deprehendimus. Illa enim: *τῶν — τῆς πόλεως* in exemplari ad praefectum praetorio, ubi patriarcha Constantinopolitanus tertia singularis numeri persona designandus fuit, misso fuisse apparet; haec autem *ἢ τῶν — ἁγιωσύνην* in exemplari ad patriarcham Constantinopolitanum, qui secunda singularis numeri persona demonstrandus fuit, misso posita fuisse constat. Quam quidem diversitatem a constitutionariis recte ordineque distinctam, compilator corporis CLXVIII Novellarum in unum male coniunxit[22]). Porro cap. **6.** apud nostrum scriptorem haec habentur: *ἢ ἐνταῦθα τοῖς ἐνδοξοτάτοις ἐπάρχοις τῶν πραιτωρίων*, quae cum in exemplari constitutionis ad praefectum praetorio mittendo mutanda essent, pro his collectio CLXVIII Novellarum: *ἢ ἐνταῦθα τῷ δικαστηρίῳ τῆς σῆς ὑπεροχῆς.* Deinde paullo post apud nostrum scriptorem *ἢ ἐνταῦθα τοῖς ἐνδοξοτάτοις ἐπάρχοις τῶν ἱερῶν*, cum in corpore CLXVIII Novellarum haec habeantur: *ἢ ἐνταῦθα τῷ δικαστηρίῳ τῆς τῆς ὑπεροχῆς.* Denique eodem diversitas, quae in epilogo Novellae occurrit, referenda est. Apud nostrum scriptorem: *ἡ σὴ μακαριότης*; in collectione CLXVIII Novellarum: *ἡ σὴ ἐνδοξότης.* Quae cum ita sint, facile tibi persuadeas, nostrum legum corpus ab aliquo clerico, qui in dioecesi Constantinopolitana commorabatur Novellasque Iustiniani constitutiones ex exemplaribus ad patriarcham Constantinopolitanum transmissis cognitas haberet, compilatum esse.

Transeo ad nostri libri historiam enarrandam. Quae quidem disputatio duas habet partes, alteram, ut, quae fata huius libri apud veteres fuerint, demonstremus; alteram, ut, quomodo recentiorum temporum iureconsultis innotuerit, significemus. Atque illius quidem disputationis bipartita ratio est, siquidem paulo post Iustiniani obitum tota Graecorum iurisprudentia in duas discessit partes, alteram iuris canonici, alteram iuris civilis. Atque in codicibus quidem manuscriptis, qui ad ius canonicum spectant, nostram legum collectionem cum corpore LXXXVII capitulorum et tripartita constitutionum ecclesiasticarum, quae Pseudo-Balsamoni tribui solet, collectione satis mature coniunctam esse, ut medio loco inter utrumque librum interposita sit, iam supra observavimus. Quae quidem coniunctio in libris manuscriptis, qui saeculi undecimi vel duodecimi antiquitatem praeferunt, invenitur. Ad undecimum certe quidem saeculum referendus est codex Mediceus Laurentianus plutei **10.** num. **10.**; ad duodecimum autem Codex Graecus Parisiensis **1320.**, **1324.**, Bodleianus **173.**, qui Baroccii **173.** fuit. Itaque facile est ad coniiciendum, hanc collectionum coniunctionem antiquioribus temporibus factam esse, cum praesertim duae legum collectiones, hoc est LXXXVII et XXV capitulorum, solae eodem, quo in illis libris habentur, ordine iam in Codice Coisliniano **209.**, qui vel nono vel certe decimo saeculo ineunte exaratus est, inter sese coniunctae habeantur. Unde ad hanc coniecturam adducor, ut in antiquissimis canonum collectionibus has solas duas legum collectiones extitisse credam, quibus deinde nomocanone a

---

22) Ex hoc exemplo et illud discimus, ei, qui corpus CLXVIII Novellarum compilavit, ad manum fuisse exemplaria Novellarum ad diversas personas emissa, eaque ab illo inter sese collata esse. Quod quidem cum codicum manuscriptorum lectionem confirmandi ratione Romanis usitata ita coniunctam est, ut nihil supra. Vide *Ἀνέκδοτα* tom. I. p. 186.

Photio patriarcha edito tripartita constitutionum ecclesiasticarum, quae Pseudo-Balsamoni tribuitur, collectio addita sit, ut unum aliquod, quod omnes leges ecclesiasticas haberet, corpus exstaret. Illud certe quidem facile constat, tripartitam hanc collectionem Photio auctore in ius canonicum receptam fuisse. Nam et illum nomocanonem, cui haec collectio addita erat, vir praestantissimus in librum transtulit suum et in legibus civilibus cum canonum sanctione comparandis ad hanc tripartitam constitutionum ecclesiasticarum collectionem descendere voluit[23]. Atque ex his et illud explicari potest, quare trium collectionum coniunctio tam in exemplaribus, quae collectionem canonum Iohannis Scholastici habent, quam, quae Photii nomocanonem complectuntur, appareat. Cum enim priores duae collectiones cum collectione canonum Iohannis Scholastici coniunctae essent, Photii nomocanone edito illud quoque legum corpus, quod ab hoc usurpatum esse constabat, ad illam rem accedere debuit. Ac ne post ea quidem, quae descripsimus, tempora nostri libri usum per imperium Graecorum exolevisse exemplaria manu exarata posterioribus temporibus vindicanda satis significant. Ac decimo tertio quidem p. Chr. n. saeculo vindicandus est codex, qui in monasterio *τῆς Παναγίας* prope Chalcidem est; decimo quarto autem Codex Bodleianus **185.**, qui Baroccii **185.** fuit; denique decimo quinto Codex Graecus Parisiensis **1355.**, Mediceus Laurentianus plutei **56.** num. **13.**, Venetus **169.**, Monacensis **380.** et **214.** Mirum tamen, quod in hos iuris canonici libros, qui post Photiana tempora compilati sunt, nihil ex nostra legum civilium collectione translatum esse reperiatur. Cuius rei caussam *Bienerus*[24] hanc reddere voluit, quod ipsae constitutiones apud nostrum scriptorem relatae integrae habentur, quae res Graecos interpretes induxerit, ut hoc legum libro praetermisso epitomas constitutionum sequerentur. — In iure Graecorum civili aliquem nostri libri usum fuisse Codex Bodleianus numero **3399.** signatus satis declarat[25]. Ibi in libro, quem *Zachariaeus* epitomes legum nomine significat, aliquot constitutiones, quae apud nostrum scriptorem habentur, relatae sunt. Sunt autem hae. Fol. **140. A.** *Ἰουστινιανοῦ νόμος. Αὐτοκράτορες Θεοδόσιος καὶ Οὐαλεντινιανὸς αα. Ὁρμίσδᾳ ἐπάρχῳ* PRION. Incipit *θεσπίζομεν πάντα ἴσα.* Desinit *διδάσκειν.* Est caput **1.** collectionis XXV capitulorum. Subscriptionis in Codice Bodleiano vestigium non est. — Fol. **91.** *Ἰουστινιανοῦ τοῦ εὐσεβεστάτου βασιλέως περὶ τελευτῶντος καὶ ἀπολιμπάνοντος κληρονόμον ἐκκλησίαν οἱανδήποτε. Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Ἰουλιανῷ ἐπάρχῳ πραιτορίων.* Incipit *ἐπειδήπερ.* Desinit *πρέσβειον* (sic). Est caput **2.** collectionis XXV capitulorum. Subscriptio in Codice Bodleiano haec est: *D. XIN K NOV CR LAMP ET ORG Cↄ SS.* — Fol. **97.** *Λέοντος νόμος περὶ τοῦ μὴ ἐξεῖναι μοναχὸν ἐξελθεῖν ἐκ τοῦ μοναστηρίου αὐτοῦ καὶ περιάγειν ἐν πόλει. Αὐτοκράτορες Λέων καὶ Ἀνθέμιος αὔγουστοι Ζήνωνι στρατηγῷ.* Incipit *οἱ ἐν τοῖς.* Desinit *αὐστηρίᾳ.* Est cap. **3.** collectionis XXV capitulorum. Subscriptio in Codice Bodleiano non est. — Fol. **96.** *Ἰουστινιανοῦ νόμος περὶ τοῦ μὴ δεῖν κατὰ τάξιν ἢ βαθμὸν πρωτείων γενέσθαι τοὺς ἡγουμένους ἢ τὰς ἡγουμένας, ἀλλὰ κατ' ἐκλογὴν ἐνάρετον καὶ ἱκανὸν ἀντέχεσθαι ψυχῶν. Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Ἰουλιανῷ ἐπάρχῳ πραιτωρίων.* Incipit *τοῖς ἱεροῖς.* Desinit *νόμου.* Est cap. **9.** collectionis XXV capitulorum. Subscriptio in Codice Bodleiano deest. — Fol. **46.** *Ἰουστινιανοῦ νόμος βουλευτὰς ἢ ταξεώτας μὴ γίνεσθαι ἐπισκόπους ἢ κληρικούς, εἰ μήπω παιδόθεν ἐμόνασαν μηδὲ κληρικοὺς οἱουδήποτε τάγματος ἀφίστασθαι τοῦ κλήρου καὶ στρατεύεσθαι καὶ ἕτερά τινα περιέχων. Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Ἰωάννῃ ἐπάρχῳ* PRION. Incipit *θεσπίζομεν.* Desinit *φυλαττομένου.* Est cap. **11.** collectionis XXV capitulorum. Subscriptio in Codice Bodleiano non est. Praeter haec, quae in contextu Codicis Bodleiani habentur, idem liber manuscriptus aliud huius rei vestigium habet. Ad marginem Codicis enim fol. **96.** haec leguntur: *Ἰουστινιανοῦ νόμος, ὅτι οὐ χρὴ ἐπίσκοπον ἔχοντα γυναῖκα ἢ τέκνα γενέσθαι. Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Ἰωάννῃ ἐπάρχῳ πραιτωρίων.* Incipit *θεσπίζομεν μηδένα.* Desinit *ἀρεσκούσης.* Est cap. **10.** collectionis XXV capitulorum. Subscriptio in Codice Bodleiano haec est: D. I. Ч. K. AGS. CP. PST. ↄS. CAΦP. ET. OR. In Codice bibliothecae Divi Marci, quae Venetiis est, numero **579.** signato eadem, quae in Bodleiano **3399.**, epitome legum reperitur, ibique id, quod ultimo loco retulimus,

---

23) Vide *Ἀνέκδοτα* tom. I. p. LI. 24) In libro: *Die Geschichte der Novellen* p. 175. 25) Vide *Ἀνέκδοτα* tom. I. p. LXXII—LXXVI. et *Zachariaei* librum: *ὁ πρόχειρος νόμος* p. 329—331. Hos, quos deinceps afferemus, locos *Zachariaeus* pro ea, qua erga me est, amicitia mecum communicare voluit.

caput iam non ad marginem, verum in contextu operis habetur. Ex tali tantoque horum locorum cum nostri corporis verbis consensu illud apparet, huic, qui epitomen legum compilaverit, scriptori codicem manuscriptum, qui nostrum librum complecteretur, ad manum fuisse. Neque enim illud dici queat, has, quas laudavimus, constitutiones ex puro puto Iustiniano Codice in epitomen legum esse translatas, cum rubricae argumentorum, quas nostri libri proprias peculiaresque esse supra diximus, cum ipsis uniuscuiusque constitutionis verbis eodem translatae esse reperiantur. In reliquis iuris civilis libris, qui post ea tempora scripti sunt, nostrae collectionis adeo nulla facta est mentio, ut nec quidquam proferri queat, quod cum aliqua veri specie huc referatur.

Venio ad alteram huius disputationis partem, hoc est, ad ea, quae nostri corporis apud recentiorum temporum iureconsultos fuerint, fata enarranda. Quam quidem partem *Bienerus*[26]) et *Wittius*[27]) ita illustrarunt, ut nihil supra. Itaque paucis tantum hanc rem tractabimus. Ab Iohanne Metello Sequano medio fere saeculo p. Chr. n. decimo sexto in codicibus manuscriptis bibliothecae Mediceae, quae Florentiae est, nostrum librum primum inventum esse Antonius Augustinus[28]) auctor est, idque ipsa Metelli epistola[29]) ad Antonium Augustinum data confirmatur. Ab hoc, ut idem Augustinus significat, aliquot exempla Graecarum constitutionum, quae in nostro libro relatae sunt, Lugdunenses librarii, id est, Hugo a Porta et Antonius Vincentius, extorserunt easque cum Francisci Hotomanni interpretatione anno 1551. iuris publici fecerunt[30]). Quae quidem constitutionum Graecarum appendix etiam in hanc, quam Russardus Duarenusque Lugduni apud Rovillium anno 1550. et 1561. curarunt, Iustiniani Codicis editionem recepta est. At Iohannes Metellus nostrum librum, prout invenit, cum Antonio Augustino, qui et alia deinde nostrae collectionis exemplaria pervetera Romae et Tridenti habuit[31]), communicavit, isque XXI constitutiones priores Iustiniano Codici restituit, in paratitlis Graecarum constitutionum collectionis ingenue professus, eas ex Graecarum constitutionum ecclesiasticarum collectione sumptas esse[32]). Quo dicendi genere, ut et *Bienerus*[33]) observavit, tam collectionem XXV capitulorum, quam tripartitum, quod Pseudo-Balsamoni tribui solet, ecclesiasticarum constitutionum corpus complexus est. Hanc enim, quam ultimo loco posuimus, collectionem pro parte totius operis ab Antonio Augustino habitam fuisse, ex paratitlo ad Cod. I. 1. 3., ubi totum primum Codicis titulum et aliquot alios in Graeca constitutionum ecclesiasticarum collectione fuisse et Graecas Latinasque constitutiones in epitomen redactas memoriae esse prodidit, aliisque paratitlorum locis[34]) satis constat. Unde et illud explicatur, quid sit, quod in fontibus, quibus ad leges Iustiniano Codici restituendas usus

---

26) In libro: *Die Geschichte der Novellen* p. 176—179., et in libro: *Beyträge zur Revision des Justinianeischen Codex* p. 25 seq. 27) In libro: *Die leges restitutae des Justinianeischen Codex* p. 23. et seq. 28) Collectio constitutionum Graecarum Codicis (Ilerdae 1567.) praef. p. VIII.: *Io. Metello Sequano, a quo Lugdunenses librarii aliquot constitutionum exempla extorserunt, debemus partem laudis, quod in Florentina bibliotheca primus inciderit in collectionem constitutionum ecclesiasticarum, unde pleraque sumpsimus.* 29) Vide litteras a *Metello* anno 1545. datas in *Augustini* epistolis ex edit. Andres p. 188. 30) Vide *Bienerum* l. l. p. 176—178. 31) Collectio constitutionum Graecarum praef. p. VIII.: *Cuius postea libri aliquot exempla pervetera Romae et Tridenti habui.* 32) Paratit. ad I. 1. const. 3. *Hanc Graecam constitutionem invenimus in quadam collectione ecclesiasticarum constitutionum, cuius multa exemplaria vidimus. In ea totus hic titulus et aliquot alii relati sunt et partim Graeca verba constitutionem referuntur, partim in epitomen rediguntur tam Latinae, quam Graecae constitutiones.* Ad I. 2. 26. *Haec quoque constitutio sumpta est ex eadem collectione.* Ad I. 3. 29. *Sumpta est haec constitutio ex eadem collectione Graeca.* Ad I. 3. 41. *Est etiam haec constitutio ex eadem collectione Graeca constitutionum ecclesiasticarum.* Vide parat. ad I. 3. 42., 43., 44., 45., 46., 47., 52., 55., I. 4. 14., 23., 25., 26., 29., 30., 33., 34. 33) In libro: *Die Geschichte der Novellen* p. 179 et 193., et in libro: *Beyträge zur Revision des Justinianeischen Codex* p. 26. not. 2. 34) Sic exempli gratia, cum const. 3. C. I. 1. (de summa trinitate) ex collectione XXV capitulorum retulisset (habet enim subscriptionem constitutionis), in parat. ad I. 1. 6. ait: *sumpta est ex supra dicta collectione.* Atqui epitome, quam retulit, ex tripartita constitutionum ecclesiasticarum collectione sumpta est. Vide Iustelli bibliothecam iuris canonici tom. II. p. 1235. Confer parat. ad I. 1. 7. cum Iustellio p. 1238. et ad I. 1. 15. cum Iustellio p. 1245., et ad I. 1. 17. cum Iustellio pag. 1245. Aliud huius rei testimonium exhibet paratitlon ad I. 4. Ibi cum const. 14. C. I. 1. 4. (de episcopali audientia) ex collectione XXV. capitulorum retulisset, ad I. 4. 17. sic adnotavit: *epitome sumpta est ex eadem collectione, de qua supra.* Atqui const. 17. C. I. 4. epitome haec habet, quae in tripartita collectione I. 4. 17. apud Iustellium p. 1275. habentur. Reliqua, ne longus sim, praetereo.

est, *collectionem constitutionum ecclesiasticarum Graecarum cum paratillis* posuerit, neque aliud constitutionum ecclesiasticarum corpus ibi commemoraverit. Paratitlorum certe quidem nomine illam tripartitae collectionis partem, quae et in codicibus Graecis *παρατίτλων* nomine venit, appellare voluit[35]). En ipsum constitutionum Graecarum ex nostro libro in collectionem Augustinianam translatarum catalogum: Caput I. nostrae collectionis apud Augustinum est const. 3. Cod. I. 1. p. 1.[36]). — Caput II. est apud Augustinum const. 26. C. I. 2. p. 31. — Caput III. est apud Augustinum const. 29. C. I. 3. p. 34. — Caput IV. est apud Augustinum const. 41. C. I. 3. p. 36. — Caput V. est apud Augustinum const. 42. C. I. 3. p. 45. — Caput VI. est apud Augustinum const. 43. C. I. 3. p. 48. — Caput VII. est apud Augustinum const. 44. C. I. 3. p. 53. — Caput VIII. est apud Augustinum const. 45. C. I. 3. p. 56. — Caput IX. est apud Augustinum const. 46. C. I. 3. p. 65. — Caput X. est apud Augustinum const. 47. C. I. 3. p. 67. — Caput XI. est apud Augustinum const. 52. C. I. 3. p. 68. — Caput XII. est apud Augustinum const. 55. C. I. 3. p. 76. — Caput XIII. est apud Augustinum const. 14. C. I. 4. p. 81. — Caput XIV. est apud Augustinum const. 22. C. I. 4. p. 83. — Caput XV. est apud Augustinum const. 24. C. I. 4. p. 84. — Caput XVI. est apud Augustinum const. 25. C. I. 4. p. 84. — Caput XVII. est apud Augustinum const. 26. C. I. 4. p. 85. — Caput XVIII. est apud Augustinum const. 29. C. I. 4. p. 93. — Caput XIX. est apud Augustinum const. 30. C. I. 4. p. 98. — Caput XX. est apud Augustinum const. 33. C. I. 4. p. 100. — Caput XXI. est apud Augustinum const. 34. C. I. 4. p. 103. Atque in bibliotheca, quam Augustinus libris manuscriptis habuit vel maxime instructam, nostri libri codicem manuscriptum delituisse ex iis, quae de codicibus num. X. retulimus, satis constabit. Non ita multo post *Iacobo Cuiacio* quoque nostrum opus innotuisse videtur. Certe anno 1562 constitutionem 22. C. I. 4. (de episcopali audientia) protulit in de diversis temporum praescriptionibus commentarii cap. III. Incipit *Αὐτοκράτωρ Ἰουστινιανὸς Μηνᾷ ἐπάρχῳ πραιτωρίων. Οὐδένα ἐμβάλλεσθαι.* Desinit *ἐνεχθείη κίνησις.* Subscriptio haec est: *Dat. XV. Kal. Feb. Decio cos.* Atqui hoc est collectionis viginti quinque capitulorum caput decimum quartum, neque, quod ego sciam, alias illa constitutio eo, quo protulit, modo habetur. Atque etiam in commentario ad titulum Digestorum de verborum obligationibus, qui quidem eodem, quem supra posuimus, prodiit anno, idem vir doctissimus ad legem decimam sextam haec adnotavit: *et habeo ea de re Graecam constitutionem Iustiniani ad Io. praef. praet. περὶ τῶν καταλιμπανομένων ἀναλλίων πτωχείοις ἢ ξενῶσιν ἢ ἄλλοις τισὶν εὐαγέσι συστήμασιν.* Quae quidem cum collectionis XXV capitulorum capite XII. ita conveniunt, ut nihil supra. Nam et rubricae pars apud Cuiacium habetur. Atque haec quidem *Cuiacius* ex codicibus manuscriptis Reginae, ex quibus et Eustathii antecessoris de diversis temporum intervallis librum protulit, hausisse videtur. Post ea tempora altum apud iureconsultos de nostro libro silentium fuit. Secutus est autem *Nicolaus Alemannus*, qui ex codice manuscripto Vaticano, qui nostrum librum habebat, novum Iustiniani rescriptum protulisse sibi visus est[37]), cum tamen iam apud Antonium Augustinum haberetur[38]). Cui quidem viro doctissimo nostrum opus ineditas Iustiniani Novellas habere visum est[39]). *Lambecium* non moramur, qui in de bi-

---

35) Conferas velim, quae pag. 22. *ἐκ τῶν παρατίτλων* habentur, cum his, quae apud Iustellium in bibliotheca iuris canonici tom. II. p. 1265. exstant, vel ea, quae p. 25. *ἐκ τῶν παρατίτλων* reperiuntur, cum his, quae apud Iustellium tom. II. p. 1266. sunt. Vide et *Bieneri* observationem in libro: *Die Geschichte der Novellen* p. 193. 36) In hoc catalogo contexendo editionem principem (Ilerdae 1567. 8. Petri Roburii) secuturus sum. 37) In notis ad Procopii Caesariensis Ἀνέκδοτα (Lugduni 1623. fol.) p. 41. *Haec explicatius habes in Iustiniani rescripto, quod Graece tibi damus ex Vaticana bibliotheca.* Incipit *βασιλεὺς Ἰουστιανὸς* (sic) *τοῖς ἀπανταχοῦ γῆς θεοφιλεστάτοις ἐπισκόποις. Θείαν ἐποιήσαμεν.* Desinit *λογιζόμεναι D. K. NON. CP. DN. IUSTIN. PP. A. IV. et PAULINO COSS.* Est in collectione XXV capitulorum caput 20. 38) Collectio constitutionum Graecarum Codicis p. 100. Errorem *Alemanni* iam *Bienerus* notaverat in libro: *Die Geschichte der Novellen* p. 176. not. *). 39) Sic enim l. l. p. 78. *Hunc numerum si cum editis Novellis conferas, multo plures Iustinianum scripsisse invenies. Argumento sint eae, quas eruditi iureconsulti nuper offenderunt, quasque nos partim integras legimus in Codice Vaticano manuscripto, ex quo rescriptum illud ad omnes episcopos de scenicarum nuptiis decerpsimus, quod supra cum Iustini constitutione collatum primi vulgavimus.*

bliotheca Caesarea commentariis nihil praeter nostri libri titulum initiumque primae constitutionis proferre voluerit. Postea *Pasinius* surrexit, qui in codicibus manuscriptis bibliothecae regii Taurinensis Athenaei, quos anno 1749 vulgavit, tom. I. pag. 104—105. ex codice manuscripto XXVI. b. V. 6. nostri operis titulum rubricasque descripsit. Qua in re a *Bandinio*, diligentissimo bibliothecae Mediceae Laurentianae perscrutatore, superatus est, quippe qui in catalogis codicum manuscriptorum huius bibliothecae, qui anno 1764 prodierunt, tom. I. p. 478—480. non tantum titulum nostri libri singulasque rubricas posuerit, verum etiam prioribus cuiusque constitutionis, quae ibi relata est, verbis adnotatis ad collectionem constitutionum Graecarum Codicis ab Antonio Augustino confectam lectorem reiicere voluerit. Postea *Koehlerus* in interpretationum et emendationum, quae Lipsiae anno 1792 prodierunt, libro I. cap. 9. p. 84—92. ex Codice *Meermanni* lectionis varietatem adnotavit, quae quidem ad const. 3. C. I. 1. (de summa trinitate), et ad const. 26. C. I. 2. (de sacrosanctis ecclesiis) et ad const. 29. et 42. C. I. 3. (de episcopis et clericis) refertur. Secutus est *ὁ μακαρίτης Hauboldus*, qui in institutionum iuris Romani lineamentis p. 153. nostri libri memoriam apud nostrates revocaverit; *Bienerus*, qui in historia Novellarum Iustinianarum p. 173—179. nostri operis historiam diligentissime persecutus est, adeoque pag. 597—601. tabulam omnium, quae ibi habentur, constitutionum ad *Pasini Bandini*que fidem exhibuit adeoque etiam codicem Graecum bibliothecae Sanctae Elisabethae, quae Vratislaviae est, ex schedis eiusdem *Hauboldi* descripsit; *Wittius*, qui in libro, quo de legibus Iustiniano Codici restitutis restituendisque agitur, p. 21—23., quae fata nostri libri apud recentiores iureconsultos fuerint, accurate enarravit, eiusque operis utilitatem in Iustiniano Codice supplendo emendandoque delineavit. Post ea tempora *Bienerus* 40) hanc rem denuo attingere voluit.

Restat, ut paucis comprehendam, quale meum editoris consilium fuerit. Ego ex his copiis, quas, dum iter facio, contraxeram, ad manum habui Codicis Graeci Monacensis numero 380. signati apographum, codicumque Graecorum Parisiensium numeris 1320., 1324., 1326., 1334., 1355. signatorum et libri Coisliniani 209. varietatem scripturae, tam ad rubricas capitulorum legumque inscriptiones subscriptionesque, quam ad integrum Novellarum constitutionum, quae in nostro libro relatae sunt, contextum spectantem. Ex his subsidiis cum nostri libri contextus componendus esset, in rubricis capitulorum, legumque inscriptionibus subscriptionibusque optimorum et antiquissimorum librorum auctoritatem secutus sum; in ipso operis contextu componendo ad librum Monacensem vel maxime animum adverti, ita tamen ut Augustinianam scripturae diversitatem, quae in collectione constitutionum Graecarum Codicis habetur, ad principis editionis fidem quam diligentissime adnotarem. In Novellis tractandis, ubi Augustini auxilio destituti sumus, aliquid etiam antiquissimis membranis, quae Lutetiae Parisiorum habentur, dandum fuit, qua re effectum est, ut a Monacensis exemplaris fide aliquantum recederetur. Numeros capitulorum adnotare nolui, cum in Codice Coisliniano 209. solo ad marginem a prima manu adnotati reperiantur, in Monacensi autem a secunda. Itaque ex reliquorum codicum consensu omittendi fuerunt, nisi quod in primo statim collectionis capitulo typographus parum recte α'. expressit. Quam rem in Corrigendis emendavimus. In subscriptionibus componendis illa quidem Latinorum verborum in Graecum translatio, quae in Monacensis exemplaris contextum recepta est, omittenda fuit. Nam et in antiquissimis codicibus Parisiensibus non habetur, et ex male intellectis verbis Latinis prodiisse videtur. Sic consules in constitutionum subscriptionibus ūc., hoc est, *viros clarissimos* appellatos esse certum est. Atqui in Monacensi *βικάριοι* exierunt. Sic const. 2. *Lampad. ἐτ ōn. uc. ɔs.*, ubi Graeca haec sunt: *Λαμπαδίου καὶ Ὀρέστου βικαρίων ς' ὑπάτων*. Idem erroris genus const. 7., 8., 12., 20., 21., 22. Neque illud mihi persuadere possum, ut a nostri libri scriptore profectum esse credam, quod const. 17. ex duobus consulibus tres exiisse videmus. Sic enim Latina: *caLχadι ἐτ Laūn ἐτ ὀn̄ ɔɔss.*, quae ita Graece redduntur: *μετὰ τὴν ὑπατείαν Καλχαδίῳ καὶ Λαυρεντίῳ καὶ Ὀρέστῃ ὑπάτοις*. Reliqua praetereo, ne longus sim. Denique haec translatio ne in Monacensi quidem exemplari constanter habetur. Quod quidem in constitutionis 9. fine factum vide-

40) In libro: *Beyträge zur Revision des Justinianeischen Codex* p. 25 seq.

mus, sed ut unus versus vacuus ibi habeatur, qui ab initio huic rei inservire poterat; itemque in constitutionis 24. subscriptione Graeca translatio habetur nulla, neque quicquam spatii relictum est, quo postea compleretur.

Restat, ut hanc quoque legum collectionem paucis commendemus, eiusque utilitatem in Iustiniani libris legum et in integrum restituendis et arte critica ac disciplina perpoliendis significemus. Atque illud quidem iam a plerisque animadversum video, qualis quantaque huius libri vis ac potestas in Iustiniano Codice supplendo Graecisque constitutionibus augendo sit. *Augustinum, Bienerum*que[41]) et *Wittium*[42]) in ea fuisse opinione videmus, ut integras Iustiniani Codicis constitutiones apud nostrum scriptorem relatas esse crederent. Cuius rei fidem faciunt tam inscriptionum, quam subscriptionum cum ipsis legum verbis coniunctio, reliquarumque Graecarum constitutionum, quae quidem integrae exstant, cum ipsis legum verbis comparatio, et Novellarum constitutionum appendix. Sic enim apud nostrum scriptorem relatae sunt, quemadmodum ab ipso Iustiniano emissas esse verisimile est; nisi quod in Novella 133. subscriptionis bona pars deest, in Novella 120. inscriptio non habetur atque ex Novella 131. capita duo tantum referuntur; quae res tamen tanti non est, ut ab ea, quam supra posui, opinione te dimoveri patiare. Neque desunt, ut et *Wittius* animadvertit, veterum scriptorum testimonia ad eam rem confirmandam satis idonea. Caput primum enim ex collectione XXV capitulorum iisdem, quibus apud nostrum scriptorem, verbis et in tripartitae constitutionum ecclesiasticarum collectionis lib. I. tit. 1. cap. 3. apud Iustellium bibliothecae iuris canonici tom. II. p. 1233. relatum est, prioraque constitutionis verba cum his consentiunt, quae in parat. I. 3. ed. *Iustelli* p. 1265. et I. 5. p. 1290. relata sunt. Accedit et Basilicorum I. 1. 3. ed. *Heimbachi* tom. I. p. 2., quae cum nostri libri contextu consentiunt, auctoritas. — Caput tertium ex corpore XXV capitulorum iisdem verbis in Basilicorum I. 1. 9. ed. *Heimbach.* tom. I. p. 13. habetur, initiumque capitis in tripartitae collectionis paratitlis I. 1. ed. *Iustelli* pag. 1242. laudatur. — Caput septimum ex collectione XXV capitulorum iisdem verbis, quae paratitla I. 2. p. 1250. referunt, apud nostrum scriptorem habetur. — Caput decimum quartum eodem, quo apud nostrum scriptorem, modo et in paratitlis I. 3. p. 1269. laudatur. — Caput decimum quintum ab his verbis incipit, quae in paratitlis l. l. p. 1268. relata sunt. Plura eiusmodi testimonia ex Basilicorum comparatione deduci apud *Wittium*que, qui hanc partem diligentissime tractavit, legi queunt. Nec enim aliorum scrinia compilare animus est. — Ad Novellas Iustiniani critica arte et disciplina perpoliendas hic, quem edimus, liber adhuc adhibitus non est. In quo non illud solum animum advertere licet, unam ex his ad aliam personam, quam quae in corpore CLXVIII Novellarum habetur, directam esse, verum etiam aliquot eiusdem Novellae locos ita emendari, ut nullum amplius depravationis supersit vestigium. Unum ex his locis iam supra protulimus; alterum hoc loco proponemus, ut de ea re plenius constet. Nov. 133. cap. 2. *ἔπειτα, κἂν εἴ τις ἐκκλησία κατα το μοναστήριον εἴη, μηδὲ οὕτως προφάσει τῶν ἐκκλησιῶν ἐκφοιτᾷν ἀδεῶς.* Atque in hoc quidem loco, quem ita, ut supra posuimus, Codex Novellarum Venetus exhibet, aliquid mendosum haberi vel ex hoc constat, quod praetextu ecclesiarum monasterio egrediendum non esse postea dicitur. Itaque hunc ponit casum, ecclesiam in monasterio non esse, qui tamen verbis *κἂν εἴ τις — εἴη* disertis verbis contradicit. Haec enim ecclesiam in monasterio esse significant, quod sane his temporibus usitatum fuit. Sic enim paulo post: *κατὰ τὴν ἐν τῷ μοναστηρίῳ καθεστῶσαν ἁγιωτάτην ἐκκλησίαν.* Cui rei medicinam facias, si cum *Haloandro* legas: *κατὰ τὸ μοναστήριον μὴ εἴη.* Quare non praeferemus collectionis nostrae auctoritatem habentis: *ἔπειτα κἂν εἰ μήτις ἐκκλησία κατὰ τὸ μοναστήριον εἴη.*

---

41) In libro: *Die Geschichte der Novellen* p. 175.

42) In libro: *Die leges restitutae des Justinianeischen Codex* p. 28.

CAPUT III.

Collectio LXXXVII capitulorum.

Ad Iustiniani Novellas critica arte ac disciplina perpoliendas multum proficiet hic legum civilium liber, quem cum superiorum temporum iureconsulti ad unum omnes neglexissent, *Bieneri*[1]) industria factum est, ut, qui esset, non ignoraretur. Huius libri codices manuscripti, qui mihi quidem innotuerint, hi sunt:

I. Codex Graecus bibliothecae regiae Parisiensis numero **1320.** signatus. Est saeculi duodecimi, habetque nostrum librum inde a folio **212.** A. usque ad folium **226.** A. In medio opere folium excidisse p. **216.** not. **7.** significavi. Vide cap. II. num. I. In medio opere folium excidisse pag. **216.** not. **7.** significavi.

II. Codex Graecus eiusdem bibliothecae numero **1324.** signatus. Est saeculi duodecimi, habetque nostrum librum inde a folio **243.** A. usque ad folium **266.** B. Vide cap. II. num. II.

III. Codex Graecus eiusdem bibliothecae numero **1334.** signatus. Est, ut catalogorum compilatoribus videtur, saeculi decimi, ut mihi, duodecimi, habetque nostrum librum inde a folio **203.** A. usque ad folium **219.** B. Vide cap. II. num. IV.

IV. Codex Graecus eiusdem bibliothecae numero **1355.** signatus. Est saeculi decimi quinti, habetque nostrum librum inde a folio **356.** A. usque ad folium **365.** B. Vide cap. II. num. V. Est, in quo a reliquis libris manuscriptis differat. Titulus operis hic est: *αἱ διατάξεις τοῦ εὐσεβεστάτου αὐτοκράτορος Ἰουστινιανοῦ.* Postea statim haec habentur: *εἰς δόξαν* etc. Vide p. **208.** Singulorum capitum index in hoc libro non habetur. Scholia, quae in reliquis exemplaribus habentur, hoc loco non reperiuntur. Statim post nostrum opus versus illi Pselli, quos *Tanneberg*[2]) edidit, habentur. Hunc typotheta Codicem in opere edendo est ubi minus recte numero **1357.** designaverit.

V. Codex Graecus Coislinianus, hodie numero **34.**, olim **43.** signatus, descriptus ille quidem a Montefalconio in bibliotheca Coisliniana cap. II. p. **83—85.** Est membranaceus, saeculi duodecimi, foliisque **212.** constat. Complectitur Photii nomocanonem, inter aliaque iuris canonici scripta collectionem LXXXVII capitulorum inde a folio **177.** B. usque ad folium **190.** B. In indice capitulorum, qui praecedit, LXXXVI tantum capita numerantur. Factum est enim errore librarii, ut caput undetrigesimum numerum non habeat, itaque quae sequuntur capita uno minus relata sunt.

VI. Codex Graecus eiusdem bibliothecae hodie numero **209.**, olim **23.** signatus. Est saeculi vel noni vel decimi ineuntis, habetque nostrum librum inde a folio **152.** A. usque ad folium **177.** A. Vide cap. II. num. VI.

VII. Codex Graecus bibliothecae Mediceae Laurentianae, qui inter plutei IX. libros numero **8.** relatus est. Vide *Bandinium* in catalogo codicum manuscriptorum bibliothecae Mediceae Laurentianae tom. I. p. **402.** Est membranaceus, saeculi undecimi, constatque foliis **354.** Habet collectionem canonum a Iohanne Scholastico confectam, inter aliosque iuris canonici libros nostrum legum corpus inde a folio **311.** B. usque ad folium **326.** A.

VIII. Codex Graecus eiusdem bibliothecae, qui inter plutei X. libros numero **1.** relatus est. Vide *Bandinium* l. l. tom. I. p. **469.** Est chartaceus, saeculi decimi quarti, vetustate corrosus constatque foliis **267.** Complectitur Photii nomocanonem, inter aliosque iuris canonici libros nostrum librum inde a fol. **254.** B. usque ad folium **267.**

IX. Codex Graecus eiusdem bibliothecae, qui inter plutei X. libros numero **10.** relatus est. Est saeculi undecimi. Nostrum opus habetur inde a folio **226.** usque ad folium **244.** B. Vide cap. II. num. VII.

---

1) In libro: *Die Geschichte der Novellen* p. 167—173.

2) Pselli de Iustiniani Novellis libellum ex litteris B. *Tannebergi* edidit *Albertus Berger* (Lipsiae 1836.) p. 24.

X. Codex Graecus eiusdem bibliothecae, qui inter plutei LVI. libros numero 13. relatus est. Est saeculi decimi quinti, habetque nostrum legum corpus inde a folio 70. usque ad folium 92. Vide cap. II. num. VIII.

XI. Codex Graecus bibliothecae Sancti Marci, quae Venetiis est, numero 169. signatus. Est saeculi decimi quinti. Vide cap. II. num. IX.

XII. Codex Graecus Vaticanus numero 843. signatus. Vide *Assemanni* bibliothecam iuris Orientalis lib. III. cap. 11. tom. III. pag. 353. seq. et cap. 13. tom. III. pag. 450 – 478. Est membranaceus, noni saeculi, foliisque 110. constat. Habet collectionem canonum ab Iohanne Scholastico confectam inde a folio 1. usque ad folium 33., collectionemque LXXXVII capitulorum inde a folio 33. usque ad folium 54. A. Titulus operis folio 34., teste *Assemanno* l. l. lib. III. cap. 13. tom. III. p. 450. hic est: *τῶν ἐγκειμένων μετὰ τοὺς κανόνας τῶν δέκα συνόδων νεαρῶν διατάξεων τὰ κεφάλαια.* Sequitur index LXXXVII. capitulorum, nec reliqua ex titulo operis habentur. Post capitulorum indicem hic titulus habetur: *συναγωγὴ νεαρῶν διατάξεων ὡς ἐν ἰνδικῇ.* Incipit praefatio *εἰς δόξαν.* Desinit *θεομιμήτως περισκοπούσης.* Sequitur capitulorum contextus. In medio capitulo decimo tertio aliquot foliorum defectu lacuna, quae usque ad caput LXXIV. pertinet, orta est. Ultima cap. 13. verba sunt: *καὶ ὅθεν ποιήσοιτο τὴν τούτων ἀπόδοσιν, οὐκ ἔχει.* Initium novi folii, quod est quadragesimum nonum, sic habet: *οδ'. εἴτις τῶν θείων μυστηρίων.* Ad operis finem haec habetur subscriptio: *τέλος τῶν πζ'. κεφαλαίων ἐκ τῶν νεαρῶν διατάξεων τῶν περὶ ἐκκλησιαστικῆς διοικήσεως.* Denique folio 54. B. haec habentur: *ἐπληρώθη σὺν θεῷ ἡ συναγωγὴ τῶν θείων κανόνων ἐν πεντήκοντα τίτλοις διῃρημένων καὶ ἐκ τῶν νεαρῶν διατάξεων τὰ πζ'. κεφάλαια Ἰωάννου ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ ἀπὸ σχολαστικῶν.* Sequuntur alia iuris canonici opuscula, quae apud *Assemannium* l. l. lib. III. cap. 13. tom. III. p. 474 – 478. latius describuntur.

XIII. Codex Graecus Vaticanus numero 846. signatus, de quo vide cap. II. num. X.

XIV. Codex Graecus Vaticanus numero 1185. signatus. Est chartaceus, saeculi decimi sexti, habetque nostrum librum p. 575. Vide cap. II. num XI.

XV. Codex Graecus Vaticanus numero 1142. signatus, qui cum *Assemannium* fugisset, a viro doctissimo *Blumio* repertus est[8]). Est chartaceus, saeculi decimi quinti, multumque situ corruptus. Continet inde a folio 1. usque ad folium 74. canones ecclesiae Graecae, inde a olio 75. A. usque ad folium 95. A. corpus LXXXVII capitulorum, inde a folio 95. A. usque ad finem alia iuris canonici opuscula.

XVI. Codex Graecus bibliothecae, quae in aedibus Barberinianis est, numero 192. signatus. Est bombycinus, saeculi decimi tertii, inter varias iuris canonici collectiones corpus LXXXVII capitulorum habet inde a folio 118. A. usque ad folium 136. A. Titulus operis hic est: *κεφάλεα ἐκ τοῦ κώδικος τῆς νεαρᾶς Ἰουστινιανοῦ.* Capitula in LXVI contextu desinunt.

XVII. Codex Graecus collegii Romani, quod Romae est, littera D. numero 20. signatus. Est chartaceus, saeculi decimi sexti. Vide cap. II. num. XII.

XVIII. Codex bibliothecae regiae Taurinensis XXVI. b. V. 6. signatus est saeculi decimi sexti, nostrumque librum habet inde a folio 1. usque ad folium 39. Ante titulum operis, qui ita habet: *ἐκ τῶν μετὰ τὸν κώδικα — ὡς ὑποτέτακται,* haec in contextu posita sunt: *Θεοδώρου διακόνου τῆς ἁγιωτάτης τοῦ θεοῦ μεγάλης ἐκκλησίας νομοφύλακος καὶ χαρτοφύλακος καὶ πρώτου τῶν Βλαχερνῶν τοῦ Βαλσαμῶνος τοῦ μετὰ χρόνους τινὰς γεγονότος πατριάρχου Θεουπόλεως μεγάλης Ἀντιοχείας.* Vide cap. II. num. XIII.

XIX. Codex Graecus eiusdem bibliothecae CV. c. IV. 21. signatus est saeculi circiter duodecimi, habetque collectionem LXXXVII capitulorum, inde a folio 245. usque ad folium 265. A. Vide cap. II. num. XIV.

---

8) Vide *Blumium* in tractatu: *Byzantinisches Recht* in libro: *Rheinisches Museum für Jurisprudenz.* tom. IV. p. 226. seq.

XX. Codex Graecus bibliothecae Ambrosianae, quae Mediolani est, hodie littera G. numero 57. signatus. Est membranaceus, saeculi undecimi, habetque collectiones canonum et LXXXVII capitulorum.

XXI. Codex Graecus bibliothecae regiae Monacensis numero 380. signatus. Est saeculi decimi quarti, habetque nostram legum collectionem inde a folio 374. usque ad folium 386. Vide cap. II. num. XVI.

XXII. Codex Graecus eiusdem bibliothecae numero 214. signatus. Est saeculi decimi quinti, habetque nostrum librum inde a folio 1. usque ad folium 23. Vide cap. II. num. XVII.

XXIII. Codex Graecus bibliothecae Caesareae Vindobonensis, de quo *Lambecius* commentariorum libro VI. p. 54. ed. vet., p. 119. ed. Kollari retulit. Habet nostrum legum corpus inde a folio 280. A. usque ad folium 302. B. Vide cap. II. num. XVIII.

XXIV. Codex Graecus eiusdem bibliothecae, de quo *Lambecius* commentariorum libro VIII. p. 452. edit. vet., p. 950. ed. Kollari retulit. Est membranaceus, satis antiquus. Complectitur Photii syntagma canonum, cui praefatio nomocanonis praefixa est, inter aliaque iuris canonici scripta nostrum librum inde a folio 216. A. usque ad folium 230. A., denique Iustiniani Novellam LXXVII.

XXV. Codex Graecus eiusdem bibliothecae, de quo *Lambecius* commentariorum libro VIII. p. 458. ed. vet. p. 961., ed. Kollari retulit. Est chartaceus, habetque collectionem LXXXVII capitulorum inde a folio 1. usque ad folium 16., indicem Graecum nomocanonis a Photio compilati, catalogum officiorum magnae ecclesiae Constantinopolitanae, denique eiusdem nomocanonem.

XXVI. Codex Graecus bibliothecae regiae Borbonicae, quae Neapoli est, ita signatus: I. A. 4. Vide *Cyrilli* codices Graecos manuscriptos bibliothecae Borbonicae tom. I. p. 224. Est membranaceus, saeculi duodecimi[4]), constatque foliis 292. Complectitur collectionis canonum a Iohanne Scholastico confectae praefationem, Photii nomocanonem cum praefatione collectionemque LXXXVII capitulorum, quae inde a folio 226. B. usque ad folium 264. habetur.

XXVII. Codex Graecus bibliothecae Bodleianae, quae Oxonii est, numero 173. signatus, olim Barocci 173. Est saeculi duodecimi, exceptis foliis quibusdam, quae manus decimi quarti saeculi vel decimi quinti supplevit. Vide cap. II. num. XX.

XXVIII. Codex Graecus eiusdem bibliothecae, numero 185. signatus, qui olim Barocci liber 185. fuit. Est saeculi decimi quarti, nostrumque librum habet inde a folio 163. usque ad folium 181. Vide cap. II. num. XXI.

XXIX. Codex Graecus eiusdem bibliothecae numero 196. signatus, olim Barocci 196. Est saeculi undecimi, nostrumque librum habet inde a folio 226. usque ad folium 243. Vide cap. II. num. XXII.

XXX. Codex Graecus eiusdem bibliothecae numero 715. signatus, olim Laudi 73.[5]), quem *Zachariaeus* in libro: *ὁ πρόχειρος νόμος* p. 323 — 328. descripsit. Est membranaceus, saeculi undecimi ineuntis, foliisque 345 constat. Habet nomocanonem Photii, collectionem canonum, corpusque LXXXVII capitulorum, quod inde a folio 240. usque ad folium 262. pertinet.

XXXI. Codex Graecus eiusdem bibliothecae, olim Meermannianus 176., hodie Bodleianus Auct. t. II. 6., de quo vide *Zachariaeum* l. l. p. 338. Est membranaceus, saeculi undecimi, foliisque 241 constat. Complectitur collectionem canonum inde a folio 1. usque ad folium 220., collectionemque LXXXVII capitulorum inde a folio 220. usque ad folium 241. Hoc tamen loco non plures, quam 86. capita numerantur. Caput enim 57. ex duobus, id est 57. et 58. conflatum est, ita ut finis capitis 57. initiumque capitis 58. desint.

XXXII. Codex Graecus monasterii *τοῦ Φιλοθέου*, quod in monte Athonis situm est. Est membranaceus, saeculi decimi tertii, ab initio tamen mutilus. Complectitur collectionem canonum,

---

4) *Cyrillus* hunc librum saeculo decimo tertio vindicare voluit. 5) Vide Catalogos codicum manuscriptorum Angliae et Hiberniae p. 55. B.

Epiphanium de sectis, Photium *περὶ Φράγγων*, collectionem LXXXVII capitulorum, sententias synodales. Hunc codicem *Zachariaeus* invenit eiusque rei nuncium ad me perferendum curavit.

XXXIII. Codex Graecus monasterii *τοῦ Καρακάλλου*, quod in Monte Athone est. Est bombycinus, saeculi decimi quarti, ab initio tamen mutilus. Complectitur collectionem canonum ab Iohanne Scholastico confectam, capitula LXXXVII., aliaque iuris canonici opuscula. Nostri libri titulus hic est: *συναγωγὴ νεαρῶν διατάξεων ὡς ἐν ἰνδικῇ*. Hunc codicem *Zachariaeus* invenit eaque de re me certiorem fecit.

XXXIV. Codex Graecus monasterii *τῆς μεγίστης Λαύρας*, quod in Monte Athone situm est. Est membranaceus, saeculi duodecimi, initio tamen ad finemque mutilus. Complectitur collectionem canonum, Athanasii ad Rufinianum, Novellam Iustiniani LXXVII., Germani de synodis, LXXXVII capitula, Epiphanii et Timothei de sectis, eclogam legis Mosaicae, fragmentum quoddam *περὶ ὅρων*, eclogam Leonis et Constantini, leges Rhodias, denique excerpta quaedam ex Codice et Novellis. Hunc Codicem *Zachariaeus* invenit, quaeque hoc loco relata sunt, ad me perscripsit.

XXXV. Codex Graecus bibliothecae Tubingensis numero 193. signatus. Est chartaceus, in folio, saeculi decimi sexti. Complectitur collectionem LXXXVII capitulorum, Harmenopuli epitomen canonum, itemque de sectis libellum, fragmentumque quoddam, ubi de iureiurando Iudaeorum agitur, *ἐκ τοῦ βιβλίου τῶν ἐπάρχων*. Fol. 1. A. haec nota habetur: *Accepi ego M. Coutius 11. die Septembr. 1578. Tybingae mittente venerabili M. Israële Wielando, Lauffae Ecclesiam Chri regente, qui nactus erat Spirae ex libris D. Sim. Schardii iurisc. μακαρίτου, ibi aliquando Camerae Imp. Assessoris.* De hoc libro manuscripto *Zachariaeus* me fecit certiorem, idemque hoc exemplar a Schardio, cum in Italia commoraretur, confectum esse coniecit.

Postquam singulos nostri libri codices manu exaratos, ubi exstent, cuius conditionis sint, commemoravimus, illud adnotare iuvat, hunc librum fere in his, quas legis loco apud Graecos fuisse satis constet, canonum collectionibus haberi. Ex his vel maxime cum collectione canonum ab Iohanne Scholastico confecta coniunctus esse reperitur, cuius rei testimonium nobis perhibent Codex Parisiensis 1334., Coislinianus 209., Laurentianus plutei IX. cod. 8., plutei X. cod. 10., Vaticanus 843., denique is, qui in monasterio *τοῦ Καρακάλλου* est. Idque confirmant alia exemplaria manu exarata, quae, quamquam Photii nomocanonem cum nostro libro coniunctum habent, tamen aliquod operis ab Iohanne confecti vestigium exhibent. Sic praefatio Iohannis habetur in Codice Parisiensi 1324., Veneto 169., Neapolitano I. A. 4. Atque hanc quidem utriusque operis coniunctionem iam antiquissimis temporibus factam esse ipsa codicum manu exaratorum vetustas satis comprobat, siquidem Codex Vaticanus 843. noni saeculi est, liber Coislinianus 209. noni vel decimi certe quidem ineuntis, Laurentianus plut. IX. cod. 8. et plut. X. cod. 10. undecimi, denique Parisiensis 1334. duodecimi. Quae quidem coniunctio quam arcta fuerit, illud, quod supra ex Codice Vaticano 843. attulimus, scholium arguit. Sic enim ad finem collectionis canonum et LXXXVII capitulorum fol. 54. B.: *ἐπληρώθη σὺν θεῷ ἡ συναγωγὴ τῶν θείων κανόνων ἐν πεντήκοντα τίτλοις διῃρημένων καὶ ἐκ τῶν νεαρῶν διατάξεων τὰ πζ΄. κεφάλαια Ἰωάννου ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ ἀπὸ σχολαστικῶν.* Itaque ab huius codicis scriptore utrumque opus coniunctim Iohanni Scholastico attribui videmus, ut pro diversis unius alicuius libri partibus habuisse videatur.

Titulus operis in optimis quibusque manuscriptis hic est: *ἐκ τῶν μετὰ*[6]) *τὸν κώδικα θείων νεαρῶν διατάξεων τοῦ τῆς θείας λήξεως Ἰουστινιανοῦ διάφοροι διατάξεις συνᾴδουσαι ἐξαιρέτως τοῖς θείοις ἱεροῖς κανόσι καὶ ἐκ περιουσίας τὴν οἰκείαν*[7]) *ἰσχὺν νέμουσαι, αἷς τάξιν τινὰ καὶ ἀριθμὸν ἐπεθήκαμεν πρὸς σύντομον εὕρεσιν τοῦ ἐπιζητουμένου κεφαλαίου, διὰ τό, ὡς εἴρηται, ἐκ διαφόρων διατάξεων εἶναι τὰ συνταχθέντα, ὡς ὑποτέτακται.* Sic Codex Coislinianus 209., 34., Parisiensesque

6) Pro *μετὰ* Codex Taurinensis numero CV. signatus teste *Pasinio* *κατὰ* habet. 7) Codex Monacensis 214. pro *οἰκείαν* habet *ἰδίαν*.

1320., 1324., 1334., Taurinensis CV. c. IV. 21., quibuscum et recentiores libri consentiunt, velut Mediceus Laurentianus plutei X. cod. 1., Monacensis 380. et 214., Taurinensis XXVI. b. V. 6. In tali tantoque optimorum codicum consensu vix ac ne vix quidem dubitandum est, quin ea, quae posuimus, pro vero libri titulo agnoscantur. In quae tamen si accuratius intueare, facile perspicies imperfectum quiddam ibi haberi. Ait enim, certum ordinem ac numerum constitutionibus in hoc libro relatis a se tributum esse, ut quodlibet caput, quod quaeritur, compendiose inveniretur. Quae quidem ad collectionem canonum, quibus haec capitula subiuncta erant, referuntur. Neque enim aliter illa *σύντομος εὕρεσις* explicari potest, satisve intelligi, quare factum sit, ut illae constitutiones, quae eximie cum sacris canonibus consentiunt, iisque insuper propriam vim ac potestatem tribuunt, solae in hunc librum transferrentur. Eademque observatio est etiam in his, quae sequuntur, verbis: *τῆς ἐγκειμένης μετὰ τοὺς κανόνας τῶν συνόδων διατάξεως τὰ κεφάλαια*, quae nostrum librum alicui canonum collectioni postpositum esse pro eiusque appendice habitum satis loquuntur. Atque ipse libri scriptor in praefatione, quae ab his verbis: *εἰς δόξαν* incipit, eius rei luculentum perhibet testimonium. Sic enim ille: *καὶ τὰ νῦν συντεθειμένα μετὰ τοὺς ἱεροὺς κανόνας τῶν ἁγίων καὶ μακαρίων ἀποστόλων καὶ τῶν τοῖς ἴχνεσιν αὐτῶν καθ' ἑκάστην σύνοδον ἀκολουθησάντων ὁσίων πατέρων μετεγράφη ἐκ τῶν — θείων νεαρῶν διατάξεων.* Ubi haec, quae sequuntur, Novellarum constitutionum capita post sanctos apostolorum et synodorum canones transscripta esse disertis verbis confirmat. Quaeritur autem, qualis sit illa, cui nostrum opus subiunctum fuerit, canonum collectio. Atque ea, quae ultimo loco retulimus, verba, si ab Iohanne Scholastico profecta esse arbitremur, cum tabula, quam idem scriptor collectioni canonum a se confectae praeposuit, mirum in modum consentiunt. Nam et illic primo loco canones apostolorum, sicque deinceps canones decem synodorum relati sunt[8]). Accedit, quod Vaticanus Codex numero 843. signatus tituli loco haec exhibet: *τῶν ἐγκειμένων μετὰ τοὺς κανόνας τῶν δέκα συνόδων νεαρῶν διατάξεων τὰ κεφάλαια.* Atqui decem tantum synodorum, neque plurium canones apud Iohannem Scholasticum tam in illa, quam diximus, tabula, quam in collectionis praefatione numerantur[9]). Itaque ad hanc coniecturam adducor, ut ipsam canonum collectionem in quinquaginta titulos ab Iohanne Scholastico distributam hoc loco designari credamus. Quae res non tantum codicum manuscriptorum, qui utrumque librum complectuntur, auctoritate, verum etiam illa, quam supra ex Codicis Vaticani 843. folio 54. B. recitavimus, adnotatione confirmatur. Eius codicis scriptor enim utrumque opus pro diversis eiusdem libri partibus videtur habuisse. Sic denique ratio redditur satis idonea, quare uterque liber in nomocanone, qui Iohanni Scholastico tribui solet, coniunctus sit. In quo illud quidem adhuc pro certo et indubitato posuimus, nostri libri scriptorem Iohannem Scholasticum esse. Cuius rei haec sunt, ni fallor, argumenta satis idonea, quorum maximam partem *Bienerus* in historia Novellarum p. 169. occupavit. Ac primum quidem Codicis Vaticani 843. adnotatio, quae folio 54. B. habetur, nostrum librum huic scriptori disertis verbis attribuit. Deinde ad finem nomocanonis, qui eidem patriarchae tribui solet, XXI capitula habentur, hausta illa quidem ex nostra legum collectione. Titulus operis apud Iustellium in bibliotheca iuris canonici tom. II. p. 660. hic est: *ἕτερα κεφάλαια ἐκκλησιαστικὰ τῆς αὐτῆς νεαρᾶς διατάξεως*, quae eadem in Codice Graeco Parisiensi 1370. fol. 118. A. habentur. Series capitulorum eadem est, quae in hoc libro reperitur. Ad finem operis p. 672. *τέλος τῶν κεφαλαίων ἐκ τῶν νεαρῶν διατάξεων τῶν περὶ ἐκκλησιαστικῆς διατάξεως Ἰωάννου ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ ἀπὸ σχολαστικῶν*, quae eadem in supra dicto codice fol. 122. A. leguntur. Haec igitur capitula ex Novellis constitutionibus, quae de statu ecclesiastico tractant, Iohannis archiepiscopi Constantinopolitani hausta esse hoc loco perhibentur. Viden', ut nostra legum collectio Iohanni Scholastico attribuitur? Eandem legum appendicem, teste *Zachariaeo*[10]), etiam Codex Bodleianus 86., qui Barocci 86. fuit, habet, eundem, quem supra recitavimus, titulum praeferentem. Capitula, quae ibi XXII numero habentur, in hanc subscriptionem desinunt:

---

8) Vide *τάξιν τῶν κανόνων*, quae apud Iustellium in bibliotheca iuris canonici tom. II. p. 501. est. 9) Collectio canonum Iohannis praef. l. l. p. 500. *δέκα γὰρ μετὰ τοὺς ἀποστόλους αἱ μεγάλαι τῶν πατέρων γεγόνασι σύνοδοι.* 10) In libro: *ὁ πρόχειρος νόμος* p. 279.

τέλος τῶν κεφαλαίων ἐκ τῶν νεαρῶν διατάξεων τῶν περὶ ἐκκλησιαστικῆς διοικήσεως Ἰωάννου ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ σχολαστικοῦ. Quo quidem loco idem, quod supra diximus, habetur. Denique Codex Mediceus Florentinus, qui inter Graecos bibliothecae Laurentianae libros plutei V. cod. 22. est, auctore *Bandinio* in catalogo codicum Graecorum eiusdem bibliothecae tom. I. p. 46. ad finem nomocanonis ab Iohanne Scholastico confecti inde a folio 76. B. usque ad folium 83. B. eandem legum collectionem, quae apud Iustellium habetur, exhibet, ad eiusque finem haec leguntur: *τέλος τῶν κεφαλαίων ἐκ τῶν νεαρῶν διατάξεων τῶν περὶ ἐκκλησιαστικῆς διοικήσεως Ἰωάννου ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ ἀπὸ σχολαστικῶν.* Itaque et hoc loco vides, nostrum legum corpus Iohanni Scholastico attribui. — Ex his, quae diximus, etiam tempora, quibus nostrum opus exaratum est, accuratius definiri queunt. Post Iustiniani obitum enim confectum esse illa loquuntur: *μετεγράφη ἐκ τῶν σποράδην κειμένων καὶ ἐκφωνηθεισῶν ὑπὸ τοῦ τῆς θείας λήξεως Ἰουστινιανοῦ μετὰ τὸν κώδικα θείων νεαρῶν διατάξεων,* quo quidem dicendi genere defuncti tantum imperatores appellantur. Theophilus paraphr. inst. II. 12. §. 4. ed. *Reitzi* tom. I. p. 363.: *τὰ ἐν τῇ εἰρημένῃ διατάξει τοῦ τῆς θείας λήξεως Ἰουστίνου,* ubi contextus Institutionum Latinus: *lex divi Iustini.* Atque cum Iohannes Scholasticus, patriarcha Constantinopolitanus, imperante Iustino anno post Christum natum 578. die 31. mensis Augusti indictione decima diem obiecit supremum [11]), consequens est, ut intra haec, quae diximus, tempora nostrum opus conscriptum esse dicatur. Ita et de loco, ubi scriptum sit, constare posse videtur. Iohannes Scholasticus enim inde ab anno p. Chr. n. 565 sedem Constantinopolitani patriarchae obtinuit [12]), in regiaque urbe commorari coactus fuit. Itaque verisimile est, nostrum librum in eadem civitate compositum esse. Quae si vera sunt, etiam illud iudicari potest, quam non recte nostra Novellarum constitutionum collectio *Theodoro Balsamoni* attribuatur [13]). Cuius rei, quod ego sciam, illud unum argumentum video afferri posse, quod in codice bibliothecae regiae Taurinensis Graeco, qui ita signatus est: XXVI. b V. 6., ut *Pasinius* catalogorum huius bibliothecae tom. I. p. 96. retulit, statim ante collectionem LXXXVII capitulorum haec habentur: *Θεοδώρου διακόνου τῆς ἁγιωτάτης τοῦ θεοῦ μεγάλης ἐκκλησίας νομοφύλακος καὶ χαρτοφύλακος καὶ πρώτου τῶν Βλαχερνῶν τοῦ Βαλσαμῶνος τοῦ μετὰ χρόνους τινὰς γεγονότος πατριάρχου Θεουπόλεως μεγάλης Ἀντιοχείας.* Quae quidem omnia, nisi fallor, ad hunc Theodorum Balsamonem, qui idem Photii nomocanonem edidit editumque commentariis instruxit suis, referuntur. Sic enim in praefatione commentarii metrica, quam Iustellius nomocanoni praefixit [14]): *τῷ δ' αὖ Ἀντιοχείης ταπεινῷ πατριάρχῃ Βαλσαμὼν Θεοδώρῳ.* Atqui hunc, quem diximus, Balsamonem auctorem huius operis non esse, codicum, qui ad nonum decimumque saeculum referuntur, aetas satis demonstrat; tum, quod in aliis codicibus manuscriptis Iohanni Scholastico hunc librum attribui videmus, hanc rem aperte confirmat; ipsa quoque collectionis verba *τοῦ τῆς θείας λήξεως Ἰουστινιανοῦ,* quae quidem verba de imperatore *nuper mortuo* accipienda sunt, quae res in Theodori tempora non cadit; denique illud rem conficere videtur, quod Theodori temporibus iam non Novellae Iustiniani constitutiones, verum Basilica vim legum obtinuerunt, neque ulla causa satis idonea reddi potest, quare ad Iohannis collectionem canonum a Theodoro Balsamone, qui ipse Basilica Iustiniani corporibus praetulit [15]), collectio legum, quae non amplius valebant, addita fuerit. Accedit, quod exemplar Taurinense ne sit quidem aetatis eius, quae nos movere queat, quodque Theodori Balsamonis nomen in tales legum ecclesiasticarum collectiones aliis quoque locis, a quibus alienum est ut quod alienissimum, migrasse videamus.

---

11) Sic Theophanes chronographiae p. 209. (ed. Parisiis 1655.) ad annum Iustini 12.: *τῷ δ' αὐτῷ ἔτει μηνὶ Αὐγούστῳ λα'. ἰνδικτ. ι'. ἐτελεύτησεν Ἰωάννης ἐπίσκοπος ΚΠ.* Vide *Assemannium* bibliothecae iuris Orientalis lib. III. cap. 10. tom. III. pag. 340 — 343. 12) Theophanes chronographiae p. 203. ad annum Iustiniani 38.: *τῇ δὲ αὐτῇ ιγ'. ἰνδικτιῶνι μηνὶ Ἀπριλλίῳ ιβ'. Εὐτύχιος Πατριάρχης ΚΠ. καθῃρέθη καὶ ἐξωρίσθη ἐν Ἀμασίᾳ ὑπὸ Ἰουστινιανοῦ, καὶ γέγονεν ἀντ' αὐτοῦ Ἰωάννης ἀπὸ σχολαστικῶν, ἀποκρισιάριος ὢν τῆς Ἀντιοχείας τῆς μεγάλης.* Vide *Assemannium* l. l. p. 319 sq. 13) *Bandini* catalogus codicum manuscriptorum bibliothecae Mediceae Laurentianae tom. I. p. 402. B. Eadem opinio fuerat et *Lambecii* in commentariis de bibliotheca Caesarea ed. Kollari tom. VIII. pag. 980. 14) In bibliotheca iuris canonici tom. II. p. 788. tom. I. p. 402. B. 15) Vide *Bieneri* librum: *Die Geschichte der Novellen* p. 213 — 216., *Ἀνέκδοτα* tom. I. p. LIII.

Sic tripartita ecclesiasticarum constitutionum collectio in Codice Peiresciano, quo *Fabrotus* usus est, iisdem fere verbis, quibus in Taurinensi libro, Theodoro Balsamoni vindicatur [16]).

Haec, quae de libri titulo, scriptore, patria adhuc disputavimus, nobis proderunt ad falsos, qui in codicibus manuscriptis inveniuntur, titulos refutandos. Prodeat autem primo loco Codex Graecus Parisiensis 1355., qui titulorum indice praetermisso hunc nostri operis titulum exhibet: *αἱ διατάξεις τοῦ εὐσεβεστάτου αὐτοκράτορος Ἰουστινιανοῦ.* Qui cum in recentioris aevi codice habeatur, neque aliorum librorum auctoritate confirmetur, ex his praefationis verbis confictus videtur esse: *μετεγράφη ἐκ τῶν σποράδην κειμένων καὶ ἐκφωνηθεισῶν ὑπὸ τοῦ τῆς θείας λήξεως Ἰουστινιανοῦ μετὰ τὸν κώδικα θείων νεαρῶν διατάξεων*, quo loco imperatoris Iustiniani Novellae constitutiones significantur. — Ex his praefationis verbis ortus est etiam Codicis Graeci Barberiani titulus: *κεφάλεα ἐκ τοῦ κώδικος τῆς νεαρᾶς Ἰουστινιανοῦ.* Ita et aliis locis ex verbis *αἱ μετὰ τὸν κώδικα νεαραὶ διατάξεις* similis corruptela enata est, veluti in libro, qui est Sanctae Mariae ad aedem S. Philippi Nerii Vallicellensis, E. 55. fol. 135. A. *ἐκ τῶν, ἅπερ ἐξελέξατο ἔκ τε τοῦ κώδικος καὶ τῶν νεαρῶν διατάξεων τοῦ μεγάλου Ἰουστινιανοῦ* [17]), cum tamen in toto Athanasii Scholastici libro omnia de Novellis desumta esse cernantur, de Codice non item. Idem valet de Codice Graeco Parisiensi 1720., ubi ex eodem Athanasii libro excerpta habentur hoc titulo: *τῶν, ἅπερ ἐξελέξατο ἐκ τοῦ κωδ. καὶ τῶν νεαρῶν διατ.* [18]). Atque ex iisdem verbis, quae supra de Iohannis praefatione recitavimus, ille quoque titulus derivatus est, quem Codex Coislinianus 34. in totius libri indice fol. 1. B. posuit. Est autem hic: *ἐκ τῶν μετὰ τὸν κώδικα θείων νεαρῶν διατάξεων τοῦ τῆς θείας λήξεως Ἰουστινιανοῦ συνᾴδουσαι ἐξαιρέτως τοῖς θείοις καὶ ἱεροῖς κανόσι.* — Maiorem autem dubitationem illud habet, quid sit, quod in Codice manuscripto, qui in *μονῇ τοῦ Φιλοθέου* hic titulus habetur: *συναγωγὴ νεαρῶν διατάξεων ὡς ἐν ἰνδικῇ.* Quae quidem ad verbum consentiunt cum his, quae in Codice Vaticano 843. teste *Assemannio* in bibliotheca iuris Orientalis lib. III. cap. 13. tom. III. p. 450. post titulorum indicem, sed ante praefationem *εἰς δόξαν* habentur. In quo illud quidem satis antiquum videtur esse, quod *ὡς ἐν ἰνδικῇ* dicitur. Est autem index ex dicendi genere, quo Graeci iureconsulti utuntur, contracta Digestorum versio secundum singulorum librorum titulorumque consequentiam [19]). Atque indices quidem ad Digesta pertinuisse, ad Basilica non item, hoc vel maxime modo demonstratur. In his, quae in Basilicis relata sunt, indicis fragmentis Digestorum verba, quae in Basilicis aliis permutata sunt, et commemorantur et explicantur. Sic fr. 28. §. 3. D. 48. 19. (de poenis) *nonnunquam capite plectendi*, quibus indicis verba respondent. Sic enim Basil. LX. 51. 28. ed. Fabr. tom. VII. p. 858.: *ὁ ἴνδιξ· εἰς κεφαλὴν τιμωροῦνται.* Atqui Basilicorum contextus l. l. p. 834. *ἐξορίζονται.* Atque fr. 1 D. 48. 9. (de lege Pompeia) *ut poena ea teneatur, quae est legis Corneliae de sicariis*, quibuscum haec, quae Basilicorum LX. 40. 1. tom. VII. p. 704. ex indice referuntur, sane conveniunt: *ὁ ἴνδιξ καὶ ὁ Κύριλλος*, inquit, *τῷ περὶ ἀνδροφόνων νόμῳ κατέχονται.* Atqui Basilicorum contextus l. l. p. 702. *πυρὶ παραδίδοται.* Porro fr. 2. §. 2. D. 48. 12. (de lege Iulia de annona) *et poena viginti aureorum statuitur.* Quam rem index satis exprimit Basilic. LX. 44. 2. tom. VII. p. 768.: *Κύριλλος καὶ ἴνδιξ κ'. νομίσματα.* Atqui Basilicorum oratio l. l. p. 767. de viginti auri libris loquuntur. Sic enim habent *καὶ ποινὴν κατ' αὐτῶν εἴκοσι χρυσίου λιτρῶν ὥρισται.* Aliud huius rei exemplum suppeditabit Basil. LX. 51. 6. tom. VII. p. 826. cum indice, qui p. 850. habetur, si cum his, quae fr. 6. pr. D. de poenis habentur, conferre velis. Huc accedit, quod in indice aliquando Pandectarum loci relati sint, qui in Basilicis plane non habentur. Sic in fr. 8. §. 4. D. de poenis quaedam referuntur, quae tam in nostris Basilicis LX. 51. 8., quam in indice tom. VII. p. 850. habentur. Adnotatum est autem ibi, ea, de quibus agitur, verba in melioribus Basilicorum codicibus deesse. Atque Basilicorum LX. 3. 11. tom. VII. p. 74. indicis verba referuntur, quae cum fr. 11. §. 2. D. 9. 2. (ad le-

---

16) In notis ad Balsamonis collectionem constitutionum eccles. in Iustellii bibliotheca iuris can. tom. II. p. 1377. A. *Fabrotus* codicem ita habere testatus est: *Θεοδώρου διακόνου τῆς ἁγιωτάτης τοῦ θεοῦ μεγάλης ἐκκλησίας νομοφύλακος καὶ χαρτοφύλακος καὶ πρώτου τῶν Βλαχερνῶν τοῦ Βαλσαμῶνος, τοῦ μετὰ χρόνους τινὰς γεγονότος πατριάρχου Θεουπόλεως μεγάλης Ἀντιοχείας.* 17) *Ἀνέκδοτα* tom. I. p. LXVII. 18) l. l. p. LXIV. 19) Hanc sententiam iam in *Ἀνέκδοτ.* tom. I. p. XVIII. et p. 221. proposui.

gem Aquiliam) consentiunt, in Basilicis tamen non habentur. Porro in Basil. XLI. 7. 2. tom. V. p. 526. indicis verba referuntur, quae cum fr. 2. §. 6. D. 37. 6. ad verbum consentiunt, in Basilicis autem desiderantur. Denique ad hanc, quam supra posui, sententiam confirmandam illud adhiberi potest, quod hi Basilicorum, qui nec in Digestis habentur, loci et in indice desiderantur. Ita Basilicorum LX. 48. 5. tom. VII. p. 783. habentur, quae in fr. 5. D. 48. 15. (de lege Fabia) desunt, neque in indice haberi ex scholio tom. VII. p. 787. relato satis constat. Ita fit, ut Anonymi Cyrillique Pandectarum *ἔκδοσις* simul cum indice laudetur (Basil. tom. VII. p. 11.), Cyrillusque solus etiam cum indice componatur (Basil. tom. VII. p. 704., 768.), qui et indicem sequi videtur (Basil. tom. VII. p. 154.). Nisi forte id, quod ultimo loco attulimus, non ita recte dictum esse velis. Illud etiam nullo plane negotio demonstrabitur, indicis verba Graeca cum Pandectarum auctoritate consentire, quo in genere indicis scriptorem brevitatis studiosum fuisse satis apparet. Ita Basilicorum LX. 6. 14. tom. VII. p. 205. index breviter retulit, quae in fr. 14. §. 9. D. XI. 3. (de servo corrupto) latius explicantur. Sic Basilicorum LX. 51. 8. tom. VII. p. 850. in indice paucis exprimuntur, quae in fr. 8. §. 1. D. 48. 19. (de poenis) plenius leguntur. Ita Basilicorum LX. 51. 28. tom. VII. p. 858. index breviter explicat, quae in fr. 1. D. 48. 9. obscurius dicta sunt. Alia huius rei testimonia habes in Basilicorum XXIII. 3. 48. tom. III. ed. Fabrot. p. 454., ubi fr. 48. D. 22. 1. (de usuris et fructibus) ad verbum graece versum est; et LX. 48. 5. tom. VII. p. 787., ubi fr. 5. D. 48. 15. relatum est. In fragmento indicis, quod Basil. LX. 2. 2. tom. VII. p. 41. habetur, latior interpretatio fr. 2. pr. D. 9. 1. (si quadrupes pauperiem fecisse dicatur) continetur. Atque in fragmento indicis, quod in Basil. LX. 1. 45. tom. VII. p. 108. refertur, aliquid etiam ad interpretationem fr. 45. §. 4. D. 9. 2. dicitur. Etiam controversiae in indice breviter decisae sunt, ut Basil. XIII. 2. 1. tom. II. p. 111. disertis verbis docent. Atque in quovis Digestorum titulo eiusmodi indices fuisse Basilica LX. 15. 2. tom. VII. p. 387. significant his verbis: *τοῦτο τὸ κεφάλαιον οὐ κεῖται ἐν τῷ ἴνδικι· ὅμως ἀνάγνωθι αὐτόν, καὶ διὰ τοῦτο ἐστὶ καὶ παράτιτλον. τοῦ γὰρ τίτλου περὶ δούλου διδάσκοντος, τὸ παρὸν διδάσκει περὶ τιμωρίας ἐλευθέρῳ προσώπῳ προσγινομένης· οἱ δοῦλοι γὰρ μόνον ἐκδίδονται. Cum*, inquit, *id, de quo agitur, caput in indice non sit, consequens est, ut pro paratillo habeatur; in hoc titulo enim de servo, in illo autem tituli capite de libera persona sermo est.* Haec scholiastae adnotatio pro certo ponit et indubitato, indicem, ut et paratitla, omnibus titulis adiunctum fuisse adeoque totum tituli argumentum in indice adumbratum. Cum his consentiunt, quae Basil. LX. 37. 14. tom. VII. p. 646. relata sunt. *Ἀπὸ τούτου τοῦ θέματος*, inquit, *καὶ μέχρι τοῦ δ'. θέματος τοῦ ιδ'. διγ. ζητήσας τὸν ἴνδικα ἐν διαφόροις βιβλίοις οὐχ εὑρήσεις.* Illud igitur adnotatione dignum visum est, quod in quibusdam Digestorum libris inde a fr. 11. §. 11. D. 48. 5. (ad legem Iuliam de adulteriis) usque ad fr. 14. §. 3. D. ibid. indicem deesse repertum sit. Itaque coniiciamus licet, in indice reliqua tituli fragmenta secundum uniuscuiusque fragmenti consequentiam haberi. Hinc et illud explicatur, quid sit, quod Basilicorum LX. 48. 5. tom. VII. p. 787. *ἡ τοῦ ἴνδικος ἀκολουθεία* commemoretur, quod dicendi genus totius tituli adumbrationi satis convenire videtur. A singulis tamen titulorum fragmentis indicem tamen separatum fuisse, illud, quod Basilicorum XLII. 1. 8. tom. V. p. 584. habetur, satis docet. *Εἰπόν σοι*, inquit, *καὶ ἰνδικεύων, ὅτι μὴ θεματίσῃς δὲ ἰνοφφικίοσο.* Quae quidem adnotatio ad fr. 8. D. 5. 3. (de haereditatis petitione) pertinet. Cumque scholiastes hoc fragmentum non de inofficiosi querela interpretetur, idque a se iam in indice relatum esse dicat, consequens est, ut indicem a singulis uniuscuiusque fragmenti verbis seiunctum iisque praeponi solitum coniiciamus. Est autem indicis ratio, ut ex scholio tom. VII. p. 387. constat, ita cum paratitlis coniuncta, ut nihil supra. Certe hoc loco fragmentum quoddam in paratitlis habendum esse scholiastes voluit non aliam ob caussam, quam quod in indice tituli relatum non esset. Exinde facile constabit de utriusque rei, et paratitlorum, et indicis, coniunctione, quae tam in constitutione *Deo auctore*[20]), quam in Digestorum interpretatione nescio quo casu accidisse vix ac ne vix

---

20) §. 12. *Sed sufficiat, per indices tantummodo et titulorum subtilitatem, quae paratitla nuncupantur, quaedam admonitoria eius facere, nullo ex interpretatione eorum vitio oriundo.*

quidem videri potest. Neque, ut opinor, ab hac *indicis* notione illud alienum est, quod tam apud Caium[21]), quam apud ipsum adeo Iustinianum[22]) hac voce brevem alicuius rei descriptionem significariv idemus. — Quae adhuc de indicis notione disputavimus, aliquid, ut opinor, ad illum, quem supra posui, collectionis LXXXVII capitulorum titulum illustrandum allatura sunt. Verba enim *συναγωγὴ νεαρῶν διατάξεων ὡς ἐν ἰνδικῇ* nihil aliud, nisi antiquam illam *τοῦ ἴνδικος* notionem referunt, hoc est, contractam aliquam Novellarum expositionem secundum uniuscuiusque constitutionis consequentiam. Huc accedit, quod eodem plane modo, quo in Digestorum indicibus, in nostro quoque Novellarum libro partim ipsa constitutionum verba referuntur, partim in breve contrahuntur. In quo illud manifestum est *ἐν ἰνδικῇ* corruptum esse, legendumque *ἴνδικι*, quod corruptelae genus ex iotacismo ortum videtur esse. Sic enim nuncuparunt Basilica: *ὁ ἴνδεξ* tom. III. p. 454.; *ἴνδιξ* autem tom. II. p. 55. (bis) et 111., tom. III. p. 398. et 491., tom. VII. p. 154., 205., 379., 491., 704., 730. (bis), 734., 750, 768., 858.; *ἴνδικος* tom. V. p. 223., tom. VII. p. 41., 109., 368., 787.; *ἴνδικι* tom. V. p. 526., tom. VII. p. 11., 74., 387., 591.; *ἴνδικα* tom. VII. p. 74., 154., 646., 715., 730., 788., 850. Neque tamen mihi persuadere possum, ut eum, quo de agitur, titulum nostri operis genuinum esse credam. Ac primum quidem codicum manuscriptorum eorumque vetustissimorum, qui alium eumque optimum nostri libri titulum exhibent, auctoritas urgenda est. Deinde illa: *συναγωγὴ νεαρῶν διατάξεων* ita sunt comparata, ut parum considerate dicta videantur esse. Neque enim liquet, cuius Novellae constitutiones sint illae, quae in hoc libro referuntur, neque omnes omnino Iustiniani Novellae, verum hae, quae ad statum ecclesiasticum pertinent, ibi relatae esse reperiuntur. Quam rem et Codex Graecus Parisiensis, qui numero 1370. signatus est, fol. 122. A. satis indicat. Sic enim ille ad finem XXI capitulorum, quae Iohannis nomocanoni subiecta sunt: *τέλος τῶν κεφαλαίων ἐκ τῶν νεαρῶν διατάξεων τῶν περὶ ἐκκλησιαστικῆς διατάξεως.* Accedit et Codicis Bodleiani 86., qui Baroccii 86. fuit, testimonium. Hic enim ad finem eiusdem corporis: *τέλος τῶν κεφαλαίων ἐκ τῶν νεαρῶν διατάξεων τῶν περὶ ἐκκλησιαστικῆς διοικήσεως.* Denique Codicis Vaticani 843. testimonium facit, ut eius, quem refutamus, tituli originem cognoscamus. Cum enim titulus operis hic sit: *τῶν ἐγκειμένων μετὰ τοὺς κανόνας τῶν δέκα συνόδων τὰ κεφάλαια* sequaturque LXXXVII capitulorum index, praefationi *εἰς δόξαν* is, quem refutamus, titulus praepositus est, ut ab aliquo canonici iuris studioso videatur facile confingi potuisse.

Ipsum, quod edimus, legum corpus nunc videndum est, qua ratione compositum sit, quas imperatoris Iustiniani Novellas constitutiones complectatur, quemque ad modum in libris manu exaratis habeatur. Praecedit capitulorum, quae in libro referuntur, index; unumquodque capitulum numero distinctum est. Indicis titulus hic est: *τῆς ἐγκειμένης μετὰ τοὺς κανόνας τῶν συνόδων διατάξεως τὰ κεφάλαια.* Ita Codex Graecus Parisiensis 1320., 1324., 1334., Coislinianus 34. et 209., Laurentianus plutei X. cod. 10., Neapolitanus. Paulo aliter liber Vaticanus 843., ubi capitulorum indici haec praeposita sunt: *τῶν ἐγκειμένων μετὰ τοὺς κανόνας τῶν δέκα συνόδων νεαρῶν διατάξεων τὰ κεφάλαια.* Is capitulorum *πίναξ* plane non habetur in Codice Mediceo Laurentiano plutei IX. cod. 8., plutei X. cod. 1., Parisiensi 1355. Barberinianoque. Post capitulorum indicem in omnibus, quos ego viderim, libris praefatio, cuius initium est: *εἰς δόξαν,* habetur, cui quidem in solo libro Vaticano 843. haec praeposita sunt: *συναγωγὴ νεαρῶν διατάξεων ὡς ἐν ἰνδικῇ.* Praefationem proxime subsequuntur ipsae Novellae constitutiones in nostrum librum translatae. Sunt autem hae: *Novella 6.* inde a primo usque ad quintum capitulum pertinet; *Novella 5.* caput sextum et sequentia usque ad caput undecimum occupavit; *Novella 83.* capituli duodecimi locum obtinet; *Novella 46.* in capitulo tertio decimo relata est; *Novella*

---

21) Caius inst. III. §. 54. *Hactenus omnia iura quasi per indicem tetigisse satis est; alioquin diligentior interpretatio propriis commentariis exposita est.* Idem IV. §. 15. *Deinde cum ad indicem venerant, antequam apud eum causam perorarent, solebant breviter et quasi per indicem rem exponere, quae dicebatur causae collectio, quasi causae suae in breve coactio.* 22) Iustin. inst. IV. 18. §. 12. *Sed de publicis iudiciis haec exposuimus, ut vobis possibile sit summo digito et quasi per indicem ea tetigisse; alioquin diligentior eorum scientia vobis ex latioribus Digestorum libris — adventura est.*

120. inde a capitulo quarto decimo usque ad septimum decimum pervenit; *Novella 56.* in capitulo octavo decimo relata est; *Novella 57.* in nono decimo; *Novella 3.* in vigesimo; *Novella 32.* capituli vigesimi primi locum habet; *Novella 131.* caput vigesimum secundum et ea, quae sequuntur, usque ad vigesimum sextum occupavit; *Novella 67.* caput vigesimum septimum est; *Novella 123.* inde a capitulo vigesimo octavo reliquam nostri libri partem occupavit. Unaquaeque ex his, quas diximus, Novellis constitutionibus titulum, qui argumentum legis refert, praefert. Deinde, verbis *διάταξις, ἧς ἡ ἀρχὴ* praepositis, Novellae constitutionis inscriptio plerumque prioraque legis verba habentur. Est tamen, ubi inscriptio constitutionis non habeatur, velut in Nov. 120. (cap. 14.), Nov. 32. (cap. 21.), Nov. 131. (cap. 22.), et ubi ne argumentum quidem constitutionis relatum sit, velut Nov. 3. (cap. 20.) et Nov. 56. (cap. 18.) et Nov. 57. (cap. 19.). Subscriptiones Novellarum fere nullae sunt, nisi quod Novella 123. in capitulo octogesimo septimo hac re non caret. — Quaeritur, utrum Novellae apud nostrum scriptorem habeantur integrae, an sententiae tantum constitutionum relatae sint. Ac mihi quidem noster scriptor mediam quandam viam ingressus videtur, quippe qui partim ipsa Novellae verba retulerit, partim sententias ex lege decerpere maluerit. Atque eius, quod primo loco posuimus, generis exempla adferre taedet, cum intuenti cuique in genuinum Novellarum contextum facile occurrant. Ad id, quod secundo loco commemoravimus, genus caput 2. revocandum est, quo sententia Nov. 6. cap. 2. refertur, verba non item. Eiusdem generis sunt illa, quae a verbis *μὴ δεῖν* incipiunt capitula, velut 18., 19., 20., 21. Denique illud *ὅτι*, quod in quibusdam Novellae 32. sententiis referendis cap. 21. habetur, manifesto argumento est, haec, quae ibi relata sunt, ex ipso Novellae contextu excerpta esse. Ita in hoc libro componendo Iohannes Scholasticus eandem, quam et Iulianus antecessor in commentario de Novellis Iustiniani concinnando secutus est, rationem tenuisse videtur. Ut proinde *ἴνδικος* nomen, quod et supra ex Codicis Vaticani 843. auctoritate nostri libri epitomis vindicavimus, et ad Iuliani antecessoris opus transferendum esse videatur. In uniuscuiusque constitutionis epitomis digerendis et in certum ordinem redigendis Iohannes Novellarum, quas retulit, tenorem plerumque secutus est; aliquando tamen ab hoc consilio recessit. Etenim cap. 13. Novellae 46. caput tertium secundo praeponere maluit; cap. 14. autem Novellae 120. caput sextum posuit, postmodo caput octavum; sic deinde ad sextum rediit, septimum nonumque addidit; denique cap. 17. ad capitis septimi paragraphum primam se contulit. Est etiam, ubi integra Novellarum constitutionum, quas quidem in libro retulit suo, capita tacito praetermiserit. Sic Novellae 131. capita 1. et 2. et 3. et 5. et 6. et 10. et 11. et 12., inde a capite 22. usque ad caput 26. referuntur, reliqua omissa esse reperiuntur. Quod quidem ea de causa factum esse videtur, ut, quae scriptoris consilio minus convenirent, abiicerentur.

Intuenti autem cuique in capitulorum indicem in optimis quibusque codicibus manuscriptis nostro libro praemissum non dubito, quin mirum esse videatur illud, quod singulis capitulis rubricae, quae in indice adnotantur, praemissae non sint. Ac non desunt veterum librorum testimonia, quae id aliter faciendum fuisse significent. Sic in Codice Parisiensi 1355. capituli duodecimi rubrica haec in operis contextu habetur: *περὶ κληρικῶν ἐχόντων τὶ πρὸς ἀλλήλους ἢ καὶ ἐναγομένων ὑπὸ τινός. Διάταξις ἧς ἡ ἀρχή*; item ad capitulum decimum tertium: *περὶ τῆς ἐκκλησιαστικῶν ἀκινήτων πραγμάτων ἐκποιήσεως καὶ καταβολῆς δίχα τῶν ἐν Κωνσταντινουπόλει, ἧς ἡ ἀρχή*; item ad capitulum vigesimum octavum: *περὶ τῶν τὰ ψηφίσματα τῶν ἐπισκόπων ἐπιδιδόντων, ὅπως χρὴ γίνεσθαι.* Quae cum ad unum omnia cum his, quae in capitulorum indice habentur, rubricis conveniant, dubitandum non est, quin exinde in ipsam libri orationem translata sint, cum nec in reliquis iisque antiquissimis codicibus reperiantur. Huc accedit, quod et aliis locis eiusmodi rubricae insertae esse reperiuntur, sed, quae cum his, quae in capitulorum indice habentur, vix ac ne vix quidem conveniunt. Ita in Codice Parisiensi 1324. ad capitulum quinquagesimum septimum haec adscripta sunt: *ὅτ' ἕκαστος τῶν μητροπολιτῶν καὶ ἐπισκόπων διακρίνει τὰ ἐν τῇ ἐπαρχίᾳ, οὐχὶ δὲ καὶ οἱ πατριάρχαι*; item ad capitulum sexagesimum quartum tam in Codice Parisiensi 1320., quam 1355. haec adnotantur: *περὶ χρονίαν παραγραφὴν διὰ τὸν χρόνον, ὃν ἐν τῇ τοιαύτῃ ἀποδημίᾳ παρείλκυσαν.* Quae capitulorum indici cum non satis conveniant, omit-

tenda visa sunt, cum nec in reliquis libris manu exaratis habeantur, et non habeant, quo defendantur.

Transeo ad historiam nostri libri enarrandam. Quae quidem enarratio duabus ex partibus constat, siquidem tam ex codicibus manuscriptis, in quibus nostrum opus reperitur, quam ex aliorum librorum, qui a Graecis posteriorum temporum iureconsultis compilati sunt, auctoritate suspensa est. Atque de codicibus manuscriptis quidem cum iam retulerimus, quae supra latius disputata sunt, hoc loco in medium proferre non attinet. Itaque ad alteram huius enarrationis partem transgredior, hoc est, ad libros iuris canonici, in quibus aliquod nostri operis vestigium habetur, enumerandos. Ac primum quidem, cum collectioni canonum ab Iohanne Scholastico compilatae noster liber quasi quaedam appendix ex ipsa scriptoris sententia adiuncta sit, dubitari non potest, quin in Nomocanonem, qui eidem scriptori tribui solet, qui quidem in bibliotheca iuris canonici Iustelliana tom. II. p. 603—660. typis exscriptus est, multa ex nostro libro translata sint. Ego satis habebo, singulos locos Nomocanonis, qui ex nostro opere deducti sunt, ad nostri libri seriem ordinemque hoc loco proponere. In quo editionem Iustellianam, quae ad fidem Codicis Parisiensis 1370., ut et *Bienerus*[23]) coniecerat, et ego, cum Lutetiae Parisiorum essem, inveni, directa est, vel maxime sequemur, ac sic deinceps ad reliquos huius operis codices manuscriptos descendemus. Praefatio operis[24]) *εἰς δόξαν* habetur Nomoc. 1. 1. p. 603. Desinit *περισκοπούσης*. Titulus est: *πρόλογος τοῦ α'. τίτλου*. — Cap. 1. Nomoc. 1. 1. p. 604. Incipit *αὐτοκράτωρ*. Desinit *ὑφηγήσαντο*. Titulus est: *ἐπιστολή*. — Cap. 3. Nomoc. 14. 1. p. 617. Incipit *μηδένα*. Desinit *ἀναλύειν*. Titulus est: *ἀπὸ τῆς ϛ'. νεαρᾶς διατάξεως*. — Cap. 5. Nomoc. 24. 1. p. 630. Incipit *τὰς δέ*. Desinit *τὸ δημόσιον*. — Cap. 8. Nomoc. 33. 2. p. 639. Incipit *εἰ δὲ εἴσω*. Desinit *ἔχειν*. Titulus est *τῆς αὐτῆς νεαρᾶς διατάξεως*. — Cap. 9. Nomoc. 34. 1. p. 641. Incipit *εἰ δέ τις*. Desinit *μοναστηρίου*. — Cap. 10. Nomoc. 34. 1. p. 641. Incipit *κἀκεῖνα δέ*. Desinit *σύμφωνον*. Ultima huius capituli pars apud Iohannem deest. — Cap. 17. Nomoc. 33. 2. p. 639. Incipit *πᾶσι*. Desinit *μοναστήριον*. — Cap. 20. Nomoc. 19. 1. p. 626. Incipit *μὴ δεῖν*. Desinit *μηνύειν ἡμῖν*. Titulus est: *ἀπὸ τοῦ τρίτου κεφαλαίου τῆς* (Cod. Ox. *τρίτης*) *νεαρᾶς διατάξεως*. — Cap. 21. Nomoc. 14. 1. p. 618. Incipit *μὴ δεῖν*. Desinit *εἰδέναι*. Titulus est: *ἀπὸ τοῦ κα'. κεφαλαίου τῶν διατάξεων*. — Cap. 22. Nomoc. 1. 3. p. 604. Incipit *θεσπίζομεν τοίνυν*. Desinit *ἐπαρχιῶν*. — Cap. 23. Nomoc. 1. 4. p. 605. Incipit *καὶ ἑξῆς θεσπίζομεν*. Desinit *πληροῦσθαι*. — Cap. 28. Nomoc. 8. 1. p. 612. Incipit *δίδωμι*. Desinit *χειροτονηθῆναι*. Titulus est: *ἀπὸ τῆς ρλ'. νεαρᾶς διατάξεως*. — Cap. 29. Nomoc. 8. 2. p. 612. Incipit *εἰ δὲ μή*. Desinit *μαρτυρίας*. — Cap. 30. Nomoc. 8. 3. p. 613. Incipit *οἱ δέ*. Desinit *ἐκβαλλέσθω*. — Cap. 31. Nomoc. 16. 6. p. 623. Incipit *εἰ δέ τις κατηγορήσει*. Desinit *ἐκβαλλέσθω*. Titulus est: *τῆς λα'. διατάξεως*. — Cap. 32. Nomoc. 16. 7. p. 623. Incipit *ὑπὲρ συνηθειῶν*. Desinit *διαιρείτωσαν*. Titulus est: *περὶ συνηθείας τῶν χειροτονουμένων τῆς λβ'. διατάξεως*. — Cap. 33. Nomoc. 14. 3. p. 619. Incipit *εἰ δὲ συμβῇ*. Desinit *συγχωροῦμεν γίνεσθαι*. Titulus est: *ἀπὸ τοῦ ιβ'. κεφαλαίου τῆς νεαρᾶς διατάξεως*. — Cap. 34. Nomoc. 14. 3. p. 619. Incipit *τοὺς δὲ πρεσβυτέρους*. Desinit *λειτουργίαν συγχωροῦμεν*. Hoc loco pars capituli sola habetur. — Cap. 35. Nomoc. 14. 1. p. 618. Incipit *ἀλλ' οὐδέ*. Desinit *ἐκωλύσαμεν*. — Cap. 37. Nomoc. 28. p. 635. Incipit *ἀπαγορεύομεν*. Desinit *ἐμβάλλεσθαι*. Titulus est: *τῆς λϛ'. διατάξεως*. — Cap. 39. Nomoc. 15. 1. p. 619. Incipit *τοῖς ἐπισκόποις*. Desinit *συνείδοι*. Titulus est: *τῆς β'. διατάξεως*. — Cap. 40. Nomoc. 15. 2. pag. 620. Incipit *ἀλλ' οὐδέ*. Desinit *ἱερέως*. Titulus est: *τῆς μ'. διατάξεως*. — Cap. 41. Nomoc. 17. 1. p. 625. Incipit *εἴτις ἐπίσκοπος*. Desinit *διορθώσηται*. Titulus est: *τῆς με'.* (Ox. *μα'.*) *διατάξεως*. — Cap. 42. Nomoc. 25. 1. p. 632. Incipit *κληρικούς*. Desinit *γάμον*. Titulus est: *τῆς μβ'. διατάξεως*. — Cap. 43. Nomoc. 25. 2. p. 632. Incipit *πρεσβύτερον*. Desinit *γάμους*. Titulus est: *τῆς μγ'. διατάξεως*. — Cap. 45. Nomoc. 25. 3. p. 632. Incipit *μὴ ἄλλως*. Desinit *ἐκβαλλέσθω*. Titulus est: *τῆς με'. διατάξεως*. — Cap. 47. Nomoc. 26. 4. p. 633. In-

23) In libro: *Die Geschichte der Novellen* p. 196. not. 92.

24) Tabulam capitulorum in Nomocanonem translatorum exhibuit iam *Bienerus* l. l. p. 585—595.

cipit *εἰ ἀναγνώστης*. Desinit *ἀποκαθιστάσθω*. Titulus est: *ἐκ τῆς μζ'. διατάξεως*. — Cap. 50. Nomoc. 33. 2. p. 640. Incipit *ἂν δοῦλος*. Desinit *παραδιδόσθω*. — Cap. 52. Nomoc. 3. 1. p. 607. Incipit *πρεσβυτέρους καί*. Desinit *κομίζεσθαι*. Titulus est: *ἀπὸ τοῦ νβ'. κεφαλαίου εἰς τὸ δ'*. — Cap. 54. Nomoc. 15. 3. p. 620. Incipit *εἴ τις κατά τινος*. Desinit *γυμνάζεσθαι*. Titulus est: *τῆς δ'. διατάξεως*. Pars capituli deest. — Cap. 56. Nomoc. 15. 4. p. 620. Incipit *εἰ δὲ ἐκκλησιαστικόν*. Desinit *κανόνας*. Titulus est: *τῆς νς'. διατάξεως*. Item Nomoc. 20. 3. p. 628. Incipit *εἰ δέ*. Desinit *κανόνας*. — Cap. 57. Nomoc. 1. 1. p. 607. Incipit *εἴτινες*. Desinit *δυναμένου*. — Cap. 60. Nomoc. 8. 2. p. 613. Incipit *μὴ ἐξεῖναι*. Desinit *παραγίνεσθαι*. Titulus est: *τίτλου ζ'. τῆς ρλ'. νεαρᾶς διατάξεως*. — Cap. 61. Nomoc. 8. 3. p. 613. Incipit *εἴτις*. Desinit *ὑποκεῖσθαι*. Titulus est: *τίτλου ξα'. τῆς αὐτῆς*. — Cap. 65. Nomoc. 33. 3. p. 640. Incipit *εἴποτε δέ*. Desinit *ἀποκρινόμενον*. Titulus est: *τοῦ ξε'. κεφαλαίου*. — Cap. 71. Nomoc. 28. 2. p. 635. Incipit *πᾶσι δὲ τοῖς*. Desinit *ἐκφεύγει*. Titulus est: *τῆς οα'. διατάξεως*. — Cap. 72. Nomoc. 27. 2. p. 634. Incipit *ἐπίσκοπον*. Desinit *ἐκβαλλέσθω*. Titulus est: *τῆς οβ'. διατάξεως*. — Cap. 74. Nomoc. 20. 3. p. 628. Incipit *εἴτις*. Desinit *ἄρχοντας*. Titulus est: *τῆς οδ'. διατάξεως*. — Cap. 77. Nomoc. 33. 2. p. 639. Incipit *εἰ δέ τις*. Desinit *ἀξιούσθω*. — Cap. 79. Nomoc. 34. 1. p. 641. Incipit *εἰ δὲ ἀνήρ*. Desinit *κελεύομεν*. — Cap. 80. Nomoc. 34. 1. p. 641. Incipit *εἰ δὲ τοιοῦτον*. Desinit *διαφέρει*. — Cap. 81. Nomoc. 34. 1. p. 642. Incipit *μνηστείας*. Desinit *βουληθῇ*. — Cap. 82. Nomoc. 32. 1. p. 638. Incipit *οὐδεμίαν*. Desinit *παρακολουθησάσης*. Titulus est: *ἀπὸ τῆς πβ'. διατάξεως*. — Cap. 83. Nomoc. 32. 1. p. 638. Incipit *ἀπαγορεύομεν*. Desinit *ἀφέλκειν*. — Cap. 84. Nomoc. 34. 1. p. 642. Incipit *ἐὰν μοναχός*. Desinit *συναριθμείτω*. — Cap. 85. Nomoc. 24. 2. p. 631. Incipit *εἴτις*. Desinit *παισίν*. Titulus est: *τῆς πθ'. διατάξεως*. — Cap. 86. Nomoc. 24. 2. p. 631. Incipit *εἰ δὲ εἴσω*. Desinit *εἰσπραχθησομένου*. Atque haec quidem capitula ex nostra legum collectione in Nomocanonem, prout apud *Iustellium* habetur, translata sunt. Quae quidem translatio est ubi totius capituli facta sit; est etiam, ubi partem capituli solam comprehendat. Atque ad hoc, quod ultimo loco posuimus, genus hi fere loci revocandi sunt: cap. 10. Nomoc. 34. 1. p. 641., cap. 34. Nomoc. 14. 3. p. 619., cap. 54. Nomoc. 15. 3. p. 620. Singulis, qui in Nomocanonem translati sunt, locis plerumque tituli additi sunt. Ita *νεαρὰ διάταξις* nostra legum collectio vocatur in Nomoc. 8. 1. p. 612., 8. 2. p. 613., 14. 1. p. 617., 16. 6. p. 623., 19. 1. p. 626., 33. 2. p. 639.; *διάταξις* 15. 1. p. 619., 15. 2. p. 620., 17. 1. p. 625., 20. 3. p. 628., 24. 2. p. 631., 25. 1. p. 632., 25. 2. p. 632., 25. 3. p. 632., 26. 4. p. 633., 27. 2. p. 634., 28. 2. p. 635., 32. 1. p. 638.; *κεφάλαιον τῆς νεαρᾶς διατάξεως* laudatur in Nomoc. 14. 3. p. 619.; *κεφάλαια τῶν διατάξεων* laudantur Nomoc. 14. 1. p. 618. Atque his, quibus nostra legum collectio designatur, nominibus numerus, qui ad hoc legum corpus refertur, fere semper additus est, in quo tamen nescio quo casu accidit, ut magna pars numerorum in Nomocanone relatorum cum libro nostro non satis conveniant. Nisi forte id codicum manuscriptorum corruptelae tribuendum est. Qui cum libro nostro consentiunt numeri, hi sunt: *τῆς λα'. διατάξεως* Nomoc. 16. 6. p. 623., *τῆς λβ'. διατάξεως* Nomoc. 16. 7. p. 623., *τῆς μ'. διατάξεως* Nomoc. 15. 2. p. 620., *ἀπὸ τῆς μβ'. διατάξεως* Nomoc. 25. 1. p. 632., *τῆς μγ'. διατάξεως* Nomoc. 25. 2. p. 632., *τῆς με'. διατάξεως* Nomoc. 25. 3. p. 632., *ἐκ τῆς μζ'. νεαρᾶς διατάξεως* Nomoc. 26. 4. p. 633., *ἀπὸ τοῦ νβ'. κεφαλαίου* Nomoc. 3. 1. p. 607., *τῆς νς'. διατάξεως* Nomoc. 15. 4. p. 620., *τίτλου ξα'. τῆς αὐτῆς* Nomoc. 8. 3. p. 613., *τοῦ ξε'. κεφαλαίου* Nomoc. 33. 3. p. 640., *τῆς οα'. διατάξεως* Nomoc. 28. 2. p. 635., *τῆς οβ'. διατάξεως* Nomoc. 27. 2. p. 634., *ἀπὸ τῆς πβ'. διατάξεως* Nomoc. 32. 1. p. 638. In aliquot Nomocanonis titulis capitula, quae diversis nostrae legum collectionis locis habentur, ita inter se coniuncta sunt, ut una eaque continua serie referantur. Sic in primo Nomocanonis titulo haec capitula uno ordine referuntur: cap. 1., 22., 23., 57.; sic in decimo quarto titulo cap. 21. et 35. coniuncta sunt; sic in vigesimo titulo cap. 74. et 56. ad eundem locum revocantur; sic in trigesimo tertio titulo cap. 17. et 77. habentur, ut et cap. 8. et 50.; sic in titulo trigesimo quarto cap. 9., 10., 79., 80., 81. et 84. coniuncta sunt. Si quaeritur, num Nomocanonis compilator ea, quae ex collectione LXXXVII capitulorum deduxit, aliquantulum mutaverit, de suoque aliquid ad illa adiecerit, sic habeto. Ea, quae Nomocanonis scri-

ptor in librum transtulit suum, maximam partem eodem, quo in nostro legum libro habentur, modo habentur, ut ne inscriptiones quidem legum omissae sint. Nisi quod hic illic singulis, quae in Nomocanone reperiuntur, capitulis tituli praefixi sunt. Sic prooemio *εἰς δόξαν* hic titulus appositus est: *πρόλογος τοῦ α'. τίτλου*. Vide Nomoc. 1. 1. p. 603. Sic capituli primi nostrae collectionis in Nomoc. 1. 1. p. 604. titulus est: *ἐπιστολή*.

Iohannis Scholastici Nomocanoni tam in Codice Graeco Parisiensi 1370., quam in editione Iustelliana inde a pagina 660. usque ad paginam 672. legum civilium appendix subiuncta est, cuius titulus hic est: *ἕτερα κεφάλαια ἐκκλησιαστικὰ τῆς αὐτῆς νεαρᾶς διατάξεως*[25]). Quae quidem appendix viginti duo[26]) capitula, quae quidem omnia ex nostra legum collectione derivata sunt, complectitur. Cap. 1. p. 660., quod incipit *θεσπίζομεν* et in *φυλάττειν* desinit, est nostrae collectionis cap. 2. Titulus est *α'. περὶ τοῦ σκοπεῖσθαι πρότερον τὸν βίον τοῦ εἰς ἐπισκοπὴν ἀγομένου*. — Cap. 2. p. 661., quod incipit *ἐν οὐδεμιᾷ* et in *ἀγράμματον* desinit, est nostrae collectionis cap. 4. Titulus est: *β'. περὶ τοῦ μὴ γίνεσθαι κληρικὸν ἀγράμματον*. — Cap. 3. p. 661., quod incipit *ἀλλὰ μηδέ*, desinit autem *τῷ δημοσίῳ δίδοσθαι*, est nostrae collectionis cap. 48. Titulus est: *γ'. περὶ τοῦ μὴ γίνεσθαι κληρικὸν βουλευτὴν ἢ ταξεώτην*. — Cap. 4. p. 661., quod incipit *τοὺς δὲ εὐλαβεστάτους*, desinit autem *βασάνοις ὑποβάλλεσθαι*, est nostrae collectionis cap. 53. Titulus est: *δ'. περὶ ἐπὶ χρηματικῇ ἢ ἐγκληματικῇ ὑποθέσει ψευδομαρτυρούντων πρεσβυτέρων ἢ διακόνων*. — Cap. 5. p. 662., quod incipit *οὐδενὶ δέ*, desinit autem *πέμπομεν*, est nostrae collectionis cap. 36. Titulus hic est: *δ'. περὶ τοῦ μὴ ἐξεῖναι ἄρχοντι εἰς δικαστήριον παριστᾶν ἐπίσκοπον εἰς μαρτυρίαν ἐκτὸς βασιλικῆς κελεύσεως*. — Cap. 6. p. 662., quod incipit *μηδένα*, desinit autem *κλήρου ἀπολύειν*, est nostrae collectionis cap. 38. Titulus est: *ε'. περὶ τοῦ μὴ ἀναγκάζεσθαι ἐπίσκοπον ἴδιον κληρικὸν ἀπολύσαι*. — Cap. 7. p. 662., quod incipit *εἰ δὲ ἐν τῷ καιρῷ*, desinit autem *ἐθεσπίσαμεν*, est nostrae collectionis cap. 44. Titulus est: *ϛ'. περὶ τοῦ ἀναφαινομένου κατηγόρου τῆς οἱασοῦν χειροτονίας*. — Cap. 8. p. 662., quod incipit *μὴ δεῖν*, desinit autem *ἐμφανησίμων*, est nostrae collectionis cap. 18. Titulus est: *περὶ τοῦ μὴ ζημιοῦσθαι κληρικὸν λόγῳ ἐμφανησίμων*. — Cap. 9. p. 662., quod incipit *μὴ δεῖν*, desinit autem *διορίζεσθαι*, est nostrae collectionis cap. 19. Titulus est: *η'. περὶ τοῦ μὴ διορίζεσθαι τὸν καθ' οἵαν δήποτε πρόφασιν ἀφιστῶντα ἑαυτὸν τῶν μυστηρίων ἢ τῆς λειτουργίας*. — Cap. 10. p. 662., quod incipit *πᾶσι δὲ τοῖς*,

---

25) Eadem legum appendix habetur etiam in Codice Bodleiano 86., qui Baroccii 86. fuit, descripto illo quidem a *Zachariaeo* in libro: *ὁ πρόχειρος νόμος* p. 279. Quae quidem appendix et ipsa viginti duobus capitulis constat, et inde a folio 62. usque ad folium 67. pertinet. Titulus hic est: *ἕτερα κεφάλαια ἐκκλησιαστικὰ τῆς αὐτῆς νεαρᾶς διατάξεως*. Titulus verbaque primi capitis cum his, quae apud *Iustellium* referuntur, consentiunt. Ita et capitis vigesimi secundi titulo verbisque cum his, quae ibidem leguntur, convenit. Posthaec illa subscriptio in Codice Bodleiano habetur: *τέλος τῶν κεφαλαίων ἐκ τῶν νεαρῶν διατάξεων τῶν περὶ ἐκκλησιαστικῆς διοικήσεως Ἰωάννου ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ σχολαστικοῦ*. Eadem legum appendix habetur etiam in Codice Mediceo Laurentiano, qui inter plutei V. libros numero 22. relatus est. Is, auctore *Bandinio* in catalogo Graecorum codicum bibliothecae Mediceae Laurentianae tom. I. p. 45 et seq., inde a folio 1. usque ad folium 60. habet collectionem canonum ab Iohanne Scholastico confectam hoc titulo: *συναγωγὴ κανόνων ἐκκλησιαστικῶν εἰς πεντήκοντα τίτλους διῃρημένων*; inde a folio 60. usque ad folium 76. nostrum Nomocanonem, cuius titulus hic est: *τὰ συνᾴδοντα νόμιμα τῶν προκειμένων κανόνων*, cuius ad finem haec adiecta sunt: *τέλος τῶν τίτλων τῶν συνᾳδόντων νομίμων τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς κανόσι τῆς νεαρᾶς διατάξεως*; denique nostram legum appendicem inde a folio 76. B. usque ad folium 83. B., cuius titulus hic est: *ἕτερα κεφάλαια ἐκκλησιαστικὰ τῆς αὐτῆς νεαρᾶς διατάξεως*. Initium hoc est: *περὶ τοῦ σκοπεῖσθαι πρότερον τὸν βίον τοῦ εἰς ἐπισκοπὴν ἀγομένου*. Incipit *θεσπίζομεν τοίνυν τοῖς θείοις διὰ πάντων ἑπόμενοι κανόσιν*, quae quidem cum his, quae apud Iustellium l. l. pag. 660. ex capitulo primo referuntur, plane consentiunt. Ultima verba haec sunt: *καὶ εἰς τὴν ἁπάντων γνῶσιν κατὰ ταύτην τὴν βασιλίδα πόλιν προτιθεμένων ἀγάγοι*, quae cum his, quae apud Iustellium l. l. p. 672. ex capite vigesimo primo referuntur, plane consentiunt. Postmodo haec posita sunt: *τέλος τῶν κεφαλαίων ἐκ τῶν νεαρῶν διατάξεων τῶν περὶ ἐκκλησιαστικῆς διοικήσεως Ἰωάννου ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ ἀπὸ σχολαστικῶν*. In Codice Taurinensi CLXX. b. II. 24., teste *Pasinio* in catalogo bibliothecae regii Athenaei Taurinensis tom. I. p. 256., haec legum appendix non est, neque in Vaticanis 840. et 640., teste *Assemannio* in bibliotheca iuris Orientalis lib. III. cap. 12. tom. III. p. 422—450., reperitur. 26) Editum exemplar numeros viginti unius capitulorum exhibet. Error ex eo ortus est, quod littera *δ'.*, qua numerus IV. significatur, duobus iisque diversis capitulis addita est. Itaque, qui deinceps habentur capitulorum numeri, uno minus computantur. Hunc editoris errorem notaverat iam *Bienerus* in libro: *Die Geschichte der Novellen* p. 199. not. 102.

desinit autem *οὐχ εὑρίσκονται*, est nostrae collectionis cap. 75. Titulus est: *θ'. περὶ τοῦ μὴ ἐξεῖναι λαϊκοῖς λιτὴν ποιεῖν ἐκτὸς ἐπισκόπων ἢ κληρικῶν.* — Cap. 11. p. 663., quod incipit *ὁ αὐτὸς βασιλεύς*, desinit autem *πολιτικοῖς ἄρχουσιν*, est nostrae collectionis cap. 12. Titulus est: *ι'. περὶ κληρικῶν ἐχόντων τι πρὸς ἀλλήλους ἢ καὶ ἐναγομένων ὑπό τινος καὶ τοῦ μὴ πλέον διμηναίου ὑπερβαίνειν τὴν δίκην, καὶ εἰ φωραθείη κληρικὸς ποινῆς ἄξιος, τί δέοι γίνεσθαι.* — Cap. 12. p. 664., quod incipit *ὁ αὐτὸς βασιλεύς*, desinit autem *ἀναδέδεικται*, est nostrae collectionis cap. 13. Titulus est: *ια'. περὶ τῆς τῶν ἐκκλησιαστικῶν ἀκινήτων πραγμάτων ἐκποιήσεως δίχα τῶν ἐν Κωνσταντινουπόλει.* — Cap. 13. p. 665., quod incipit *ὁ αὐτὸς βασιλεύς*, desinit autem *ἐμφυτεύματος γίνεσθαι*, est nostrae collectionis cap. 14. Titulus hic est: *ιβ'. περὶ ἐκκλησιαστικῶν ἐμφυτεύτων* (sic), *τίνα δεῖ τρόπον διδόναι καὶ ἐμφυτεύεσθαι.* — Cap. 14. p. 666., quod incipit *εἰ δὲ ὑπέρ*, desinit autem *ἢ ἄλλως ἐκποιεῖσθαι*, est nostrae collectionis cap. 15. Titulus est: *ιγ'. περὶ τῶν ἐν χρέει δημοσίων ἢ ἑτέρας ἀνάγκης γινομένης ἐκκλησιῶν, καὶ πρὸς ἀλλήλας ἐμφυτεύσεις ποιεῖν χωρὶς τῶν ἐκ βασιλικῆς δωρεᾶς.* — Cap. 15. p. 667., quod incipit *τὴν δὲ ἁγίαν*, desinit autem *συνάγεται*, est nostrae collectionis cap. 16. Titulus est: *ιδ'. περὶ τοῦ ἔχειν ἄδειαν τὴν ἐκκλησίαν Ἱεροσολύμων πωλεῖν.* — Cap. 16. p. 667., quod incipit *εἴτις κατασκευήν*, desinit autem *καταλέλειπται*, est nostrae collectionis cap. 25. Titulus *ιε'. περὶ τῶν διατυπούντων ἐν διαθήκαις πρᾶξιν εὐσεβῆ προσελθεῖν καὶ ὅτι ἀμελούντων τῶν κληρονόμων ὑπὸ τῶν κατὰ χώραν ἐπισκόπων ἀναγκασθήσονται, εἰ καὶ τὰ μάλιστα παρὰ τῶν διαθεμένων ἢ δωρησαμένων ἀπηγορεύθη αὐτοῖς.* — Cap. 17. p. 668., quod incipit *εἰ δὲ ληγάτον*, desinit autem *προχωρεῖν*, est nostrae collectionis cap. 26. Titulus est: *ις'. περὶ τοῦ ὡρισμένου καιροῦ τῇ τῶν ληγάτων ἀπαιτήσει, καὶ περὶ τρόπου ἐκποιήσεως καὶ τιμῆς καὶ ἀνταλλαγῆς, εἰ δεήσοι.* — Cap. 18. p. 669., quod incipit *ὁ αὐτὸς βασιλεύς*, desinit autem *ἐπισκόπου*, est nostrae collectionis cap. 27. Titulus hic est: *ιζ'. περὶ τοῦ μηδένα κτίζειν εὐκτήριον χωρὶς ἐπισκόπου καὶ εἰ μη πρότερον τὰ εἰς λυχνοκαΐαν καὶ φιλοκαλίαν καὶ ἀποτροφὴν τῶν προσεδρευόντων στῆται.* — Cap. 19. p. 670., quod incipit *εἰ δὲ ἔγκλημα*, desinit autem *γίνεσθαι πρόσωπον*, est nostrae collectionis cap. 55. Titulus est: *ιη'. περὶ τοῦ ἐξεῖναι ἄρχοντι κληρικὸν ἐπὶ ἐγκλήματι κατηγορούμενον πρὸ κρίσεως τοῦ ἐπισκόπου κρῖναι· εἰ δὲ χρηματικὴ εἴη, ἐκτὸς ἐγγυητοῦ καὶ ὅρκου, ὁμολογίαν τον εναγομενον ἐπιτίθεσθαι.* — Cap. 20. p. 671., quod incipit *ὑπὲρ δὲ πασῶν*, desinit autem *διευλυτοῦν*, est nostrae collectionis cap. 59. Titulus est: *ιθ'. περὶ τοῦ μηδεμίαν ἐγγύην ἢ ὁμολογίαν ἀπαιτεῖσθαι ἐπισκόπῳ ἐναγομένῳ.* — Cap. 21. p. 671., quod incipit *ὑπόλοιπον*, desinit autem *ἀσκητηρίοις γίνεσθαι*, est nostrae collectionis cap. 76. Titulus est *κ'. περὶ τοῦ μὴ κατὰ βαθμὸν πάντως, ἀλλὰ κατ' ἐπιλογὴν τοὺς ἡγουμένους γίνεσθαι· ταῦτα δὲ καὶ ἐν γυναικείοις μοναστηρίοις.* — Cap. 22. p. 671., quod incipit *πᾶσι δὲ καθάπαξ*, desinit autem *προτιθεμένων ἀγάγοι*, nostrae collectionis est cap. 87. Titulus est: *κα'. περὶ τοῦ μὴ ἐξεῖναι μηδὲν κεχρίσθαι ἢ ἐμπέξαι εὐλαβεῖ σχήματι ἢ πάσῃ ἐκκλησιαστικῇ καταστάσει καὶ τῆς τούτοις ὁρισθείσης κολάσεως.* Atque hi, quos recitavimus, singulorum capitulorum tituli cum his, qui in nostri libri indice habentur, fere semper conveniunt, ut tamen quaedam, quae in libro nostro reperiuntur, in Nomocanonis appendice desiderentur, velut cap. 1., quod cum in nostro libro secundo loco reperiatur, haec: *καὶ ποῖα δεῖ εἶναι ἐν αὐτῷ καὶ μὴ εἶναι* plane omissa sunt. Neque illud tacito praeterire licet, quod haec legum appendix, quae Nomocanoni adiecta est, ex codicibus manuscriptis, qui nostrum librum integriorem plenioremque, quam ut nunc habetur, exhibebant, hausta esse videatur. Certe quidem in capite decimo quarto, quod in appendicem duodecimo loco translatum est, et Novellae 120. inscriptio relata est, hoc modo: *ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Πέτρῳ ἐπάρχῳ πραιτωρίων*, quae in omnibus, quos ego viderim, nostrae legum collectionis libris manu exaratis non habentur, et tamen ab initio in nostro libro fuisse reliquarum, quae in nostrum exemplar translatae sunt, Novellarum constitutionum exempla manifesto docent, velut cap. 1., 6., 12., 13., 27. Itaque verisimile est, in reliquis quoque, quae apud nostrum scriptorem referuntur, Novellis constitutionibus, quae inscriptiones non habent, easdem ab initio fuisse adscriptas iniuriaque temporum ex libris manu exaratis excidisse. Vide cap. 14., 21., 22., 28.

Atque haec quidem Nomocanonis, qui Iohanni Scholastico tribui solet, forma, quae apud Iustellium habetur, quaenam capitula ex nostro libro deducta habeat, satis, ut opinor, dictum est. Restat, ut, quibus temporibus haec Nomocanonis forma prodierit, paucis demonstremus, siquidem ea de re

magna est inter viros doctos dissensio. Ac *Iustellio*[27]) quidem placuit, Nomocanonem ipsi Iohanni Scholastico attribuendum esse, quae opinio neque eo, quo ad hanc rem confirmandam usus est, Codicis Bodleiani testimonio[28]) adiuvatur, et hanc ob causam, quod Iohannem ex duobus ibris a se compilatis tertium compilasse parum credibile est, ut et *Bienero*[29]) visum est, reiicienda videtur esse, cum praesertim probabile non sit, ipsam nostrae legum collectionis praefationem *εἰς δόξαν* etc. a viro doctissimo Nomocanoni praepositam esse. Imo illud ex *Bieneri* auctoritate optime defendi potest, quod Iohannem Scholasticum, si Nomocanonis scriptor esset, novam huic libro praefationem elaboraturum fuisse dixit. Atque etiam chronologicae rationes suadent, ut ab Iohannis Scholastici nomine discedamus. Usus est enim Nomocanonis compilator Athanasii Scholastici de Iustiniani Novellis constitutionibus commentario[30]), qui et iisdem fere, quibus Iohannes diem obiit supremum, temporibus prodiit, neque cum primum prodiret, statim tantae auctoritatis esse coepit, ut ab Iohanne Scholastico, qui Constantinopoli degeret, ad Nomocanonem compilandum adhibitum esse credibile sit. Denique hoc loco commemoranda sunt codicum manuscriptorum testimonia, quae nostram suspicionem omni ex parte confirmant. Etenim Codex Parisiensis Graecus numero 1370. signatus[31]) hunc Nomocanonem Theodoreto, episcopo Cypri, vel Cytri attribuit, quam eandem rationem et Codex Taurinensis, qui inter Graecos bibliothecae regiae libros CLXX. b. II. 24. signatus est, sequitur[32]); Codex Vaticanus autem numero 840. signatus hunc librum

---

27) In praefatione ad collectionem canonum ab Iohanne compositae in bibliotheca iuris canonici tom. II. p. 496. 28) Sic *Iustellius* l. l.: *Et Codex Oxoniensis συναγωγὴ κανόνων ἐκκλησιαστικῶν εἰς πεντήκοντα τίτλους διῃρημένη*, et postea: *Ἰωάννου ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ σχολαστικοῦ εἰς τὸν νομοκανόνα πρόλογος.* 29) In libro: *Die Geschichte der Novellen* p. 200. 30) Nomoc. 2. 1. p. 606., quod incipit *φυλαττέσθω*, desinit *προνόμιον*, deductum est ex Ath. II. 3. Titulus est: *ἀπὸ τῆς κε'. νεαρᾶς διατάξεως α'.* Atque l. l., quod incipit *ὅσοι*, desinit autem *διηνεκῶς*, est Athanasii II. 3. Titulus est: *ἀπὸ τῆς αὐτῆς νεαρᾶς β'.* — Nomoc. 3. 2. pag. 607., quod incipit *τὰς τῶν*, desinit *κληρονομείτωσαν* Athanasii est II. 3. Titulus est: *ἀπὸ τῆς αὐτῆς ρκε'. νεαρᾶς διατάξεως.* — Nomoc. 3. 3. p. 607., quod incipit *ὁ βασιλευτής*, desinit autem *διαδέξεται*, est Athanasii I. 2. Titulus est: *ἐκ τῆς ρλε'. διατάξεως ρ'.* — Nomoc. 7. 1. p. 611., quod incipit *ὁ αὐτὸς βασιλεύς*, desinit *ἐκβάλλεσθαι*, est Athanasii I. 17. Titulus est: *ἀπὸ τῆς ρξε'. νεαρᾶς διατάξεως.* — Nomoc. 10. 1. p. 614., quod incipit *πᾶς κληρικός*, desinit autem *εὐπορίαν*, est Athanasii I. 1. Titulus est: *ἀπὸ τῆς νεαρᾶς διατάξεως.* — Nomoc. 11. 1. p. 615., quod incipit *εἴτις ἐπίσκοπος*, desinit autem *δυναμένου*, est Athanasii I. 1. Titulus est: *ἀπὸ τῆς νεαρᾶς ς'.* — Nomoc. 11. 2. p. 615., quod incipit *πᾶς ἐπίσκοπος*, desinit *ἐκπίπτοντος*, est Athanasii I. 2. Titulus est: *ἀπὸ τοῦ ιθ'. κεφαλαίου τῆς ρλ'. διατάξεως.* — Ibidem, quod incipit *ὀμνύναι*, desinit *χειροτονούμενον*, est Athanasii I. 17. — Nomoc. 14. 3. p. 618., quod incipit *τὰ εὐαγίσιν*, desinit *προδώσει*, est Athanasii II. 3. Titulus est: *ἀπὸ τοῦ γ'. κεφαλαίου τῆς νεαρᾶς διατάξεως.* — Nomoc. 16. 1. p. 621., quod incipit *ὁ βουλόμενος*, desinit autem *ἐκπιπτέτωσαν*, est Athanasii I. 1. Titulus est: *ἀπὸ τῆς ς'. νεαρᾶς διατάξεως.* — Nomoc. 16. 2. p. 622., quod incipit *κατηγορηθέντας*, desinit *κρατείτω*, est Athanasii I. 17. — Nomoc. 18. 1. p. 626., quod incipit *εἰς ἰδιωτικόν*, desinit *ἀγανάκτησιν ἔστω*, est Athanasii I. 6. Titulus est: *τῆς ς'. νεαρᾶς διατάξεως.* — Nomoc. 19. 1. p. 627., quod incipit *μὴ ἀποδημείτω*, desinit *τῷ βασιλεῖ*, est Athanasii I. 2. Titulus est: *ἐκ τοῦ ιη'. κεφαλαίου ρδ'. νεαρᾶς διατάξεως.* — Nomoc. 20. 2. p. 628., quod incipit *ὁ κληρικός*, desinit *ἡ διάταξις*, est Athanasii I. 2. Titulus est: *ἀπὸ τοῦ μα'. κεφαλαίου τῆς αὐτῆς κανὼν ρδ'.* — Nomoc. 26. 1. p. 633., quod incipit *ἀναγνώστης*, desinit autem *κλήρου*, est Athanasii I. 1. Titulus est: *ἀπὸ τῆς ς'. νεαρᾶς διατάξεως.* — Nomoc. 26. 2. p. 633., quod incipit *κληρικός*, desinit *πορνείας*, est Athanasii X. 2. Titulus est: *ἐκ τῆς αὐτῆς διατάξεως.* — Nomoc. 27. 1. p. 634., quod incipit *πρεσβύτερος*, desinit autem *ἔστω*, est Athanasii I. 1. Titulus est *ἀπὸ τῆς ς'. νεαρᾶς διατάξεως.* — Nomoc. 41. 2. p. 652., quod incipit *ὁ δὲ κατηγορηθεὶς*, desinit autem *ἀρχόντων*, est Athanasii IV. 22. Titulus est: *ἀπὸ τοῦ γ'. κεφαλαίου τῆς ργ'. νεαρᾶς διατάξεως.* — Nomoc. 46. 3. p. 637., quod incipit *δύναται*, desinit autem *χειροτονεῖσθαι*, est Athanasii I. 2. Titulus est: *ἀπὸ τοῦ θ'. κεφαλαίου τῆς ρλ'. νεαρᾶς.* — Nomoc. 49. 1. p. 659., quod incipit *οἱ πατριάρχαι*, desinit autem *κεφάλαια*, est Athanasii I. 2. Atque quidem capitula ex integro Athanasii libro, neque vero ex tripartita constitutionum ecclesiasticarum collectione deducta esse duae vel maxime rationes mihi persuadent, ut credam. Laudantur enim apud Nomocanonis scriptorem tales Athanasiani libri loci, qui in tripartita Pseudo-Balsamonis collectione habentur, velut Athan. IV. 22., X. 2.; et alioquin facile constat, Nomocanonis scriptorem in Iustiniani Codicis summis recitandis aliis libris usum esse, quam ex quibus prima huius collectionis pars compilata est, quod facile tibi constabit, si Nomoc. 2. 3. p. 607. (L. 16. C. I. 2.) cum collectione tripartita I. 2. 16. p. 1245., vel Nomoc. 2. 4. (L. 16. C. ibid.) cum collectione tripartita I. 2. 6. p. 1243., vel Nomoc. V. 2. p. 609. (L. 42. C. I. 3.) cum collectione tripartita I. 3. 42. p. 1243., vel Nomoc. 6. 1. p. 609. (L. 45. C. I. 3.) cum collectione tripartita I. 3. 46. p. 1261. conferre velis. Ex his, quae supra diximus, et illud satis constat, Athanasii librum in Nomocanone fere semper nomine *τῆς νεαρᾶς διατάξεως* nuncupari. 31) Sic enim fol. 102. A., ubi Nomocanon incipit: *συναγωγὴ κανόνων εἰς ν'. τίτλους διῃρημένη παρὰ Θεοδωρίτου ἐπισκόπου Κύπρου* (vel *Κύτρου*; est enim satis male scriptum). Quae *Iustellius* l. l. pag. 496. paullo aliter exhibet: *Θεοδωρήτου ἐπισκόπου Κύρρου.* 32) Sic enim teste *Pasinio* in catalogo codicum bibliothecae regii Athenaei Taurinensis tom. I. pag. 256.: *εἰσαγωγὴ κανόνων εἰς πεντήκοντα τίτλους διῃρημένων παρὰ Θεοδωρήτου ἐπισκόπου Κύρρου*, quae quidem in primo statim Codicis folio habentur.

Iohannis Scholastici dici in nota marginali indicat[33]). Itaque satis constat, et apud veteres Graecos, qui de hac re nobis melius iudicare possent, nec de nostri operis scriptore satis constitisse, et illam opinionem, quae hunc librum Iohanni Scholastico attribueret, a quibusdam in dubium adductam esse. De Theodoreto episcopo Cypri vel Cytri vel Cyrrhi, cui noster legum liber in quibusdam codicibus manuscriptis attribuitur, nihil sane constat. Itaque alia via ingrediendum est, ut tempora, quibus nostri libri compilator vixerit, recte ordineque definiamus. Atque duodecimo quidem post Christum natum saeculo posteriorem non fuisse nostri operis compilatorem, vel ex hoc coniicere licet, quod codices manuscripti, qui hunc librum exhibent, ad haec tempora referuntur. Parisiensem quidem librum numero **1370.** signatum vel duodecimi saeculi exeuntis vel decimi tertii ineuntis esse iudicamus; Bodleianus autem Codex numero **86.** signatus, qui Barocci **86.** fuit, habetque nostrum Nomocanonem inde a folio **49.** usque ad folium **62.** hoc titulo: *τὰ συνᾴδοντα νόμιμα τῶν προκειμένων κανόνων*, coniunctum illum quidem cum LXXXVII. capitulorum appendice, auctore *Zachariaeo*[34]), saeculo post Christum natum decimo tertio vindicandus est; denique Codex Mediceus Laurentianus, qui inter plutei V. libros numero **22.** relatus est, cum Iohannis collectionem canonum hoc titulo: *συναγωγὴ κανόνων ἐκκλησιαστικῶν εἰς πεντήκοντα τίτλους διῃρημένων* inde a folio **1.** usque ad folium **60.** complectatur, deinde eundem, quo de agitur, nomocanonem hoc titulo: *τὰ συνᾴδοντα νόμιμα τῶν προκειμένων κανόνων* inde a folio **60.** usque ad folium **76.** comprehendat, denique legum appendicem, quae et apud *Iustellium* reperitur, hoc titulo: *ἕτερα κεφάλαια ἐκκλησιαστικὰ τῆς αὐτῆς νεαρᾶς διατάξεως* contineat, auctore *Bandinio*[35]) saeculi post Christum natum duodecimi videtur esse. Verum neque illud dubitandum est, hanc Nomocanonis formam, quae apud *Iustellium* reperitur, saeculo post Chr. natum undecimo prodire non potuisse, siquidem *τὰ συνᾴδοντα νόμιμα*, quae ibi relata sunt, ex puris putis Iustiniani iuris codicibus hausta sunt, cum tamen hoc saeculo Basilica, neque iuris Iustiniani corpora pro lege fuisse certum indubitatumque sit. Ad superiora etiam tempora vir doctissimus *Bienerus*[36]) ascendere voluit, qui Nomocanonem non ita multo post imperatoris Iustiniani obitum confectum esse coniecerit, cum his maxime temporibus a iureconsultis Graecis multum ac saepenumero in hoc desudatum esse constet, ut iuris Iustiniani corpora cum iure ecclesiastico quam maxime compararentur. Hanc autem nostri libri originem hae, quas *Bienerus* attingere noluit, res manifesto loquuntur. Ac primum quidem cum in secundo Trullani concilii canone scripta quaedam, quae adhuc dubitabantur, velut Dionysii, Petri, Gregorii Thaumaturgi, Athanasii, Gregorii, Theophili, Cyrilli, aliorum[37]) canonis vicem obtinere iussa essent adeoque etiam canones loco laudato nuncupentur, dubitari nequit, quin haec quoque scripta in Nomocanone, qui omnia omnino iura ecclesiastica complecteretur, si is post concilium Trullanum compilatus fuisset, commemoranda atque inter canones referenda fuissent. Itaque vix ac ne vix quidem credibile est, nostrum Nomocanonem post haec tempora compilatum esse. Huc accedit, quod Nomocanonis tit. **50.** ed. *Iustelli* p. **660.** Apostolorum canon octogesimus quintus, quo constitutiones Apostolicae confirmantur, relatus sit, cum tamen has constitutiones secundo Trullani concilii canone reiectas improbatasque esse satis constet[38]). Quae res tempora, quae ante Trullanum concilium fuerunt, satis designat. Atque etiam illud tertio loco commemorandum est, quod nostri Nomocanonis scriptorem Heracliana tempora non attigisse illud argumento est, quod Heraclii Novellas constitutiones, quae quidem ad ius ecclesiasticum referuntur, inter *τὰ συνᾴδοντα νόμιμα* non retulerit. Immo omnes, quae inter *τὰ συνᾴδοντα νόμιμα* relatae sunt, leges hunc rei legalis statum, qui ante Heraclium fuit, loquuntur. Praeter Digesta Codicemque enim Nomocanonis auctor et collectione

---

33) Sic enim fol. 15. A., teste *Assemannio* in bibliotheca iuris Orientalis lib. III. cap. 12. tom. III. p. 422.: *λέγεται πόνημα εἶναι Ἰωάννου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ ἀπὸ σχολαστικῶν ἐπὶ Ἰουστινιανοῦ ἐξορισθέντος δηλαδὴ τοῦ ἁγίου Εὐτυχίου.* In contextu operis hic titulus habetur: *ὑποτύπωσις τῶν πεντήκοντα τίτλων.* 34) In libro: *ὁ πρόχειρος νόμος* p. 279. 35) In catalogo codicum Graecorum bibliothecae Mediceae Laurentianae tom. I. p. 45. et seq. 36) In libro: *Die Geschichte der Novellen* p. 201. 37) Vide *Bieneri* de collectionibus canonum ecclesiae Graecae schediasma litterarium §. 3. p. 16—21. et *Ἀνέκδοτα* tom. I. p. XLVIII. 38) Vide *Bienerum* l. l. p. 16.

LXXXVII. capitulorum et Athanasiano de Iustiniani Novellis constitutionibus commentario et denique ignota quadam Novellarum Iustiniani constitutionum interpretatione[37]) usus esse reperitur.

Illud autem maiorem habet dubitationem, quid de illa Nomocanonis a Pseudo-Iohanne compilati forma, quae in reliquis codicibus manuscriptis habetur, iudicandum sit. Ego, cui curta supellex est, totam hanc causam his, qui me doctiores sagacioresque sunt, iudicandam relinquo, illud unum hoc loco commemoraturus, si quando corpus LXXXVII capitulorum Athanasianusque de Iustiniani Novellis commentarius etiam in reliquis Nomocanonis exemplaribus commemorentur. De Codice Vaticano, qui hodie numero 840. signatus est, quem ad amussim fere cum editione Iustelliana convenire *Assemannius*[38]) auctor est, dubitari nequit, quin utriusque rei mentio ibi habeatur. Quod quidem facile constabit ex ea, quam idem *Assemannius*[39]) proposuit, tabula. Statim enim in primo Nomocanonis titulo praefatio nostrae collectionis, quae incipit *εἰς δόξαν* habetur, quam caput 1. eiusdem corporis subsequitur[40]). Atque etiam in quarto Nomocanonis titulo haec inserta sunt, quae apud Iustellium tertio habentur. Primum enim capitulum, quod incipit *πρεσβυτέρους*, est nostri corporis cap. 52.; secundum, quod ita habet: *τὰς τῶν ἀδιαδόχων*, ex Athanasii tit. 2. const. 3. deductum est; denique tertium, cuius initium est *ὁ βουλευτής*, ex eiusdem scriptoris tit. 1. const. 2. provenit[41]). Ex his, quae attulimus, exemplis easdem fere leges, quae in editione Iustelliana habentur, in Vaticano Codice 840. laudari facile constat. Restat, ut et de altero Codice Vaticano, qui numero 640. signatus est, aliquid proferamus. Titulo quarto, qui haec, quae apud Iustellium tertii sunt tituli legum capita, complectitur, illa *πρεσβυτέρους* et reliqua capituli primi loco habentur; sequuntur autem haec: *τὰς τῶν ἀδιαδόχων*; denique ista: *ὁ βουλευτὴς* leguntur[42]). Quae quidem partim ex corpore LXXXVII capitulorum, partim ex Athanasii libro deducta esse, supra dictum est. Illud autem mirum est, quod hic, quem ultimo loco commemoravimus, codex manuscriptus inter *τὰ συνᾴδοντα νόμιμα* recentiorum imperatorum Novellas patriarcharumque tomos exhibeat, quae et a reliquis Nomocanonis libris manu exaratis absunt, neque ab initio partem huius libri fecisse existimantur[43]). Cumque etiam donatio, quae a Constantino Magno in Sylvestrum collata est, quae quidem donatio Graecis nono fere post Christum natum saeculo innotuit[44]), ibidem inter primi tituli *νόμιμα* relata esse reperiatur[45]), dubitari non potest, quin haec Nomocanonis forma, quam is, quo de agitur, liber praefert, posterioribus temporibus vindicanda sit. In hoc autem uterque Codex Vaticanus consentiunt, quod appendix viginti duo capitulorum ex nostra legum collectione deductorum ibi praetermissa est. Quae res facit, ut ab his, qui posterioribus temporibus ad Nomocanonem ex recentioris iuris fontibus locupletandum manum admovere voluerunt, hanc legum appendicem pro libro a Nomocanonis ratione plane alieno habitam esse credam.

Atque non tantum in Nomocanone compilando multus fuit nostrae legum collectionis usus, verum etiam alia eius rei apud iuris canonici auctores vestigia reperiuntur. *Arsenium* monachum,

---

37) Huius rei vestigia duobus locis in Nomocanone deprehendimus. Sic enim Nomoc. 26. 3.: *ἀπὸ τοῦ λβ'. κεφαλαίου τῆς κε'. νεαρᾶς διατάξεως.* Incipit *μή.* Desinit *γαμήσας.* Est Nov. 22. c. 42., quae nec in collectione LXXXVII. capitulorum relata est, et ab his, quae in Athanasii tit. 10. const. 2. habentur, multum recedit. Aliud eius rei vestigium est in Nomoc. 41. 1., ubi hic titulus est: *ἀπὸ τοῦ ια'. κεφαλαίου τῆς κε'. νεαρᾶς διατάξεως.* Incipit *τοῦ στρατιώτου.* Desinit *γαμηθῆναι.* Est Nov. 22. c. 14., quae nec in collectione LXXXVII. capitulorum relata est, nec cum his, quae apud Athanasium tit. 10. const. 2. habentur, convenit. 38) In bibliotheca iuris Orientalis lib. III. cap. 12. tom. III. pag. 423. 39) l. l. p. 423—450. 40) Vide *Assemannium* l. l. p. 423 et seq. 41) Vide *Assemannium* l. l. p. 427. 42) Vide *Assemannium* l. l. p. 427. 43) Sic enim *Assemannio* teste l. l. p. 427. ad finem quarti tituli fol. 54. B. habet: *πρόσταγμα τοῦ ἀοιδίμου βασιλέως κυροῦ Μανουὴλ τοῦ Κομνηνοῦ.* Inc. *πρᾶγμα εἰς θεὸν τολμώμενον περιφρόνησιν καὶ εἰς ἀθέτησιν θεσμῶν φυσικῶν.* Atque fol. 55. B. *πρόσταγμα τοῦ ἀοιδίμου βασιλέως κυροῦ Ἰωάννου τοῦ δούκα.* Inc. *ἔσονται οἱ Λευίται ἐμοὶ τῷ ἱεροφάντῃ Μωσῇ πάλαι χρηματίζει θεός.* Porro fol. 56. B.: *τόμος τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου κυροῦ Γερμανοῦ.* Inc. *ἀκούσατε ταῦτα πάντα τὰ ἔθνη, ἐνωτίσασθε πάντες οἱ κατοικοῦντες τὴν οἰκουμένην.* Denique fol. 58. B.: *πρόσταγμα τοῦ ἀοιδίμου βασιλέως κυροῦ Ἀνδρονίκου τοῦ Παλαιολόγου.* Inc. *ὁ μακαριώτατος ἀρχιεπίσκοπος τῆς πρώτης Ἰουστινιανῆς καὶ πάσης Βουλγαρίας ἀνήνεγκε τῇ βασιλείᾳ μου.* 45) Vide *Bienerum* in schediasmate litterario de collectionibus canonum ecclesiae Graecae. §. 14. p. 73. 46) Vide *Assemannium* l. l. p. 423.

qui saeculo post Christum natum decimo tertio synopsin canonum compilavit[46]), nostra legum collectione usum esse dubitari non potest. Qua de re etsi iam *Bienerus*[47]) aliquid dixit, tamen hoc loco non possum eam rem diligentius non persequi. Epitomes scriptor in libro compilando hoc consilii secutus est, ut iuris canonici praecepta in artem redigeret, quaeque de his tractant et synodorum et sanctorum patrum decreta ad hanc formam revocaret, enarratisque his, quae ex iuris canonici fontibus hauriuntur, testimoniis, ad ius civile, quo eadem praecepta traduntur, descenderet. Haec iuris civilis capita *νομικὰ κεφάλαια* nuncupavit, eaque numeris adpositis designavit. Qui quidem numeri cum his, qui in collectione LXXXVII capitulorum habentur, capitulorum numeris ita omni ex parte conveniunt, ut nihil supra. Sunt autem hi: Cap. 1. laudatur ab Arsenio cap. 3. p. 750. — Cap. 2. est apud Arsenium cap. 40. p. 757. et cap. 49. p. 759. — Cap. 3. Arsen. cap. 85. p. 768. et cap. 99. p. 772. — Cap. 4. Arsen. cap. 41. p. 758. — Cap. 5. Arsen. cap. 102. p. 773., et cap. 110. p. 776. — Cap. 6. Arsen. cap. 103. p. 774. — Cap. 7. Arsen. cap. 106. p. 775. — Cap. 8. Arsen. cap. 46. p. 759. — Cap. 9. Arsen. cap. 104. p. 774. — Cap. 10. Arsen. cap. 104. p. 774. — Cap. 11. Arsen. cap. 104. p. 774. — Cap. 12. Arsen. cap. 96. p. 771., et cap. 103. p. 774. — Cap. 13. Arsen. cap. 69. p. 763. — Cap. 14. Arsen. cap. 69. p. 763. et cap. 103. p. 774. — Cap. 15. Arsen. cap. 69. p. 763. et cap. 103. p. 774. — Cap. 16. Arsen. cap. 105. p. 774. — Cap. 17. Arsen. cap. 103. pag. 774. — Cap. 18. Arsen. cap. 96. cap. 771. — Cap. 20. Arsen. cap. 71. p. 764. — Cap. 22. Arsen. cap. 3. p. 750. et cap. 74. p. 765. — Cap. 23. Arsen. cap. 69. p. 763. — Cap. 24. Arsen. cap. 96. p. 771. et cap. 103. p. 774. — Cap. 25. Arsen. cap. 103. p. 774. — Cap. 26. Arsen. cap. 103. p. 774. — Cap. 27. Arsen. cap. 103. p. 774. — Cap. 28. Arsen. cap. 40. p. 757. — Cap. 29. Arsen. cap. 40. p. 757. — Cap. 30. Arsen. cap. 40. p. 757. — Cap. 31. Arsen. cap. 40. p. 757. — Cap. 33. Arsen. cap. 40. p. 757. et cap. 67. p. 763. — Cap. 34. Arsen. cap. 67. p. 763. — Cap. 35. Arsen. cap. 67. p. 763., cap. 69. p. 763., cap. 103. p. 774. et cap. 115. p. 778. — Cap. 37. Arsen. cap. 116. p. 778. — Cap. 39. Arsen. cap. 89. p. 769. et cap. 100. p. 772. — Cap. 40. Arsen. cap. 83. p. 767. — Cap 42. Arsen. cap. 41. p. 758. — Cap. 43. Arsen. cap. 41. p. 758. et cap. 110. p. 776. — Cap. 44. Arsen. cap. 41. p. 758. et cap. 96. p. 771. — Cap. 45. Arsen. cap. 64. p. 762. — Cap. 46. Arsen. cap. 64. p. 762. et cap. 124. p. 779. — Cap. 47. Arsen. cap. 124. p. 779. — Cap. 48. Arsen. cap. 41. p. 758. — Cap. 49. Arsen. cap. 103. p. 774. — Cap. 50. Arsen. cap. 46. p. 759. — Cap. 51. Arsen. cap. 46. p. 759. — Cap. 52. Arsen. cap. 96. p. 771. — Cap. 53. Arsen. cap. 96. p. 771. — Cap. 54. Arsen. cap. 96. p. 771. et cap. 103. p. 774. — Cap. 55. Arsen. 96. p. 771. et cap. 103. p. 774. — Cap. 56. Arsen. cap. 103. p. 774. — Cap. 60. Arsen. cap. 71. p. 764., cap. 96. p. 771. et cap. 103. p. 774. — Cap. 61. Arsen. cap. 71. p. 764. et cap. 103. p. 774. — Cap. 63. Arsen. cap. 96. p. 771. — Cap. 64. Arsen. cap. 96. p. 771. — Cap. 65. Arsen. cap. 96. p. 771. et cap. 103. p. 774. — Cap. 67. Arsen. cap. 96. p. 771. et cap. 103. p. 774. — Cap. 68. Arsen. cap. 96. p. 771. et cap. 103. p. 774. — Cap. 69. Arsen. cap. 96. p. 771. et cap. 103. p. 774. — Cap. 70. Arsen. cap. 96. p. 771. — Cap. 71. Arsen. cap. 102. p. 773. — Cap. 72. Arsen. cap. 102. p. 773. — Cap. 73. Arsen. cap. 110. p. 776. — Cap. 74. Arsen. cap. 82. p. 767. — Cap. 75. Arsen. cap. 32. p. 755. — Cap. 76. Arsen. cap. 104. p. 774. — Cap. 77. Arsen. cap. 106. p. 775. — Cap. 78. Arsen. cap. 96. p. 771. et cap. 104. p. 774. — Cap. 79. Arsen. cap. 104. p. 774. — Cap. 80. Arsen. cap. 104. p. 774. — Cap. 81. Arsen. cap. 104. p. 774. — Cap. 83. Arsen. cap. 104. p. 774. — Cap. 84. Arsen. cap. 104. p. 774. — Cap. 85. Arsen. cap. 108. p. 775. — Cap. 86. Arsen. cap. 108. p. 775. — Cap. 87. Arsen. cap. 116. p. 778. Atque hi quidem, quos adhuc retulimus, numeri ad nostri corporis se-

46) Est typis exscripta apud *Iustellium* in bibliotheca iuris canonici tom. I. pag. 749—784. Hunc librum ipse *νομοκανόνα* vocavit. Sic enim ad finem p. 784.: *τέλος τῶν τοῦ νομοκανόνος θείων κανόνων*, quo dicendi genere liber ex canonibus synodorumque decretis compilatus nuncupari solebat. Vide *Beveregii* Synodicon proleg. §. XXIX. pag. XVIII. seq.

47) In libro: *Die Geschichte der Novellen* p. 172. et p. 584—592.

riem ordinemque conveniunt. Sunt tamen aliquot ex his, qui apud Arsenium referuntur, numeris, qui non recte sese habent. Id quod exinde colligitur, quod argumenta capitulorum, quae nostrae collectionis sunt, ab his, quae apud Arsenium tractantur, aliena sunt, ut quae alienissima. Quod accidit in referendo cap. 9. (Arsen. cap. 7. p. 751.), cap. 19. (Arsen. cap. 20. pag. 753.), cap. 34. (Arsen. cap. 82. p. 767.), cap. 39. (Arsen. cap. 80. p. 766.), cap. 72. (Arsen. cap. 96. p. 771.).

Atque non tantum Arsenii temporibus nostram LXXXVII capitulorum collectionem magna fuisse apud Graecos iuris canonici studiosos auctoritate certum est, verum etiam posterioribus temporibus obtinuisse liquet tam ex capitibus XXV., quae ex nostra legum collectione in Codicem Rawlis. numero 158. signatum, qui quidem saeculi p. Chr. n. decimi quarti vel quinti est, translata sunt, quam ex reliquis nostri libri codicibus manuscriptis, qui quidem saeculi p. Chr. n. decimi tertii decimique quarti sunt, habentque nostram legum collectionem cum aliis iuris canonici libris coniunctam. Atque saeculi quidem decimi tertii sunt codices, qui Romae in aedibus Barberinianis et in Monasterio *τοῦ Φιλοθέου*, quod in Monte Athone situm est, habentur. Ad saeculum decimum quartum referendus est Codex Mediceus Laurentianus plut. X. num. 1.; item Monacensis numero 380. signatus; denique, qui in Monasterio *τοῦ Καρακάλλου*, quod in Monte Athone situm est, asservatur. Atqui hunc librum iis, quibus non amplius legeretur, temporibus in alios codices transsumtum esse numquis credat? Neque desunt veterum exemplarium testimonia, quae nostram legum collectionem vel saeculo decimo quinto legi solitam declarent. Ad haec enim tempora referendi sunt codex Mediceus Florentinus, qui inter plutei LVI. libros numero 13. signatus est, Venetus 169., Vaticanus 1142., Monacensis 214.

Transeo ad iuris civilis, quod per Orientale imperium obtinuit, libros. Atque ad nostra usque tempora de huius legum collectionis vi ac potestate in iuris civilis libris formandis elarandisque ita non constitit, ut vel doctissimus historiae Novellarum enarrator nihil quidquam certi de hac re afferre potuerit. Hodie autem *Zachariaei* studio ac labore effectum est, ut certis huius rei argumentis non destituamur. Codex Bodleianus, numero 3399. signatus [49]), de quo multa et alia disputavimus, in aucti prochiri, quod idem vir doctus Epitomen legum nuncupare voluit, contextum multa ex nostra legum collectione intulisse reperitur. En tibi horum locorum catalogum ex litteris viri mihi amicissimi desumtum: Cap. 1. nostrae collectionis in Codicis Bodleiani folio 112. positum est. — Cap. 2. fol. 111 et seq. — Cap. 7. fol. 182. — Cap. 8. fol. 183. — Cap. 10. fol. 95 et seq. — Cap. 11. fol. 96. — Cap. 17. fol. 96. — Cap. 43. fol. 113. — Cap. 45. ibidem. — Cap. 46. ibidem. — Cap. 47. ibidem — Cap. 49. fol. 97. — Cap. 50. fol. 181. — Cap. 52. fol. 102. — Cap. 79. fol. 96. — Cap. 80. ibidem — Cap. 81. fol. 43. — Cap. 82. fol. 102. — Cap. 83. fol. 96.

Si quaeritur, quando nostra legum collectio nostrorum temporum iureconsultis innotuerit, illud praefari licebit, ante *Bieneriana* tempora nihil frugi de tota hac causa nec disputatum nec cogitatum esse. Quod nec mirum cuiquam videri potest, cum vel hi, qui hunc librum ex codicibus manuscriptis descripserunt, in errorem abripi se passi sint [50]). Qui primus de hoc opere meliora protulit, *Pasinius* [51]), idemque omnium omnino capitulorum rubricas ex Codice Taurinensi attulit, hunc librum Theodoro Balsamoni ex eiusdem exemplaris testimonio vindicare non dubitavit. Denique *Assemannius* [52]) in hac opinione fuit, ut illam Nomocanonis a Pseudo-Iohanne confecti appendicem, quae viginti duobus capitulis constat, pro uno eoque genuino, quod nostrae collectionis scriptor plenius exhibuerit, Iohannis opere haberet. Quamquam in hoc verum vidit, ut et LXXXVII capitulorum collectionem eidem Iohanni Scholastico attribuerit [53]). Posteaquam

48) Vide *Zachariaeum: ὁ πρόχειρος νόμος* p. 335. 49) Vide *Ἀνέκδοτα* tom. I. p. LXXII—LXXVI., *Zachariaeum ὁ πρόχειρος νόμος* p. 329—331. 50) Vide *Bieneri* librum: *Die Geschichte der Novellen* p. 172. et 173. 51) In Codicibus mss. Graecis bibliothecae regii Athenaei Taurinensis tom. I. p. 96—104. 52) In bibliotheca iuris Orientalis lib. III. cap. 13. tom. III. p. 450. 53) l. l. lib. III. cap. 11. tom. III. p. 354. et cap. 13. tom. III. p. 450.

autem *Bienerus* de tota hac causa docte, ut solet, disputavit[54]), per totam Germaniam nemo quisquam fuit, quin antiquissimum legum corpus veteri et honori et auctoritati restitutum gauderet.

Transeo ad harum, quas in contextu nostrae collectionis formando sequi placuit, regularum expositionem. Praeter Vaticani Codicis scripturam, quam *Assemannius*[55]) enotavit, et capitulorum LXXXVII. indicem, quem *Bienerus*[56]) de Taurinensi Florentinoque eodemque, quem supra commemoravi, Vaticano Codice manuscripto conficere voluit, in promptu mihi erant et quattuor codicum Pariss. Graecorum subsidia, hoc est, 1320., 1324., 1334., 1355. Contuli autem etiam, quam potui, diligentissime Nomocanonem a Pseudo-Iohanne compositum una cum viginti duorum capitulorum appendice, quae apud *Iustellium*[57]) huic libro subiecta est. Neque Codicis Oxoniensis, qui tamen hodie reperiri non potuit, varietatem scripturae a *Iustellio* ad editionis marginem adnotatam negligendam esse duxi, quam signo „*Ox.*" designavi. His ego subsidiis criticis contractis id egi, ut, quam possem, accuratissime totum nostri corporis contextum componerem. In quo primae partes Vaticano Codici dandae erant, cum et reliquos aetate superet et habeat, quae a reliquorum librorum scriptura recedant et tamen vera esse sentias. Habet exempli gratia cap. 6. verba *περὶ μοναστηρίων καὶ μοναχῶν καὶ ἡγουμένων*, quae et aliorum capitulorum comparatione confirmantur[58]) et in collectione CLXVIII Novellarum habentur; paullo post in Novellae inscriptione contra reliquorum librorum auctoritatem exhibet *ἀρχιεπισκόπῳ*, quod idem in collectione CLXVIII Novellarum reperitur; ibidem etiam *σύμβολον σωτηρίας*, quod idem Nov. 5. cap. 1. habetur. Est tamen, ubi manifesti errores in hoc codice deprehendantur. Sic in indicis cap. 85. verba *ἢ μονάστριαν* cap. 78. voces *ἢ ἀποκαταστάσει* contra ipsorum capitulorum tenorem omissa sunt, atque in cap. 5. *εἴτε*, quod Vaticani Codicis proprium est, manifesto corruptum est. Cumque et maxima collectionis pars in hoc libro exciderit, descendendum mihi erat ad Parisiensium Codicum auctoritatem, quos tamen est ubi in eandem corruptelam consentire videas. Sic cap. 23. *πασῶν* pro *πάντων* Parisienses libri habent ad unum omnes; sic cap. 5. *πᾶσι* pro *παισὶ* exhibent; sic denique cap. 51. *εἰ* pro *τοὺς* ibidem habetur. Quo in genere cum ad genuinam Novellarum orationem descendendum mihi esset, in reliquis fere Codicum 1324. et 1334., qui ubique in eandem rem consentiunt, ideoque uno numero, hoc est, 1324. in varietate scripturae adnotanda designantur, fidem secutus sum. Quamquam ne hi quidem reliqua ex parte errorum immunes fuerunt. Uterque enim in praefatione *ἐκφωνηθέντων* pro *ἐκφωνηθεισῶν*; indicis cap. 34. *ἐπισκοπὴν* pro *ἐπιτροπὴν*; denique cap. 25. his locis, quos p. 217. not. 63. et 64. indicavi, aliquot verba omittit, quae tamen et in reliquis codicibus manuscriptis habentur et Novellae 131. cap. 10. oratione confirmantur. Itaque et reliquorum librorum auxilio carere nolui, quamquam et hi plus minus corrupti sunt. Certe Parisiensis 1320. in praefatione *ἐκφωνηθέντων* habet; indicis cap. 73. *ὑποβληθεῖσα* pro *ὑπομνησθεῖσα* dat; cap. 6. *θεῷ* male omittit; cap. 8. *ἀρχὴ* pro *ἀρκεῖ* dat; cap. 45. voces *ἢ ὑποδιακόνῳ* non habet. Caret tamen interpolationibus, quales in Codice Parisiensi 1355., qui typothetae errore aliquando 1357. nuncupatur, multis locis deprehenduntur. Ad hoc genus haec fere revocanda sunt: operis titulus *αἱ διατάξεις τοῦ εὐσεβεστάτου αὐτοκράτορος Ἰουστινιανοῦ*; praef. *τῶν ἁγίων* pro *ὁσίων*; cap. 6. *ἔχειν* pro *εἶναι*; cap. 14. *ἢ ἕτεροι εὐαγεῖς ὦσιν οἶκοι* pro *ἢ ὅσα τοιαῦτα*; cap. 28. *τῷ λαῷ* pro *τῇ βουλῇ*; cap. 52. *ἰδιοκτήτων* pro *castrensibus peculiis;* cap. 73. *οἰκείων* pro *ἰδίων*. Neque illud praetereundum censeo, quod ea, quae genuina orationis verba sunt, plane omittat, neque alio corruptelae genere destitutus sit. Ad illud, quod primo loco commemoravi, genus haec fere pertinent: cap. 8. *εἰς ἄσκησιν*, cap. 1. *θεοῦ* abest. Ad hoc, quod ultimo loco posui, haec referas: cap. 1. *οὗτος* pro *οὕτω*, cap. 10. *δανεισάμενος* po *δωρησάμενος*, cap. 13. *νοουμένων* pro *ὠνουμένων*, cap. 28. *πράγματα* pro *γράμματα*, cap. 82. *ἀχρήστους* pro *ἀχαρίστους*. Non contemnendum criticae artis et disciplinae auxilium ex Pseudo-Iohannis Nomocanone, quem plenioribus nostrae collectionis libris manuscriptis usum esse iam su-

54) l. l. p. 167—173. 55) In bibliotheca iuris Orientalis lib. III. cap. 13. tom. III. p. 450—474. 56) In libro: *Die Geschichte der Novellen* p. 585—597. 57) In bibliotheca iuris canonici tom. I. p. 660—672. 58) Vide cap. 1., 12., 13., 14., 21., 22., 27., 28.

pra vidimus, petendum erat, praesertim cum Codici Vaticano multis in locis consentiat, si quando acciderit, ut reliqui codices manuscripti aliud quid praeferant. Sic cap. **1.** Io. et Vat. *προσκυνητοὶ* pro *προσκυνούμενοι* habent; sic cap. **5.** in utroque libro *οὐκ* ante *αὐτεξουσίου* deest; sic cap. **9.** *ἰδιωτικὸν* pro *ἰδιώτην* ibidem habetur; sic cap. **13.** *ὡρισμένον* pro *ἄριστον* uterque liber habet; sic cap. **85.** ibidem *αὐτῷ* pro *αὐτῶν* positum est; denique cap. **86.** post *τούτου* verba *οὐ μόνον* interponuntur. Est tamen, ubi et ipse Nomocanonis scriptor satis corruptam scripturam sequatur. Sic cap. **13.** *οὐδὲν δεόντων* pro *οὐ δεδιότων*; cap. **14.** *σύνεσιν* pro *συναίνεσιν*; cap. **19.** *διορίζεσθαι* pro *διαρίζεσθαι*; cap. **20.** *ἀδιορίστους* pro *ἀδιαρίστους*; cap. **22.** *νεαρᾶς Ῥώμης* pro *νέας Ῥώμης*; cap. **27.** *πρόσοδον* pro *πρόοδον*; cap. **50.** *καταλεγῆναι* pro *καταταγῆναι*. Idemque liber est ubi lacunas, quas reliqui libri non habent, praeferat. Sic omissa sunt cap. **10.** verba *ἢ κατὰ προγαμιαίαν δωρεάν*; caput **14.** *καὶ μισθώσεσι*; cap. **33.** *ἐπίσκοπον*; cap. **37.** voces *ἢ εἰς οἱανδήποτε θέαν τοῦ θεωρῆσαι χάριν παραγενέσθαι*; cap. **77.** verba *εἰ δὲ μὴ γνωρίζηται, οἱᾳδήποτε ὑπόκειται τύχῃ*; cap. **85.** *καὶ τοὺς μετασχόντας αὐτῶν*. Neque desunt exempla corruptelae, quae ex interpolatione enatae est. Sic cap. **8.** *πληρωθέντος* pro *παρελθόντος* habetur; sic cap. **42.** *ἰδίαν* pro *οἰκείαν* legitur; sic denique cap. **3.** *καθισταμένης* pro *ἑλκομένης* in Parisiensi Nomocanonis codice habetur, quamquam Oxoniensis liber cum reliquis nostrae collectionis manuscriptis codicibus *ἑλκομένης* praeferat. Itaque Nomocanonis auctoritati in nostrae collectionis contextu formando aliquid, non tamen nimium dandum fuit. Ad lubricum emendationis genus, nisi in manifesta loci corruptela, cui ex genuina Novellarum oratione medicina facile adhiberi posset, fere nunquam descendi, sed, ut et sic causas, quare emendarem, satis exponerem. *Iustelli* coniecturas, satis illas quidem insulsas, velut cap. **2.** p. **209.** not. **49.** *εἰς* pro *εἷς*, cap. **20.** p. **216.** not. **46.** *περιοῦσι* pro *προσοῦσι*, commemorare volui, ne quid ad externam operis formam deesse videretur. Ipsi operi LXXXVII capitulorum indicem ex antiquissimis libris haustum praeponere non dubitavi, cum Codicis Parisiensis **1355.** auctoritas tanti non sit, ut genuinum esse neges. Atque haec quidem habui, quae de hoc, quod in oratione nostri libri castiganda in integrumque restituenda secutus sum, consilio praefaret.

Restat, ut de utilitate, quam hic, quem edimus, Novellarum constitutionum liber in Iustiniani Novellis critica arte atque disciplina perpoliendis habiturus sit, disseramus. Ego satis habebo pauca huius rei exempla hoc loco in medium proferre. Ita Novella **46.** praef. *ἵνα τὸ συμφέρον τοῖς ἡμετέροις ὑπηκόοις ἐξευρίσκοιμεν, τὸ μὲν ἐκκεχυμένον καὶ ἄμετρον παύοντες, τὸ δὲ ἄριστόν τε καὶ μεμετρημένον ἀντεισφέροντες.* Sic Codex Venetus, Florentinusque et *Haloander*, *Scrimgerus*, *Spangenbergius*, *Osenbruggenius*. Vides autem *ἄμετρον* et *μεμετρημένον* sibi invicem opposita esse, quod item de *ἐκκεχυμνέον* et *ἄριστον* valere debeat. Iam vide, qualis sit *effusi optimique* oppositio? In quo illud quidem statim apparet, in *optimi* locum aliquid subrogandum, quod intra fines sese contineat suos. Cur non in contextum recipias collectionis LXXXVII capitulorum ex auctoritate *τὸ δὲ ὡρισμένον τε καί*. Sic enim cap. **13.** pr.: *τὸ μὲν ἐκκεχυμένον καὶ ἄμετρον παύοντες, τὸ δὲ ὡρισμένον καὶ μεμετρημένον ἀντεισφέροντες*, quam rem et Nomocanonis a Pseudo-Iohanne compositi appendix cap. **11.** in bibliotheca iuris canonici ed. *Iustelli* tom. I. p. **664.** confirmat, cum ita habeat: *τὸ δὲ ὡρισμένον καὶ μεμετρημένον ἀντεισφέροντες.* Quae res *Osenbruggenium*, novissimum Novellarum editorem p. **260.** praeterire non debebat. Vulgata tamen versio *ἄριστον* tuetur. Sic enim Codex Vindobonensis, qui inter Latinos iuris civilis libros numero **19.** relatus est: *quod autem optimum et meritum subrogantes*, ut tamen syllabae *tum* a secunda manu vox *est* imposita sit. Monacensis Codex, qui inter iuris civilis codices pergamenos numero **10.** relatus est, eandem rem confirmat. Sic enim illic: *quod autem optimum et meritum subrogantes*, ut tamen litterae *r*, quae vocis *meritum* est, littera *t* a secunda manu imposita sit. — Nov. **67.** pr. ex edit. *Spangenbergi* ita habet: *καὶ τὰ περὶ τῶν ἁγιωτάτων ἐκκλησιῶν πολλοῖς περιλαβόντες νόμοις, ἔτι καὶ ἑτέρου δεόμεθα πρὸς τὰς ἀνακυψάσας τῶν ὑποθέσεων, καὶ αὖθις ἀναφυομένας ἀρχοῦντος.* Non contemnendum tamen, quod cap. **27.** nostrae collectionis habet Novellae emendandae auxilium: *ἀρχοῦντες*, quam rem et Nomocanonis appendix cap. **17.** apud Iustellium l. l. p. **669.** omni ex parte confirmat, cuius testimonium ab *Osenbruggenio* p. **321.** malo more commemoratum non est. Ita totius loci haec erit

sententia: *Alia tamen adhuc lege egemus, ut ad negotia, quae iam emerserunt et denuo renascuntur, sufficiamus.* Atque ex his, quae diximus, illud apparet, vocem *ἀρκοῦντες* verbo *περιλαβόντες* oppositam haberi, quae verborum oppositio omnimodo evertetur, si *ἀρκοῦντος* legamus. De vulgatae versionis auctoritate non satis constat. Sic enim Codex Vindobonensis: *adhuc etiam alia egemus ad exorta negotia et rus* (sic a prima manu; secunda correxit *rursus*) *ei mu emergentia sufficiente.* Codex Monacensis autem: *Adhuc etiam alia egemus ad exorta negotia et rursus emergentia sufficientia*, cum tamen secunda manus litteris *tia*, quod est delentis signum, puncta supposuerit, correxeritque *sufficiente.* Ita correctum videmus, quasi vetus Novellarum interpres *ἀρκοῦντος* habuerit, ut tamen non satis constet, an revera *sufficiente* scripserit. Quo in genere facile peccatur, cum praesertim littera *s*, in quam vox quaepiam desinat, in codicibus manu exaratis praecedenti litterae imponi soleat. — Nov. **123**. cap. **1**., qui episcopum eligunt, iubentur *ἐπὶ τρισὶ προσώποις ψηφίσματα ποιεῖν κινδύνῳ τῶν ἰδίων ψυχῶν καὶ ἕκαστον αὐτῶν ὀμνύναι κατὰ τῶν θείων λογίων καὶ ἐγγράφειν ἐν αὐτοῖς.* Sic Codex Venetus. In aliis autem huius Novellae exemplaribus verba *καὶ ἕκαστον αὐτῶν ὀμνύναι κατὰ τῶν θείων λογίων* defuisse, versio vulgata declarat, quae ex Codicis Vindobonensis auctoritate ita habet: *Mox in tribus personis decreta facere, propositis sacrosanctis evangeliis periculo suarum animarum dicentes in ipsis decretis.* Itaque veteris interpretis exemplar habuisse videtur: *ποιεῖν, προκειμένων τῶν ἁγίων εὐαγγελίων κινδύνῳ τῶν ἰδίων ψυχῶν, λέγοντας ἐν αὐτοῖς τοῖς ψηφίσμασιν.* Eiusdem farinae est, quod Iulianus antecessor in epitome Novellarum const. CXV. cap. **328**. haec habet: *in tribus personis decreta facere, propositis sanctis evangeliis, periculo animae suae, dicentes in ipsis decretis.* Quae res aperte collectionis nostrae testimonio confirmatur. Sic enim cap. **28**.: *ποιεῖν, προκειμένων τῶν ἁγίων εὐαγγελίων, κινδύνῳ τῶν ἰδίων ψυχῶν, ὡς οὐ διὰ δόσιν.* Atque etiam Athanasius tit. **1**. const. **2**. p. **4**. iusiurandum abesse satis significat. Sic enim ille: *προκειμένων τῶν ἁγίων εὐαγγελίων ψηφίσματα ποιῶσι, μαρτυροῦντες, ὡς* et reliqua. Vin' tu scire, unde Codicis Veneti interpolatio orta sit? Nimirum ex Nov. **137**. c. **2**., quae ita habet: *καὶ προκειμένων τῶν ἁγίων εὐαγγελίων ἐπὶ τρισὶ προσώποις ψηφίσματα ποιεῖν, καὶ ἕκαστον αὐτῶν ὀμνύναι κατὰ τῶν θείων λογίων καὶ ἐγγράφειν ἐν αὐτοῖς*, quae quidem in Basilicorum III. **1**. §. **8**. ed. *Heimbachi* tom. I. p. **93**. recepta sunt. Vide *Bienerum* in historia Novellarum p. **466**. Huius generis interpolationes et *Ἀνεκδότων* tom. I. p. XXXI. tetigi. — Denique cap. **14**. eiusdem Novellae: *εἰ δὲ μετὰ τὴν χειροτονίαν πρεσβύτερος ἢ διάκονος ἢ ὑποδιάκονος ἀγάγηται γαμετήν, ἐκβαλλέσθω τοῦ κλήρου καὶ τῇ βουλῇ καὶ τάξει τῆς πόλεως, ἐν ᾗ κληρικὸς ἦν — παραδιδόσθω.* Sic Codex Venetus. Verba *καὶ τάξει* Athanasius tit. **1**. const. **2**. non agnoscit. Sic enim: *πρεσβύτερος ἢ διάκονος γαμῶν τῇ βουλῇ μετὰ τῆς οὐσίας παραδιδόσθωσαν.* Praeterea voces *καὶ τάξει* apud Haloandrum, hoc est, in Codice Florentino non habentur. Quas nec vulgata versio agnoscit. Sic enim: *expellatur a clero et curiae civitatis illius, in qua clericus erat, — tradatur.* A nostra sententia stat et *Iulianus* antecessor in epitome Novellarum const. CXV. cap. **447**. *repellatur quidem de clero, curiae autem civitatis eius, in qua clericus erat, — tradatur.* Denique rem conficit totam nostrae collectionis testimonium. Sic enim cap. **46**.: *ἐκβαλλέσθω τοῦ κλήρου καὶ τῇ βουλῇ τῆς πόλεως, ὑφ' ἣν κληρικὸς ἦν, — παραδιδόσθω.* Itaque de *curiae* datione hoc loco intelligis actum esse, de *cohortali* conditione non item. Vin' tu scire, quemadmodum Codicis Veneti interpolatio orta sit? Nimirum ex Basilicis III. **1**. **27**. ed. *Heimbachi* tom. I. p. **100**. *ἐκβαλλέσθω τοῦ κλήρου καὶ τῇ τάξει τῆς πόλεως, ἐν ᾗ κληρικὸς ἦν, παραδιδόσθω.* Enimvero his, quibus Basilica compilata sunt, temporibus *curiae* municipiorum ne fuerunt quidem [59]), itaque, quae in Iustiniani Novella

---

59) Vide Leonis Novellam 46. ibique *Spangenbergium* p. 720. A. Hinc factum, ut, quae ad curiales pertinent, in Basilicis compilandis omissa sint ad unum omnia. Anonymi *διαίρεσις τῶν νεαρῶν Ἰουστινιανοῦ* p. 235. *διότι τὰ περὶ βουλευτῶν οὐκ ἐδέχθη τὸ παράπαν παρὰ τῶν τὰ βασιλικὰ ἐκθεμένων.* Psellus in Synopsi legum vers. 441. *αἱ δὲ ἤργησαν, ἀλλοίωσιν τοῦ βίου δεξαμένου, οἷον τὰ περὶ βουλευτῶν.*

de *curia* dicta erant, a Basilicorum architectis in *τάξιν* tacito translata sunt. Qui Venetum Novellarum Codicem conscripsit, Basilicorum emendationem una cum genuina Novellae scriptura in contextum recepit, exinde illa *καὶ τῇ βουλῇ καὶ τάξει τῆς πόλεως* orta sunt. Verum haec, quae adhuc attulimus, exempla sufficere videntur, ut, qualis quantaque sit nostrae LXXXVII capitulorum collectionis in genuina Novellarum oratione formanda et ad criticam artem ac disciplinam revocanda vis ac potestas futura, intelligatur.

CAPUT IV.

Σύντομος διαίρεσις τῶν νεαρῶν τοῦ Ιουστινιανοῦ.

Quem nunc editurus sum de Iustiniani Novellis libellum, is ex Codice Graeco, qui in Regia bibliotheca Parisiensi numero 1182. signatus est, haustus est. Is ex bibliotheca *Mazarini* Cardinalis in hanc, in qua nunc est, bibliothecam translatus est, id quod quidam fol. 1. A. notavit et compilatores catalogorum huius bibliothecae tom. II. p. 237. confirmarunt. Charta bombycina est, eiusque maxima forma. Quae paginae ab initio et a fine codicis non ita multum absunt, situ tinearumque morsu mutilatae sunt; reliquarum facies satis est pulchra. Est saeculi post Christum natum decimi quarti, calami usus perpetuus est, rubricae nullus. Ibi satis multae reperiuntur notae, quarum interpretatio adeo est aliquando difficilis, ut in describendis his, quae in usum converti posse videbantur meum, ne digitum quidem a codicis scriptura abeundum esse existimaverim. Longum est, singula, quae in hoc libro habentur, opuscula enumerare; quam rem compilatores catalogorum l. l. tom. II. p. 237—240. tetigerunt. Qui tamen in hoc a fide abiisse censendi sunt, quod his ipsis, de quibus retulerunt, libris Michaelis Pselli nomen praeposuere fere omnibus. Etsi enim in quibusdam scriptis id ipsum in codice manu exarato factum esse videmus, non tamen ita saepe factum est, ut, qui catalogos conscripserunt, statuerunt. Atque epistolas quidem, quae ibi habentur, huius Pselli esse epistolarum tituli satis confirmant. De his autem, qui nostram *διαίρεσιν* proxime praecedunt subsequunturque, libellis maior est dubitatio, quae res quoniam a catalogorum compilatoribus satis negligenter tractata est [1]), nunc latius dicetur. Inde a folio 180. A. usque ad fol. 180. B. libellus habetur, cuius hic est titulus: *τοῦ Ψέλ..... περὶ προτελ..... τῆς τῶν νομ.....*, ubi, quae punctis notata sunt, tinearum morsu deperdita sunt. Atque *τοῦ Ψέλλου*, vel, si cum *Bosquetto* [2]) facias, *τοῦ Ψελλοῦ* supplendum esse cum *Tannebergio*, primo *διαιρέσεως* editore [3]), statuere licebit. Quamquam codices Parisienses Graeci numero 478. et 2749. signati, qui quidem Michaëlis Pselli habent synopsin legum iambis vulgaribus conscriptam, uno ore praeferunt *Μιχαὴλ τοῦ Ψέλλου*. — Inde a folio 180. B. usque ad folium 181. B. libellus habetur, cuius hic est titulus: *περὶ τῆς τῶν ἀγωγῶν διαιρέσεως*. — Inde a folio 181. B. usque ad folium 182. A. est *περὶ καίνων* (leg. *καινῶν*) *δογμάτων καὶ ὅρων τῶν ῥωμαιστὶ λεγομένων λέξεων*. — Inde a folio 182. A. usque ad folium 182. B. *περὶ κονδικτικίων κοινῶς πάντων καὶ περὶ ἀγωγῶν διαιρέσεως*. — Inde a folio 182. B. usque ad folium 183. A. *περὶ διγέστων διαιρέσεως*. — Inde a folio 183. A. us-

---

1) Catalogi bibliothecae regiae Parisiensis tom. II. p. 239. *105. Eiusdem (Michaelis Pselli) introductio ad legum scientiam. 106. Idem de actionum divisione. 107. De condictitiis generatim omnibus et de actionum divisione. 108. Idem de novis constitutionibus et de verborum Latinorum ad ius pertinentium significatione. 109. De Digestorum divisione. 110. Eiusdem compendiaria divitio Novellarum Iustiniani. 111. Eiusdem versus politici de omnibus disciplinis ad Michaelem Ducam imperatorem, quas eius pater idemque imperator scribere iussit, ut filius minore negotio scientiis operam daret.* 2) Ad Pselli *ποίημα νομικὸν* vers. 1. in *Meermanni* thesauro iuris civilis et canonici tom. I. p. 65. A. 3) *Pselli* de Iustiniani Novellis libellum Graece scriptum cum versione Latina, notis atque excursibus ex litteris b. *Tanneberg* edidit D. *Albertus Berger* (Lipsiae 1836).

que ad folium 184. B. *περὶ διαφόρων νομίμων.* — Inde a folio 184. usque ad folium 185. A. *σύντομος διαίρεσις τῶν νεαρῶν τοῦ Ἰουστινιανοῦ.* — Inde a folio 185. B. notum illud *Michaelis Pselli* ad *Michaelem Ducam* de arte grammatica et orthographia carmen habetur, cuius titulus hic est: *τοῦ αὐτοῦ Ψελλοῦ σύνοψις διὰ στίχων σαφῶν καὶ πολιτικῶν περὶ πασῶν τῶν ἐπιστημῶν γενομένη πρὸς τὸν εὐσεβέστατον μ̅λ̅* (leg. *βασιλέα*) *κυρὸν Μιχαὴλ τὸν Δοῦκαν ἐκ προστάξεως τοῦ πατρὸς αὐτοῦ καὶ μάλιστα, ὥστε διὰ τῆς εὐκολίας καὶ ἡδύτητος ἐνεχθῆναι τοῦτον εἰς τὴν μάθησιν τῶν ἐπιστημῶν*, cuius carminis initium hoc est: *Μελέτω σοὶ γραμματικῆς καὶ τῆς ὀρθογραφίας.* Quae cum ita sint, *Tannebergius*[4]) nostrum, quem edimus, librum eiusdem Pselli esse iudicavit. Cum enim is, quem ultimo loco commemoravimus, libellus ex omnium omnino virorum doctorum consensu Psello Michaeli tribuatur[5]), quam rem et ipse, qui in nostro codice habetur, libri titulus confirmat, ad eundemque Psellum illud quoque, quod inde a folio 180. A. usque ad folium 180. B. habetur, opusculum referendum sit, vix ac ne vix quidem dubitandum censuit, quin hi, qui inter utramque rem interiecti sunt, libelli eiusdem scriptoris sint. Sic autem sibi vir doctissimus persuasit, in his librorum titulis nomen scriptoris ideo praetermissum videri, quod codicis scriptor eiusdem eos scriptoris esse pro certo videretur posuisse. A qua *Tannebergi* opinione vir clarissimus *Wittius*[6]) dimoveri se passus est. Cui etsi non omnia, quae protulit, argumenta assentior, tamen illud concedo, magis esse, ut hunc librum Psello Michaeli non tribuamus. Cuius iudicii haec redditur ratio satis, ut opinor, idonea, quod, si *Tannebergi* coniecturam approbemus, ipsum sibi Psellum pugnare voluisse credamus oportebit. Quod quale sit, nunc explicandum est. Qui nostrum librum conscripsit, Iustiniani Novellas trifariam partiri voluit. Ac primum quidem Iustiniani Novellas, quae in Basilicis ex parte collocatae sint, ex parte non sint, quia vel ab aliis Novellis tollantur, vel latius explicentur, quasi quodam indiculo comprehendere voluit; deinde constitutiones, quae in Basilicis omnino non sunt receptae una serie collocavit[7]), iisque etiam leges, quae Iustiniani non sunt, receptas illas tamen in CLXVIII Novellarum corpore connumeravit; denique illas leges, quae in Basilicis collocatae sunt quidem, sed in desuetudinem abierunt, retulit[8]). In quo genere explicando a nostri libri scriptore id actum esse animadvertimus, ut omnes omnino Novellas, quae in hunc censum devocari possunt, oratione complecteretur sua. Quas autem hoc loco retulisse reperitur Novellas 3., 8., 13., 14., 15., 16., 17., 20., 27., 28., 29., 30., 31., 36., 37., 59., 80., 85., 102., 103., 130., 152., harum catalogus aliquantum abit ab hac serie, quam Psellus Michael in poëmate nomico exhibere voluit. Sic enim vers. 436. ex ed. Bosquetti: *Μὴ πάσας δ' οἴου, δέσποτα, τὰς νεαρὰς εὐχρήστους·* | *αἱ μὲν γὰρ οὐκ ἐτέθησαν τοῖς Λέοντος βιβλίοις,* | *ὧν ἡ μὲν γνῶσις ἀσφαλής, βασιλικὴ δὲ ἡ κλῆσις·* | *αἱ δὲ εἰ καὶ κατεστρώθησαν, ἐσχόλασαν τῷ χρόνῳ·* | *αἱ δὲ ἤργησαν ἀλλοίωσιν τοῦ βίου δεξαμένου·* | *οἷον τὰ περὶ βουλευτῶν* (Nov. 38., 101.), *τὰ περὶ τῶν πραιτώρων* (Nov. 13.), | *τὰ περὶ μοδεράτωρος* (Nov. 102.), *τὰ περὶ κοιαιστώρων* (Nov. 80.), | *τὰ περὶ τῶν ἐπαρχιῶν τῶν ἀπηριθμημένων* (fortasse Nov. 24—31.), | *ὅσα κατὰ συναίνεσιν τὸν γάμον διαιροῦσι* (Nov. 140.), | *τὰ περὶ συγχωρήσεως λοιπάδων δημοσίων* (Nov. 148.), | *τὰ περὶ τῶν ἐκκλήτων τῶν ἐν τῇ Σικελίᾳ* (Nov. 75—104.), | *τὰ περὶ τοῦ μὴ γίνεσθαι οἴκοι τὰς λειτουργίας* (Nov. 58.), | *τὰ περὶ τοῦ διηνεκῶς ποιεῖν τὰς ἐμφυτεύσεις* (Nov. 120., qua Novella septima sublata est), | *τὰ περὶ τῶν ἐν Ἀφρικῇ θείων ἀφιδρυμάτων* (Nov. 37.). Quae ut recte intelligantur, admo-

---

4) l. l. p. VII. 5) Vide *Fabricii* bibliothecam Graecam edit. Harlesi tom. X. p. 70. 6) In censura libri a *Tannebergio* editi in libro: *Kritische Jahrbücher für deutsche Rechtswissenschaft, herausgegeben von Richter* 1837. tom. I. p. 391—393. 7) P. 234. *ποῖαι ἐκ μέρους κατεστρώθησαν, ἐκ μέρους δὲ οὐκ ἐγράφησαν, διὰ τὸ τὰ πλείω τούτων ὑφ' ἑτέρων νεαρῶν ἢ ἀνῃρῆσθαι ἢ πλατύτερον ἑρμηνεύεσθαι.* Item p. 235. *αἱ μὲν οὖν ἐκ μέρους κατεστρωμέναι αὗται, καὶ ὧν τὰ μὴ καταστρωθέντα κεφάλαια ὑφ' ἑτέρων νεαρῶν ἢ ἀναιρεῖται ἢ μετατυποῦται ἢ πλατύτερον ἑρμηνεύεται.* 8) P. 234. *ποῖαι μὲν τῶν νεαρῶν Ἰουστινιανοῦ νομοθεσιῶν οὐ κατεστρώθη ἐν τοῖς λεγομένοις βασιλικῶν βιβλίοις.* P. 235. *αἱ δὲ μηδ' ὅλως καταστρωθεῖσαι εἰσὶν αὗται.* P. 236. *αὗται μὲν οὖν εἰσὶν αἱ μὴ καταστρωθεῖσαι νεαραὶ καὶ εἴτις τούτων κατεστρώθη, οὐκ ἔστι δὲ τῶν τοῦ Ἰουστινιανοῦ νεαρῶν νομοθεσιῶν.* 9) P. 234. *ποῖαι δὲ κατεστρώθησαν μέν, γεγενήκασιν δὲ ἄχρηστοι.* Pag. 236. *αἱ δὲ τεθεῖσαι μὲν ἐν τοῖς βασιλικοῖς, ὑπὸ δὲ ἀχρηστίας σχολάσασαι εἰσὶν αὗται.* Item paullo post: *αὗται μὲν οὖν καὶ* (leg. *αἱ*) *καταστρωθεῖσαι νεαραὶ τοῦ Ἰουστινιανοῦ, ἀχρηστεύσασαι δέ.*

nendus es, hunc constitutionum Novellarum catalogum non tantum ad illa *αἱ δὲ ἤργησαν, ἀλλοίωσιν τοῦ βίου δεξαμένου* referri, verum etiam ad superiora illa *αἱ μὲν γὰρ οὐκ ἐτέθησαν τοῖς Λέοντος βιβλίοις* et *αἱ δὲ εἰ καὶ κατεστρώθησαν, ἐσχόλασαν τῷ χρόνῳ*. Hoc enim et totus sententiarum, quae apud Psellum habentur, contextus docet, et haec, quae in catalogo relata sunt, Novellarum exempla satis declarant. Sic, ut paucis defungar, *τὰ περὶ βουλευτῶν*, quibus verbis Novellae 38. et 101. significantur, in Basilicis ne sunt quidem collocata. Sic enim noster scriptor p. 235.: *αἱ δὲ μηδ' ὅλως καταστρωθεῖσαι εἰσὶν αὗται. οὐδὲ ἡ λη'. νεαρὰ κατεστρώθη — οὐδὲ ἡ ρα'. ἡ περὶ βουλευτῶν* [10]). Item haec *ὅσα κατὰ συναίνεσιν τὸν γάμον διαιροῦσι*, ubi Novella 140. significatur, in Basilicis posita non sunt. Idem scriptor p. 235.: *οὐδὲ ἡ ρμ'. νεαρά, ἥτις ἐπιγέγραπται κατὰ συναίνεσιν λύειν τὸν γάμον* [11]). Denique illa *τὰ περὶ τοῦ μὴ γίνεσθαι οἴκοι τὰς λειτουργίας*, quibus Novella 58. designatur, in Basilicis nunquam fuerunt. Sic enim l. l.: *οὐδὲ ἡ νη'. ἡ περὶ τοῦ μὴ γίνεσθαι οἴκοι λειτουργίαν λέγουσα* [12]). Itaque non assentior *Wittio*, qui totum hunc Novellarum constitutionum, qui apud Michaëlem Psellum habetur, catalogum ad ultimam enuntiationis partem *αἱ δὲ ἤργησαν — δεξαμένου* retulerit, itaque Novellas in Basilicorum libris receptas, sed, quae in desuetudinem abierint, hoc numero comprehendi solas palam pronuntiaverit [13]). Quae cum ita sint, comparanti cuique utriusque rei catalogum, et qui apud nostrum scriptorem, et qui apud Michaëlem Psellum habetur, non dubito, quin aliqua diversitatis ratio eluceat. Ac primum quidem, quae verbis *τὰ περὶ τοῦ διηνεκῶς ποιεῖν τὰς ἐμφυτεύσεις* significatur Novella centesima vigesima, in Basilicis [14]) collocata est quidem, itaque inter has, quae a Michaële dicantur in desuetudinem abiisse, referenda est. Atqui nostri, quem edimus, libri scriptor, qui tamen in hoc genere illustrando diligentissimus esse voluit, hanc legem inter eas, quae cum in Basilicis collocatae essent, non usu tamen in desuetudinem abierunt, Novellas non retulisse reperitur. Reliqua huius diversitatis argumenta, quae *Wittius* [15]) ex Novella 38. et 148. repetere voluit, ita sunt comparata, ut praeiudicata illa opinione, quam supra in Pselli verbis interpretandis refutavimus, nitantur, quae hoc loco ut refutentur, opus non est. Neque tamen dubito, quin, quicunque in hanc, quam explicuimus, diversitatis rationem intueatur, nostrum, quem edimus, libellum Michaëli Psello abiudicaturus sit, cum praesertim ista huius libelli cum reliquis Pselli scriptis in Codice Graeco Paris. 1182. coniunctio tanti non sit, ut ad *Tannebergi* sententiam confirmandam exinde multum ponderis accedere videatur. — In reliquis, quae noster scriptor adnotavit, generibus persequendis adeo sibi non constitit, ut, quae ad aliam rubricam pertinent, ad aliam retulerit. Sic p. 234., cum Novellas in Basilicis ex parte positas, ex parte omissas persequeretur, Novellam quinquagesimam commemoravit, quam ne ex parte quidem in Basilicis fuisse ipse significat [16]) et paullo post idem confirmat [17]). Imo, quod mireris, usque adeo negligentiae processit, ut vel geminatas, quae semel certe quidem in Basilicis receptae sunt, Novellas utroque loco in Basilicis collocatas esse negaverit. Sic cum in corpore CLXVIII Novellarum constitutio LXXV., quae *περὶ τῶν ἐκκλήτων Σικελίας* est, et CIV., quae *περὶ τοῦ πραίτωρος Σικελίας* est, eiusdem legis exemplaria sint, noster scriptor utramque legem in Basilicis plane non esse positam satis significat [18]), quum tamen et in nostris Basil. IX. 2. 5. ed. *Heimbachi* tom. I. p. 450. habeatur, et solam Novellam LXXV. in Basilicis compilandis praetermissam esse reliqui iuris Graeci interpretes uno ore omnes memoriae prodiderint [19]).

De aetate nostri libri, qui epistolae formam prae se fert [19]), iudicaturo mihi illa, quam *Wittius* [21]) proposuit, coniectura arridet. Cum enim in Codice Parisiensi cum his libris *περὶ τῆς*

10) Vide *Bieneri* librum: *Die Geschichte der Novellen* p. 447. et 460. 11) Vide *Bienerum* l. l. p. 470. 12) Vide *Bienerum* l. l. p. 451. 13) l. l. p. 391 et seq. 14) Vide *Bienerum* l. l. p. 465. 15) l. l. p. 392. 16) *ἡ δὲ πεντηκοστὴ νεαρὰ ἡ περὶ ἐκκλήτου οὐκ ἐτέθη εἰς τὰ βασιλικά, ὡς τὰ αὐτὰ λέγουσα τῇ μα'. νεαρᾷ.* 17) p. 235. *αἱ δὲ μηδ' ὅλως καταστρωθεῖσαι εἰσὶν αὗται — οὐδὲ ἡ ν'., ὡς εἴρηται.* 18) p. 235. *οὐδὲ ἡ οε'. ἡ περὶ ἐκκλήτων Σικελίας — οὐδὲ ἡ ρδ'. ἡ περὶ τοῦ πραίτωρος Σικελίας.* 19) Vide *Bienerum* l. l. p. 455. 20) p. 237. *ἀλλ' ἀρκεῖ καὶ ταῦτα μέτρῳ ἐπιστολῆς* Huc pertinent et illa p. 234.: *ἐδεήθης μαθεῖν παρ' ἡμῶν.* 21) l. l. p. 392.

τῶν ἀγωγῶν διαιρέσεως, περὶ διγέστων διαιρέσεως, qui quidem iam saeculo post Chr. natum decimo in appendicem Synopseos Basilicorum recepti sunt [21]), coniunctus esse reperiatur, ad antiquiora Michaële Psello tempora referendus esse viro doctissimo visus est. Cumque Psellus Novellam CXX. in Basilicis quidem collocatam esse, at non usu in desuetudinem abiisse significet, quam tamen constitutionem nostri libri scriptor ab usu nondum recessisse auctor sit, vix ac ne vix quidem dubitandum est, quin noster scriptor ad antiquiora Psello tempora referendus sit. Huc accedit, quod initio operis Basilicorum cum quadam quasi praefatione mentio facta est [22]), quae res ad illa, quibus hoc nominis novum erat neque ita saepe auditum, tempora pertinet. Atque illud, quod de nostri scriptoris erroribus supra adnotavimus, magis est, ut ex horum temporum, ubi Basilica iureconsultorum Graecorum manibus non ita terebantur, ratione melius explicetur, quam ex horum, quibus Basilica, remotis iuris Iustiniani libris, sola pro lege habebantur, disciplina. Denique, quae ad finem nostri libelli p. **236.** sententiae paradoxae ex Novellis constitutionibus praeter epistolae rationem allatae sunt, et ipsae tunc, quo hic liber conscriptus est, puros putos iuris Iustiniani fontes legis vicem habuisse satis declarant, qua re decimum p. Chr. n. saeculum significatur.

In conficiendo opusculo noster scriptor CLXVIII Novellarum collectionem secutus esse reperitur. Quam quidem collectionem ad eundem fere modum, quo in Veneto Novellarum Codice habetur, digestam habuit, cum Novellam CXL. in Novellarum lato contextu non habuerit, cum sit Iustini eius, qui post Iustinianum imperavit [23]), quemadmodum nec CLXI., quippe quae Tiberii tertia sit constitutio [24]) Hunc Novellarum Codicem *τὸ πλάτος τῶν νεαρῶν* nuncupavit [25]). Singulas Novellas ad CLXVIII corporis ordinem numeris distinxit; unam, cuius esset, ignoravit [26]), quod libri manuscripti hiatu factum esse potest.

Restat, ut, quas leges in opusculi contextu formando ad artemque et disciplinam criticam exigendo observaverim, paucis exponam. In quo *Tannebergi* fere vestigia legi, ut tamen aliqua, quae ipse non recte ex operis contextu eiecerat, in pristinum statum reducerem. In notis variam editionis scripturam adnotavi, additis *Zachariaei* coniecturis, perpaucis illis quidem, sed optimis. Versionem Latinam confeci novam; editoris enim displicebat.

CAPUT V.

Novellarum Iustiniani index Reginae.

Quem edimus Iustinianarum Novellarum indicem, Reginae nomine nuncupatum, haustus est ex Codice, qui inter Graecos bibliothecae Regiae Parisiensis libros hodie numerum **1349.** praefert, olim **1840.** signatus erat. Est membranaceus [1]), saeculi, ut et catalogorum confectoribus placet, undecimi exeuntis, foliisque **238.** constat. Complectitur inde a folio **1.** usque ad folium **6. B.** indicem librorum XLV., XLVI., XLVII., XLVIII., XLIX., L. ex nostris Basilicis, ab illo, quem *Fabrotus* exhibere voluit, plane diversum, atque illius, quem frater in Basilicorum tom. I. pag.

---

21) Vide *Witti* tractatum: *Ueber die Novellen der Byzantinischen Kaiser* in libro: *Zeitschrift für die geschichtliche Rechtswissenschaft herausgegeben von Savigny* tom. VIII. p. 179. 22) p. 234. *οὐ κατεστρώθη ἐν τοῖς λεγομένοις βασιλικῶν βιβλίοις.* 23) p. 235. *οὐδὲ ἡ ρμ'., ἥτις ἐπιγέγραπται κατὰ συναίνεσιν λύειν τὸν γάμον, αὕτη δὲ οὐδὲ εἰς τὸ πλάτος ἐγράφη τῶν νεαρῶν, ὡς οὖσα Ἰουστίνου τοῦ μετὰ τὸν Ἰουστινιανὸν βασιλεύσαντος.* 24) p. 236. *οὐδὲ ἡ ρξα'. κατεστρώθη ἐν τοῖς βασιλικοῖς (ἔστι δὲ γ'. διάταξις τῶν νεαρῶν τοῦ Τιβερίου, οὐ κατεστρώθη δέ).* 25) Vide *Ἀνέκδοτα* tom. I. p. XXXI. 26) p. 236. *ἡ δὲ ρξε'. ἡ περὶ ἀπόψεως θαλάσσης κατεστρώθη μὲν ἐν βιβλίῳ νη'. τῶν βασιλικῶν, ἐν δὲ τῷ χύματι οὐ κεῖται, οὐδὲ εὑρέθη, τίνος ἐστίν.* 1) De hoc libro vide Catalogum Regiae bibliothecae Parisiensis tom. II. p. 301. et *Zachariaeum* in libro *αἱ ῥοπαί* p. 50—52.

XV—XX. ex Codicibus Coislinianis exhibuit, similiorem. Inde a fol. 7. A. usque ad folium 206. B. Basilicorum libri XLV., XLVI., XLVII., XLVIII., ita ut a *Fabrolo* editi sunt, habentur. Inde a fol. 207. A. usque ad fol. 233. A. Pseudo-Eustathii liber habetur, cuius hic est titulus: *περὶ χρονικῶν διαστημάτων ἀπὸ ῥοπῆς ἕως ἑκατὸν ἐτῶν*, qua de re *Zachariaeus*[2]) docte, ut solet, disputavit. Inde a folio 233. A. usque ad folium 236. B. de lege Falcidia et de metris geometricis tractatus habetur. Denique inde a folio 236. B. usque ad folium 238. *πίναξ τῶν νεαρῶν*, quem edimus, habetur. Is ad CLXVIII. Novellarum collectionem conformatus est totus, ut tamen unicuique legi locus Basilicorum, in quo Novella constitutio relata est, vel adscriptus vel superscriptus sit. Qua in re accidisse videmus, ut, si Basilicorum loci plures afferendi essent, plus, quam per singulos versus licebat, spatii a scriba librario relictum sit; quae res argumento est, hos Basilicorum locos iam in authentico, unde noster codex transscriptus est, exemplari Novellarum indici adiectos fuisse. Ipsa Novellarum series litteris paullo maioribus, quam Basilicorum loci, perscripta est; utramque tamen scripturam ab eadem manu profectam esse videas. Ultima codicis folia situ corrupta sunt, quae res in caussa est, ut pars numerorum rubricarumque hodie legi nequeant. Olim, ut catalogorum confectores adnotarunt, Mediceus fuit, quod de Catharinae, ex gente Medicea ortae, bibliotheca interpretandum esse censeo. Etenim initio Codicis manu *Devarii,* qui Reginae a bibliotheca fuit, quam manum V. Ill. *Hasius* agnovit, quaedam adscripta sunt, neque de *Iacobo Cuiacio* dubitandum, qui ex hoc libro, quem Reginae[3]) esse testatus est, nostrum Iustinianarum Novellarum indicem Pseudo-Eustathiique de diversis temporum intervallis librum[4]) edidit.

De temporibus, ad quae noster Novellarum index referendus sit, si quaeritur, illud quidem ante omnia tenendum est, diversam esse ipsius indicis et adnotationum ad eum adiectarum rationem. Has enim posterioribus temporibus ortas esse ipsa codicis, quo utrumque continetur, natura indolesque satis significat. Ac primum quidem hae adnotationes neque uno tenore cum ipsa indicis oratione coniunctae sunt, verum uniuscuiusque Novellae titulo vel impositae vel ita adscriptae, ut in eo, unde noster liber transscriptus est, exemplari ab initio non fuisse facile tibi persuadeas. Deinde mihi non satis liquet, quare a nostri codicis calligrapho in quibusdam locis plus, quam per singulos versus licebat, spatii adnotatione illa replendi relictum fuerit, nisi eandem rem in authentico, unde noster liber descriptus est, exemplari eodem modo fuisse coniiciamus. Denique non desunt, ut opinor, causae satis idoneae, ex ipsa indicis indole deductae, quibus te ad hanc opinionem adduci facile patiare. Cum enim noster indicis compilator CLXVIII Novellarum seriem ordinemque sequi instituerit, ab ea re ita tamen eum recessisse videmus, ut, quae in nostris Novellarum exemplaribus est Novella sexagesima octava, eam sexagesimae nonae loco collocaverit, quaeque in nostris editionibus est sexagesima nona, in prioris locum substituerit. Sic enim index p. 241.: *ξη'. περὶ τοῦ πάντας ὑπακούειν τοῖς ἄρχουσι. ξθ'. περὶ τῆς διατάξεως τῶν διαδόχων*, cum tamen in vulgatis Novellarum CLXVIII. editionibus sic habeatur: *ξη'. ὥστε τὴν διάταξιν τοῦ εὐσεβεστάτου βασιλέως τὴν ἐπὶ ταῖς διαδοχαῖς τῶν γαμικῶν κερδῶν τὰ ἐξ ἀπαιδίας εἰσάγουσαν κέρδη κρατεῖν ἐν τοῖς μετὰ τὴν διάταξιν συμμείνασι φάκτοις, ἐπὶ δὲ τοῖς πρὸ αὐτῆς τὴν Λέοντος διάταξιν χώραν ἔχειν. ξθ'. περὶ τοῦ πάντας ὑπακούειν καὶ πείθειν τοῖς ἄρχουσι τῶν ἐπαρχιῶν καὶ ἐπὶ ἐγκλήμασι καὶ ἐπὶ χρήμασι, κἀκεῖ τὰς ὑποθέσεις ἐξετάζεσθαι, μηδενὸς ἐξῃρημένου ἀπὸ προνομίου τινὸς χωρὶς θείου πραγματικοῦ τύπου.* Atqui *σύντομος διαίρεσις τῶν νεαρῶν*, quam saeculo p. Chr. n. decimo conscriptam esse capite IV. docui, in collectionis, quae ex CLXVIII. Novellis constitutionibus constat, exemplaribus hanc, quae in nostris exemplaribus habetur, constitutionum seriem certam indubitatamque fuisse satis testatur. Sic enim illa p. 235. *οὐδὲ ἡ ξη'. ἡ περὶ διατάξεως τῶν διαδοχῶν, οὐδὲ ἡ οδ'.* Itaque dubitandum non est, quin noster, quem edimus, Novellarum index ad antiquiora tempora referendus sit.

---

2) l. l. p. 51. et p. 93—95. 3) In expositione Novellarum constitutionum init.: *Index vero titulorum quia non erat certus, elegi ex Reginae bibliotheca breviorem aptioremque ceteris et hac pagina statim ut exprimeretur, curavi. Fuit Graecus, sed Latinum exhibere malui.* 4) Vide *Zachariaeum* l. l. p. 50. et seq.

Transeo ad aliam huius disputationis partem, hoc est, ad historiam argumentorum, quae in nostro indice habentur, enarrandam. Atque in his quidem CLXVIII. Novellarum libris illa Novellarum argumenta, quae nec cum indice nostro consentiunt et ex Athanasii de Iustiniani Novellis commentario maximam partem hausta sunt[5]), relata esse videmus. In vetustioribus tamen, quae nostram CLXVIII. collectionem habebant, exemplaribus eam rem aliter sese habuisse, ex eadem, quam supra diximus, Iustinianarum Novellarum descriptione discimus. *Σύντομος διαίρεσις* enim ita saepe cum his, quae in nostro indice referuntur, Novellarum argumentis consentit, ut, cum et haec CLXVIII Novellarum seriem ordinemque sequatur, magnam horum, quae in nostro indice habentur, argumentorum partem etiam in eo exemplari, unde *διαιρέσεως* scriptor deduxit sua, fuisse tibi persuadeas[6]). Contra ea apud eundem *διαιρέσεως* scriptorem inveniuntur, quae cum his, quae in nostro indice reperiuntur, Novellarum constitutionum argumentis aut non omni ex parte[7]) aut omnino non consentiunt[8]). Itaque dubitari non potest, quin, quae apud nostrum scriptorem referuntur, ex illis, quos in vetustissimis exemplaribus habuerunt, locis sensim deiecta et aliis, quae ex Athanasiano commentario hausta sunt, argumentis permutata sint. Quae res cum saeculo p. Chr. n. decimo in hoc, quem adhuc significavimus, statu fuerit, a nostro Reginae indice vel noni vel octavi p. Chr. n. saeculi antiquitatem praeferri facile videas.

Venio ad adnotationes ipsis Novellarum constitutionum argumentis adiectas, quas *Iacobus Cuiacius*, cum hunc libellum Latine ederet, praetermittere voluit omnes. Eas ita comparatas videmus esse, ut in unaquaque Novella referenda Basilicorum locus, ubi haec constitutio posita est, adnotatus esse reperiatur, qua in re nostrum indicis scriptorem summa cum diligentia versatum esse videmus. Certe ad Nov. 2. et 5. Basilicorum locos attulit, cum tamen in reliquis, qui apud *Bienerum*[9]) relati sunt, fontibus has leges in illo iuris corpore plane praetermissas esse adnotatum sit. Atque etiam, si quando una aliqua Novella in minutissimas quasque particulas distracta atque in diversis Basilicorum locis collocata fuit, hos tamen locos a nostro scriptore videmus satis diligenter adnotatos esse. Quamquam ne sic quidem omni ex parte reprehensione caret[10]). Plerisque in constitutionibus, quae in Basilicis praetermissae sunt, id ipsum a nostro scriptore adnotatum videmus hoc modo: *οὐδὲ αὕτη κεῖται*[11]), vel *οὐ κεῖται*[12]), vel *αὗται αἱ νεαραὶ οὐ κεῖνται ἐν τοῖς ἀνακεκαθαρμένοις βιβλίοις*[13]). Est tamen, ubi nihil plane adnotatum sit de Novellae constitutionis in Basilicis omissione[14]). Ex his, quae in medium protulimus, fortasse et de horum scholiorum origine constare poterit. Sunt enim, ni fallor, ex Basilicorum tabula, qualem Codex Coislinianus CLI.[15]) habet, deducta ad unum omnia. Praeterquam enim, quod ibi eodem, quo apud nostrum scriptorem modo Basilicorum capita ex Novellis deducta satis late describantur, illud etiam in hoc scripturae genere adnotatum reperitur, sitne tota Novella in Basilicis collocata[16]), quod idem apud nostrum indicis scriptorem relatum est[17]). Reliquas, quae in Basilicis desunt, Novellas ex aliquo huius rei indice, qualis in *διαιρέσει* vel post Tipucitum habetur, noster scriptor supplevisse videtur, ut tamen, si quando nihil de quapiam Novella adnotatum reperisset, et ad nostrum Novellarum indicem nihil quicquam adiicere voluerit. Quod quibus temporibus factum sit, in tanta rei obscuritate meum

---

5) Confer exempli gratia Nov. 2. cum Ath. tit. 10. const. 1. p. 112., Nov. 3. cum Ath. tit. 1. const. 9. p. 18., Nov. 5. cum Ath. tit. 1. const. 13. p. 20., Nov. 6. cum Ath. tit. 1. const. 1. p. 1., Nov. 7. cum Ath. tit. 2. const. 1. p. 26., Nov. 68. cum Ath. tit. 10. const. 4. p. 122. 6) Sic Nov. 6. argumentum, quod in indice Reginae habetur, cum his, quae in *διαιρέσει* p. 235. leguntur, consentit. Idem his locis factum esse videas: Nov. 17. (*διαιρ.* p. 236.) — Nov. 27—31., 36., 37. (*διαιρ.* p. 236.) — Nov. 40. (*διαιρ.* p. 235.) — Nov. 46. (*διαιρ.* p. 235.) — Nov. 74. (*διαιρ.* p. 234 et p. 235.) — Nov. 75. et 76. (*διαιρ.* p. 235.) — Nov. 85. (*διαιρ.* p. 236.) — Nov. 101. (*διαιρ.* p. 235.) — Nov. 102. et 103. (*διαιρ.* p. 236.) — Nov. 116. (*διαιρ.* p. 236.) — Nov. 127., 129. (*διαιρ.* p. 235.) — Nov. 130. (*διαιρ.* p. 236.) — Nov. 137. (*διαιρ.* p. 235.) — Nov. 165. (*διαιρ.* p. 236.) 7) Nov. 57., 61., 66. (*διαιρ.* p. 235.) 8) Nov. 16., 31. (*διαιρ.* p. 236.) — Nov. 105. (*διαιρ.* p. 235.). 9) In libro: *Die Geschichte der Novellen* p. 438 seq. 10) Vide Nov. 22. et *Bienerum* l. l. p. 443. et seq. 11) Nov. 46., 50., 69., 84. 140., 147. 12) Nov. 83., 98., 110., 129., 139. 13) Nov. 56. 14) Nov. 38., 58., 67., 74., 75., 76., 77., 101., 105., 106., 127., 141., 154. 15) Vide Basilicorum tom. I. ed. *Heimbachi* p. XV—XX. 16) Basil. I. 9. p. XV., 10. ibid., II. 6. p. XVI., IV. 1. ibid., V. 2. ibid., VI. 3. p. XVII., IX. 2. p. XIX. 17) Nov. 23. p. 238., 32. p. 239., 44. et 48. ibid., 59. p. 240., 61. ibid., 63. p. 241., 64., 68, 73., 82., 88. ibid., 90. p. 242., 91., 92., 94., 107., 108. ibid., 109. p. 243., 111., 113., 114. ibid., 120. p. 244., 122., 124., 126., 132., 133. ibid., 136. p. 245., 142., 146., 149., 150., 151., 152. ibid., 156. p. 246., 157., 158., 159., 160., 164., 166., 168. ibid.

non est iudicare. Quamquam illud pro certo et indubitato ponere licet, post saeculum undecimum hoc genus adnotationis compilatum non esse. Nam et codex, quem secuti sumus, huius saeculi antiquitatem praefert, et, quae ibi relicta sunt spatia vacua, hanc adnotationem ex vetustiori aliquo libro in hoc exemplar transscriptam esse satis loquuntur.

In editione indicis adornanda unica Codicis Parisiensis auctoritas sequenda fuit, notaeque, quae in hoc libro habentur, quod eius fieri potuit, typographorum arte exprimendae. Quarum notarum bonam partem, hoc est, si quando codicis scriptura dubitationem reciperet, corruptave esset, in operis contextu collocare non dubitavi. Ab emendatione fere semper me abstinui, ut tamen, quae in mendo cubabant manifesto, ex orationis contextu sustulerim hisque, quae in eum locum suffici debebant, permutaverim. Sed et sic in notis et Codicis scripturam et emendationis causam annotavi, ne quid absque causa idonea mutare viderer. In lacunis veteris exemplaris indicandis religionem adhibui, quam maximam potui, neque in replendis multum desudavi. Est enim hoc genus supplementi ita comparatum, ut in *Scrimgeri* et *Haloandri* editionem Novellarum intuenti cuique sponte obtingat. Basilicorum locos, qui in notis habentur, ex Codicis auctoritate ad suam quemque Novellam constitutionem revocavi. Qui loci si quando cum nostrorum librorum auctoritate minus consentiant, non ego hanc praeferendam duxi, verum in notis de istius rei diversitate admonui. Neque quicquam aliud ex criticae artis et disciplinae legibus fieri potuit, siquidem ad eam rem animum advertenti tibi multas huius varietatis causas rationesque praeter emendandi necessitatem reddi posse facile constabit. In translatione Latina conficienda eas, quas in Athanasii opere edendo mihi proposueram, leges sequendas duxi. Quae si quando a Graeca oratione propter emendationis causam abeat, interrogantis signum (?) addendum visum est. *Iacobi Cuiaci*, unius omnium doctissimi viri, translationem Latinam, postquam laborem exantlaveram meum, cum illa, quam ipse confeci, comparavi, eamque iusto contractiorem neque tali tantoque viro satis dignam esse deprehendi. Itaque huius viri exemplum secutus non sum, quamquam aliqua, quae in usum converti posse videbantur meum, transferre non dubitavi.

Si quaeritur, quaenam fata huius libelli apud recentiorum temporum iureconsultos fuerint, paucis defungi licebit. Ante *Iacobi Cuiaci* tempora de hoc Novellarum indice nemini videtur constitisse. Is in Reginae codice inventum eo, quo diximus, modo Latine publici iuris fecit, sed omissa Basilicorum mentione. Exinde usque ad nostra fere tempora apud nostrates altum ea de re fuit silentium. Qui primus nostris temporibus hanc rem attingere voluit, *Bienerus* [18]) nostrum libellum aliquot foliis alicuius codicis manuscripti, qui et alia comprehenderet, comprehendi coniecit, qua in re quam non a vero aberraverit, et ipse, cum Lutetiae Parisiorum anno post Chr. n. MDCCCXXX. commoraretur, vidit et nostra editio satis significat.

Nunc de utilitate, quam noster Novellarum index sit habiturus, paucis dispiciendum est. Neque illud, quod iam supra dixi de Novellarum constitutionum argumentis in nostro indice relatis, quae quidem maiorem antiquitatem, quam quae in Veneto Florentinoque Novellarum libro habentur eius rei argumenta, praeferunt, hoc loco recoquere animus mihi est; hoc autem vel maxime commemorabo, ex adnotatione Basilicorum fere perpetua ad nostram Basilicorum editionem supplendam castigandamque aliquid utilitatis redundaturum esse. Supplendam, ubi codices manuscripti Basilicorum deficiunt, velut Nov. 8., 59., 79., 94., 122., 130., 149., 152., 155., 156., 157., 158., 159., 166., 167., 168. Castigandam, ubi Basilica, prout edita sunt, vel codicum manuscriptorum defectu, vel *Fabroti* negligentia alios, quam qui apud nostrum scriptorem habentur, thematum numeros praeferunt, velut Nov. 2., 6., 7., 81., 87., 88., 89., 90., 95., 109., 113., 114., 119., 123., 124., 125., 133., 134., 142., 144., 145., 146., 150., 160., 161., 162., 165. Qua in re quanta nostri libri auctoritas futura sit, vel ex hoc cognoscere licebit, quod, quae in fratris editione tom. I. p. 180—213. ex Coisliniano Codice numero CLI. signato supplentur, cum apud *Fabrotum* nihil praeter titulorum rubricam habeatur, ex nostro Novellarum indice omni ex parte confirmentur. Vide Nov. 24., 25., 26., 27., 28., 29.

---

18) In libro: *Die Geschichte der Novellen* p. 88.

CAPUT VI.

Anonymi scriptoris de peculiis tractatus.

Huius libri, quem ultimo loco collocavi, codices manuscripti, qui mihi quidem innotuerunt, hi sunt:

I. Codex Bononiensis, qui inter Latinos bibliothecae, quae fratrum, qui regulam S. Domenici sequuntur, est, libros manuscriptos numero 80. signatus est. Est saeculi decimi sexti initio exaratus, complectiturque Codicis Laurentiani, qui Novellas Iustiniani habet, una cum eius libri appendice apographum. Hunc ego cum alio loco satis, ut opinor, descripserim [1]), nihil ego hic moneo, nisi hoc, nostrum libellum in eo exemplari inde a pagina 933. usque ad paginam 957. haberi. Titulus operis in Codice habetur plane nullus.

II. Codex Venetus numero 174. signatus, descriptus ille quidem in Graeca Divi Marci bibliotheca tom. I. p. 102. Est membranaceus, saeculi decimi tertii, constatque foliis 326. in folio. Quae in hoc codice insunt opuscula, tam compilatores catalogorum, quam *Wittius* [2]) descripserunt, qui idem nostrum librum inde a folio 28. usque ad folium 33. ibi haberi eiusque rei apographum beneficio *Bettionis*, qui bibliothecae S. Marci hodie maxima cum laude praefectus est, ad se pervenisse auctor est. Titulus opusculi, quantum ego sciam, nec in hoc libro habetur ullus.

III. Codex Parisiensis, qui inter Graecos bibliothecae Regiae libros numero 1351. signatus est. Est chartaceus, saeculi decimi quinti, constatque foliis 472. Nostrum librum in hoc exemplari *Zachariaeus* primus invenit [3]). Habetur autem ibi inde a folio 196. A. usque ad folium 203. A. Codicis argumentum satis descripserunt tam catalogorum compilatores tom. II. p. 301. et seq., quam idem *Zachariaeus* in libro *αἱ ῥοπαὶ* p. 37—41. Huius ego libri apographum nactus sum beneficio eiusdem viri mihi amicissimi, qui hoc mihi tribuit, ut, quae in usum converti possent meum, maxima cum liberalitate mecum communicaret. Neque in hoc exemplari operis titulus reperitur, nisi *προοίμιον τοῦ λόγου*, quae res manifesto ad primum opusculi caput refertur.

Si quaeritur, qui genuinus libri titulus sit, de ea re non liquere pronuntiandum est. Nam, quae Parisiensis Codex habet *προοίμιον τοῦ λόγου*, reliquis codicibus non confirmantur, nec, nisi ad primum libri caput referri queunt. Nisi forte, quae inde a secundo reliquisque capitibus habentur, *λόγου* nomine appellata esse credas. Sic certe quidem illa vox *προοίμιον*, qua *praefatio* designatur, explicatur, et secundo libri capite ad ipsum rei, qua de agitur, argumentum, transitus fit, et ipse libri scriptor hunc tractatum *λόγου* nomine designare voluit [4]). Contra tamen si quis nitatur, et ex hoc scriptoris testimonio libri titulum a librario quopiam confictum esse dicat, non admodum repugnabo. In componendo libro anonymus scriptor id egit, ut, cum hos, qui iuris studio sese dant, ut magnam difficilemque scitu artem a se disci sibi persuaderent, adhortatus, eorum temeritatem, qui, priusquam rem legalem tenerent, rerum iudicationem attingerent, reprehendisset, ad quaestionem de patrum haereditate tam ex antiquis legibus, quam ex Novellis constitutionibus [5]) dissolvendam transitum faceret. eamque rem inde a capite secundo tractare voluit. Usus est autem ad hanc rem iudicandam Basilicorum locis [6]); praeterea tamen etiam puris putis Iustiniani iuris fontibus, velut *Theophilo* [7]), item vetustissimis Iustinianarum Novellarum interpretibus *Theodoro* [8]) *Symbatio*que [9]), cuius quidem scriptoris nec nomen neque ullum fragmentum in Basilica translatum est. Itaque dubitari nequit, quin hic, quem edimus, liber illis temporibus, quibus et Basilica exstabant et Iustiniani iuris corpora non admodum neglecta iacebant, vindicandus sit. Itaque ante saeculum

---

1) In tractatu: *Reiseberichte aus Italien* num. I., qui habetur in libro: *Zeitschrift für geschichtliche Rechtswissenschaft hrausgegeben von Savigny* tom. VIII. p. 320—324. 2) In tractatu: *Ueber die Novellen der Byzantinischen Kaiser*, qui est in eodem libro tom. VIII. p. 174—175. 3) Vide *Zachariaei* historiae iuris Graeco-Romani delineationem (Heidelb. 1839.) §. 50. p. 81. num. I. 4) Cap. 3. p. 248. *καὶ μαθήσεις ὑποβαίνοντος τοῦ λόγου.* 5) Cap. 1. p. 247. *διά τε τῶν παλαιῶν νόμων καὶ τῶν νεαρῶν συμπλακὲν ζήτημα.* 6) Velut cap. 2. p. 247., cap. 3. p. 248., cap. 4. p. 249., 251., 253., cap. 6. p. 256. aliisque locis. 7) Cap. 6. p. 255., cap. 8. p. 257. 8) Cap. 4. p. 252. et 253. 9) Cap. 4. p. 252. et 254.

duodecimum conscriptus esse videtur; hoc enim saeculo ad causas iudicandas a iudicibus, qui per imperium Orientale fuerunt, Iustiniani iuris volumina adhibita non sunt, nec pro tribunali quicquam auditum, nisi Basilicorum nomen. Neque codicum manuscriptorum aetas huic sententiae repugnat, cum Codex Venetus numero 174. signatus decimi tertii sit saeculi. Denique quae est nostri libri in exemplari Parisiensi cum Synopsi Basilicorum coniunctio, cum saeculi decimi tertii initio facta sit [10], cum hac, quam supra posui, coniectura omni ex parte convenit.

Atque nostrum scriptorem satis eruditum iurisque peritissimum fuisse, et de suorum temporum iureconsultis conquestio et ipsa libri indoles argumentumque satis produnt. Usque adeo, ut in singulis Basilicorum fragmentis explicandi historicam, quam dicunt, interpretandi rationem secutus esse reperiatur, quae res in hominem inductum omnino non cadit.

De fatis historiaque nostri libri non admodum multa occurrunt. In vetustissimo Codice Veneto cum Synopsi Basilicorum coniunctus est appendicisque partem facit [11]. Quae appendix cum saeculo decimo exeunte [12] compilata sit, nostrum librum paullo post huic legum corpori adiectum esse censeo. — In Codice Parisiensi eandem nostri opusculi cum Synopsi Basilicorum coniunctionem accidisse cernimus, sed alio modo. Etenim hoc loco inter Synopseos glossas receptum est totum [13], quam rem et antiquissimum huius exemplaris scholium, quod pag. 247. not. 12. male Codici Bononiensi attribuimus, confirmat his verbis: *οὗτος εἷς ἐστι λόγος ἐν εἴδει σχολίων ἐνταῦθα τεθεὶς ἐν τῷ παντὶ ις΄. κεφ. καὶ ἀκολουθῶν τοῖς προτεταγμένοις σημείοις. ἀναγνώσεις τοῦτον κατὰ συνέχειαν.* Hoc est: *hicce unus est libellus, qui in modum scholiorum ad caput 16.* (litterae *κ΄.*) *Synopseos adiectus est litterasque praepositas sequitur. Lege igitur totum libellum secundum litterarum consequentiam.* *Σημεῖα*, ut *Zachariaeus* adnotavit, sunt notae *α΄. β΄.* et caet. in margine Codicis Parisiensis adscriptae. Itaque scholii scriptor et totum hunc libellum, prout secundum litterarum consequentiam perscriptus est, unum eundemque cohaerentem tractatum esse et eo, quo supra diximus, modo ad Basilicorum Synopsin scholii loco adiectum auctor est. In hoc exemplari et capitum numeri *α΄. β΄. γ΄.* et reliqui in margine additi esse reperiuntur, quam ego capitulorum distinctionem, etsi Codicis Bononiensis auctoritate non confirmetur, tamen conservandam duxi, ut lectoris commodo aliquid tribuere viderer. Hanc autem, quam dixi, nostri libri inter scholia Synopseos receptionem initio saeculi decimi tertii factam esse, tam Novellae imperatorum Graecorum adiectae, quam Balsamonis mentio, quae in scholiis Synopseos habetur, satis ostendunt [14]. — In Bononiensi Codice hic, quo de agitur, liber Novellis Iustiniani constitutionibus appendicis loco adiectus est, quae quidem adiectio quibus temporibus facta sit, ex reliquis huius appendicis particulis cum aliqua veri specie coniicere licebit. Habet enim Michaëlis Ducae et Alexii Comneni Novellas [15] constitutiones, quae post horum imperatorum tempora hanc rem accidisse satis loquuntur.

Inter recentiorum temporum iureconsultos de nostro libello *Antonio Augustino* constitit, isque vir doctissimus eius rei editionem paravit [16], sed consilium, nescio quo casu impeditus, non est exsecutus suum. Qui deinde Bononiense exemplar tractaverunt, nostrum libellum plane neglexerunt [17]. Ego, cum in Italia essem, hunc codicem manuscriptum tractavi inter aliaque, quae eo comprehenduntur, opuscula etiam nostri libri mentionem feci [18]. Iisdem fere temporibus etiam *Wiltius* [19] hoc opusculum in Codice Veneto a se repertum esse memoriae prodidit. In *Theodori Symbatii*que de Iustiniani Novellis commentariorum fragmentis colligendis tali tantoque auxilio carere nolui, itaque plus semel ad huius libri auctoritatem descendendum putavi [20]. Denique, qui ultimo

---

10) Vide *Zachariaei* librum: *αἱ ῥοπαὶ* p. 41. 11) Vide *Wittium* l. l. tom. VIII. p. 164—178. 12) Vide *Wittium* l. l. tom. VIII. p. 177. et 178. 13) Vide *Zachariaeum* in libro: *αἱ ῥοπαὶ* p. 38. 14) Vide *Zachariaeum* l. l. p. 38—40. 15) Vide, quae dixi l. l. tom. VIII. p. 320—322. 16) In epistola ad *Mendozam* de anno 1544. (opp. Lucae 1772.) tom. VII. p. 565.: *Atque etiam in Florentino Novellarum Codice quattuor Novellas intra hoc triennium esse sublatas scimus, quas nos ex eius exemplo quondam descripsimus. Item illas Alexii Porphirogennetae, Michaëlis et aliorum recentiorum imperatorum Novellas, quas Haloander habuisse se ait, in quibus docti cuiusdam interpretis de filiorumfamilias peculiis et testamentis, atque de privilegiis creditorum et, qui potiores habeantur, et de praescriptione sacrarum aedium, quae aliquando in vulgus edemus.* 17) Vide *Bieneri* librum: *Die Geschichte der Novellen* p. 563—571. 18) Vide, quae dixi l. l. tom. VIII. p. 320. 19) l. l. tom. VIII. p. 175. 20) Vide *Ἀνέκδοτα* tom. I. p. 217. et 261.

loco opusculi mentionem fecit, *Zachariaeus*[21]), tres, quos supra commemoravimus, codices manuscriptos posuit.

In editione opusculi adornanda Codicis Bononiensis auctoritatem vel maxime secutus sum, ut tamen in manifesta loci corruptela a Parisiensis libri auxilio non me abstinuerim. Quod et sic necessarium visum est, ubi Codicis Bononiensis notae sententiam obscuram faciunt lacunaeve in causa sunt, ut libri oratio non satis commode procedat[22]). Quae in Codice Parisiensi cap. 10. ad finem opusculi habetur lacuna, eam ex Codice Bononiensi, qui nostrum librum integriorem exhibet, supplevimus. Quem quidem codicis hiatum fortuito casu factum esse, illud vel maxime argumento est, quod ipse orationis tenor sententiaque satis incommode interrumpitur. Quamquam ipsum libri argumentum in capitis 10. his verbis: *ἐὰν μὴ καταλίπῃ τὸ νόμιμον μέρος τοῖς παισὶν αὐτοῦ ἢ τοῖς γονεῦσιν* finiri argumento sunt illa, quae paullo post habentur: *δεῖ νόημα καλὸν καὶ ἐπωφελὲς προστεθῆναι τῷ παρόντι συγγράμματι.* Sunt enim haec ita comparata, ut ea, quae sequuntur, quamquam ab ipso libri scriptore profecta esse videantur, tamen quasi cuiusdam appendicis loco adiecta esse cernantur.

Restat, ut nostrum librum lectori benevolo commendemus, sed paucis. Ac primum quidem illud scitu non est iniucundum, quod legum fragmentis explicandis nostrum scriptorem historico, quod dicunt, interpretationis genere usum esse videmus. Deinde *Symbatius* novus Novellarum Iustiniani interpres ad Athanasii, Theodori, Iuliani numerum ex hoc scripturae genere accedit. Porro Thalelaei ad Codicem Iustiniani scholia adferuntur, quae nec in Basilicis, neque in aliis iurisprudentiae Graecae locis habentur. Etiam ex Basilicorum locis laudatis ad editionem huius corporis a fratre continuandam aliquid utilitatis redundabit. Denique totam de peculiis filiorumfamilias iuris Romani doctrinam ita dilucide distincteque a nostro scriptore traditam esse videmus, ut ad totam rem diligentius tractandam quodammodo invitemur.

Verum hic finis *Ἀνεκδότων* esto. Reliqua, quae, dum iter facio, collegi, alia oblata temporis opportunitate, persequemur, non quo haec nullius momenta esse iudicemus, sed, ne telam, quam in Novellis Iustiniani constitutionibus critica arte ac disciplina perpoliendis pertexere semel suscepimus, maturo deseruisse videamur. Ad calcem huius tomi adiectae sunt adhuc ineditae Graecorum imperatorum constitutiones, quas publici iuris ut fierent, V. Ill. *Carolus Wittius* mecum communicavit idemque hortatu meo in Latinum sermonem transtulit prolegomenisque instruxit. Ego, qui ex tam pretioso antiquitatis thesauro multum lucis splendorisque ad historiam iuris Graeco-Romani illustrandam accedere videam, non dubito, quin, quisquis hunc librum attinget, viro doctissimo talis tantique laboris suscepti gratiam sit relaturus.

---

21) In historiae iuris Graeco-Romani delineatione p. 81. 22) Vide p. 249. not. 4., p. 250. not. 42., p. 251. not. 70., p. 253. not. 32. et 34.

IUSTINIANI CODICIS
SUMMA PERUSINA.

[INCIPIT CONSTITUTIONUM LIBER PRIMUS ADNOTATIONUM CODICUM DOMINI IUSTINIANI].*)

TITULUS I. De summa trinitate et fide catholica et ut nemo de ea publice contendere audeat.

Lex 1. Impr. pp. Gratianus et Valentinianus et Theodosius aaa. ad populum urbis Constantinopolitanae.

Cunctos populos, quos | 1) clementiae nostrae regit temperamentum, in tali volumus religione versari, quam divinum 2) Petrum apostolum tradidisse 3) Romanis, religio usque ad nunc ab ipso insinuata declarat, quamque pontificem Damasum sequi clarat et Petrum, Alexandriae episcopum, virum apostolicae sanctitatis, hoc est, ut secundum apostolicam disciplinam evangelicamque doctrinam patris et filii et spiritus sancti unam deitatem, maiestatem 4) et sub pia trinitate credamus. Hanc legem sequentes Christianorum Catholicorum nomen iubemus amplecti; reliquos vero dementes vesanosque iudicantes heretici dogmatis infamiam sustinere, divinam primum vindictam, post etiam motus nostri, quem ex coelesti 5) arbitrio sumpserimus, ultione plectendo. *Dat. VI. Kl.* 6) *Mar. Grat. Val. et Theod. Ma.* 7)

TITULUS II. De episcopis et clericis, orphanotrophis, et brefotrophis 8) et xenodochis 9) et asciteriis 10) et monachis et de privilegio eorum et de castrense 11) peculio et de redimendis captivis.

Lex 1. Impr. Constantinus aug. sat. [c. 1. C. I. 3.]
Clericus salariis cunariis salvari et ospites.

Lex 2. Idem aug. Felici epo. [c. 2. C. ibid.]
Clero et executore non conveniatur, neque publica solvat, et negotium 12) gestum rogatio eorum pauperes profici 13), nec angarias publico prestent 14).

Lex 3. Idem Aug. Tauro pp. [c. 3. C. I. 3.]
Possessiones.

Lex 4. Constantinus et Constans aa. ad Taurum pp. | 15) [c. 4. C. ibid.]
Servus fiscalis 16) si factus est clericus, in servitium revocetur.

Lex 5. Impr. Iovianus 17) *a. Secundo pp.* [c. 5. C. ibid.]
Qui sacratas virgines rapere temptaverit 18), capiti 19) puniatur.

Lex 6. Impr. Valentinianus et Valens et Gratian. aaa ad Cataconium 20). [c. 6. C. ibid.]
Prbr. ex pars sacrorum diaci subdiac. atque exorcistas set et lectores ostiariis omne officium ecclesiae sine querela vel opinione sint.

Lex 7. Impr. Theodosius a. dixit. [c. 7. C. ibid.]
Episcopus ad testimonium non veniat, quia persona et dignitas gravatur.

Lex 8. Idem a. Paulino praefecto Augustali. [c. 8. C. ibid.]
Presbyteri cum honore testimonium dicant. Clerici ad testimonium veniant.

Lex 9. Impr. Valentinianus et Theodosius aa. Tatiano pp. [c. 9. C. ibid.]
Diaconissa 21) LX. annorum fiat.

Lex 10. Impr. Arcadius et Honorius aa. Theodoro pp. [c. 10. C. ibid.]
Qui ministros ecclesiae in ipsa ecclesia iniuriaverit, capite puniatur.

Lex 11. Idem a. Eutichiano pp. [c. 11. C. ibid.]
Clericus ex ipso vico ordinetur.

Lex 12. 22) *Idem a. Eutichiano pp.* [c. 12. C. ibid.]

---

*) Haec desunt in Codice, quae uncis inclusi. Vide, quae Prol. cap. I. p. VIII. desputavimus.

1) Incipit fol. 6. B. 2) Sic Hal. Alii *divum*. 3) Codex *tradedisse*. 4) Nieb. *malestatem*. Pro *maiestatem* contextus Codicis habet *sub pari maiestate*. 5) Cod. *celesti*. 6) Nieb. pro *KL.* habet *Id.* 7) Pro *Ma* Nieb. *A. A. A.* habet. 8) Leg. *brephotrophis*. 9) Cod. *exenodochis*. 10) Leg. *asceteriis*. 11) Leg. *castrensi*. 12) Pro *negotium* Nieb. *negotiorum* habet. 13) Nieb. *perfici*. 14) Nieb. *praestent*. 15) Incipit fol. 7. A. 16) Codex *servus clericus fiscalis*. Verum secunda manus vocem *clericus* delevit. 17) Codex *Iobianus*. 18) Leg. *tentaverit*. 19) Leg. *capite*. 20) Vulgo *Cataphronium*. 21) Pro *diaconissa* Codex habet *diac*. Recte annum LX. Summa Per. praefert. Alias *L.* 22) Post legem 11. in Codice lex 27. habetur sequentesque usque ad finem legis 39. Sic deinceps lex 12. sequentesque habentur. Itaque apparet unum folium male transpositum esse in archetypo, unde noster liber manuscriptus manaverit. Lex 12. medio folio 8. A. incipit. Lex 27. et sequentes ad finem fol. 7. A., in fol. 7. B. et fol. 8. A. habentur.

Carton zu Heimbach Anecdota, Theil II. Bogen I. des Textes.

Curialis si clericus factus fuerit, ad curia revertetur. Decurio clericus fieri non vetatur.

Lex 13. Idem a. Sapidiano pp. [c. 13. C. I. 3.]
Qui privilegia ecclesie violaverit, quinquaginta librarum auri condempnetur.

Lex 14. Idem a. Tritiano[23]) *pp.* [c. 14. C. ibid.]
Sedente[24]) episcopo in sacrario suo si[25]) quis ille[26]) ad superbitate ingressus ad conturbandum eum pro quacunque utilitate, exilio centum milia deportentur. |[27])

Lex 15. Idem a. Studio pr. u. [c. 15. C. ibid.]
Episcopus conventicula extra ecclesia in propriam[28]) domum ñ. faciat; si fecerit, domum privetur.

Lex 16. Impr. pp. aug. Honorius et Theodosius Anthemio pp. [c. 16. C. ibid.]
Si clericũ censũ minimũ est sacerdos ad locum accedat honera privilegia relevet.

Lex 17. Idem a. Monaxio pp. [c. 17. C. ibid.]
Nullus religiosus cum publico comixtus sit vel in curia vel in extraneis causis. Nam poena amplectitur[29]).

Lex 18. Idem a. Monaxio pp. [c. 18. C. ibid.]
Sexcenti viri sint, qui hominibus debiles[30]) curas agant.

Lex 19. Idem a. Palladio pp. [c. 19. C. ibid.]
Clerici aliorum relictas uxores non accipiant. Nam domum gubernandum pro castitatem abeantur.

Lex 20. Impr. Theodosius et Valentinianus aa. ad Taurum pp.
Omnes religiosos vel religiosas q secula solitaria vetant[31]) intestati decesserint, nullus propinquos illi[32]) succedat, pret˜ ecclesia aut monasterius illi coniunctus pret˜ que si ad curiam pertinet vel ad patronum habuit[33]).

Lex 21. Idem a. Thome pp. [c. 21. C. ibid.]
Curialis inluster factus et post diaconus at quẽ competit curiae et non administrat[34]).

Lex 22. Idem a. Florentiano[35]) *pp.* [c. 22. C. ibid.]
Siquis episcopum[36]) pro criminalem causam ad iudicium petierit iniuste, |[37]) trecenti auri penam det fisco. Privilegia religiositati salvetur.

Lex 23. Impr. Valentinianus et Martianus aa. Palladio pp. [c. 23. C. ibid.]
Eutichiti memoriam ab ultra Flaviani epi memoriam laudetur[38]).

Lex 24. Idem a. Palladio pp. [c. 24. C. I. 3.]
Quod pauperibus per testamentum relinquitur, firmum est.

Lex 25.[39]) *Impr. Martianus aug. Constantino pp.* [c. 25. C. ibid.]
Clericus si noluerit ante episcopum causam dicere non conpellatur. *In ea legẽ abet:* Lite pulsatus det executori, ubi clericus iurare proibetur et plus de duos solidos non det˜ sportulo vel procuratori suo amplius commodo.

Lex 26. Impr. Leo a. Bebiano[40]) *pp.* [c. 26. C. ibid.]
Crucem vel reliquias nullus monachus in terris publicis vel privatis ponat absque episcopo.

Lex 27. Idem aug. Eritrio pp. [c. 27. C. ibid.]
Si miles[41]) expleta militia clericum se reprobaverit, qui minime permaneat, excepto militia primipilarum.

Lex 28. Idem aug. Nicostrato pp. [c. 28. C. ibid.].
Captivorum redemptionem per testamentum aut in verbum reliquerit, adimpleatur. Curas[42]) episcopi sit exigendi, et iudici ratione[43]) edat.

Lex 29. Idem a. Armacio pp. [c. 31. C. ibid.]
Episcopalis actio omnium iudicum innotescat, et non decepta sit dignitas. *In*[44]) *ea legem abet:* Tam venerando antistis sedem. *Idem in ipsă legẽ habet:* Qui pro episcopali electione premium acceperit, infamiam decoloratus.

Lex 30. Idem a. Dioscoro[45]) *pp.* [c. 32. C. ibid.]
(Qui)[46]) orphanotrophus est absque[47]) fideiussore res minorum et omnem utilitatem vindicet, que et notum faciat iudici et civium.

Lex 31. Idem a. Eritrio pp.[48]) [c. 33. C. ibid.]
Nullus religiosus ad iudicia publica ñ. vocentur in longinquiora terra, sed apud locum propinquum. *In ea legẽ abet:* cls nullus executor[49]) iniuriose conveniat vel convitia inroget. Qui hoc presumpserit, amittat honorem et substantiam. *In eam legem abet:* Clericum vel religiosum qui iniuste ad iudicium ducit, omnes expensas reddat.

Lex 32. Idem aug. Eritrio pp. [c. 34. C. ibid.]
Eps si superstitem habeat[50]) fratrem, quando decesserit, liceat de rebus suis testari.

---

23) Alias *Hadriano.* 24) Codex *sedentẽ.* 25) Vox *si* in Cod. deest. 26) Leg. *illo.* 27) Incipit fol. 8. B. 28) Codex *proprium.* 29) Leg. *plectitur.* 30) Legendum *pro hominibus debilibus.* 31) Legendum *qui in solitaria vita.* 32) Leg. *propinquus illis.* 33) Legendum *praeter ecclesiam aut monasterium illis coniunctum, praeterquam si, quae ad curiam pertinent vel ad patronum, habuit.* 34) Sic Codex. Lego *ei, cui competit, curiae non administrat.* 35) Alias *Florentio.* 36) Codex habet *eps.* 37) Incipit fol. 9. A. 38) Sic Cod. Legendum videtur: *Eutychetis memoria aboleatur, Flaviani episcopi memoria laudetur.* 39) Codex *Lex XXVI.* habet. 40) Vulgo *Iuliano.* 41) Codex *milex.* 42) Leg. *cura.* 43) Legendum *rationes.* 44) Dubium est, utrum in Codice sit *hi*, an *in.* 45) Codex *Addioscoro* habet pro *Dioscoro.* 46) Vox *qui* in Cod. deest. 47) Vox *absque* non tota in Cod. habetur. Codex habet tantum *que.* 48) Vulgo *Eutropio.* 49) Sic Codex. Prima tamen manus supra lineam correxit *persecutor.* 50) Codex *abeat.*

Lex 33. Idem a. Eretrio p̄p̄.[49] [c. 35. C. I. 3.]

Omnes privilegias[50] locis venerabilibus serventur.

Lex 34. Idem a. Seuastiano p̄p̄. [c. 37. C. ibid.]

Liceat, si vult dominus, dare servo suo libertatem, ut fiat clericus.

Lex 35. Idem a. Sevastiano p̄p̄. [c. 38. C. ibid.]

Cum domini permissum |[51] servus monachus fit, si post aliam causam redierit ad servitium reportetur.

Lex 36. Impr. Iustinianus a. Archelao p̄p̄. [c. 39. C. ibid.]

Si quis clericus (si)[52] peritus sit vel in disceptatione esse forensium[53], feriendis temeratoribus huius sanctionibus[54] poenam quinquaginta librarum auri (multetur)[55].

Lex 37. Impr. Iustinianus a. Idis[56] *p̄p̄.* [c. 49. C. ibid.]

Ecclesia vel episcopus, qui tota bona sua pauperes[57] aut pro captivis erogandas[58] per testamentum gessit, filius exinde Falcidia consequatur. Episcopis sit distributio.

Lex 38. Impr. Iustinianus aug. Ioh. p̄p̄. [c. 50. C. ibid.]

Episcopus, presbyter, diaconus de adquisitione sua deliberet, quomodo vult.

Lex 39. Impr. Iustinianus aug. Ioh. p̄p̄. [c. 51. C. ibid.]

Ubi fori[59] praescriptionem non potuit, vel hii[60], qui in documentum reanuntiaverit[61].

Lex 40. Impr. Iustinianus a. Ioh. p̄p̄, [c. 52. C. ibid.]

Episcopus et cunctus clerus et monachi testari liceat, et omnibus debiles[62] tutelam inpendere.

Lex 41. Impr. Iustinianus a. Ermogeni magistro officiorum. [c. 54. C. ibid.]

Raptores sacrarum mulierum decollentur, et qui se ibi commiscuerunt. Res raptorum loca venerabilia, in qua fuerat dedicata, habeant[63] in perpetuum, et exinde usumfructum mulier consequatur.

Lex 42. Impr. Iustinianus a. Ioh. p̄p̄. [c. 56. C. ibid.]

Sponsata |[64] femina si post deo sacrata esse voluerit, seu vir arrasq. data fuerit, simplas recipiatur. *In ea legem abet*[65]: sine inminutione maritus vel uxor res suas recipiant, et a parentibus non exheredentur[66]. *Idem in ea legem abet*[67]: Siquis d̄m servire dedicavit, post (ad)[68] saeculum declinaverit, res ipsius ad locum venerabilem pertineant. *Idem in ea legē abeat:* Quodsi inuenti tali. Iudeus, paganus, hereticus servo christiano[69] non abeant[70]. Si habuerint, liberi fiant.

TITULUS III. De episcopali audientia et de diversis kap̄., quae ad i; cur̄a ptin̄.

Lex 1. Impr. Valentinianus et Valens aa. c. Iuliano comiti Orientis. [c. 1. C. I. 4.]

Hereticum ad publicum pertinet[71]. In negotium Christianis[72] non ledatur.

Lex 2. Idem aug. ad Claudium p̄p̄. [c. 2. C. ibid.]

Clericus caussa finita episcopo apellaverit[73], quinquaginta libras argenti poenam det.

Lex. 3. Impr. Gratianus et Valentinianus aa. Rufino p̄p̄. [c. 4. C. ibid.]

Deo[74] dicata si turpe se egerit, infamis est.

Lex 4. Impr. Theod, Archad. et Honorius aaa. Rufino p̄p̄. [c. 3. C. ibid.]

Die Pasce[75] omnes a vinculo exsolvantur.

Lex 5. Impr. Honorius Arcadius aa. Gennadio p̄p̄. [c. 5. C. ibid.]

Guvernante[76] rebus venerabilibus in obsequio Christianos habeant[77].

Lex 6. Idem a. Rufino p̄p̄. [c. 6. C. ibid.]

Quos synodus damnavit, nullus clericus vel monachus praesumat defendere, |[78] sed imperatoris[79] suggerat.

Lex 7. Idem aug. Eutuchiano[80] *p̄p̄.* [c. 7. C. ibid.]

Que[81] ab episcopo iudicata fuerit[82], non solvantur.

Lex 8. Impr. Arcadius, Honorius et Theodosius aaa. Theodoro p̄p̄. [c. 8. C. ibid.]

Episcopi in iudicio non apelletur.

Lex 9. Impr. Honorius et Theodosius aa. Ceciliano[83] *p̄p̄.* [c. 9. C. ibid.]

Dominico die de carcere persone[84] n̄ educantur. iudex[85].

Lex 10. Idem a. Ceciliano[86] *p̄p̄.* [c. 10. C. ibid.]

Mathematicis si codices n̄. ante episcopo incenderint, foris civitate sit n̄. docendo. Nam exilio deportentur.

---

49) Pro *Eretrio* vulgo habetur *Dioscoro.* 50) Legendum *omnia privilegia.* 51) Incipit fol. 8. A. 52) Vox *si* in Codice redundat. 53) Legendum videtur *rerum forensium.* 54) Leg. *sanctioni.* 55) Vox *multetur* in Codice redundat. 56) Vulgo *Iohanni.* 57) Codex *pauperes.* Legendum *pauperibus.* 58) Legendum *eroganda.* 59) Pro *fori* Codex habet *foris.* 60) Codex *hii.* 61) Codex *reanuntiaverit.* 62) Legendum *debilibus.* 63) Codex *abeant.* 64) Incipit fol. 9. B. 65) Leg. *habet.* 66) Codex *exeredentur.* 67) Leg. *habet.* 68) Vocem *ad* Codex non habet. 69) Codex sic habet. Lego *servos christianos.* 70) Codex *abeant.* 71) Haec verba cum ad argumentum const. 1. Cod. I. 4. nihil pertineant, crediderim ex male intellectis tituli verbis prodiisse: „*et reverentiam pertinent pontificalem*". 72) Legendum videtur *Christianus.* 73) Leg. *appellaverit.* 74) Pro *deo* Codex habet d̄o. 75) Leg. *Paschae.* 76) Cod *guvernante.* 77) Codex *abeant.* 78) Incipit fol. 10. A. 79) Leg. *imperatori.* 80) Leg. *Eutychiano.* 81) Leg. *quae.* 82) Leg. *fuerint.* 83) Leg. *Caeciliano.* 84) Leg. *personae.* 85) Liquet aliqua praetermissa esse. 86) Leg. *Caeciliano.*

Lex 11. Idem a. Theodoro pp. [c. 11. C. I. 4.]

Si Romanus Christianus de captivitate reversus fuerit, non iniustet.

Lex 12. Impr. Theodosius et Valentinianus aa. Florentio pv. [c. 12. C. ibid.]

Liceat audire episcopum pro culpa rogantem.

Lex 13. Impr. Martianus a. Constantino pp. [c. 13. C. ibid.]

Religiosis[87] aput episcopum determinent causas.

Lex 14. Impr. Leo et Antonino[88] aa. Nicostrato pp. [c. 15. C. ibid.]

Scolasticus[89] non proferatur, nisi fuerit Christianus. Quodsi sub ingenio hoc fecerit, centum libras auri multetur, et alia poena quoque[90] iudici vel patroni[91] eị sit[92].

Lex 15. Idem a. Eritrio pp. [c. 16. C. ibid.]

Sponsa vel sponsus si adō converti voluerit, simplas arras[93] reddant.

Lex 16. Idem a. Eustacio[94] pp. [c. 19. C. ibid.]

Vel curialis Catholicus sit.

Lex 17. Impr. Iustinianus a. Moene. pp. [c. 21. C. ibid.]

Qui a iu | [95] dice in provincia directus est, erogari solidum et non accepit, contestetur ab alio iudice.

Lex 18. Impr. Iustinianus a. Demostenis[96] pp. [c. 24. C. ibid.]

Qui ex liberi vel libertini nascuntur, vel, si ab aliquo nutritus fuerit, liber permaneat.

Lex 19. Impr. Iustinianus a. Iuliano pp. [c. 27. C. ibid.]

Qui filiis suis curatorem constituit sive[97] fideiussionem administret, prestito sacramento, ut fideliter agat, et sub inventaneum[98] res suas recipiat. *Idem in ea legem abet*[99]: Evangelia in oms caussas creandi sint.

Lex 20. Impr. Iustinianus a. Iuliano pp. [c. 28. C. ibid.]

Si freneticus ad nuptias venerit, curator pro eo ñ spondeat, set ante curatorem et episcopum vel curialem et parentes ipsi spondeant.

Lex 21. Idem a. Iohi pp. [c. 31. C. ibid.]

Debitorem contra pupillum si habeat[1]) actionem, iudici petat illi constituere procuratorem aut episcopum[2]) petitionem porrigat.

TITULUS V. De hereticis et Manicheis et Samaritanis.

Lex 1. Impr. Constantinus a. ad Dracilianum. [c. 1. C. I. 5.]

Ubi nulla privilegia heretici[3]) sunt concessa.

Lex 2. Impr. Gratianus, Valentinianus et Theodosius aaa. ad Sperium[4]) pp. [c. 2. C. ibid.]

Que[5]) interdicta sunt hereticis[6]), si non removeantur, nec eorum iudicia valeant.

Lex 3. Impr. Arcadius et Honorius aa. de ar|[7]) chepū. [c. 3. C. ibid.]

Heretici nihil[8]) suis ecclesiis vel dignitatibus defendat, si letanias die vel in nocte fuerint.

Lex 4. Idem a. et Theodosius a. Senatori pp.[9]) [c. 4. C. ibid.]

Manacheus[10]) puniatur, de rebus suis nihil[11]) praedeliberare. Filii si Christiani fuerint, liberi fiant.

Lex 5. Impr. Theodosius et Valentinianus aa. Florentio pp. [c. 5. C. ibid.]

Omnibus heresibus[12]) proibitum[13]) sit, templum habere[14]) vel servo sibi libertare.

Lex 6. Idem aug. Leontio pp[15]). [c. 6. C. ibid.]

Nestoriana secta qui usus fuerit aut scri|pserit[16]), substantiam amittat.

Lex 7. Idem a. Florentio pp. [c. 7. C. ibid.]

Curialis qualicunque[17]) religione sit, administret publico.

Lex 8. Impr. Valentinianus et Marcianus aa. Palladio pp. [c. 8. C. ibid.]

Qui damnatione quarta sinodarum[18]) non senserit damnationem[19]) hereticorum, rebus amissis exilio deportentur, et de militiam dignitatis[20]) cadant.

Lex 9. Iustinianus[21]) a. Eritrio pp. [c. 10. C. ibid.]

Si quis heretica templa terra vindedit[22]), ecclesie catholice efficiatur.

Lex 10. Impr. Iustinianus a. Demostenis[23]) pp. [c. 19. C. ibid.]

Orthodoxis filiis[24]) heresis[25]) patribus etiam nolentibus succedunt. *In ea legem abet*[26]): tam̄ easdem res hereticus si nullo propinqua Christiano reliquid[27]), fiscus substantiam eius occupet[28]). *Idem in ea legem abet*[29]): dū sui patrimonii ubi filii hereseos patres secundum patrimonii quantitatem abere[30]) iubentur.

---

87) Leg. *religiosi.* 88) Sic Codex. Legendum *Anthemius.* 89) Leg. *scholasticus.* 90) Pro *quoque* Cod. habet *q.* 91) Leg. *patronis.* 92) Leg. *eius sit.* 93) Leg. *arrhas.* 94) Vulgo *Eustathio.* 95) Incipit fol. 10. B. 96) Leg. *Demostheni.* 97) Pro *sive* leg. *sine.* Postea legendum *fideiussione.* 98) Leg. *inventarium.* 99) Codex *abet.* 1) Pro *habeat* Codex habet *abeat.* 2) Fortasse *ad episcopum.* 3) Codex *heretici.* 4) Vulgo: *Hesperium.* 5) Leg. *quae.* 6) Leg. *haereticis.* 7) Incipit fol. 11. A. Vulgo: *Clearcho praefecto urbi.* 8) Cod. *nichil.* 9) Pro *pp.* vulgo habetur *praefecto urbi.* 10) Leg. *Manichaeus.* 11) Codex *nichil.* 12) Codex *heresibus.* 13) Leg. *prohibitum.* 14) Codex *abere.* 15) Pro *pp.* vulgo habetur *praefecto urbi.* 16) Leg. *scripserit.* 17) Codex *qual'umq.* habet pro *qualicunque.* 18) Leg. *quartae synodorum.* 19) Legendum: *non consenserit in damnationem.* 20) Legendum *de militiae dignitate.* 21) Vulgo: *Anastasius.* 22) Leg. *vendidit.* 23) Leg. *Demostheni.* 24) Leg. *orthodoxi filii.* 25) Leg. *haereticis.* 26) Leg. *habet.* 27) Leg. *reliquit.* 28) Incipit fol. 11. B. 29) Leg. *habet.* 30) Leg. *alere.*

Lex 11. Impr. Iustinianus a. Ioh. pp. [c. 21. C. I. 5.]

Ubi non licet hereticis dare testimonium in causis, nisi contra hereticos.

Lex 12. Impr. Iustinianus a. Ioh. pp. [c. 22. C. ibid.]

Ubi non liceat hereticum heredem vel legatarium demittere[31]), in nullis penitus testamenta.

TITULUS VI. Ne sanctum baptismum iteretur.

Lex 1. Impr. Valentinianus, Gratianus et Valens aaa. (ad)[32]) *Florianum vicarium Asiae.* [c. 1. C. I. 6.]

Qui fidem apostolicam non sequitur, hereticus est.

Lex 2. Impr. Honorius et Theodosius aa. Anthemio pp. [c. 2. C. ibid.]

Qui rebaptizat, puniatur.

Lex 3. Impr. Theodosius et Valentinianus aa. Florentio pp. [c. 3. C. ibid.]

Testamenta hereticus non faciat.

Lex 4. Impr. Valentinianus et Marcianus aa. Palladio pp. [Deest in nostris edit.]

Religiosus si in doctrina presidibus declinaverit, tormentis exercetur.

TITULUS VII. De apostatis.

Lex 1. Impr. Constantinus a. ad Tauro[33]) *pp.* [c. 1. C. I. 7.]

Si Christianus Iudeus factus fuerit, res ipsius infiscetur.

Lex 2. Impr. Gratianus et Valentinianus et | [34]) *Theodosius aaa. ad Ypatium*[35]) *pp.* [c. 2. C. ibid.]

Ubi christiana facultatis[36]) si fuerit Iudeus effectus, publicentur.

Lex 3. Impr. Valentinianus, Theodosius et Arcadius aaa. Flaviano pp. [c. 3. C. ibid.]

Si Christianus ereticus[37]) fuerit, nec ad testimonium veniat, nec christiani res adquirat.

Lex 4. Impr. Theodosius et Valentinianus aa. Basso pp. [c. 4. C. ibid.]

Christianus si ereticus[38]) factus fuerit, res suas non abeat[39]) potestatem extraneare, sed Christiani illi succedant heredes.

Lex 5. Impr. Theodosius et Valentinianus aa. Florentio pp. [c. 5. C. ibid.]

Quicumque servus[40]) seu ingenuum invitus[41]) res usuasione plectenda[42]) ex cultu Christiane religionis in effandam sectam statumque traduxerit, cum dispendio fortunarum capite puniendum censemus.

Lex 6. Impr. Valentinianus et Marcianus aa. Palladio praefecto. [c. 6. C. I. 7.]

Que catholică ecclesiam vel orthodoxe fidei ammisserit, etiam fieri ammissio puniatur.

TITULUS VIII. Nemini licet signum salvatoris Christi humi vel in silice aut in marmore sculpire vel pingere.

Lex 1. Impr. Valentinianus et Theodosius[43]) *aa. Eudoxio*[44]) *pp.* [c. 1. I. 8.]

Crucem in turpis[45]) locis qui fecerit, suppliciis adfligatur. | [46])

TITULUS IX. De Iudeis et celicolis[47]).

Lex 1. Impr. Antoninus a. Claudio Triphonino. [c. 1. C. I. 9.]

Ubi dicit, quod Cornelia Aquilia quid[48]) in Antiochia legavit, solvi non potest.

Lex 2. Impr. Constantinus a. Adesigrario[49]) *pp.* [c. 3. C. ibid.]

Si Iudeus a Christianitate converti voluerit et Iudeis condempnaverit, igni eos iubemus concremari.

Lex 3. Impr. Valentinianus et Valens Renagie[50]) *magistro officiorum.* [c. 4. C. ibid.]

In sinagoga ospites[51]) dentur.

Lex 4. Impr. Valentinianus, Gratianus et Theodosius aaa. Ginegio[52]) *pp.* [c. 6. C. ibid.]

Ubi dicit: ne Christianus habeat[53]) uxorem Iudeam et Iudeus Christianam.

Lex 5. Idem a. Infantio comiti Orientis. [c. 7. C. ibid.]

Ubi dicit: Nullus Iudeus iuxta legem suam nuptias sortiatur.

Lex 6. Impr. Gratianus, Valentinianus et Theodosius aaa. Eutichiano pp. [c. 8. C. ibid.]

Christiani cum Iudeo vivendi nihil[54]) commune habeant[55]).

Lex 7. Impr. Arcadius et Honorius aa. Iudeis. [c. 9. C. ibid.]

Ut nullus eis pretia ponat.

Lex 8. Idem a. Eutichiano pp. [c. 10. C. ibid.]

Ubi Iudei curiales sint inter eos.

Lex 9. Impr. Honorius et Theodosius aa. Anthemio pp. [c. 11. C. ibid.]

Iudeis festivitates incendere et Christi cruce dedicare.

---

31) Leg. *dimittere.* 32) Vox *ad* deest in Codice. 33) Leg. *Taurum.* 34) Incipit fol. 12. A. 35) Leg. *Hypatium.* 36) Leg. *Christiani facultates.* 37) Leg. *haereticus.* 38) Leg. *haereticus.* 39) Leg. *habeat.* 40) Leg. *servum.* 41) Leg. *invitos.* 42) Legendum *seu suasione plectenda.* 43) Codex *Thodosius.* 44) Codex *Eudexio.* 45) Legendum *turpibus.* 46) Incipit fol. 12. B. 47) Codex *celicolis.* 48) Pro *quid* in Codice est *qd.* 49) Vulgo *Euagrium.* 50) Codex *Remigio.* 51) Leg. *hospites.* 52) Codex *Cynegio.* 53) Codex *abeat.* 54) Codex *nichil.* 55) Codex *abeant.*

Lex 10. Idem a. Iobio pp. [c. 12. C. I. 9.]

Celicolarum nomen inaudito. | [56]) Quicquid a fide Christiana discrepat, contra legem est.

Lex 11. Idem a. Ioh.[57]) *pp.* [c. 13. C. ibid.]

Sabbato die Iudeus nec Christianus inquietetur pro causa Iudei.

Lex 12. Idem a. Filippo[58]). [c. 14. C. ibid.]

Iudeus si non contra legem Christianam temptaverit[59]), non inquietetur nec sinagogam ei.

Lex 13. Idem a. Aureliano pp. [c. 15. C. ibid.]

Si Christianus cum Iudeo causam habuerit[60]), publice cum eo dicat.

Lex 14. Idem a. Asclepiodoro[61]). [c. 16. C. ibid.]

Si Iudeus Christianum circumciserit[62]), exilio damnetur.

Lex 15. Impr. Theodosius et Valentinianus aa. Ioh. comiti sacrarum largitionum. [c. 17. C. ibid.]

Oms Iudeis pro sinagogis suis reditibus censum solvat.

Lex 16. Idem a. Florentio[63]) *pp.* [c. 19. C. ibid.]

Iudeus nullus officium mutatur, et, qui sinagoga[64]) edificaverit, quinquaginta libras poenam det.

TITULUS X. Ne Christianum mancipium hereticus vel paganus vel Iudeus habeat[65]) vel possedeat[66]), aut circumcidat.

Lex 1. Impr. Constantinus ad Euacrium pp. [c. 1. C. I. 10.]

Nullus hereticus Christianum servum habeat[67]), et, qui in lege sua eum fecerit, occidatur.

TITULUS XI. De paganis sacrificiis et templis.

Lex 1. Impr. Constantinus a. ad Taurum pp. [c. 1. C. I. 11.]

Templa paganorum destrui[68]) et maleficos occidi et res eorum fiscari.

Lex 2. Impr. Gratianus Valentinianus et Theodosius aaa. Ginegio[69]) *pp.* [c. 2. C. ibid.]

Pagani puniantur. | [70])

Lex 3. Impr. Arcadius et Honorius aa. Macropio[71]) *et Proculiano*[72]) *vicariis.* [c. 3. C. ibid.]

Ornatum publicum non dissipari absque iussione principis.

Lex 4. Idem a. Apollodoro proconsuli Africae. [c. 4. C. ibid.]

Voluptatis ludũ publice celebrentur absque sacrificium.

Lex 5. Impr. Honorius et Theodosius aa. populo Cartaginensis[73]). [c. 5. C. I. 11.]

Fiscalia mura, si necesse fuerit, ecclesia vindicetur Christianus.

Lex 6. Idem a. Asclipiodoto[74]) *pp.* [c. 6. C. ibid.]

In Iudeis et paganis Christiani non innuant predare. Qui hoc praesumpserit, dupplum reddat.

Lex 7. Impr. Valentinianus et Marcianus aa. Palladio pp. [c. 7. C. ibid.]

Qui sacrificant idolis, puniantur.

Lex 8. Impr. Leo et Anthemius aa. Dioscoro pp. [c. 8. C. ibid.]

Sacrificia non fiant. Qui enim dederit locum, in quo templum paganis fiant[75]), ab honore dignitatis cadat, et sacro[76]) fisco solvatur.

TITULUS XII. De his, qui ad ecclesia[77]) confugiunt, vel ibi exclamant.

Lex 1. Impr. Arcadius et Honorius aa. Archelao praefecto Augustali[78]). [c. 1. C. I. 12.]

Iudeus si crimen[79]) vel debitum ad ecclesiam fugerit et Christianus factus fuerit, absolvatur a debito et a culpa.

Lex 2. Impr. Honorius et Theodosius aa. Ioviano pp. [c. 2. C. ibid.]

Qui de ecclesia hominem traxerit, puniatur.

Lex 3. Idem a. Hemerio pp. [c. 4. C. ibid.]

Servus si armatus in | [80]) ecclesia fugerit, requisitus dixerit pro timore culpa cedatur. Si enim confidens in ecclesiam armatus se defendi[81]), exinde tradatur.

Lex 4. Impr. Martianus a. ad populum. [c. 5. C. ibid.]

Qui seditionem in ecclesiam fecerit, ad supplicium veniat.

Lex 5. Impr. Leo a. Eritrio pp. [c. 6. C. ibid.]

Qui de ecclesia hominem traxerit vel tradiderit, occidatur. *In ea lege dicit:* Ubi ea, que sunt necessaria corpori fugacibus, sacrosanctis[82]) ecclesiis non posse denegari, et intra secta[83]) ecclesiae habitare[84]), et procuratore pro se ordinare.

TITULUS XIII. De his, qui in ecclesia manumittuntur.

Lex 1. Impr. Constantinus a. ad Protegene[85]) *episcopum.* [c. 1. C. I. 13.]

Ubi in ecclesia manumittuntur servi, ut scriptura fiat.

---

56) Incipit fol. 13. A. Haec sunt prima constitutionis 12. verba. 57) Vulgo *Iocio* vel *Iovino*. Contius *Ioanni*. 58) Leg. *Philippo*. 59) Leg. *tentaverit*. 60) Codex *abuerit*. 61) Vulgo *Asclepiodoto*. 62) Leg. *circumciderit*. 63) Vulgo *Florentino*. 64) Leg. *synagogam*. 65) Codex *abeat*. 66) Lege *possideat*. 67) Codex *abeat*. 68) Codex *distrui*. 69) Vulgo *Cynegio*. 70) Incipit fol. 13. B. 71) Leg. *Macrobio*. 72) Cod. *Procliano*. 73) Leg. *Carthaginensi*. 74) Leg. *Asclepiodoto*. 75) Legendum *fiat*. 76) Cod. *acro*. 77) Leg. *ecclesiam*. 78) Cod. *Augustalis*. 79) Leg. *ob crimen*. 80) Incipit fol. 14. A. 81) Leg. *defendit*. 82) Codex sic habet. Legendum *a sacrosanctis*. 83) Legendum *septa*. 84) Codex *abitare*. 85) Legendum *Protogenem*.

TITULUS XIV. De legibus et constitutionibus principum et edictis.

Lex 1. Impr. Constantinus a. ad Bassum pp. [c. 1. C. I. 14.]

Omnibus liceat leges conspicere.

Lex 2. Impr. Theod. et Valentinianus aa. ad Senatum. [c. 3. C. ibid.]

Lex, que in una persona data est, in cunctis proficiat. Concessa beneficia penitus retractari non liceat.

Lex 3. Idem a. ad Senatum. [c. 2. C. ibid.]

Omnes iussiones imperiales, que ex petitione vel ex cause[86]) datae sunt, in ipsis solis personis ut leges valeant, non in aliis causis.

Lex 4. Idem a. ad Volusianum pp.[87]) [c. 4. C. ibid. (?)]

Ubi poene, qui excludentes sensum verba pro parte proferunt.

Lex 5. Idem a. Florentio pp. [c. 5. C. ibid.]

Qui contra lex[88]) agit | [89]), penis[90]) subiacebit. Quid[91]) autem contra leges factum fuerit, scriptura vel sacramenta pro infectis habeantur[92]). *In ea lege dicit:* Lege contrahere prohibentes[93]). *Idem in ea lege dicit:* Quod lex fieri non vult, prohibuit[94]). *Idem in ea lege:* Quasi expressa legis. *Idem in ea lege:* Ubi lex, quod non prohibet[95]), admittit[96]). *Idem in ea lege:* Prohibente[97]) censuimus. Certum est, ubi contra leges pacta penitus non valeant.

Lex 6. Idem a. Florentio pp. [c. 6. C. ibid.]

Beneficia legis non cassentur.

Lex 7. Idem a. Cipro[98]) pp. [c. 7. C. ibid.]

Lex ut supra.

Lex 8. Idem a. ad Senatum. [c. 8. C. ibid. (?)]

Causa, quae[99]) non est ante finita, sub presente lege finiatur.

Lex 9. Impr. Valentinianus et Martianus aa. ad Palladio pp. [c. 9. C. ibid. (?)]

Qualis lex[1]) debet hac recipi, que in Senatum non est recepta, nec valere liceat.

Lex 10. Impr. Zeno a. Palladio pp. [c. 11. C. ibid.]

Leges, quae[2]) profunde vel clare posite[3]) sunt, licet imperatori maturissime tractare et emendare.

Lex 11. Iustinianus a. Demosteni pp. [c. 12. C. ibid.]

Indicatum imperatoris legem esse etiam in aliis similibus causis.

TITULUS XV. De mandatis principum.

Lex 1. Impr. Valentinianus, Theod. et Arcadius aaa. ad Euxinnum[4]) pp. [c. 1. C. I. 15.]

Omnis dignitas potentis per sacris constitutionibus declaretur.

TITULUS XVI. De Senatusconsultis. | [5])

Lex 1. Impr. Valentinianus, Theodosius et Arcadius aa. ad Senatum. [c. 1. C. I. 16.]

Ubi qui contra Senatusconsultum sacrum scriptum impetraverit, cum ammissionem tertiae partis patrimonii infamiam notatur.

TITULUS XVII. De veteri iure enucleando et de auctoritate iurisprudentium, qui in Digestis referunt[6]).

Lex 1. Impr. Iustinianus a. Tribuniano viro eminentissimo quaestori[7]) sacri palatii. [c. 1. C. I. 17.]

Ubi a Iustinian[s] [8]) leges laudantur. *In ea lege:* Ubi commentaria iuris perhibet[9]) fieri leges novas.

Lex 2. Impr. Iustinianus a. ad Senatum. [c. 2. C. ibid.]

Ubi connumerantur omnes leges, que ordinatae sunt. *In ea lege habet*[10]): Legibus nihil[11]) esse contrarium. *Idem in ea lege:* Ubi contrarium in constitutionibus non invenitur.

TITULUS XVIII. De iuris et facti ignorantiam.

Lex 1. Impr. Antoninus a. Maximo militi. [c. 1. C. I. 18.]

Si in iudicio, que legib[s] fuit, pretermisisti, addictus subvenitur tibi.

Lex 2. Idem a. Iubenali (sic). [c. 2. C. ibid.]

Si hereditatem[12]) matris tue repudiasti, subveniri tibi potest.

Lex 3. Impr. Philippus a. Marcele. [c. 3. C. ibid.]

Filius emancipatus si intra anno adire bona non petit, excluditur.

Lex 4. Impr. Maximianus et Diocletianus aa. Iuliane[13]). [c. 4. C. ibid.]

Post divisionem testamenti si vitio invenitur divisio, | [14]) resolvitur, que acta fuerat.

---

86) Leg. *causa*. 87) Inscriptio huius legis est c. 4. C. I. 14. Verum sententia ex lege 5. C. ibid. hausta videtur esse. 88) Legendum fortasse *leges*. 89) Incipit fol. 14. B. 90) Leg. *poenis*. 91) Legendum *si quid*. 92) Codex *abeantur*. 93) Cod. *proibentes*. 94) Cod. *proibuit*. 95) Cod. *proibet*. 96) Cod. *ammitti*. 97) Cod. *proibente*. Verba sunt const. 5. §. 1. C. I. 14. 98) Vulgo *Cyro*. 99) Codex *causaq*. Sententia huius legis ex lege 7. C. I. 14. hausta est. 1) Sententia legis ex lege 8. C. I. 14. hausta est. 2) Codex *legesq*. 3) Leg. *positae*. 4) Cod. *Eusignium*. (5 Incipit fol. 15. A. 6) Leg. *referuntur*. 7) Sic secunda manus. Prima habuerat *questore*. 8) Leg. *Iustiniano*. 9) Leg. *prohibet*. 10) Codex *abet*. 11) Codex *nichil*. 12) Codex *ereditatem*. 13) Codex *Iuliane*. 14) Incipit fol. 15. B.

Lex 5. Impr. Constantinus et Maximianus aa. et centum[15] *Martiali Pal.* [c. 5. C. I. 18.]

Ex maternis bonis deliberare non potest.

Lex 6. Idem a. et c. Tauro et Pullioni. [c. 6. C. ibid.]

Per errorem transactio facta replicari non potest.

Lex 7. Idem a. et c. Dionisie. [c. 8. C. ibid. (?)]

Error factus in iudicio repeti potest, causa finita non licet[16].

Lex 8. Idem a. Zoe. [c. 7. C. ibid.]

Testamentum non legibus factum evellitur.

Lex 9. Idem a. et c. Gaio. [c. 9. C. ibid.]

Ubi nullus error factus, replicatio non sit.

Lex 10. Idem a. Anphye. [c. 10. C. ibid.]

Qui lege ignorat, que non debebantur, solvet, repetere potest.

Lex 11. Impr. Constantin^s a. Valeriano uicario. [c. 11. C. ibid.]

Ignorans ius minor etati q. ĉtra se fec. resduitur[17].

Lex 12. Impr. Valentinianus et Theod. aa. Flaviano p̄p. [c. 12. C. ibid.]

Leges ignorare, ā. desimulare[18] non licet.

Lex 13. Impr. Leo et Anthemius aa. Eritrio p̄p. [c. 13. C. ibid.]

Non facile sit mulieribus factum suum retractare. Quodsi per ignorantia se gravavit, subveniatur, quod lesa est, recipere.

TITULUS XIX. De precibus imperatori offerendo, et de quibus rebus supplicare liceat vel non.

Lex 1. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. Firmine. [c. 1. C. I. 19.]

Serviles preces[19] non facile audiantur, tamen cognita eius culpa in eum reficetur. | [20]

Lex 2. Impr. Constantinus a. Severo p̄p. [c. 2. C. ibid.]

Oblatas preces imperatoris, qđ ius tardius detur, valeant. q. non iuste alio ledet.

Lex 3. Idem a. ad populum. [c. 3. C. ibid.]

Contra ius postulare non licet.

Lex 4. Impr. Valentinianus, Gratianus et Theod. aaa. Florentio p̄p. [c. 4. C. ibid.]

Quidquid ad reddendum debitum indutias postulat, fideiussorem det.

Lex 5. Impr. Valentinianus et Valens aa. ad Volusianum p̄p. [c. 5. C. I. 19.]

In secundis convictus est, quem praefectus addixit, imperatori interpellare non licet.

Lex 6. Impr. Honorius et Theod. aa. Ysidoro p̄p. [c. 6. C. ibid.]

Qui ab imperatore scriptum meruit, non requiratur, per quem egit.

Lex. 7. Impr. Theod. et Valentinianus aa. ad Senatum. [c. 7. C. ibid.]

Ubi contra ius imperata non[21] valent, praeter si alium non noceat et ipsum iubat[22].

Lex 8. Idem a. Florentio p̄p. [c. 8. C. ibid.]

Ubi per oraculum instrumentis nihil[23] adiungitur per exemplaria.

TITULUS XX. Quando libellus principi datus litis contestationem facit.

Lex 1. Impr. Honorius et Arcadius aa. Remigio prefecto Augustali. [c. 1. C. I. 19.]

Qui imperatori interpellat, interrumpit tempora.

Lex 2. Impr. Iustinianus a. Mene p̄p. [c. 2. C. ibid.]

Oblatas preces[24] imperatori et dato[25] rescripto ex eo interrumpit tempora.

TITULUS XXI. Ut lite pendente vel post[26] provocationem aut definitiva sententia[27] nulli liceat imperatori supplicare.

Lex 1. Impr. Alexander a. Caperio. [c. 1. C. I. 21.]

Qui in iudicio addictus est, non apellavit[28], post imperatore si interpellavit, non illi subvenitur.

Lex 2. Impr. Constantinus a. Probiano suo salutem. [c. 2. C. ibid.]

Qui ante causa finita supplicaverit, condemnetur adversario suo.

Lex 3. Idem a. ad universos provinciales. [c. 3. C. ibid.]

Qui ante lite finita[29] interpellaverit vel imperatori interpellaverit, poenam[30] supplicii consequitur.

TITULUS XXII. Si contra ius utilitatemve vel per mendacium fuerit quid postulatum ve interpellatum.

Lex 1. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. Gregorio. [c. 1. C. I. 22.]

Que ab inperitis recognita et iudicata sunt, retractari non licet.

---

15) Pro *centum* legendum videtur *Caesares*. Caeterum tota inscriptio corrupta est. Vide c. 5. C. I. 18. 16) Sententia ex lege 7. C. I. 18. hausta est, inscriptio autem est legis 8. C. ibidem. 17) Malim *ignorans ius minor aetas in quae contra se fecit, restituitur*. 18) Leg. *aut dissimulare*. 19) Codex *p̄ces*. 20) Incipit fol. 16. A. 21) Vox *non* delenda est const. 7. C. I. 19. 22) Leg. *iuvat*. 23) Codex *nichil*. 24) Codex *p̄ces*. 25) Legendum *ex dato*. 26) Post vocem *post* in Codice una vox erasa est. 27) Lege *definitivam sententiam*. 28) Lege *appellavit*. 29) Codex *lite lite finita*. 30) Codex *poena*.

Lex 2. Idem a. Statie. [c. 2. C. I. 22.]
Interpellatio deposita vera aut mendacia liceat audiri et resecari.

Lex 3. Impr. Constantinus a. ad Bassum. [c. 3. C. ibid.]
Decem libras auri iudex multetur, qui interpellationem de falsis audire noluit.

Lex 4. Idem a. ad Pompeio. [c. 4. C. ibid.]
Coniuncta persona inquisitio causae non pretermittatur.

Lex 5. Impr. Theod. et Valentinianus aa. ad Senatum. [c. 5. C. ibid.]
Petitas imperiales iussiones si lege non concordant, nihil[33]) sint. | [34])

Lex 6. Impr. Anastasius a. Matroniano pp. [c. 6. C. ibid.]
Omnes iudices non presumant[35]) absque leges iudicare.

TITULUS XXIII. De statuis et imaginibus.

Lex 1. Impr. Alexander a. Supero. [c. 1. C. I. 23.]
Si unus meruit sacra, proficiat et fratribus eius in eadem causa.

Lex 2. Idem a. Pagatho[36]). [c. 2. C. ibid.]
Falsa sacra virtutem obtinere non potest.

Lex 3. Impr. Diocltitianus et Maximianus aa. Crispino praesidi provinciae. [c. 3. C. ibid.]
Sacra imperatori subscripta insinuentur, non exemplaria.

Lex 4. Impr. Constantinus a. Lysitanos. [c. 4. C. ibid.]
Absque die auctoritates legitur, nihil[37]) est.

Lex 5. Impr. Valentinianus, Theod. et Arcadius aaa. ad Nicetium praefectum annone. [c. 5. C. ibid.]
Cuicumque dignitatibus aliquis invidus est, ā. obviari sacrilegis est.

Lex 6. Impr. Leo a. Hilariano magistro officiorum et Patricium. [c. 6. C. ibid.]
Sacri adfatus[38]). Subscriptio imperatoris ex opere fiet. Qui imitaverit, amissis rebus, puniatur.

Lex 7. Impr. Zeno a. Sebastiano pp. [c. 7. C. ibid.]
Ubi pragmaticam iussionem in causis tantum infra scriptis dari precepit.

TITULUS XXIV. De his, qui ad statuas confugiunt.

Lex 1. Impr. Honorius et Arcadius a. Theodosio[39]) *pp.* [c. 1. C. I. 24.]
Iudex si statuas absque iussu principis sibi sociaverit, emolumenta, quas[40]) accepit, quadrumpplum[41]) reddat et sit infamis.

Lex 2. Impr. Theodosius et Valentinianus aa. Aetio pp. [c. 2. C. ibid.]
Statuas vel imagines imperatori erectas reverentiam habeat[42]).

Lex 3. Impr. Theod. et Valentinianus aa. Florentio[43]) *pp.* [c. 3. C. ibid.)
Imperatoris[44]) imagines et statuas non iniurientur.

Lex 4. Idem a. ad Nomum comitem et magistro officiorum. [c. 4. C. ibid.]
Ubicunque statuas vel imagines imp. dicta fuerit constituenda, ñ gravetur populus, sed, cuius statua est.

TITULUS XXV. De his, qui ad statuas confugiunt.

Lex 1. Impr. Valentinianus, Theod. aaa. et Arcadius, ut supra Quinegio[45]) *pp.* [c. un. C. I. 25.]
Qui a statuas confugit lib&.

TITULUS XXVI. De officio praefectorum pretorii Orientis et Yllirici. | [46])

Lex 1. Impr. Alexander a. Theodoto. [c. 1. C. I. 26.]
Petitiones si prefecto dedisti, non est contestatio.

Lex 2. Idem a. Restuto[47]). [c. 2. C. ibid.]
Data a praefecto probatoria valet.

Lex 3. Impr. Valentinianus, Theod. et Arcadius aaa. Tatiano pp. [c. 3. C. ibid.]
Praefectus si in provincias rectores ordinaverit et male egerit, liceat in eis vindicare.

Lex 4. Idem a. Adeo comiti et magister[48]) *utriusque militie.* [c. 4. C. ibid.]
Praefecto liceat dare militias.

Lex 5. Impr. Arcadius, Honorius et Theod. aaa. Anthimio pp. [c. 5. C. ibid.]
Pro remedia necessitatis administrationem publicam prestantur ad prefectum dirigantur. | [49])

TITULUS XXVI. De officio praefecti Africe et de . . .[50]).

Lex 1. Impr. Iustinianus a. Archelao pp. Africe. [c. 1. C. I. 27.]
Ordinationem facit Iustinianus ā. in Africa. *In eadem lege abet*[51]): Per singulas scrinias ordi-

33) Codex *nichil.* 34) Incipit fol. 17. A. 35) Codex *presumant.* 36) Vulgo *Epagatho.* 37) Codex *nichil.* 38) Sunt prima verba legis 6. C. I. 23. 39) Vulgo *Theodoro.* 40) Lege *quae.* 41) Incipit fol. 17. B. 42) Codex *abeat.* 43) Vulgo *Florentino.* 44) Codex *impr.* 45) Vulgo *Cynegio.* 46) Lege *Illyrici.* 47) Vulgo *Restituto.* 48) Lege *magistro.* 49) Incipit fol. 18. A. 50) Lacunae vestigia in Cod. non apparent. 51) Leg. *habet.*

nationem annonarum et capitus prefecto Africae et ducibus et exercitui eius. *In ea lege abet* [52]): Ad Belesarium magistri militum de laudes et victorias Belesarii et ordinatione militum, et cum provinciales laedantur [53]).

TITULUS XXVII. De officio praefecti urbis.

Lex 1. Impr. Valentinianus et Valens aa. ad Volusianum pp. [c. 1. C. I. 28.]

Ubi dicit de annonam civilem ministrare.

Lex 2. Idem a. ad Amphelium [54]). [c. 2. C. ibid.]

Ubi dicit, ut nullas personas de provincias advocandas, nisi tantum per officium suum.

Lex 3. Impr. Gratianus et Valentinianus aa. ad Rufinum pp. [c. 3. C. ibid.]

Ubi dicit: Cuncti, qui intra urbem sunt, antecellant potestatibus.

Lex 4. Impr. Theod., Valentinianus et Arcadius aa. Severine [55]) *comiti sacrarum largitionum.*

Omnia corpora [56]) genera, que sunt Constantinopoli, prefecture urbane moderantur.

TITULUS XXVIII. De officio magistri militum.

Lex 1. Impr. Gratianus, Valentinianus et Theodosius aaa. ad Eusignium pp. [c. 1. C. I. 29.]

Viri inlustres comites et magistri peditum et equitum. *In ea lege habet:* Praefectus in milites non habeat [57]) potestatem. | [58])

Lex 2. Impr. Honorio et Theodosio [59]) *aa. ad Ypatium magistro* [60]) *militum per Orientem.* [c. 2. C. I. 29.]

Apparitores, qui in obsequium magistri militum sunt, nullum conveniant ad eius iudicium plecare.

Lex 3. Impr. Zeno a. Sebastiano pp. [c. 3. C. ibid.]

Tributiorum [61]) causas iudex militum non exerceat, sed, cui commissum est.

Lex 4. Impr. Anastasius a. Iohi magistri [62]) *militum per Illiricum.* [c. 4. C. ibid.]

Milites de Ynliricum [63]) alibi non transponantur absque imperiali iussione.

TITULUS XXIX.

Constitutio graeca et latina.

TITULUS XXX. De officio questoris.

Lex 1. Impr. Theodosius a... [64]). [c. 1. C. I. 30.]

Ubi dicit: Omnes laterculi minores [65]) ad eius dignitatem pertinere.

Lex 1. Impr. Arcadius et Honorius aa. Mensale pp, [c. 1. C. II. 15.]

Qui sub nomen potentis auri [57]) titulos in rebus alienis infigunt, poena multentur. Qui enim iussit, exilio deportentur. | [58]) Si iudex pro sua causa hoc fecerit, amittat negotium. Improbus litigator, cui nihil [59]) competit, agens infamium [60]) se induit.

TITULUS XV. Ut nemo pribatus titulus [61]) prediis suis [62]) vel alienis inponat vel ad regalia suspendat.

Lex 1. Impr. Honorius et Theodosius aa. Flaviano pp. [c. 1. C. II. 16.]

Qui in rebus suis tituli publicis adfigunt, publico efficiatur.

Lex 2. Impr. Theodosius et Valentinianus aa. Florentio pp. [c. 2. C. ibid.]

Qui ausus [63]) proprio in res alienas titulos publicos adfinxerint [64]), exilio deportentur. Si adparitores hoc presumpserit, tricinis auri poena.

TITULUS XVI. Ut nemini liceat sine iudicis auctoritate signa impremere rebus, quas alius tenet.

Lex 1. Impr. Probus a. Octaviano. [c. 1. C. II. 17.]

Ante finem iudicari res adversi non prosignentur,

Lex 2. Impr. Dioclitianus | [65]) *Maximianus aa. Craugasio.* [c. 2. C. II. 17.]

Res, quas alius tenet, suas ut obnoxius [66]) sigillari non presumatur ausu proprio.

TITULUS XVII. Ne fiscus vel res publicas procurationem alicui patrocinii causa in lite prestet.

Lex 1. Impr. Gordianus a. Tertullo. [c. 2. C. II. 18.]

Res tuas fisco dari non potest, ut ab alio eas exigat.

Lex 2. Impr. Gordianus a. Legitimo et aliis. [c. 1. C. ibid.]

Res publico tua utilitas adiubari [67]) non potest.

Lex 3. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. Amphioni. [c. 3. C. ibid.]

Pro tuam obnoxiationem debitores tuos fisco deputari non potest.

Lex 4. Idem a. Achilli. [c. 4. C. ibid.]

Creditoribus faciendo invidia fiscale contra seculi nostri invidia. Redde, quod debis [68]) fisco.

TITULUS XVIII. De negotiis gestis.

Lex 1. Impr. Severus et Antonius [69]) *aa. Sopatre.* [c. 1. C. II. 19.]

Si filiis tuis tutela gessisti, quod in | [70]) sumptus expedisti [71]), non reputas.

Lex 2. Idem a. Rufine. [c. 2. C. ibid.]

Gubernator tutele, quod in eo in utilitate expensum est, reputatur.

Lex 3. Idem a. Adriano. [c. 3. C. ibid.]

Si pro fratre tuo pecunias reddedisti [72]), vel pignus recolegisti, recipi potest.

Lex 4. Idem a. Claudio. [c. 4. C. ibid.]

Qui tutelam gubernandum, de quo ei traditum est, rationes edat.

Lex. 5. Idem a. Trophimo. [c. 5. C. ibid.]

Qui tutelam leverti sui filium egit, adversus patroni heredes agere non licet.

Lex 6. Idem a. Gallo. [c. 6. C. ibid.]

Tutor a patre constitutus rationes tibi edere licet.

Lex 7. Impr. Antoninus a. Euprate. [c. 7. C. ibid.]

Si tutor tuus moriens in duabus unciis heredem te, qui adversus eum habes [73]), contra heredes agere potest.

---

55) Incipit fol. 37. A. 56) Leg. *pertineat.* 57) Leg. *potentioris.* 58) Incipit fol. 37. B. 59) Cod. *nichil.* 60) Leg. *infamia.* 61) Leg. *privatus titulos.* 62) Cod. *ss.* 63) Leg. *ausu.* 64) Leg. *adfixerint.* 65) Incipit fol. 38. A. Vox *et* videtur deesse. 66) Leg. *obnoxias.* 67) Leg. *adiuvari.* 68) Leg. *debes.* 69) Lege *Antoninus.* 70) Incipit fol. 38. B. 71) Leg. *expendisti.* 72) Leg. *reddidisti.* 73) Cod. *abes.*

Lex 8. Idem a. Severo. [c. 8. C. II. 19.]

Tutorem tuum, si ad rationes tibi faciendas mortuus est, propter militia praescriptio temporum te non praeiudicat.

Lex 9. Idem a. Sallustio. [c. 9. C. ibid.]

Si tutor a debitore tuo pecunias exigit, adversus eum agere potest.

Lex 10. Impr. Alexander a. Secundo et aliis. | [74]) [c. 10. C. ibid.]

Si in servo alieno sumpto expendisti, recipies.

Lex 11. Idem a. Erene. [c. 11. C. ibid.]

Mater in sumptus filiis quod expedit[75]), non recipies; in aliis utilitatibus filiorum quod expendit, recipiet.

Lex 12. Idem a. Theophilo. [c. 12. C. ibid.]

Si pro patre tuo debitum solvisti eo animo, ut reciperis[76]), coheredes tuos exigere potes.

Lex 13. Idem a. Aquilae. [c. 13. C. ibid.]

In uxoris tue infirmitatem quod erogasti, non recipis, sed, quod funus expedisti[77]), recipis et dote reddis.

Lex 14. Idem a. Rupho. [c. 14. C. ibid.]

Accepto mandato a marito et uxore, causa[78]) agere potest, et, si superexpendisti, ab eos[79]) recipis.

Lex 15. Imp. Gordianus a. Muciano. [c. 15. C. ibid.]

Si filiastras tuas ut pater habuisti[80]), quod per magisterium earum expedisti[81]), repeti non licet. Quod si eo animo dedisti, ut recipias, peti potest.

Lex 16. Impr. Galienus et Volusianus aa. Eutichiano. [c. 16. C. ibid.]

Si utilitates sororis tue egisti, et fisco pro ea dedisti, repeti potest.

Lex 17. Impr. Diocletianus et Maximianus | [82]) *aa. Claudio.* [c. 17. C. ibid.]

Curator res iam adtulit, distrahi[83]) non potest.

Lex 18. Idem a. Pomponio. [c. 18. C. ibid.]

Si bona fide in utilitate[84]) amici aliquid eum absentem expedisti[85]), recipere potest.

Lex 19. Idem a. Alexandro. [c. 19. C. ibid.]

Si communes res vendidisti et coheredes tuos[86]) aptum habuit[87]), de pretium agi potest.

Lex 20. Idem a. Octaviae. [c. 20. C. ibid.]

Cuius nihil[88]) interfuit, pro bona voluntate in tutelam gubernandam se miscuit, quod apud eum residet, cum usuris restituat; ab aliis autem[89]) adultis exigat.

Lex 21. Idem a. et c. Metreae. [c. 21. C. II. 19.]

Servus, quod cognatus tuus manumisit pro tua tutela gubernandum, ad servitium replicare non potest. Ad rationes etiam ambos servos compellis.

Lex 22. Idem a. et c. Eulogio. [c. 22. C. ibid.]

Quod casu periit, tutor non exigatur.

Lex 23. Idem a. Theodore. [c. 23. C. ibid.]

Negotiorum actiones[90]) personalem esse.

Lex 24. Impr. Iustinianus a. Iuliano pp. [c. 24. C. ibid.]

Qui aliena utilitate gessit, ex eo a domino interdictum est, si quid anni interfuerit sibi reputari, et priores edat rationes. | [91])

TITULUS XIX. De his, que vim metuve causa gerunt.

Lex 1. Impr. Alexander a. Felici. [c. 1. C. II. 20.]

Eos, qui fortum vel violentiam fecerint, quando inventi fuerint, exiguntur.

Lex 2. Impr. Idem a. Alexandro. [c. 2. C. ibid.]

De eo, qui vim[92]) sibi extortam cautionem post spontaneam solutionem adserit, si vim non probaberit[93]), non solvet propter novissimam voluntatem.

Lex 3. Impr. Gordianus a. Galo. [c. 3. C. ibid.]

Si avus tuus violenter possessionem vendedit[94]), reddito pretio recipis, si emptor ea alii vendedit[95]), si tempus non intercessit.

Lex 4. Idem a. Primo et Eutychiti. [c. 4. C. ibid.]

Per vim res venundasti, intra anno age restituto pretio in quadruplum tibi restituatur, post anno simplo.

Lex 5. Idem a. Rupho militi. [c. 5. C. ibid.]

De eo, qui violenter venundavit, et repetat et det pretium.

Lex 6. Impr. Diocletianus et Maximianus aa. Pollie. [c. 6. C. ibid.]

Violentie senatoris decoloratio est. | [96]).

Lex 7. Idem a. et c. Cytui. [c. 7. C. ibid.]

Instrumentum non valet.

Lex 8. Idem a. et c. Trophimo. [c. 8. C. ibid.]

De eo, qui pro spem timoris vendidit, repetere non potest.

Lex. 9. Idem a. Ymno. [c. 9. C. ibid.]

---

74) Incipit fol. 39. A. 75) Leg. *expendit.* 76) Leg. *reciperes.* 77) Leg. *in funus expendisti.* 78) Leg. *causam.* 79) Leg. *iis.* 80) Cod. *abuisti.* 81) Legendum *expendisti.* 82) Incipit fol. 39. B. 83) Cod. *distrai.* 84) Leg. *utilitatem.* 85) Leg. *expendisti.* 86) Leg. *coheres tuus.* 87) Iust. Cod. *ratum habuit.* 88) Codex *nichil.* 89) Cod. *aut̄.* 90) Leg. *actionem.* 91) Incipit fol. 40. A. 92) Leg. *vi.* 93) Leg. *probaverit.* 94) Leg. *vendidit.* 95) Leg. *vendidit.* 96) Incipit fol. 40. B.

Pro timore venditio facta dici non potest de nolente.

Lex 10. Idem a. Faustinae. [c. 10. C. II. 20.]

Per terrores venditas res repeti potest.

Lex 11. Impr. Constantinus a. ad Euacrium pp. [c. 11. C. ibid.]

Qui sub inpressionem vel metus res vendedit [97a]), restituto pretio res recipit.

Lex 12. Impr. Honorius et Theodosius aa. ad populum. [c. 12. C. ibid.]

Omnem scripturam per potentiam extortam non valet.

TITULUS XX. De dolo malo.

Lex 1. Impr. Severus et Antoninus aa. Clementinae. [c. 1. C. II. 21.]

Si fideiussor a creditore pignora comparavit, cum usuris pro dolo eas restituat.

Lex 2. Impr. Antoninus a. Agrippae. [c. 2. C. ibid.]

De dolo agi potest.

Lex 3. Impr. Gordianus a. Aquilino. [c. 3. C. ibid.]

De dolo agere tempus te non excludet, quando in rem publicam occupatus fuisti.

Lex 4. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. Menandre. [c. 4. C. ibid.]

Si amicus ancillam tuam | [97b]) in consortium habet [98]), promisit pro ea dare vicaria; si ea manumisit, revocari libertas non licet, sed vicaria et filios habet [99]), simul tradit.

Lex 5. Idem a. Afrodisiae. [c. 5. C. ibid.]

Si emancipata fuisti et instituisti ad agendum tuam actionem et transegisti legitimo ordine, replicari non potest.

Lex 6. Idem a. Hyrode. [c. 6. C. ibid.]

Exinde sidus prospiciendus est [1]).

Lex 7. Idem a. et c. Sebastiano. [c. 7. C. ibid.]

Si legitima aetatem fratris tui repudiasti, adire non potest. Si cognata tua, cuius substitutus es, dolo tibi fecit, contra eam agi potest.

Lex. 8. Impr. Constantinus a. Symmachum vicarium. [c. 8. C. ibid.]

De dolo intra biennium agi licet.

TITULUS XXI. De in integrum restitutione minorum viginti quinque annis.

Lex 1. Impr. Alexander a. Plutiane. [c. 1. C. II. 22.]

Si taciturnitas tua dissimulavit, agendum non est tibi preiudicium, quia minoris etatis est. | [2])

Lex 2. Idem a. Alexandro. [c. 2. C. II. 22.]

Si soror tua, quinque filios habens [3]), non successit hereditatem, nihil [4]) eum petit, quia etatem non habuit [5]) legitimam.

Lex 3. Idem a. Ruphino. [c. 5. C. ibid.]

Minorum viginti quinque annis restitutio salvatur.

Lex. 4. Dioclitianus et Maximianus aa. Attiano. [c. 3. C. ibid.]

Cum curatore tuo si vendidisti rem, contra agi non potest. Absque curatore quod egisti, repeti potes.

Lex 5. Idem a. Hysidoro. [c. 4. C. ibid.]

Minori etate tempora restitutionis praeiudicium non facit.

Lex 6. Idem a. Sententie. [c. 6. C. ibid.]

Minoris successio si non est denuntiata [6]), agi potest.

Lex 7. Idem a. Severae. [c. 7. C. ibid.]

De tutelam avunculi egit, contra heredes eius de restitutione agi potest.

Lex 8. Impr. Honorius et Theodosius aa. Iuliano proconsuli Africae. [c. 8. C. ibid.]

Minoris etate que praetermiserint vel ignoraverint, preiudicium non est.

Lex 9. Impr. Zeno a. Eliano pp. [c. 9. C. ibid.]

Lex, ut supra.

TITULUS XXII. De filiofamilias minore.

Lex 1. Impr. Gordianus a. Candidiano militi. | [7]) [c. 1. C. II. 23.]

Si filiusfamiliae mutuas accepit pecunias, contra cautionem agere potest.

Lex 2. Idem a. Triphoni militi. [c. 2. C. ibid.]

Minor etatis filiusfamiliae extraneo fidedixit, nihil [8]) est; similiter est, si patrem fidedixit, cuius heres non est.

TITULUS XXIII. De fideiussoribus minorum.

Lex 1. Impr. Severus et Antoninus aa. Mironi militi. [c. 1. C. II. 24.]

Minor hereditati in venditione non tenetur, sed fideiussor persolvet.

Lex 2. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. Carioni. [c. 2. C. ibid.]

Si fideiussor pro venditione tenetur, si emptor dolo fecit, absolvitur minor et fideiussor.

97a) Leg. *vendidit.* 97b) Incipit fol. 41. A. 98) Cod. *abeat.* 99) Cod. *abet.* 1) Leg. *ex indiciis dolus perspiciendus est.* 2) Incipit fol. 41. B. 3) Cod. *abens.* 4) Cod. *nichil.* 5) Cod. *abuit.* 6) Leg. *renuntiata.* 7) Incipit fol. 42. A. 8) Cod. *nichil.*

TITULUS XXIV. Si tutor vel curator intervenerit.

Lex 1. Impr. Antoninus a. Marcianae. [c. 1. C. II. 25.]

Si tutor vel curator se interposuit in venditione[9]) minori, contra eos de restitutione agi potest.

Lex 2. Impr. Alexander a. Martianae. [c. 2. C. ibid.]

Tutori vel curatori in iudicio vel extra iudicio conventi sunt restitutionem minorum salvatur.[10])

Lex 3. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. Nicomedi. [c. 3. C. ibid.]

Tutores vel curatores si male agentes sint, contra eos de restitutione agi potest.

Lex 4. Idem a. et c. Ysidoro. [c. 4. C. ibid.]

Creditor que cum tutore vel curatore finivit, stabile est.

Lex 5. Idem a. et cons.[11]) *Valentino.* [c. 5. C. ibid.]

Per tutores et curatores minorum damnas[12]) non generatur.

TITULUS XXV. Si in communi eademque causa in integrum restitutio postuletur.

Lex 1. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. Amphonio. [c. 1. C. II. 26.]

Si soror vestra legitima etate vos ignorantes res vestras vindedit[13]), si ei consensum in legitima etate non prebuisti, nihil[14]) vobis deminutum est.

TITULUS XXVI. Si adversus rem iudicatam.

Lex 1. Impr. Alexander a. Iulio. [c. 1. C. II. 27.]

Si minor etati de tutela causa dixisti, tibi preiudicium est, agi potest.

Lex 2. Impr. Gordianus a. Serene. [c. 2. C. ibid.]

Si cum patre tuo, sub cuius potestate eras, tunc causam dixisti, contra iudicata sunt, dici potest. | [15])

Lex 3. Impr. Philippus a. Iulianae. [c. 3. C. ibid.]

Vicarius principis, ubi sententiam vices agit principis, propter principem infringere non potest.

Lex 4. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. Urbiano. [c. 4. C. ibid.]

Etiamsi curator vel procurator minoris perdiderit iniuste, integrum restituere licet.

Lex 5. Idem a. Martiano. [c. 5. C. ibid.]

Contra tutores vel curatores contra res pupilli iudicatum fuerit, repeti potest.

TITULUS XXVII. Si adversus vinditionem[16]).

Lex. 1. Impr. Alexander a. Florentio militi. [c. 1. C. II. 28.]

Minor si cavens iuraverit, restitui non possit illi beneficium.

Lex 2. Impr. Constantinus a. ad populum. [c. 2. C. ibid.]

Fraudulentas vinditiones[17]) minorum contra emptorem et tutores agi potest.

TITULUS XXVIII. Si adversus vinditionem[18]) pignoris.

Lex 1. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. Sauinae. [c. 1. C. II. 29.]

A patre tuo pignus positum | [19]) te in minori etate creditor eas vendit restituuntur tibi.

Lex 2. Idem a. Severe. [c. 2. C. ibid.]

Contra creditorem patris tui, qui pignus vestrum vendit, agi potest, quia minores fuistis etate.

TITULUS XXIX. Si adversus donationem.

Lex 1. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. Theodote. [c. 1. C. II. 30.]

Si ante nuptias sponso donationem fecisti praesentem curatorem tuum, replicare[20]) non potest.

Lex 2. Idem a. Medie. [c. 2. C. ibid.]

Si pater tuus in fratre tuo mancipato[21]) fecit donationem, nihil[22]) vobis abstulit, nec si frater tuus rem sibi donatam a patre petente donavit, et, postquam legitimus effectus est, alii eam donat, petere licet.

TITULUS XXX. Si adversus libertatem.

Lex 1. Impr. Severus et Antoninus aa. Annie. [c. 1. C. II. 31.]

Minor etati, quem manumisit, non revocat, sed pretio liberto accipiet.

Lex 2. Impr. Gordianus a. Solane. [c. 2. C. ibid.]

Servus ad non minor etati manumissus non revocatur, sed pretium pro se reddet. | [23])

Lex 3. Impr. Valentinianus et Galienus aa. Matronae. [c. 3. C. ibid.]

Si intra viginti annis etatis servum manumisisti, fraudare eum libertatem non potest, salva indemnitatem vestram. Si autem in tali fraude commisit, ut puniatur.

Lex 4. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. Tatiano. [c. 4. C. ibid.]

Libertas a minori etate data rescindi non potest, si ipse minor postulationem non obtulerit[24]).

---

9) Codex *vinditione.* 10) Incipit fol. 42. B. 11) Pro *cons.* leg. *caes.* 12) Fortasse *damnum.* 13) Leg. *vendidit.* 14) Cod. *nichil.* 15) Incipit fol. 43. A. 16) Leg. *venditionem.* 17) Leg. *venditiones.* 18) Leg. *venditionem.* 19) Incipit fol. 43. B. 20) Leg. *replicari.* 21) Leg. *emancipato.* 22) Codex *nichil.* 23) Incipit fol. 44. A. 24) Cod. *optulerit.*

TITULUS XXXI. Si adversus transactionem vel depositionem minor restitui velit.

Lex 1. Impr. Severus et Antoninus aa. Honorato. [c. 1. C. II. 32.]

Minor, qui transigit, in irritum revocatur.

Lex 2. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. Chymdone. [c. 2. C. ibid.]

Minor si transigit vel pactuavit, resolvitur.

TITULUS XXXII. Si adversus solutionem a debitorem vel a se facta.

Lex 1. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. | [25] *Sotheri.* [c. 1. C. II. 33.]

Tutor curatori debitum administrationis persolvat.

Lex 2. Idem a. Laurinae. [c. 2. C. ibid.]

Que legati titulo commissa sunt, si a minore per errore accepta sunt, recipiuntur.

TITULUS XXXIII. Si adversus dotem.

Lex 1. Impr. Alexander a. Valenti. [c. 1. C. II. 34.]

Soror tua si in minoribus constituta omnes suas in dote fecit, si mortua est, intra triginta annos agere potest.

TITULUS XXXIV. Si adversus delictum[26] suum.

Lex 1. Impr. Severus et Antoninus aa. Longino. [c. 1. C. II. 35.]

Si minor crimen admiserit, etati non subvenitur.

Lex 2. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. Procule. [c. 2. C. ibid.]

Si minor crimen admiserit, etati non subvenitur. Si mater lupanar effecta fuerit, et filius tutorem non quesierit[26b]), denegatur ei successio.

TITULUS XXXV. Si adversus usucapionem.

Lex 1. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. Ysidoro. [c. 1. C. II. 36.]

Si res minorum tenet, usūcapio eis non est.

TITULUS XXXVI. Si adversus fiscum. | [27]

Lex 1. Impr. Severus et Antoninus aa. Longino. [c. 1. C. II. 37.]

Minor aetati actori fiscali minori pretio res vendedit, contra fisco agi potest.

Lex 2. Impr. Alexander a. Antiocho et aliis. [c. 2. C. ibid.]

Minor etati rem suam vendidit fisco et privatis minori pretio, contra his agi licet.

Lex 3. Impr. Maximianus et Dioclitianus aa. Laurentio. [c. 3. C. II. 37.]

Si creditores patris tui praedia, quae[28]) habuerunt[29]) opposita, venundarunt fisci, propter minorem etatem vestram repeti potest.

TITULUS XXXVII. Si adversus creditorem.

Lex 1. Impr. Antoninus a. Pronico. [c. 1. C. II. 38.]

Si non minor aetate se debitum contraxit, solvet[30]).

Lex 2. Impr. Gordianus a. Galano. [c. 2. C. ibid.]

Si minor etati pro acceptas pecunias te obligasti, absolveris.

TITULUS XXXVIII. Si ut se hereditatem abstineant.

Lex 1. Impr. Severus et Anthoninus aa. Florentio et aliis. [c. 1. C. II. 39.]

Si in bonis patris te non miscuisti, conveniri illum debis. Si vellis accidere, etatis beneficium tibi subvenit. | [31])

Lex 2. Impr. Gordianus a. Herodote. [c. 2. C. ibid.]

Si ab hereditate, in quo heres[32]) scriptus est, repudiasti, successio tibi in integro propter minorietatem.

TITULUS XXXIX. Si ut omissam hereditatem vel bonorum possessionem vel quid aliud adquiratur.

Lex 1. Impr. Gordianus a. [c. 1. C. II. 40.]

Propter minorietate si propriam hereditatem amisit et pater repudiavit, adire potest.

Lex 2. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. Sarapadi. [c. 2. C. ibid.]

Minor si bona paterna omisit, restitutio ei competit.

TITULUS XL. In quibus causis in integro restitutio[33]) necessaria non est.

Lex 1. Impr. Alexander a. Mutato. [c. 1. C. II. 41.]

Minorum, qui non adierunt facultate, beneficium legis eos in rem introducit.

Lex 2. Impr. Valerianus et Gallienus | [34]) *aa. et Valerianus c. Theodote.* [c. 2. C. ibid.]

Minor etati, si quinque filios habet[35]), non est ei praeiudicium, si tacuit de inofficioso testamento.

Lex 3. Impr. Dioclitianus et Maximianus a. Decimo. [c. 3. C. ibid.]

Minori non impedit, si morata est petere, que illi legatas relictas.

---

25) Incipit fol. 44. B. 26) Leg. *delictum*. 26b) Leg. *quaesivit*. 27) Incipit fol. 45. A. 28) Pro *quae* Cod. habet *q*. 29) Codex *abuerunt*. 30) Cod. *solbet*. 31) Incipit fol. 45. B. 32) Codex *eres*. 33) Codex *restutio*, sed prima manus supra syllabam *stu* litteras *ti* posuit. 34) Incipit fol. 46. A. 35) Codex *abet*.

Lex 4. Idem a. Stratonice. [c. 4. C. II. 41.]

Si tutor tuus non pro tutela tua in iudicio vocatus est, quod contra te dicitur iudicatum esse, te non nocebit.

Lex 5. Impr. Iustinianus a. Ioh. pp. [c. 5. C. ibid.]

Minorum etati repetitio nocet triginta et quadraginta annis non aliter triginta et quadraginta.

TITULUS XLI. Qui et adversus quos in integrum restitui non possunt.

Lex 1. Impr. Alexander a. Chononidi. [c. 1. C. II. 42.]

Minor aetate uxoratus si circumventus contra se fecerit, subvenitur ei.

Lex 2. Impr. Iustinianus a. Ioh. pp. [c. 2. C. ibid.]

Minores persona familiaritati siquid egerint, non est firmum. | 36)

[TITULUS] 37) XLII. Si minor se maiorem dixerit vel probatus fuerit.

Lex 1. Impr. Alexander a. Maximine. [c. 1. C. II. 43.]

Si minor aetate maiorem se scripserit, replicare non potest.

Lex 2. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. Vitalio. [c. 2. C. ibid.]

Quando minori non restituitur auxilium, qui maiorem se esse mentitus est.

Lex 3. Idem a. Theodote. [c. 3. C. ibid.]

Si cum sacramentu 38) maiorem te esse confessus es, post de minore aetate agere non potest.

Lex 4. 39) *Idem a. Libio.* [c. 4. C. ibid.]

Minor etate, qui filios habet, si circumventus contra se aliquod fecit, vel resolvatur. In quo prolutio 40) etatis nulla invenitur, iudici est in aspectu eius considerare.

TITULUS XLIII. Si saepius in integrum restitutio postuletur.

Lex 1. Impr. Severus et Anthoninus aa. Romano et aliis. [c. 1. C. II. 44.]

Si minor etati in iudicio addictus est, et non adimplisti 41), nihil 42) te nocuit. | 43)

Lex 2. Impr. Alexander a. Iusto militi. [c. 2. C. ibid.]

Si per curatorem adulti causa acta est, stabilis est.

Lex 3. Impr. Philippus a. et Philippus Centum 44) Maniciae. [c. 3. C. II. 44.]

In una causa sepius introductio possessiones fieri non potest.

TITULUS XLIV. De his, qui veniam aetatis impetraverunt.

Lex 1. Impr. Aurelianus a. Agathocliti. [c. 1. C. II. 45.]

Qui veniam etatis petierunt, post illi beneficium minoris non subvenit.

Lex 2. Impr. Constantinus a. ad Venerium pu. [c. 2. C. ibid.]

Puer viginti annorum si aput iudicem veniam aetatis petierit et puellam decem et octo annorum proagentes suas utilitates, si hoc honeste vite sunt, audiantur propter ut agant suas utilitates, non ut vendant.

Lex 3. Impr. Iustinianus a. Mene pu. [c. 3. C. ibid.]

Non similis sit, qui non veniam postulavit, sicut is 45), qui postulavit, ad subveniendum etati.

Lex 4. Impr. Iustinianus a. ad Senatum. [c. 4. C. ibid.]

In omnibus, que minor egit, nisi veniam etatis postulavit, firmum est.

TITULUS XLV. | 46) Si maior factus ratum habuerit 47).

Lex 1. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. Eutichiano. [c. 1. C. II. 46.]

Que minor etate contra se fecit, si post legitimam etatem ratam habuit 48), firmatum est.

Lex 2. Idem a. Sotheri. [c. 2. C. ibid.]

Que in minori etate contra se fecit, ratum habuit 49), rescindi non potest.

TITULUS XLVI. Ubi et aput quem cognitio restitutionis agitanda est.

Lex 1. Impr. Anthoninus a. Severo. [c. 1. C. II. 47.]

Si procurator tuus te adiudicavit, eius iudicio resolvi absque principe non potest.

Lex 2. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. Aquilinae. [c. 2. C. ibid.]

Minor, quod in transactione tradidit, repeti potest.

Lex 3. Impr. Iustinianus a. Ioh. pp. [c. 3. C. ibid.]

De minorum restitutionum omnes iudices publicos vel privatos audiri liceat.

TITULUS XLVII. De reputationibus, que fiunt in iudicio in integrum restitutionis. | 50)

---

36) Incipit fol. 46. B. 37) Vox *titulus* deest in Cod. 38) Leg. *sacramento*. 39) Cod. *Lex* V. 40) Leg. *probatio*. 41) Leg. *adimplesti*. 42) Cod. *nichil*. 43) Incipit fol. 47. A. 44) Vox *centum* ex male intellecto siglo C., quo *Caesar* significatur, prodiit. 45) Codex *his*. 46) Incipit fol. 47. B. 47) Codex *abuerit*. 48) Codex *abuit*. 49) Codex *abuit*. 50) Incipit fol. 48. A.

Lex 1. Impr. Severus a. Tatiano. [c. 1. C. II. 48.]

Addicta restitutio non moretur adimplere cogitur.

TITULUS XLVIII. Etiam et[51]) per procuratorem causam[52]) in integrum restitutionis agi possit.

Lex 1. Impr. Alexander a. Liciniano. [c. 1. C. II. 49.]

Per procuratores restitutio agi potest.

TITULUS XLIX. In integrum restitutionis postulata ne quid novi fiat.

Lex 1. Impr. Gordianus a. Secundo militi. [c. 1. C. II. 50.]

De restitutione iudicati qui agit, in suo statu reportavit causam.

TITULUS L. De restitutione militum et eorum, qui reipublice causa adfuerunt[53]).

Lex 1. Impr. Severus et Antoninus aa. Chilo. [c. 1. C. II. 51.]

Intra anno erit restitutio. Si enim in expeditione publica fuit, praeterita tempora illi non praeiudicat.

Lex 2. Impr. Alexander a. Petronio. [c. 2. C. ibid.]

Restitutio militi intra anno licet.

Lex 3. Idem a. Flavio Arestodemo militi. [c. 3. C. ibid.]

Si miles res alienas, quas obtulit, intra anno petitur restitutio, post eius mortem post sex menses. | [54])

Lex 4. Impr. Gordianus a. Mestriano. [c. 4. C. ibid.]

Restitutio absentia eius, qui in expeditione publica est, tempus non reputatur.

Lex 5. Idem a. Secundino militi. [c. 5. C. ibid.]

Ubi post quadriennio venditio a fisco facta resciudi non potest.

Lex. 6. Impr. Valerianus et Galienus aa. Germano centurioni. [c. 6. C. ibid.]

Creditor pignus q: a milite oppositum habuit[55]) propter mora expeditionis vendedit restitui si minor debitus ē.

Lex 7. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. Marinae. [c. 7. C. ibid.]

Debitum, quem pater contraxit, post eius obitum filius miles detrahere[56]) non potest.

Lex 8. Impr. Iustinianus a. Moene p̄p̄. [c. 8. C. ibid.]

Miles, dum in expeditione publica est, illa tempora ei non reputantur in causa.

TITULUS LI. De uxoribus militum vel eorum, qui reipublice causa absunt.

Lex 1. Impr. Alexander a. Secundine. [c. 2. C. II. 52.]

Mulieres q cum maritis suis in expeditione publica sunt, tempora illis subveniunt. | [57])

Lex 2. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. Quintiliano. [c. 2. C. ibid.]

Mulier q cum marito suo milite in expedito publico fuit, retrahitur[58]) tempus de praescriptione[59]).

TITULUS LII. De temporibus in integrum restitutionis tam minorum aliarumque personarum, que restitui possunt, quam heredum eorum.

Lex 1. Impr. Gordianus a. Pudenti militi. [c. 1. C. II. 53.]

Minor etate miles in aliquo utilitas eis[60]) lesa est et post expeditionem moratus est, minoris beneficium ei conservatur.

Lex 2. Idem a. Secundino. [c. 2. C. ibid.]

Si pater tuus, cui restitui competebat, si in minori etate mortuus est, et tu in minori etate vel[61]) in bello occupatus, postquam reversus fueris, salvatur tibi restitutio, que patri tuo competebat.

Lex 3. Idem a. Muciano militi. [c. 3. C. ibid.]

Si in | tra[62]) minores annos, quando tibi restitutio fuerit, in expeditione militie moratus est, restitutio tibi salvatur.

Lex 4. Dioclitianus et Maximianus aa. Dionisio. [c. 4. C. ibid.]

Si fratribus tuis successio debebatur et in bello morantes mortui sunt, p eora tibi successio integratur.

Lex 5. Impr. Constantinus a. [c. 5. C. ibid.]

Si minor veniam etatis iudici postulavit ut, que finita sunt, refragari non potest.

Lex 6. Idem a. ad Iulianum p̄p̄. [c. 6. C. ibid.]

Petitor dilatare non liceat.

Lex 7. Impr. Iustinianus a. Ioh. p̄p̄. [c. 7. C. ibid.]

Ubi annum utilem quadriennium dicit fieri restitutio minoris aetate post viginti quinque annis.

TITULUS LIII. Quibus ex causis maiores in integrum restituuntur.

Lex 1. Impr. Antoninus a. Emiliano. [c. 1. C. II. 54.]

Qui pro publica legatione moratus est, praescriptio temporum eis non opponitur.

---

51) Leg. *ut*. 52) Leg. *causa*. 53) Leg. *abfuerunt*. 54) Incipit fol. 48. B. 55) Cod. *abuit*. 56) Cod. *detraere*. 57) Incipit fol. 49. A. 58) Cod. *retraitur*. 59) Cod. *pscriptione*. 60) Leg. *eius*. 61) Pro *vel* Codex habet *ut*. 62) Incipit fol. 49. B.

Lex 2. Idem a. Dionisio. [c. 2. C. II. 54.]

Qui in militia occupatus fuit, restitutio ei concedetur.

Lex 3. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. Proculo decurioni. [c. 3. C. ibid.]

Cuuialis pro occupatione publica moratus debitum reddere | [63]) usuras illi non reputetur.

Lex 4. Idem a. Prisciano. [c. 4. C. ibid.]

Minorum restitutio annuitur.

Lex 5. Idem a. Lyciniano. [c. 5. C. ibid.]

Qui ab hostibus captus redit, prescriptio ei non preponitur [63 b]).

TITULUS LIV. De alienatione iudicii mutandi causa facta.

Lex 1. Impr. Dioclitianus [64]) *et Maximianus aa. Catulo.* [c. 1. C. II. 55.]

Si res tuas alio vendidit ab his posse unum quem elegeris tenere venditore aut emptore [65]).

TITULUS LV. De receptis.

Lex 1. Impr. Constantinus a. Nepotiane. [c. 1. C. II. 56.]

Ex conpromisso iudicata causa apellari non potest.

Lex 2. Impr. Carus, Carinus et Numerius aaa. Clementi. [c. 2. C. ibid.]

Qui in iudicio compromissariis non observabit [66]), poena exigitur.

Lex 3. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. Petronie. [c. 3. C. ibid.]

Aruitres ex conpromisso iudicia si non obueris, conveniris.

Lex 4. Impr. Iustinianus a. Demosthenì pp. [c. 4. C. ibid.]

Arbitres per sacramentum electos absque scriptura apellari licet. *In ea lege habet* [67]): Ubi arbitres si sacramento scripto electos | [68]) iubet obtemperare et arbitres iurent, veritatem se indicare. *In eam lege habet:* Si arbiter dicat iurasse causedicum [69]), et unus causeticus [70]) neget, non potest iudicium subsistere, nec eius testimonium recipi.

Lex 5. Impr. Iustinianus a. Iuliano pp. [c. 5. C. ibid.]

Ubi silentium pro consensum habetur [71]). Quae [72]) indicata sunt intra dies decem mox non appellavit, postea non licet. *In ea lege:* Factum compromissum interruptio temporum est et que hibi [73]) confessum est vel actum, stabile [74]) est in alterius iudicium.

Lex 6. Impr. Iustinianus a. Ioh. pp. [c. 6. C. II. 56.]

Mulier, si inter se et filiis vel libertis vel inter aliis iudicare, nihil [75]) est.

TITULUS LVI. De satisdando.

Lex 1. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. Peritoni. [c. 1. C. II. 57.]

Qui procausatorem [76]) instituit, non dat fideiussorem de ratihabitione [77]), et si post per se vult litigare, licet. Pulsatus, instituto procuratore, alio submitare non licet. Fideiussor de solvendo iudicio [78]) detur. *In ea lege:* Procuratore pulsat det [79]) fideiussorem, ut, quod addictus fuerit, satisfaciat.

TITULUS LVII. | [80]) De formulis et impetrationem actionum sublatis.

Lex 1. Impr. Constantinus et Constans aa. Marcellino. [c. 1. C. II. 58.]

Si littera pro littera facta fuerit, non impedit.

Lex 2. Impr. Theodosius et Valentinianus aa. Hierio pp. [c. 2. C. ibid.]

Si antecumq. iudice causa acta est, recipitur exinde acta legitima.

TITULUS LVIII. De iureiurando propter calumnia dando.

Lex 1. Impr. Iustinianus a. ad Demostheni pp. [c. 1. C. II. 59.]

Iuret petitor non calumniandi animo probationem petere.

Lex 2. Impr. Iustinianus a. Iuliano pp. [c. 2. C. ibid.]

Procurator cause iuret non mala causa defendere. Nam non liceat iudici causam ipsam audire. *In ea lege habet* [81]): nisi sacrosancta evangelia fuerit. Post narratione ut advocatus iuret. Si causa mala cognoscit, deserat illum. *In ea lege habet* [82]): Advocati sacramenta legitimum prestent. Ut principalis persona iuret, non per calumnia petere, vel pulsatus non | [83]) malo [84]) animo reluctare. *In ea lege:* Que partes viros disertissimos advocatos, quod iam dispositum est a nobis, iusiurandum presentent sacrosancta evangelia. Ante iudicem evangelia sit [85]) semper, dum audet [86]). *In ea lege:* procurator eius prestet sacramenta. *In ea lege habet* [87]): Ubi absente parte altera pars iurare non potest. *In ea lege:* Neque enim pupillus neque adultus ubi pupil-

63) Incipit fol. 50. A. 63 b) Leg. *opponitur.* 64) Sic sec. manus. Prima habuit *Constantinus*, quod. sec. delevit. 65) Leg. *venditorem aut emptorem.* 66) Leg. *observavit.* 67) Cod. *abet.* 68) Incipit fol. 50. B. 69) Leg. *causidicum.* 70) Leg. *causidicus.* 71) Codex *abetur.* 72) Pro *quae* Codex habet *q.* 73) Legendum *ibi.* 74) Codex *stabilem.* 75) Cod. *nichil.* 76) Leg. *procuratorem.* 77) Cod. *ratiabitione.* 78) Leg. *iudicato.* 79) Leg. *procurator pulsati det.* 80) Incipit fol. 51. A. 81) Cod. *abet.* 82) Cod. *abet.* 83) Incipit fol. 51. B. 84) Pro *malo* Codex habet *arro.* 85) Leg. *sint.* 86) Leg. *audit.* 87) Cod. *abet.*

ius adultus principalia sacramenta prestat, sed quid agit. *In ea legem:* Per procuratorem causam agitur, qui absentem partem agit mandato sacramenti de calumnia ostendat, et, qui pro eo absente spondit, ostendat scriptum eiusdem infinitus. *In ea lege:* Cognovit vigorem suum, ubi sine principalia sacramenta causa agi non potest apud privatos, et actor simul iuret. *In ea lege:* Nullo mandato prolato, qualiter absens iuret, et qui lite mandat, absque mandato sacramenti non audiatur. *In ea lege:* Actor noluerit subire sacramentum calumniae. Qui non fuerit iurare ausus, inter initia negotium amittit, quando desiderat proponere. *In ea lege:* Et causarum patroni advocati prebeant sacramenta. Iudicis presentes evangeliis causam audiant | [88]) et finiant. *In ea lege:* Iubemus presentem quidem personam praesentes personas sacramentum detur inter initia.

EXPLICIT CONSTITUTIONUM LIBER SECUNDUS.

INCIPIT CONSTITUTIONUM DOMINI IUSTINIANI LIBER TERTIUS FELICITER. DEO GRATIAS AMEN.

TITULUS I. De iudiciis.

Lex 1. Impr. Severus et Antoninus aa. Clementi. [c. 1. C. III. 1.]

In iudicio de usuris quod non fuit actum, exigi non potest.

Lex 2. Idem a. Valerio. [c. 2. C. ibid.]

Si contra tutorem tuum de tutela gestam causam dixisti minus allegasti, concedere potest.

Lex 3. Impr. Alexander a. Faustine. [c. 3. C. ibid.]

Petenti iudicio repelli non licet.

Lex 4. Idem a. Popilio. [c. 4. C. ibid.]

Curator si detur, predia comparavit et tradedit [89]); ad curatorem recursum non habet [90]).

Lex 5. Impr. Gordianus a. Marcello. [c. 5. C. ibid.]

A iudice alius iudex ordinatus alio iudice facere non potest.

Lex 6. Idem a. Iunie. [c. 6. C. ibid.]

Servus in iudicio alii prode [91]) non facit. | [92])

Lex 7. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. Herine. [c. 7. C. ibid.]

Servus stilii pignus positus res adnō comparatas tenens agi debet.

Lex 8. Impr. Constantinus a. et Licinius ad Dyonisium. [c. 8. C. ibid.]

In omni iudicio iustitia servetur.

Lex 9. Impr. Constantinus a. ad Maximum. [c. 9. C. ibid.]

Iudex inprimis requirat diligenter, cum et post sepius interroget, si postulant iudicari.

Lex 10. Idem a. ad Severum pp. [c. 10. C. ibid.]

Ceptam litem exinde in aliorum iudicia cum provocat poenam adfligatur.

Lex 11. Impr. Iulianus a. Iuliano pp. [c. 13. C. III. 1.]

Ut inter tres annos causa finiatur et de poena iudicii et de inclamatione absenti et expensas litis reddentes hic sunt.

Lex 12. Impr. Iustinianus a. Iuliano pp. [c. 14. C. ibid.]

Ut petitor iuret se per calumnia [93]) non petere. *In ea lege abet* [94]): Omnino iudices Romani. *In ea lege abet* [95]): Ut a principio litis usque in finem evangelia presentes sint.

Lex 13. Impr. Iustinianus Iuliano pp. [c. 15. C. ibid.]

Si contumax redierit ad iudicium, non audiatur, nisi prius omnia dam|na [96]) restituat, quantum inde estimaverit, postquam iuraverit, quantum expendit. Quod si hec iudex pretermiserit, de suo det parti lese. Hoc et de pedaneo iudice liceat iudicare.

Lex 14. Impr. Iustinianus a. Iuliano pp. [c. 16. C. ibid.]

Ante causa incoata [97]) licet iudice [98]) recusare et alios iubet audire et suspectum iudicem ante litem recusare nec apellare [99]).

Lex 15. Impr. Iustinianus a. Ioh. pp. [c. 18. C. ibid.]

Licet suspectum presidem recusare et ad maiorem iudicem ambulare aut apud municipes aut arbitros adque iudicatam fuerint index quē suspectum habuit [1]) in se requirat.

Lex 16. Impr. Iustinianus a. Iohi pp. [1b])

---

88) Incipit fol. 52. A. 89) Leg. *tradidit.* 90) Codex *abet.* 91) Hoc ex male intellecta voce *interesse* prodiit. 92) Incipit fol. 52. B. 93) Leg. *calumniam.* 94) Leg. *habet.* 95) Leg. *habet.* 96) Incipit fol. 53. A. 97) Cod. sic habet. Leg. *causam inchoatam.* 98) Leg. *iudicem.* 99) Leg. *appellare.* 1) Cod. *abuit.* 1b) Inscriptio est const. 17. C. III. 1.

Ut supra lege hoc habet [2]) et ista.

TITULUS II. De sportulis et sumptibus in diversos iudiciis faciendis et de executoribus litium.

Lex 1. Impr. Gratianus et Valentinianus et Theodosius aaa. ad Potitum vicarium. [c. 1. C. III. 2.]

Executor per litem inchoatam est ipse exequatur, vel si aliquod excedit quinq. libras auri det poena. | [3])

Lex 2. Impr. Iustinianus a. Iuliano pp. [c. 2. C. ibid.]

Omnes indices in cingulo positos si executores litis neglegent, alios efficaces instituat et certa multam et corporali disciplina mul adfligantur neglegentes executores.

Lex 3. Constitutio graeca hic in his titulo qui minus est in greco.

TITULUS III. De pedaneis iudicibus.

Lex 1. Impr. Gordianus a. Vicani. [c. 1. C. III. 3.]

Sui [4]) iudicia non sunt commissa, que iudicavit, nihil [5]) est.

Lex 2. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. [c. 2. C. ibid.]

Licet iudici propter occupationem auditore deputari et excepta causa libertatis servorum.

Lex 3. Exemplum sacrarum eorundē a. et c. ad Serapionem. [c. 3. C. ibid.]

Deputatos arbitros si post denuntiationem apellaverit [6]), audiatur.

Lex 4. Idem a. et c. Firmino. [c. 4. C. ibid.]

Arbitres deputati si post inchoationem munus absens sit, aut non prehendunt iudicare, alios ei adhibeatur complere iudicium.

Lex 5. Impr. Iulianus a. Secundo pp. [c. 5. C. ibid.]

Si sunt causae de negotia et morantem iudicem provincie arbitres, liceat de|putari [7]) negotiatores.

TITULUS IV. Qui pro sua iurisdictione iudices darive possunt.

Lex 1. Impr. Theodosius et Valentinianus a. Cyro pp. [c. 1. C. III. 4.]

Si iudex conveniat persona, que eius foro non competit, nec convento valet, nec, que iudicata fuerit, effectum habeant [8]).

TITULUS V. Ne quis in sua causa iudicet vel sibi ius dicat.

Lex. 1. Impr. pp. Valens, Gratianus et Valentinianus aaa. [c. 1. C. III. 5.]

Generali [9]). Ut supra titulus.

TITULUS VI. Qui legitimam personam in iudiciis habent [10]) vel non.

Lex 1. Impr. Gordianus a. Candide. [c. 1. C. III. 6.]

Si minor aetate in iudicio absque tutore adductus est, nihil [11]) est.

Lex 2. Impr. Diocletianus et Maximianus aa. Agemacho. [c. 2. C. ibid.]

Ex permissum tutoris et curatoris licet minori agere et conveaire.

Lex 3. Impr. Honorius et Theodosius aa. Iuliano proconsule. [c. 3. C. ibid.]

De momento agi licet. Conveniri minori non licet.

TITULUS VII. Ut nemo invitus agere vel accusare cogatur. | [12])

Lex 1. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. Camerio. [c. 1. C. III. 7.]

Invitus nemo cogatur agere vel accusare.

TITULUS VIII. De ordine iudiciorum.

Lex 1. Impr. Severus et Antoninus aa. Marcelline. [c. 1. C. III. 8.]

Si presens [13]) non conprehensit iudicare de testamento, ad maiorem iudicem dici potest.

Lex 2. Impr. Antoninus a. Agnelle. [c. 2. C. ibid.]

Si ex linea patris fratris filii te pulsent, petere fidem generis licet.

Lex 3. Impr. Valentinianus et Gallienus aa. Demitrio. [c. 3. C. ibid.]

Si arbitres criminales causas audet et post competens iudex sententiam finet.

Lex 4. Impr. Constantinus a. ad Calpurnianum. [c. 4. C. ibid.]

Si iudex civilis in cause meritum crimen agnoscat, merito causae personam iudicationem manifestat; post competens iudex ex hoc prebet sententiam.

TITULUS IX. De litis contestationibus.

Lex 1. Impr. Severus et Antoninus aa. Valenti. [c. 1. C, III. 9.]

Contestatio litis non fiet, nisi per interlocutionem iudicis.

Constitutio greca.

TITULUS X. De plus petitionibus. | [14])

Lex 1. Impr. Iustinianus a. Ioh. pp. [c. 3. C. III. 10.]

Plus petendum amittit totum debitum.

TITULUS XI. De dilationibus.

---

2) Codex *abet.* 3) Incipit fol. 53. B. 4) Leg. *si.* 5) Codex *nichil.* 6) Leg. *appellaverit.* 7) Incipit fol. 54. A. 8) Cod. *abeant.* 9) Vox *generali* est initium const. un. C. III. 5. 10) Cod. *abeat.* 11) Codex *nichil.* 12) Incipit fol. 54. B. 13) Leg. *praeses.* 14) Incipit fol. 55. A.

Lex. 1. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. et cesares. [c. 1. C. III. 11.]

Indutias postulari et tribui licet intra provincias tres menses, longius menses sex, trans mare novem.

Lex 2. Impr. Constantinus a. ad Ursum vicarium. [c. 2. C. ibid.]

Ex compromissu qui de arbitriorum iudicio aput [15]) principem offeret, emendari iudicium nichil.

Lex 3. Idem a. Profuturo prefecturio annonis. [c. 3. C. ibid.]

Si a delegatione datus pitatius, exigitur, quia administrat.

Lex 4. Idem a. ad Catulinum proconsule Africae. [c. 4. C. ibid.]

Absente patre [16]), iudice non licet indutias postulari, sed presentia et causa cognita.

Lex 5. Idem a. ad Maximum. [c. 5. C. ibid.]

Apellatio oblati suscipi licet.

Lex 6. Impr. Constantinus a. et Constantius c. ad Petronium vicarium Africae. [c. 6. C. ibid.]

Inter litigatores privatis cum fisco inducias postulatas tribui licet, si iustas cognoscantur. | [17])

Lex 7. Impr. Arcadius et Honorius aa. Messale pp. [c. 7. C. ibid.]

Trans mare indutias VIIII mensibus tribuatur.

TITULUS XII. [18]) De feriis.

Lex 1. Impr. Constantinus et Maximianus aa. et Severus idem a. et Maximus novies Cesar Virino. [c. 1. C. III. 12.]

Ad apellationem intra certos dies non fuerit, post non valet.

Lex 2. Impr. Constantinus a. Hispidio. [19]) [c. 3. C. ibid.]

Dominico die omnes ab omni opere cessent.

Lex 3. Idem a. ad Severum. [c. 4. C. ibid.]

Iudex nulli iniungat dies feriatos aliquid facere.

Lex 4. Impr. Valentinianus, Valens et Gratianus aaa. ad Olibrium. [c. 5. C. ibid.]

Iudex menses duo feriatos indulgeat hominibus et pistoribus publicis.

Lex 5. Idem a. Luciano vicario Macchidonee [20]). [c. 6. C. ibid.]

Quadraginta dies quia aspicio caerimoniarum pascale tempus accipiant [21]).

Lex 6. Impr. Valentinianus, Theodosius et Arcadius aaa. Albino pu. [c. 7. C. ibid.]

In omnes dies feriatos nihil [22]) a iudicibus fieri iniungantur a privatis; quod factam [23]) fuerit, irritum sit.

Lex 7. Idem a. Tatiano pp. [c. 8. C. III. 12.]

Quindecim dies pascales nihil [24]) fiat preter mancipandi et manumittendi. | [25])

Lex 8. Impr. Honorius et Theodosius aa. Anthemio pp. [c. 10. C. ibid.]

In quadragesima et feriatos dies latronum non inquisitio fiat.

Lex 9. Impr. Leo et Anthemius aa. Armasio pp. [c. 11. C. ibid.]

Diem dominicum omnis actio et executio conquiescat, neo expectacula fiat [26]).

TITULUS XIII. De iurisdictione omnium iudicum et de foro competenti.

Lex 1. Impr. Severus et Anthoninus aa. Severo et aliis. [c. 1. C. III. 13.]

Si procuratores vestros iudices eligistis, que iudicant, adimpleatis.

Lex 2. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. Alexandro. [c. 2. C. ibid.]

Pulsatus actoris foro non sequaris.

Lex 3. Idem a. Iude. [c. 3. C. ibid.]

Electio pupilli iudices non facit.

Lex 4. Impr. Constantinus a. ad universos provinciales. [c. 4. C. ibid.]

Inchoata lite in alterius iudicis migrare non licet; post apellari licet.

Lex 5. Impr. Arcadius et Honorius aa. Vincentio pp. Galliarum. [c. 5. C. ibid.]

Petitor rei foro sequatur, et quis hominem ad militem delegavit vel inconpetenti iudicio sine iussione imperatoris duxit, amittat negotium, | [27]) et iudex decollentur.

Lex 6. Impr. Honorius et Theodosius aa. Anthemio pp. [c. 6. C. ibid.]

Magisterie potestates et magister officiorum privatarum causas audiant, militi non.

Lex 7. Impr. Anastasius a. Constantino pp. [c. 7. C. ibid.]

Preter iudicibus civilis liceat audire causas, non qui habent [28]) militiae dignitatem. Quis hoc presumpserit, amittat dignitatem.

TITULUS XIV. Quando imperator inter popillos [29]) vel viduas vel miserabiles personas cognoscat, et ne exhibeantur [30]).

---

15) Leg. *apud.* 16) Leg. *parte.* 17) Incipit fol. 55. B. 18) Cod. *T. VII.* 19) Ergo et hic const. 2. C. III. 12. praetermittitur. Vide *Wittium* in libro: *Die* leges restitutae *des Iustinianischen Codex p. 166.* et *Bienerum* in libro: *Beiträge zur Revision des Iustin. Codex p. 79.* 20) Leg. *Macedoniae.* 21) Haec ex prioribus constitutionis verbis orta sunt. Sic enim: *Quadraginta diebus, qui auspicio ceremoniarum paschale tempus anticipant.* 22) Cod. *nichil.* 23) Leg. *factum.* 24) Cod. *nichil.* 25) Incipit fol. 56. A. 26) Leg. *nec spectacula fiant.* 27) Incipit fol. 56. B 28) Cod. *abent.* 29) Lege *pupillos.* 30) Cod. *exibeantur.*

Lex 1. Impr. Constantinus a. ad Andronicum. [c. un. C. III. 14.]

Si imperator inter popillos[31] vel viduas causam audiet, ab aliis non audiatur.

TITULUS XV.[32] Ubi de criminibus agi oportet.

Lex 1. Impr. Severus et Anthoninus aa. Laurinae. [c. 1. C. III. 15.]

Criminali causa ubi misso[33] est vel in quo loco invenitur agatur.

Lex 2. Idem a. Nicae. [c. 2. C. ibid.]

Qui ingenuum vendit, plagiarius est criminis.

TITULUS XVI. Ubi de possessione agi oportet.

Lex 1. Impr. Valentinianus et Valens aa. ad Festum proconsule Africae. [c. 1. C. III. 16.]

Ubi vio|lentia[34] facta est, nihil[35] exequi potest.

TITULUS XVII. Ubi fideicommissum peti potest.

Lex 1. Impr. Severus et Anthoninus aa. Demitrio. [c. un. C. III. 17.]

Fideicommissum, ubi faculta est.

TITULUS XVIII. Ubi conveniatur, qui certo loco dare promisit.

Lex 1. Impr. Alexander a. Eraclee. [c. un. C. III. 18.]

Si certo loco promisisti restituere pecunias, si non reddedisti[36], alibi exigere poteris.

TITULUS XIX. Ubi in rem actio exiberi[37] debet.

Lex 1. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. Pancratio. [c. 1. C. III. 19.]

Actio in rem competit, si auctor non presentatur.

Lex 2. Impr. Constantinus a. ad universos provinciales. [c. 2. C. ibid.]

Si post rem possessam pulseris, auctorem debis[38] praesentare; post datas indutias auctor non presentatur, teneris, nec alias postulas indutias.

Lex 3. Impr. Gratianus, Valentinianus et Theodosius aa. [c. 3. C. ibid.]

Si in rem vertitur, intentio aput locum accedatur.

TITULUS XX. Ubi de herteidate agatur, et ubi scriptum haeres in possessionem mitti postulare debet.

Lex 1. Impr. Valerianus et Gallienus aa. |[39] *Messie.* [c. un. C. III. 20.]

In rem intromitti his iuste postulat, si ipse pulsator responsum ubique reddere.

TITULUS XXI. Ubi agi oportet de ratiociniis tam publicis, quam et privatis.

Lex 1. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. Gerontio. [c. 1. C. ibid.]

Qui tutelas vel alias utilitates egit, in eo loco facit rationes.

Lex 2. Impr. Honorius et Theodosius aa. Machedonium magistri militum. [c. 2. C. ibid.]

Post expleto cingulo ut militia tenetur, si quem gravavit.

TITULUS XXII. Ubi causa status agi debet.

Lex 1. Impr. Alexander a. Arestograti. [c. 1. C. III. 22.]

Si servus fugiens in alia provincia liberum se dicat, iudex eum transmittat, unde fugit.

Lex 2. Impr. Decius a. et Decius co&us̄c̄. Felici procuratori nostro[40]. [c. 2. C. ibid.]

Curator per se causam examinare non potest.

Lex 3. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. Zezonide. [c. 3. C. ibid.]

Qui in libertate constitutus ad servitium pulsatur, foro pulsati sequitur.

Lex 4. Idem a. Sisinne[41]. [c. 4. C. ibid.]

Si servus pro libertate clamat, ubi serviet, in eo loco causa audiatur.

Lex 5. Idem a. Diogeni presidi insularum. |[42] [c. 5. C. ibid.]

Si de libertis inter fisco et privato agatur, apud locum est agendum.

Lex 6. Impr. Iustinianus a. Moene p̄p̄. [c. 6. C. ibid.]

Servum id[43] libertinum in iudicio pulsatus, etsi quinque anni intercesserint, contra eos causa in omni praeturio.

TITULUS XXIII. Ubi quis de curiali, vel cohortali[44] vel condictione[45] convenitur.

Lex 1. Impr. Archadius et Honorius aa. Florentio p̄p̄. [c. 1. C. III. 23.]

Decurio si fugierit[46], inventus revocetur.

Lex 2. Impr. Theodosius et Valentinianus aa. Cyro p̄p̄. [c. 2. C. ibid.]

Curialis si se societ in alia terra, iudex eum revocat in suo loco, ut administret.

---

31) Lege *pupillos.* 32) Codex T̄. *XX.* 33) Leg. *commissa.* 34) Incipit fol. 57. A. 35) Cod. *nichil.* 36) Lege *reddidisti.* 37) Lege *exerceri.* 38) Lege *debes.* 39) Incipit fol. 57. B. 40) Voces *procuratori nostro* fortasse ex principio constitutionis natae sunt. 41) Secunda manus corrigit *Sisinnie.* 42) Incipit fol. 58. A. 43) Lege *vel.* 44) Cod. *coortalia.* 45) Leg. *conditione.* 56) Leg. *fugerit.*

TITULUS XXIV. Ubi senatores vel clarissimi civiliter vel criminaliter conveniantur.

Lex 1. Impr. Constantinus a. ad Octavianum comitem Spaniorum. [c. 1. C. III. 24.]

Si clarissimus raptum vel alio crimen admiserit, in ea provincia audiatur.

Lex 2. Impr. Valens, Gratianus et Valentinianus aa. ad Senatum. [c. 2. C. ibid.]

Senatores pro pecuniis causis apud eorum heredes audiantur.

Lex 3. Impr. Zeno Archadio pp. [c. 3. C. ibid.]

Sublimis potestas post crimen admiserit, | [47]) non per procuratorem litiget et ab imperio audiatur, aut, cuius erit, litigandum, sed et sententiam non denuntiet, nisi retulerit imperatoris.

TITULUS XXV. In quibus causis militantes foris perscriptionem[48]) uti non possent.

Lex 1. Impr. Theodosius et Valentinianus aa. Florentio pp. [c. 1. C. III. 25.]

Moderatores[49]) provinciae nullus contempnat iudicium.

TITULUS XXVI. Ubi cause fiscalis vel divine domus hominumque eius aguntur.

Lex 1. Impr. Severus et Anthoninus aa. Dioscoro. [c. 1. C. III. 26.]

De iure fisci homicidium factum per procuratores fisci agatur.

Lex 2. Idem a. Areste. [c. 2. C. ibid.]

Qui fiscalem hominem occisit, bonis eius fisco societur.

Lex 3. Impr. Antonius a. Eliodoro. [c. 3. C. ibid.]

Procuratori fisci ipse iudicare non potest.

Lex 4. Impr. Alexander a. Maximo. [c. 4. C. ibid.]

Si procuratore[50]) res meas comparasti, mihi[51]) praetium cum usuris solvis.

Lex 5. Impr. Constantinus a. ad Ursum. [c. 5. C. ibid.]

Fiscales causas rationabiliter decidantur.

Lex 6. Idem a. ad Italicum. [c. 6. C. ibid.]

Contra fiscalem hominem comitem privatorum ...[52]) roget. | [53])

Lex 7. Idem a. ad Bulephorum. [c. 7. C. ibid.]

Cholonos publicos ab angarias abstineantur.

Lex 8. Idem a. ad Taurum pp. [c. 8. C. ibid.]

Si servus publicus preter fecit, ad iudicium rectoris eum petis conductorem aut procuratorem causam dicatur.

Lex 9. Impr. Valentinianus et Valens aa. ad Philippum vicarium. [c. 9. C. III. 26.]

Si publicus procurator vel servus alicui mali admiserit, in iudicio conventus exigatur, et, si reus est, puniatur.

Lex 10. Impr. Theodosius et Valentinianus aa. ad Polymium pp. [c. 10. C. ibid.]

Acceptor publicus in suo foro contra ipsum dicatur.

Lex 11. Impr. Theodosius et Valentinianus a. Arcaxi pp. sacri cubiculi. [c. 11. C. ibid.]

Publicus colonus aut inquilinus aut servus mali admiserit, apud comitem sacrarum audiatur.

TITULUS XXVII. Quando liceat sine iudice unicuique vindicare se vel publicam devotionem.

Lex 1. Impr. Valentinianus, Theodosius et Arcadius aaa. ad provinciales. [c. 1. C. III. 27.]

Siquis nocturnis in rem alienam incedat, aut sepius vim faciat, occisus ibi fuerit, valet. | [54])

Lex 2. Impr. Honorius, Archadius et Theodosius aaa. ad Adriano pp. [c. 2. C. ibid.]

Si miles violentia agat, mortuus aut vulneratus fuerit, non requiratur.

TITULUS XXVIII. De inofficioso testamento.

Lex 1. Impr. Severus et Anthoninus aa. Victorino. [c. 1. C. III. 28.]

De inofficioso testamento agi licet.

Lex 2. Idem a. Lucretio. [c. 2. C. ibid.]

Per inofficioso testamento accepisti possessionem ab erede ei tolli non potest.

Lex 3. Idem a. Ianuario. [c. 3. C. ibid.]

Mater condito testamento filios heredes fecit, alio post genuit, solutus testamentus.

Lex 4. Idem a. Sotherico et aliis. [c. 4. C. ibid.]

Filius vota coniunctus de inofficioso testamento agere non licet.

Lex 5. Impr. Anastasius a. Helio. [c. 5. C. ibid.]

Si pater tuus de inofficioso testamento pulsavit, te agere licet.

Lex 6. Idem a. Ingenuo. [c. 6. C. ibid.]

Exheredato filio tres unciis ex omnibus detur.

Lex 7. Idem a. Secundino. [c. 7. C. ibid.]

De inofficioso testamento nepotem dicere licet.

Lex 8. Idem a. Florentio. [c. 8. C. ibid.]

Si non minus de quartam portionem scriptus est, | [55]) contra testamentum patris agi non potest.

---

47) Incipit fol. 58. B. 48) Leg. *fori praescriptione.* 49) Legendum fortasse *moderatoris.* 50) Leg. *a procuratore.* 51) Cod. *michi.* 52) Lacuna est trium litterarum in Codice. 53) Incipit fol. 59. A. 54) Incipit fol. 59. B. 55) Incipit fol. 60. A.

Lex 9. Idem a. Romane. [c. 9. C. III. 28.]

De inofficioso testamento militi[56] dici non potest.

Lex 10. Idem a. Quintilliano. [c. 10. C. ibid.]

Si testator, si publicus eius facultas debetur, in uno filio testatus fuerit exheredatus, contra procuratorem publicum agat.

Lex 11. Idem a. Ingenuo. [c. 11. C. ibid.]

Arenariis inofficioso testamento praesentia agere licet, et filius eius, si arenarius fuerit.

Lex 12. Idem a. Licyniano et Diogeniano. [c. 12. C. ibid.]

Si testator dixit: *ille filius meus intestatus sine liberis mortuus fuerit, norus*[57] *mea succedat illi,* valet[58].

Lex 13. Impr. Gordianus a. Prisciano. [c. 13. C. ibid.]

Si testamentus cadat, pro qua re uni demisit[59] septem, alio quinque uncias, legati complentur.

Lex 14. Idem a. Prisco. [c. 14. C. ibid.]

De inofficioso testamento, quem non adisti, agere potest.

Lex 15. Impr. Philippus a. et Philippus c. Afrodisie. [c. 15. C. ibid.]

Filia exeredata amittere de inofficioso testamento tacere non potest. | [60]

Lex 16. Impr. Valentinianus, Galienus et Valerianus novies VIIII[61] *Theodote.* [c. 16. C. ibid.]

De inofficioso testamento agere potest, intra quinquennio agatur.

Lex 17. Impr. Carinus et Numerianus aa. Flore. [c. 17. C. ibid.]

Pretermisso filio sororem heredem fecit, de inofficioso testamento agere potest.

Lex 18. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. Faustinae. [c. 18. C. ibid.]

Si filias sine liberis maritum heredem fecit, pater eius de inofficioso testamento agere potest.

Lex 19. Idem a. Apolenari. [c. 19. C. ibid.]

Filia prostituti[62] exeredari[63] potest.

Lex 20. Idem a. Alexandro. [c. 22. C. ibid.]

Si maritus pretermisit[64] filio uxorem suam fecit heredem, de inofficioso testamento agi potest.

Lex 21. Idem a. Tatile[65]. [c. 21. C. ibid.]

Nepotes de testamento avunculorum inofficiose testamento dicere non licet de falso.

Lex 22. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. Sabiniano. [c. 20. C. ibid.]

Filia ex voluntate matris[66] nupsit absque patris consensum, separari a marito potest.

Lex 23. Idem a. Philippo. [c. 23. C. III. 28.]

Interdici | [67] testamentum culpa est.

Lex 24. Idem augustus. [c. 24. C. ibid.]

Miles de castrense peculio testatus de inofficioso nec pater nec filius dicere potest.

Lex 25. Idem a. Moenedote[68]. [c. 25. C. ibid.]

Si mater filio heredes instituit, ut, si pater eius emancipaverit, habeat[69], non dicatur de inofficioso testamento, quia providendum bonum hoc fecit.

Lex 26. Idem a. Sarapioni suo salute. [c. 26. C. ibid.]

Si pater filium in tres uncias constituit, nisi intra puueris mortuus fuerit, alius illi succedat, valet.

Lex 27. Impr. Constantinus a. ad Verianum. [c. 27. C. ibid.]

Uterini de inofficioso testamento agere non licet, sed germanis, si personam indignam heredem fecerit, excepto servo, quem diligit.

Lex 28. Idem a. ad Claudium presidem Datie. [c. 28. C. ibid.]

Sine culpa filius exeredatus[70] agere potest. Si filium mater exheredavit, tamquam ab intestato succedit. Quodsi mater turpiter egit, vel inpia filio fuit, extera erit substantiae.

Lex 29. Impr. Zeno a. Sebastiano pp. | [71] [c. 29. C. ibid.]

Dotem vel sponsalia filiis a parentes scripsit exheredatus fuerit filius, pro Falcidia sibi hoc reputatur.

Lex 30. Impr. Iustinianus a. Moene pp. [c. 30. C. ibid.]

Testator filio suo minus quam illi competit relinquerit, si non culpavilem[72] consignificavit, fratres eius non illum ad culpam vocare possunt, equalaemque cum ea divident. *In ea lege dicit:* Ad inofficiosi testamenti querella vocantur. *Idem in ea lege abet*[73]: Filius si in Falcidia succedit, militiaque et a patre empta est, lucravit heredi si empta est militia, pretium sibi in portione reputet, excepto silentiariis.

Lex 31. Impr. Iustinianus a. Moene pp. [c. 31. C. ibid.]

Testamentus, in quo exheredatus filius in Falcidia legitur, stabile est.

Lex 32. Impr. Iustinianus a. Moene pp. [c. 32. C. ibid.]

---

56) Leg. *militis.* 57) Leg. *nurus.* 58) Pro *valet* Cod. habet *abet,* idque a secunda manu. 59) Leg. *dimisit.* 60) Incipit fol. 60. B. 61) Voces *Novies VIIII* ex his vocibus *Nob. caesar* prodierunt. 62) Leg. *prostituta.* 63) Leg. *exheredari.* 64) Leg. *pretermisso.* Inscriptio huius legis est const. 21. C. III. 28. 65) Inscriptio est const. 21. C. III. 28. 66) Sic sec. manus. Prima habebat *patris.* 67) Incipit fol. 61. A. 68) Cod. *Moene Dote.* 69) Cod. *abeat.* 70) Leg. *exheredatus.* 71) Incipit fol. 61. B. 72) Leg. *culpabilem.* 73) Leg. *habet.*

Testator, si uni filio exheredato Falcidia non reliquerit, testamento de aliis, quem deliberavit, valet.

Lex 33. Impr. Iustinianus a. Moene[74]) *pp.* [c. 33. C. III. 28.]

Testatori filio vel nepote ex testamento vel legato minus de Falcidia reliquerit, contra agi licet. Heres enim absque | [75]) controversiam eum in portionem volet recipere et ille eos ad iudicium vocet, tertiam partem minus, de quod illi competit, accipiat.

Lex 34. Impr. Iustinianus a. Ioh. pp. [c. 34. C. ibid.]

Exheredato filio vel nepote si mortuus fuerit vivente testatore, non licet de inofficioso testamento norus.

Lex 35. Impr. Iustinianus a. Ioh. pp. [c. 35. C. ibid.]

Filius si aliquas res a patre accipiet suo placito, ut hoc sibi in portione sufficiat, de inofficioso testamento agere potest.

Lex 36. Impr. Iustinianus a. Ioh. pp. [c. 36. C. ibid.]

De inofficioso testamento agi potest, ut heres a creditore solum non gravetur. Heres intra annum propterea[76]) responsum, propter causidicis. *In ea lege abet*: In eadem commanentes provinciam intra sex menses heres succedat, si presens est; si absens est, intra anno, ut possit quis agere de inofficioso testamento.

Lex 37. Impr. Iustinianus a. Ioh. pp. [c. 37. C. ibid.]

Filius testamentum facere de castrense peculio miles et militia de sua adquisitione solum licet; et grammaticus et medicus. De his re|bus[77]) non dicitur de inofficioso testamento, si non habent[78]) filios.

TITULUS XXIX. De inofficiosis donationibus.

Lex 1. Impr. Philippus a. Nichanori et Papianae. [c. 1. C. III. 29.]

Si mater res suas uni filio aut extraneo donavit et alias singulas uncias donavit, de inofficiosa donatione agere potest.

Lex 2. Impr. Valerianus et Galienus aa. Anthiae. [c. 2. C. ibid.]

Si pater tuus res suas filio dedit, et alii Falcidia[79]) reservavit, de inofficiosa donatione agi non potest.

Lex 3. Idem a. Heliano. [c. 3. C. ibid.]

Si filium heredem in pauco constituisti, minus de Falcidia dare non potest.

Lex 4. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. Aristinae. [c. 4. C. ibid.]

Si filius matrem exheredari, potest mater de inofficioso agere.

Lex 5. Idem a. Cottaveo. [c. 5. C. III. 29.]

Si in filio emancipationem omnes res tuas donasti, alii filii contra fratrem agere potent.

Lex 6. Idem a. Dimitrie. [c. 6. C. ibid.]

Si pater in filio plus donavit, de reliquo divisio facta si ignoravit, qui gravatus est, repetere potest de inofficiosa donationem. | [80])

Lex 7. Idem a. Ammiano. [c. 7. C. ibid.]

Si mater tua res suas uni donavit filium et tibi tres uncias donavit, concedere potest.

Lex 8. Idem a. Auxanoni. [c. 8. C. ibid.]

Si pater uni filio omnia donavit, nihil[81]) est. Si mater sponsalia an filio emancipatio[82]) et donavit, consentiente marito resolvitur.

Lex 9. Impr. Constantinus a. Olybrio. [c. 9. C. ibid.]

Si uni filio minus quam Falcidia donatum est, repeti potest.

TITULUS XXX. De inofficiosis dotibus.

Lex 1. Impr. Constantinus a. ad Maximum preside Sicilie. [c. un. C. III. 30.]

Si parentes uni filio omnes res in dotem conscribat, de inofficioso querella agi potest.

TITULUS XXXI. De repetitione[82b]) hereditatis.

Lex 1. Impr. Titus Elius Antoninus aaa. Auguriano proconsule Africae. [c. 1. C. III. 31.]

Creditor post mortem debitoris usuras non lucrat, nisi ex eo heredem pulsavit.

Lex 2. Impr. Severus et Antoninus aa. Marcello militi. [c. 2. C. ibid.]

Si quis a patre tuo rem emptam tenet, quem tibi competit, ex eo illum pulsasti, cum fructibus tibi restituat. | [83])

Lex 3. Idem a. Epicte. [c. 3. C. ibid.]

Soror matris tue debito eius ab eius heredem repeti potest ad nomen matris tue de anteriore testamento inofficioso.

Lex 4. Impr. Antoninus a. Vitaliano. [c. 4. C. ibid.]

In morte cuiusdam, quod expedisti[84]), ab herede recipes[85]).

Lex 5. Idem a. Postumiane. [c. 5. C. ibid.]

Hereditatem, quem tenuisti, quam tibi credebas competere si addicta es[86]), recipis, quod creditoribus solveras. Nam creditore[87]) exigere non potest[88]).

Lex 6. Impr. Alexander a. Firmino. [c. 6. C. ibid.]

---

74) Pro *Moene* vulgo *Demostheni*. 75) Incipit fol. 62. A. 76) Supra vocem *propterea* secunda manus posuit *ciendum*. 77) Incipit fol. 62. B. 78) Cod. *abent*. 79) Leg. *Falcidiam*. 80) Incipit fol. 63. A. 81) Cod. *nichil*. 82) Litterae *tio* a sec. manu punctis notatae sunt, primaque man. *emancipavit* correxit. 82b) Leg. *petitione*. 83) Incipit fol. 63. B. 84) Leg. *expendisti*. 85) Leg. *recipis*. 86) Pro *addicta es* Codex habet *addictas*. 87) Leg. *a creditore*. 88) Leg. *potes*.

Si filii tui emancipati substantia aput nepotes residet, qui in tua non fuerunt potestate, repetere iuste potest.

Lex 7. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. et c. Restitute. [c. 7. C. III. 31.]

Petere facultatem pro herede licet remote pscriptionem[89] contra possessorem.

Lex 8. Idem a. et c. Asterio. [c. 8. C. ibid.]

Requiri licet, si eius propinquus testavit.

Lex 9. Idem a. et c. Demophole. [c. 9. C. ibid.]

Si successionem cognati scriptis repudiasti, adire non potest. | [90]

Lex 10. Idem a. et c. Theudatiano. [c. 10. C. ibid.]

Filiusfamilia[91] relicta sibi hereditate tenuit, patri adquisivit.

Lex 11. Impr. Archadius et Honorius aa. Eternati[92] proconsuli. [c. 11. C. ibid.]

Ad restituendam possessionem pulsari licet, non ut ipse confiteantur, quomodo possidet.

Lex 12. Impr. Iustinianus a. Ioh. pp. [c. 12. C. ibid.]

Si creditor absque herede occupaverit, dato fideiussorem, ratione facienda de fructibus et usuris. *Item in ea lege habet:* Annalem spatium tantummodo. ***Idem:*** Post anno defuncti heres pulsetur a creditoribus. Et liberti prius rationes edat, siquid habuerunt[93] commissum.

TITULUS XXXII. De rei vindicatione.

Lex 1. Impr. Severus et Anthoninus aa. Ceciliae. [c. 1. C. III. 32.]

Si alienum servum possedisti, quidquid sub tuo dominio adquisivit, simul cum servos et operas reddes.

Lex 2. Idem a. Aresteno. [c. 2. C. ibid.]

Si in rem tuam extraneus, te ignorante, edificavit[94] et mansit, dominus terre lucrabit.

Lex 3. Impr. Alexander a. Domine. | [95] [c. 3. C. ibid.]

Res tuas mater aut pater vendidit; absque pretium eas recipis, si heres non est.

Lex 4. Impr. Gordianus a. Muniano militi. [c. 4. C. ibid.]

Qui res tuas male fieri tenuit, alii eas vendidit, in rem tibi actio est ante prescriptionem temporis.

Lex 5. Idem a. Herasiano. [c. 5. C. ibid.]

Qui iniuste rem alienam tenuit, cum pensionibus restituat. Siquid hibi[96] expedit[97], non recipiet.

Lex 6. Idem a. Astronio. [c. 6. C. III. 32.]

Aput quem pecunias commendasti, si exinde aliquid suum nomen comparavit, sibi adquisivit, pecunias tibi restituit.

Lex 7. Idem a. Antonino. [c. 7. C. ibid.]

Fili ancille ad matrem pertinent.

Lex 8. Idem a. et c. Philippo militi. [c. 8. C. ibid.]

De pecunia militi ad tuum nomen comparasti; medietatem illi efficitur.

Lex 9. Impr. Carus, Carinus et Numerianus aaa. et c. Anthoni. [c. 9. C. ibid.]

Ancilla dotali conscripta si ab alio teneatur, recipis.

Lex 10. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. Ianuario. [c. 10. C. ibid.]

Servorum instrumento perdito, in iudicio per testes iuris tui esse ostendis. | [98]

Lex 11. Idem a. Galano. [c. 11. C. ibid.]

Qui inscio agro alienum plantavit, domino terre effectum est.

Lex 12. Idem a. Alexandro. [c. 12. C. ibid.]

Vendita ancilla filii ex ea aput emptorem nati ipsius sunt, nec contra vinditionem[99] agi potest, sed de praetio, si non accepit.

Lex 13. Idem a. Eutichiano. [c. 13. C. ibid.]

Si de mancipio oritur causa, in iudicio presentetur.

Lex 14. Idem a. Septime. [c. 14. C. ibid.]

Si mater res filii si vendidit, si eius heres non est, agere potest.

Lex 15. Idem a. Proculino. [c. 15. C. ibid.]

Si unus dominus duobus vendidit, si posteriori traditionem celebravit, ipse erit dominus, sed reddet emptori pretium cum usuris; similiter et de donationibus potius erit traditio.

Lex 16. Idem a. et c. Ianuario. [c. 16. C. ibid.]

In solo commune edificasti; recepta expensa communis erit.

Lex 17. Idem a. et c. Sabino. [c. 17. C. ibid.]

Si res tuas ex iudicio recipisti et fruges retro temporum tibi restituat.

Lex 18. Idem a. et c. Claro. [c. 18. C. ibid.]

Si in rem tuam alius te ignorantem mansit, nihil[1] tibi nocet. | [2]

Lex 19. Idem a. et c. Callistrato. [c. 19. C. ibid.]

Integro dominium documenta declarant, si alterius iuris non est.

---

89) Leg. *remota praescriptione.* 90) Incipit fol. 64. A. 91) Leg. *filiusfamilias.* 92) Leg. *Aeternali.* 93) Codex *abuerunt.* 94) Lege *aedificavit.* 95) Incipit fol. 64. B. 96) Leg. *ibi.* 97) Leg. *expendit.* 98) Incipit fol. 65. A. 99) Leg. *venditionem.* 1) Codex *nichil.* 2) Incipit fol. 65. B.

Lex 20. Idem a. et c. Quartille.[3]) [c. 21. C. III. 32.]

Rem quam tuum dominium vindicas subiecto sacramento non adimplisti restituis.

Lex 21. Idem a. et c. Yrodeae. [c. 22. C. ibid.]

Male fidei possessa cum fructibus restituuntur.

Lex 22. Idem a. et c. Diodoto. [c. 23. C. ibid.]

Mancipium tuum furtim vel violentiam abstultam alii vendito tibi praeiudicio non potest fieri.

Lex 23. Idem a. et c. Magnifero.[4]) [c. 24. C. ibid.]

Nullo titulo precidentem te non munet pret˜ prescriptio. Qui autem ad limitem fuerunt, non illis preponitur, si prescriptio.

Lex 24. Idem a. et c. Iuliano.[5]) [c. 25. C. ibid.]

Sepius pro alio debito reddidisti[6]), non dominus efficeris, sed creditor.

Lex 25. Idem a. Eugomio.[7]) [c. 26. C. ibid.]

Longi temporis possessio non est, qui iam pulsatus videris.

Lex 26. Idem a. et c. Heliodoro.[8]) [c. 27. C. ibid.]

Servo empto si de presenti non est traditus, eum tenere non potis.

Lex 27. Idem a. et c. Philadelpho. | [9]) [?]

Iniusta probabilitas non restituitur.

Lex 28. Idem a. et c. Sopatro. [c. 28. C. ibid.]

Qui res alienas possidet, cogitur reddere.

TITULUS XXXIII. De usufructu et abitationem et ministerium servorum.

Lex 1. Impr. Severus et Antoninus aa. et c. Possidonio. [c. 1. C. III. 33.]

Usumfructum uxor marito relinqui licet indemnes a creditoribus.

Lex 2. Idem a. Felici. [c. 2. C. ibid.]

Usufructum tibi relictum est proprietas creditoribus efficitur.

Lex 3. Impr. Antoninus a. Anthoniano. [c. 3. C. ibid.]

Usufructuarius pater tuus institutus post obitum eius filiis nihil[10]) competit.

Lex 4. Impr. Alexander a. Verbicio. [c. 4. C. ibid.]

Qui usufructuarius constitutus est, fideiussore det de non minuendo.

Lex 5. Idem a. Evocato. [c. 5. C. ibid.]

Si pater tuus usumfructum uxori reliquit[11]), usque dum ad legitimos annos fili pervenerint, si post hoc tenuit, fruges restituit.

Lex 6. Idem a. Stratonice. [c. 6. C. III. 33.]

Si maritus tuus in dote accepit sub pacto, ut usumfructum habeat[12]), post soluto matrimonio ei auferetur ususfructus.

Lex 7. Impr. Gordianus a. Ulpiano militi. [c. 7. C. ibid.]

Usufructuarius sarcitecta ipse faciat, | [13]) si quid a novo fecerit, heredes eius recipiunt.

Lex 8. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. et c. Hieronine. [c. 8. C. ibid.]

Usufructuarius prescriptionem non generat.

Lex 9. Idem a. et c. Auxanuse. [c. 9. C. ibid.]

Usufructuarius alienationem non facit, nec mancipium in alterius obsequium det.

Lex 10. Idem a. et c. Pomponio. [c. 10. C. ibid.]

Si maritus uxorem usumfructuaria reliquit[14]), certam a servis accipere valebit.

Lex 11. Idem a. et c. Theodoto. [c. 11. C. ibid.]

Habitatio mortem finit, non vindicat dominium.

Lex 12. Impr. Iustinianus a. Iuliano pp. [c. 12. C. ibid.]

Maritus si uxorem aut alium usumfructuarium fecerit, in certum tempus habet[15]).

Lex 13. Idem a. Iuliano pp. [c. 13. C. ibid.]

Usumfructum legatis relictum domum liceat manere et locare.

Lex 14. Impr. Iustinianus a. Iuliano pp. [c. 14. C. ibid.]

Usumfructum post discessum eius ad heredem revertit.

Lex 15. Impr. Iustinianus a. Iuliano pp. [c. 15. C. ibid.]

Si servus alienus adquisierat usumfructum, validum est, ut deminuatur.

Lex 16. Impr. Iustinianus a. Iuliano pp. [c. 16. C. ibid.]

Usumfructus a minore aetate relic|tus[16]) restituitur, si quid expetit, recepit.

Lex 17. Impr. Iustinianus a. Ioh. pp. [c. 17. C. ibid.]

Res communes invitus nemo compellitur tenere.

TITULUS XXXIV.[17]) De servitutibus et aqua.

Lex 1. Impr. Antoninus a. Carphoniae. [c. 1. C. III. 34.]

Si per longi temporis iure quieto possedisti lumen, tibi auferri non potest, preter vim tibi facta.

---

3) Haec est inscriptio const. 20. C. III. 32. Verum sententia ad const. 21. C. ibid. refertur. 4) Est inscriptio const. 23. C. III. 32. 5) Inscriptio est const. 24. C. ibid. 6) Leg. *debitore dedisti.* 7) Est inscriptio const. 25. C. ibid. 8) Est inscriptio legis 26. C. ibid. 9) Inscriptio est const. 27. C. ibid. Incipit fol. 66. A. 10) Cod. *nichil.* 11) Cod. *reliquid.* 12) Cod. *abeat.* 13) Incipit fol. 66. B. 14) Cod. *reliquid.* 15) Cod. *abet.* 16) Incipit fol. 67. A. 17) Prima man. habuerat *XXXIII.*, sec. correxit *XXXIIII.*

Lex 2. Idem a. Martiali. [c. 2. C. III. 34.]

Si aquam per possessionem Martialis eduxisti, eo sciente, servitutum [18]) exemplo rerum mobilium tempore quesisti; sin autem, frustra queris.

Lex 3. Idem a. Ricane. [c. 3. C. ibid.]

Et in provinciali pretio [19]) constituti [20]) servitus aqueductus vel alie servitute.

Lex 4. Idem a. Cornilio. [c. 4. C. ibid.]

Aqua, que in alio loco oritur, sine voluntate eius, ad quem usus pertinet.

Lex 5. Impr. Philippus a. et Philippus c. Luciano militi. [c. 5. C. ibid.]

Si quid pars diversa contra servitutem edibus tuis dicit.

Lex 6. Impr. Claudius a. Prisco. [c. 6. C. ibid.]

Fonte aque usus tui sine voluntatem domini in aliorum predia non iniurietur.

Lex 7. Impr. Dioclitianus et Maximianus | [21]) *aa. Iuliano.* [c. 7. C. ibid.]

Si manifeste doceri non potest ius aquae ex more vetere, iudex provincie previdebit.

Lex 8. Idem a. et c. Niceto. [c. 8. C. ibid.]

In pariete vero tuo si fenestra vim fecit convincitur, cum expensa sua omnia restaurat.

Lex 9. Idem a. et c. Zosimo. [c. 9. C. ibid.]

Si in edibus vicini tibi debitam servitutem altius hedificavit.

Lex 10. Idem a. et c. Nimfidio. [c. 10. C. ibid.]

Si tibi servitutem aquae debere preses animadverterit.

Lex 11. Idem a. et c. Aurelio. [c. 11. C. ibid.]

Per agrum alienum, si servitutem non debet, ire vel agere vicini [22]) non licet.

Lex 12. Idem a. et c. Valerie. [c. 12. C. ibid.]

Non modus praediorum, sed servitus aque ducende terminum facit.

Lex 13. Impr. Iustinianus a. Ioh. pp. [c. 14. C. ibid.]

Ut nemo usum areae ventus tollat. Et usum habuit [23]) per agrum ipsius et per decem aut viginti annos inter presentes, iam non habet usum.

Lex 14. [24]) *Impr. Iustinianus a. Ioh. pp.* [c. 13. C. ibid.]

In omnibus tam usus mobilibus [25]) vel inmobilibus decem et viginti annis inter | [26]) presentes personas.

TITULUS XXXV. De lege Aquilia.

Lex 1. Impr. Alexander a. Liconidi. [c. 1. C. III. 35.]

Quidam non in silva ligno incidit vel igni casu comburet si probat, leges [27]) Aquiliae actionem habet [28]).

Lex 2. Impr. Gordianus a. Muciano. [c. 2. C. III. 35.]

Qui domum alienam deponet vel incendium, in damnum satisfaciat.

Lex 3. Idem a. Dolenti. [c. 3. C. ibid.]

Ancillam, quam caesam [29]) esse conquestus es, vel criminalem actionem adversus eum tibi competit.

Lex 4. Impr. Diocletianus et Maximianus aa. Zoilo. [c. 4. C. ibid.]

Qui damnum fecit et negat, et si probaverit, dupplum reddaet [30]).

Lex 5. Idem a. Claudio. [c. 5. C. ibid.]

Qui pecora tua vel alium animalem inclaudet [31]) et famem [32]) necat, dupplum [33]) reddet.

TITULUS XXXVI. De familia herciscunde iudicium.

Lex 1. Impr. Severus et Antoninus aa. Martiano. [c. 1. C. III. 36.]

Si non paternam hereditatem ex consensum [34]) dividisti vel transactio subsecuta est, iudicio potest experiri.

Lex 2. Impr. Antoninus a. Vitiano. [c. 2. C. ibid.]

Uxor tua, si mortuo patre tuo, cum dote [35]) numeraverat, cum heres eius extiteris, adhuc in matrimonio tuo fuit, actionem habes. | [36])

Lex 3. Idem a. Rufo. [c. 3. C. ibid.]

Si quid a quo herede [37]) etiam tue [38]) portionis ex hereditatem sublatum fuerit, et probaveris [39]), reddet.

Lex 4. Impr. Alexander a. Anthonio. [c. 4. C. ibid.]

Si filiofamilias, dum fuit, eis res mobiles donata sunt, lege ipsam legem.

Lex 5. Idem a. Statilie. [c. 5. C. ibid.]

In mariti fuit potestatem facere testamentum in servo suo, qui in vinculis fuit, alter in exilio.

Lex 6. Impr. Gordianus a. Pompeio militi. [c. 6. C. ibid.]

Oms divisiones in omnibus non recipiunt.

Lex 7. Idem a. Heliano. [c. 7. C. ibid.]

Si qua fideicommissorum petitio inter coheredes consistat, voluntas testatricis servetur. Iudex vel preses provinciae.

Lex 8. Idem a. Thelesphoro. [c. 8. C. ibid.]

Bona communia ex hereditate patris vel matris dividantur cum familia herciscunde.

Lex 9. Idem a. Nervie. [c. 9. C. ibid.]

---

18) Leg. *servitutem.* 19) Leg. *praedio.* 20) Leg. *constitui.* 21) Incipit fol. 67. B. 22) Leg. *vicino.* 23) Cod. *abuit.* 24) Cod. *Lex XIII.* 25) Cod. *movibilibus.* 26) Incipit fol. 68. A. 27) Leg. *legis.* 28) Cod. *abet.* 29) Cod. *cesam.* 30) Leg. *duplum reddet.* 31) Cod. *inclaudet.* 32) Leg. *fame.* 33) Leg. *duplum.* 34) Leg. *consensu.* 35) Leg. *cui dotem.* 36) Cod. *abes.* Incipit fol. 68. B. 37) Leg. *a coherede.* 38) Leg. *tuae.* 39) Cod. *probaberis.*

Portionem erciscundae familiae hereditatis si qua pertinet, fructum augeri.

Lex 10. Idem a. Phylotere. [c. 10. C. III. 36.]

Testator heredes suos constitui possessiones cum mancipia habeant. | [40]

Lex 11. Impr. Philippus a. et c. Philippus Antoniae. [c. 12. C. ibid.]

Divisio facta inter fratres proponis irrita esse fides rei gestae [41] divisio adfirmat.

Lex 12. Impr. Gallus et Volusianus aa. Rufino [42]. [c. 11. C. ibid.]

Inter filios et filias bona intestatorum parentium pro virilibus portionibus aequo iure dividi oportet et explorati iuris est.

Lex 13. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. Saturnino. [c. 13. C. ibid.]

Certum est, liberorum peculia post mortem patris in hereditatem dividenda ad communionem esse revocanda.

Lex 14. Idem a. Hermiano. [c. 14. C. ibid.]

Bona paternae quo iure inter te et fratrem tuum dividisti, si evictionis titulo factum est, unus quis eventum rei et detrimentum equo heredes suscipiant.

Lex 15. Idem a. et c. Theophyle. [c. 15. C. ibid.]

Si divisio possessionis facta est, pro solido rerum, quas ad patrem tuum pertenuit et firmavit, require legem.

Lex 16. Idem a. et c. Commodiano Eracliano. [c. 16. C. ibid.]

Si fili patris testamentum rescindendi si hoc inofficiosum non pro|bare [43] potest, nullam habeat [44] potestatem; require legem.

Lex 17. Idem a. et c. Lysigrati. [c. 17. C. ibid.]

Coheredibus divisione inter se facientibus absque ignorantes minime derogari. Req. [45] legem.

Lex 18. Idem a. Domne. [c. 18. C. ibid.]

Filie, cuius paterno nomine comparavit, si non post contrarium eius iudicium probetur, per arbitrium dividende hereditatis. Require legem.

Lex 19. Idem a. et c. pactumlelisygratiae. [c. 19. C. ibid.]

Incerti iuris est, earum rerum, ex quo heredibus iugio earum rerum. Require legem.

Lex 20. Idem a. et c. Fortunato Pactumiae. [c. 20. C. ibid.]

Familiae erciscundae iudicio. Req. leg. [46].

Lex 21. Idem a. et c. Dionysio Fortunato. [c. 21. C. ibid.]

Si pater specialiter aut generaliter designavit, inter se equale dividant. Req. legem.

Lex 22. Idem a. et c. Ermogeni Dianisio. [c. 22. C. III. 36.]

Rerum communem non consentientibus coheredibus. Req. legem.

Lex 23. Idem a. et c. Socrati Hermogeni. [c. 23. C. ibid.]

Licet pactum divisionis adversum singulos actio pro hereditatis portionibus [47]. Require legem.

Lex 24. Idem aug. et c. Dionysio. [c. 24. C. ibid.]

Filium, quem habentem [48] fundum portionem hereditatis fratribus ex quibusdam aliis quartam partem. Require legem.

Lex 25. Idem a. et c. [c. 25. C. ibid.]

Ex causa donationis vel aliunde tibi adquisita. Req. legem.

Lex 26. Impr. Constantinus a. ad Bassum. [c. 26. C. ibid.]

Sive per testamentum, sive per codicillos [49] vel per epistulam vel non completum testamentum parentes nominent.

TITULUS XXXVII. De communi dividundum.

Lex 1. Impr. Antoninus a. Luciano. [c. 1. C. III. 37.]

Frater tuus portionem suam compitentem [50] venundavit, actio tibi est adversus qui vendidit. Nam si lite contestavit, alienare non potuit. Req. legem.

Lex 2. Impr. Alexander a. Avito militi. [c. 2. C. ibid.]

Si fratres tuus vineas communes distraxit [51], tibi preiudicium non fecit.

Lex 3. Idem a. Verecundiano. [c. 3. C. ibid.]

Inter fratrem et te dividendi bonis datus fuerit in officium arbitrium. Nam ea partem, quod competit, cum emptorem dabis.

Lex 4. Impr. Dioclitianus et Maximianus | [52] *aa. et c. Herode.* [c. 4. C. ibid.]

Si sorore tua viginti quinque annis sit, dividisti, divisio manet. Nam si minor aetate, solvitur divisio int' sorore de res commune.

Lex 5. Idem a. et c. Secundino. [c. 5. C. ibid.]

In commune vel societatem nemo compellitur invitus detineri, quapropter aditus preses provinciae equa [53] communia tibi cum sorore perspexerit, dividi provideat. Sub die mse. VII.

TITULUS XXXVIII. Communia utriusque iudicio [53b] tam familiae herciscunde, quam communi dividundum.

---

40) Cod. *abeant.* Incipit fol. 69. A. 41) Cod. *geste.* Caeterum inscriptio huius legis est const. 11. C. III. 36. Verba contextus ex const. 12. C. h. t. hausta sunt. 42) Inscriptio huius legis est const. 12. C. III. 36. Ipsa verba sunt const. 11. C. h. t. 43) Incipit fol. 69. B. 44) Cod. *abeat.* 45) Leg. *require.* 46) Leg. *require legem.* 47) Incipit fol. 70. A. 48) Cod. *abentem.* 49) Cod. *codicellos.* 50) Lege *competentem.* 51) Cod. *distrax.* 52) Incipit fol. 70. B. 53) Leg. *ea, quae.* 53b) Lege *iudicii.*

Lex 1. Impr. Antoninus a. Marco. [c. 1. C. III. 38.]

Res divisas replicari non licet.

Lex 2. Impr. Alexander a. Euphrate. [c. 2. C. ibid.]

Inter socios divisio facta in alios transferri licet.

Lex 3. Impr. Dioclitianus et Maximianus a. et c. Severo. [c. 3. C. ibid.]

Divisio absque iudicio, si dolus et fraus facta, replicatur.

Lex 4. Idem a. et c. ad Maximum. [c. 4. C. ibid.]

Si patruus tuus res communes negotium comparavit, ipsius efficitur, restituto tibi pretium portionis.

Lex 5. Idem a. et c. Frontonie Gallaphyroni. [c. 5. C. ibid.]

Communia documenta si unus teneat, iudici est praevidere, aput quem | [54]) resedeant.

Lex 6. Idem a. et c. Thesidiane. [c. 6. C. ibid.]

Res divisas absque scripturam invicem promisso sibi sacramento ut taceat de fraude replicat.

Lex 7. Idem a. et c. Severiano et Flaviano. [c. 7. C. ibid.]

Si frater tuus res communes pignoris dedit et divisionem non manifestavit, contra fratre erit vobis [55]) actio. Si enim consentistis, communis erit solutio.

Lex 8. Idem a. et c. Nichomacho. [c. 8. C. ibid.]

Si legitima etate servos dividistis et finistis, replicari non potest.

Lex 9. Idem a. et c. Calliconio.[56]) [c. 10. C. ibid.]

Si auctor per testamentum dixit, divisionem fuisse facta, de minus facta rem requiri licet.

Lex 10. Idem a. et c. Demitriano.[57]) [c. 9. C. ibid.]

Mancipia divisa iudicium est.

Lex 11. Impr. Constantinus a. Cyrillo.[58]) [c. 10. C. ibid.]

Divisio omnia specialiter designato.

Lex 12. Impr. Iustinianus a. ad Senatum. [c. 12. C. ibid.]

Si parentes in filio dote vel sponsalia dedit, quod ad se reverti promisit, si p testamentum alii eas res deliberavit, firmum non est, sed ad ipsos filios revertatur.

TITULUS XXXIX. De finium regundorum. | [60])

Lex 1. Impr. Dioclitianus[61]) *et Maximianus aa. et c. Nicyphoro.* [c. 1. C. III. 39.]

Terre fines designant nec emptor plus presumere licet.

Lex 2. Impr. Iustinianus a. Tatiano. [c. 2. C. ibid.]

Fines vicinorum sepius mutantur.

Lex 3. Impr. Constantinus a. ad Tertullianum. [c. 3. C. ibid.]

In possessionem plus petendum prius ostendat, et exinde agrimensor inter vos finiet.

Lex 4. Idem a. ad Bassum pu. [c. 4. C. ibid.]

Qui terminum abstulit ante iudicium, quod petit, amittat.

Lex 5. Impr. Valentinianus, Theodosius et Arcadius aaa. Neuterio pp. [c. 5. C. ibid.]

Quinque pedes inter confinium vacat.

Lex 6. Impr. Theodosius, Archadius et Honorius aaa. Rufino pp. [c. 6. C. ibid.]

Confinales triginta annis finient[62]).

TITULUS XL. De consortibus eiusdem militis[63]).

Lex 1. Impr. Iulianus a. Secundo pp. [c. 1. C. III. 40.]

Lite [64]) excusare propter consortes suos non licet, seu absentes vel praesentes sint.

Lex 2. Impr. Valentinianus et Valens aa. Sallustio pp. [c. 2. C. ibid.]

Pro commune debito si unus vult litem suscipere et dat fideiussorem de rata abitionem | [65]) vel solvendum[65 b]), licet.

TITULUS XLI. De noxialibus[66]) actionibus.

Lex 1. Impr. Alexander a. Marcello. [c. 1. C. III. 41.]

Si servus domino furtum fecit, posteus [67]) manumissus est, furti non tenetur.

Lex 2. Impr. Gordianus a. Quintilliano et aliis. [c. 2. C. ibid.]

Si servus tuus arbores alienas incidit te ignorante, servus est reus.

Lex 3. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. Eutycio. c. [c. 3. C. ibid.]

Pro servi admissum contra domino iudice rogari licet et eius fidem peti, si cum eius conscientiam non fecit.

Lex 4. Idem a. et c. Sosio. [c. 4. C. ibid.]

---

64) Incipit fol. 71. A. 55) Cod. *vob.* 56) Inscriptio est const. 10. C. III. 38. 57) Inscriptio est const. 9. C. III. 38. 58) Inscriptio est const. 11. C. III. 38. 60) Incipit fol. 71. B. 61) Leg. *Diocletianus.* 62) Leg. *finient.* 63) Legendum *litis.* 64) Legendum *litem.* 65) Incipit fol. 72. A. 65b) Leg. *ratihabitione vel iudicato solvendo.* 66) Leg. *noxalibus.* 67) Leg. *postea.*

Si servus furtum admiserit, dominus convenitur intra tempus, quadrupplum reddet; plus pro criminale ammissionem servus tenetur.

TITULUS XLII. Ad exhibendum[68]).

Lex 1. Impr. Alexander a. Criscenti militi. [c. 1. C. III. 42.]

Si ancilla[69]) matris tue[70]) pater tuus vendidit, repetere potis[71]).

Lex 2. Idem a. Syro. [c. 2. C. ibid.]

Si pro crimen servi domino petatis in iudicio, servo praesente[72]), licet.

Lex 3. Idem a. Felicissimae. [c. 3. C. ibid.]

Pro alia | [73]) actione pulsari alia introduci non licet.

Lex 4. Idem a. Flarioche. [c. 4. C. ibid.]

Cognovit iudex tua documenta apud adversario residere; si praesumis[74]) de obiecta iurare, recipis.

Lex 5. Impr. Gordianus a. Sauianiano militi. [c. 5. C. ibid.]

Proponere actionem contra eum, qui tenet, vel, qui dolum fecit, liceat.

Lex 6. Impr. Philippus a. Polemonidi. [c. 6. C. ibid.]

Instrumenta tuum nomen ostendit, si fide eorum facis, nam secundo crimen obiectum addiceris.

Lex 7. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. Vitaliano. [c. 7. C. ibid.]

Quod proponis, non defendas, contra te est.

Lex 8. Idem a. Potino. [c. 8. C. ibid.]

Res, quas commendasti, si amicus ea alii feneravit, tu exigere potes debitore; quod si tuum commendasti, sed fenerasti, adversus secundum debitorem non tibi est actione forte heres sit.

Lex 9. Idem a. et c. Faustino. [c. 9. C. ibid.]

Si, cui debuisti, reddidisti et documenta recipisti[75]), inquietari non potest.

TITULUS XLIII. De religiosis et sumptibus funerum.

Lex 1. Impr. Antoninus a. Dionysiae. [c. 1. C. III. 44.]

In alienum agrum sepulchrum filii tui ab aqua | [76]) leditur[77]), vel eum munias, iudex arbitret, quod des pretium.

Lex 2. Idem a. Helariano. [c. 2. C. ibid.]

Te nolente, in rem tuam sepulcrum fieri, nec sepeliri licet: si, te absente, factum fuerit, venumdari, nec donari.

Lex 3. Alexandro a.[78]) Primo. [c. 3. C. ibid.]

Quod in funus expeditur[79]), recipis.

Lex 4. Idem a. Lycinio. [c. 4. C. ibid.]

Sepulchrum, ubi parentes familia sepeliant, heredes nec dividere licet.

Lex 5. Idem a. Primitivo et aliis. [c. 6. C. ibid.]

De perscriptione monumenti.

Lex 7. Impr. Gordianus a. Claudio. [c. 7. C. ibid.]

Movere sepulchrum non licet.

Lex 8. Impr. Philippus a. Iuliano. [c. 8. C. ibid.]

Sepulturas ad haeredes competit et non ad parentes.

Lex 9. Impr. Philippus a. et Philippus cesar Faustine. [c. 9. C. ibid.]

Sepulchrum venundari non licet.

Lex 10. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. et c. Aquilinae. [c. 10. C. ibid.]

Monumentus, | [80]) in quo non est sepelitus corpus, vendi licet.

Lex 11. Idem a. et c. Gaudentio. [c. 11. C. ibid.]

Violator sepulture obnoxius criminis est.

Lex 12.[81]) Idem a. et c. Victorino. [c. 12. C. ibid.]

Corpus in civitate non sepeliatur.

Lex 13. Idem a. et c. Victorino. [c. 13. C. ibid.]

Sepulcri dominus heres non dereliquerit nullus sit.

TITULUS XLIV. De aleae luso et aleatoribus. Grĕg.

Lex Greca. | [82])

EXPLICIT LIBER TERTIUS FELICITER.

---

68) Cod. *exibendum.* 69) Leg. *ancillam.* 70) Leg. *tuae.* 71) Leg. *potes.* 72) Cod. *presente.* 73) Incipit fol. 72. B. 74) Cod. *presumis.* 75) Leg. *recepisti.* 76) Incipit fol. 73. A. 77) Lege *laeditur.* 78) Leg. *impr. Alexander a.* 79) Leg. *expenditur.* 80) Incipit fol. 73. B. 81) Cod. *XIII.* ab initio habuerat, postea secunda manus *XII.* correxit. 82) Incipit fol. 74. A. Hic titulus constitutiones non habet, sed est quattuordecim versuum spatium vacuum. In fine huius spatii illa verba „*Lex greca*“ posita sunt.

INCIPIT LIBER CONSTITUTIONUM ADNOTATIONUM QUARTUS.

TITULUS I. De rebus creditis fide[83]) iureiurandis.

Lex 1. Impr. Antoninus a. Herculiano. [c. 1. C. IV. 1.]

Ex consum accepto sacramento vel[84]) cessum replicari non licet.

Lex 2. Impr. a. Felici. [c. 2. C. ibid.]

Sacramento finito replicari non licet.

Lex 3. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. Severe. [c. 3. C. ibid.]

Si ex necessitate iudicis iurasti, rescindi potest.

Lex 4. Idem a. Maxime. [c. 4. C. ibid.]

Si minor etate, iura resolvitur.

Lex. 5. Idem a. Iuliano. [c. 5. C. ibid.]

Minor in accepto iuravit, tutori nihil[85]) est, tutoris fides imploratur.

Lex 6. Idem a. et c. Basso. [c. 6. C. ibid.]

Ex placito dato sacramento valet.

Lex 7. Idem a. et c. Euticiane. [c. 7. C. ibid.]

In causa matris si filius absque eius voluntate | [86]) iuravit, eam non nocet.

Lex 8. Idem a. et c. Alexandro. [c. 8. C. ibid.]

Actoris relatio sacramenti finis iudicii est.

Lex 9. Idem a. Martiano. [c. 9. C. ibid.]

Mandatus si de calumnia iuramentus non legitur, firmum non est.

Lex 10. Idem a. Protogeni. [c. 10. C. ibid.]

Absque sacramento principali persone differri potest.

Lex 11. Impr. Iustinianus a. Demostheni pp. [c. 11. C. ibid.]

Si iuramento petieris et accipere volueris, ex eo sacramentum suscipis, nec probationem facere promitteris[87]).

Lex 12. Impr. Iustinianus a. Demostheni pp. [c. 12. C. ibid.

Cui iussum fuit iurare, si mortuus est, probatio[88]) iam non quaeratur[89]); si vivus recusavit, pro se probare[90]) iam non est. Quodsi iuste recusavit, licet; aut, si iudex hoc male dixit, emendari licet; si longius est, qui iuret, aput curiam loci iuret.

Lex 13. Impr. Iustinianus a. Ioh. pp. [c. 13. C. IV. 1.]

Cui relictum est legatio, si testamentus non invenitur, heres iuravit: hoc tibi est relictum, et post aliud inveniatur, plus exigi non potest.

TITULUS II. Si certum petatur.

Lex 1. Impr. Severus et Antoninus aa. Modestino. [c. 1. C. IV. 2.]

Heres pro parte sua legata | [91]) persolvat.

Lex 2. Idem a. Ermogeni. [c. 2. C. ibid.]

Si tua pecunia alius alii suum nomen dedit et rem illi obligavit, cui solidi sunt, ipsi proficit.

Lex 3. Impr. Gordianus a. Simpronio[92]). [c. 3. C. ibid.]

Eos, qui officio[93]) administrant, neque per se neque per subpositas personas tempore officii sui in provincia feuus agitare posse sepe scriptum est.

Lex 4. Impr. Philippus a. et Philippus c. Maximo. [c. 4. C. ibid.]

Qui pecuniam tuam feneravit, tuis nominis debetur.

Lex 5. Impr. Dioclitianus et Maximianus a. Aristodemo et Proculo. [c. 5. C. ibid.]

Debitores si non singuli et in solido capuerunt, unus pro alio non reddet.

Lex 6. Idem a. et c. Nicandro. [c. 6. C. ibid.]

Ex debito facta innovatione cum usuris, si ita non fuit anterior debitus, innovatio vacua est.

Lex 7. Idem a. et c. Pactumiae. [c. 7. C. ibid.]

Non, unde fuit pecunia mutuata, requiratur, sed ad quem fuit dati[94]).

Lex 8. Idem a. et c. Proculo. [c. 8. C. ibid.]

Si mutuo accepisti argentum vel alias res, spon|disti[95]) usuras cum solidis reddere, si minus valent, nihil[96]) tibi prodest.

Lex 9. Idem a. et c. Alexandro. [c. 9. C. ibid.]

Mutuas pecunias postulas restituit[97]); heres eius aut soluta ostendat aut reddat.

Lex 10. Idem a. et c. Crispino. [c. 10. C. ibid.]

Si plures creditores in uno documento pecuniam crediderunt, recipere debent.

83) Pro *fide* legendum *et de*. 84) Pro *vel* Codex habet ul̄. 85) Cod. *nichil*. 86) Incipit fol. 74. B. 87) Leg. *permitteris*. 88) Leg. *provocatio*. 89) Cod. *queratur*. 90) Leg. *provocare*. 91) Incipit fol. 75. A. 92) Leg. *Sempronio*. 93) Cod. *officia*. 94) Pro *dati* leg. *data*. 95) Incipit fol. 75. B. 96) Cod. *nichil*. 97) Lege *restitui*.

Lex 11. Idem a. et c. Maximino. [c. 11. C. IV. 2.]

Res alienas aput te, si per incendium perierunt, non reddas [98].

Lex 12. Idem a. et c. Theophanio. [c. 12. C. ibid.]

Cum alio pecunias accepisti absque cautionem et tu solus in integro exactus es; colligante tuo exigere potis [99].

Lex 13. Idem a. et c. Frontoni. [c. 13. C. ibid.]

Pro re aliena pecunias mutuo accepisti; persolvis, que [1] accepisti.

Lex 14. Idem a. et c. Adriano. [c. 14. C. ibid.]

Creditor sine scriptura feneravit; non habet [2] obnoxia substantia.

Lex 15. Idem a. et c. Caridimo. [c. 15. C. ibid.]

Si ex alterius petitione mutuasti alteri pecunias, non exigis, cui dedisti, sed, qui a te speravit. | [3]

Lex 16. Impr. Honorius et Theodosius aa. Theodoro pp. [c. 16. C. ibid.]

Qui iudici pecunias mutuavit ad emendo, ambo exilio damnentur.

Lex 17. Impr. Iustinianus a. Mene pp. [c. 17. C. ibid.]

Cautio vel desusceptu de quinquaginta libras auri facta absque trium testium subscriptione nihil [4] est.

TITULUS III. De suffragio.

Lex 1. Impr. Theodosius, Arcadius et Honorius aaa. Rufino pp. [c. un. C. IV. 3.]

Qui pro suffragio dare spondit, tenetur, vel, si pignus det, firmatur. De prediis documentus et traditio celebretur. Nam aliter pervasor videtur.

TITULUS IV. De prohibita sequestratione pecunie.

Lex 1. Impr. Honorius et Theodosius aa. Ioh. pp. [c. un. C. IV. 4.]

Que repetitur debitum, non ante sequestretur, sed probetur.

TITULUS V. De condicione [5] indebiti.

Lex 1. Impr. Severus et Antoninus aa. Mutiano. [c. 1. C. IV. 5.]

Indebitas pecunias redditas a te vel a patre tuo probaberis, repetere potes.

Lex 2. Idem a. Secundine. [c. 2. C. ibid.]

Qui te iniuste delegavit et exigit, contra eum agere potis. | [6]

Lex 3. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. Pamphilio. [c. 3. C. IV. 5.]

Indebitam pecuniam per errorem aut dolo soluta repeti potes.

Lex 4. Idem a. et c. Heracleo. [c. 4. C. ibid.]

In iudicio infidiante [7] indebite ignorante solvis vel cabueris [8], repetere potis [9].

Lex 5. Idem a. et c. Athalo. [c. 5. C. ibid.]

Emancipatus pro patre velut heredes reddidisti, repetere potis.

Lex 6. Idem a. et c. Masea. [c. 6. C. ibid.]

Si ignorante indebite reddidisti, repetere potes.

Lex 7. Idem a. et c. Dionisyae. [c. 7. C. ibid.]

Fideicommissum indebite per errorem solvisti, repeti potest.

Lex 8. Idem a. et c. Zeparo. [c. 8. C. ibid.]

Falso creditore reddidisti [10]; repeti potes.

Lex 9. Idem a. et c. [c. 9. C. ibid.]

Si sciens, quae [11] non debebatur [12], solvisti, repeti potes.

Lex 10. Impr. Iustinianus a. Iuliano pp. [c. 10. C. ibid.]

Si debitor promisit pecunias aut certam rem, in ipsius est potestatem, quod [13] vult, reddere.

Lex 11. Impr. Iustinianus a. Iuliano pp. [c. 11. C. ibid.]

Qui incerti per errorem debita [14] solverint, et desuscepto muniti sunt, repetere possunt.

TITULUS VI. De conditione [15] ob causam datorum. | [16]

Lex 1. Impr. Antoninus a. Callisteni. [c. 1. C. IV. 6.]

Quod in dote datum est, si non celebrentur vota, secundum leges recipiuntur, et, quae [17] scripta fuerant, effluxerunt.

Lex 2. Impr. Alexander a. Asclepiade. [c. 2. C. ibid.]

Res tibi donatas, ut creditoribus satisfaceris [18], aut placitum servas aut donatione refundis.

Lex 3. Impr. Valentinianus et Galienus aa. Aurelio et Alexandro. [c. 3. C. ibid.]

Res tibi donatas promisisti, ut restituas, alii non venderis; si non adimplisti [19], restituis.

Lex 4. Idem a. et c. Valerio consuli [20] Emilie. [c. 4. C. ibid.]

---

98) Secunda manus correxit *reddis*. 99) Credo legendum: *a collega tuo exigere potes*. 1) Lege *quae*. 2) Cod. *abet*. 3) Incipit fol. 76. A. 4) Cod. *nichil*. 5) Leg. *condictione*. 6) Incipit fol. 76. B. Leg. *potes*. 7) Leg. *infitiante*. 8) Leg. *caveris*. 9) Leg. *potes*. 10) Sic Codex a secunda manu. Prima manus habuerat *redisti*. 11) Cod. *que*. 12) Leg. *debebantur*. 13) Cod. *quot*. 14) Leg. *indebita*. 15) Leg. *condictione*. 16) Incipit fol. 77. A. 17) Cod. *que*. 18) Leg. *satisfaceres*. 19) Leg. *adimplesti*. 20) Verba *Valerio consuli* orta sunt ex his notis *Valer. c.*

Si munus accepisti et plus capuisti [21]), propter quod tibi aliquo beneficio prestaret, si non prestavit, petere potis.

Lex 5. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. Martiali militi. [c. 5. C. IV. 6.]

Si militi dedisti, ut causam tuam ageret, si non egit, restituat.

Lex 6. Idem a. et c. Carioni [22]) *et Putioni.* [c. 6. C. ibid.]

Ancillam, quem [23]) pater tuus dedit, acceptor manumisit. Si donatio non ostenditur, repeti potest.

Lex 7. Idem a. et c. Gerontio. [c. 7. C. ibid.]

Quod donasti absque conditione, repeti non potest. | [24])

Lex 8. Idem a. et c. Flaviano. [c. 8. C. ibid.]

Sponsae tue absque condictione [25]) donasti, repeti non potes.

Lex 9. Idem a. et c. Birillo. [c. 9. C. ibid.]

Si libera aliquid tibi dedit, ut filii eius manumitterentur, si non adimpletur, restituitur. Si servus de peculio suo domine dedit, liber [26]) fiat, contra domino non agit, sed a iudice amonetur [27]), ut perficiatur.

Lex 10. Idem a. et c. Hononiae. [c. 10. C. ibid.]

Pro causa dato si non neglegenter minime perfecta est, sed casu, repeti non potest.

TITULUS VII. De conditionem [28]) ob trupem causam.

Lex 1. Impr. Antoninus a. Ingenuo. [c. 1. C. IV. 7.]

Si pulsatus pro debito respondet, non secundum cautionem accepit, creditor probet.

Lex 2. Idem a. Longino. [c. 2. C. ibid.]

Si repetas domum, quem dicis: *tradidi*, si non possedit, restituere non potest.

Lex 3. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. Dryoni militi. [c. 3. C. ibid.]

Si pro militia data pecunia repetis non tradedisti militia recipis.

Lex 4. Idem a. et c. Ruphino. [c. 4. C. ibid.]

Dato et non prestito restituitur.

Lex 5. Idem a. et c. Bithio. [c. 5. C. ibid.]

Pro uxore accipienda alii dedisti, prestita replicare non potest. | [29]).

Lex 6. Idem a. et c. Eutyciae. [c. 6. C. ibid.]

Prestita restituenda erunt.

Lex 7. Idem a. et c. Zenonide. [c. 7. C. IV. 7.]

Accepta pecunia, ut pecora daris [30]), compelleris adimplere.

TITULUS VIII. De conditione [31]) furtiva.

Lex 1. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. et c. Hermogeni presidi provincie. [32]) [c. 1. C. IV. 8.]

Fructum amissum duo unus pro alio reddit; pro quo redditur, absolutus est.

Lex 2. Idem a. et c. Aristineto. [c. 2. C. ibid.]

Ante obligationem interempte rei furtivae damnum ad furem pertinere certissimum est. Suspensa.

TITULUS IX. De conditione [33]) in lege et ..ne [34]) causa vel iniusta causa.

Lex 1. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. Ulpio. [c. 1. C. IV. 9.]

Creditor debitorem ante tempus constitutum exigit; si male agit, fiscus anteponitur.

Lex 2. Idem a. et c. Scyllatio. [c. 2. C. ibid.]

Redditas pecunias, si cautio remansit, reddatur.

Lex 3. Idem a. et c. Gallatiae. [c. 3. C. ibid.]

Mala fide possessio tenta cum fruges restituatur.

*Lex 4. * Idem a. et c. Alexandro.* [c. 4. C. ibid.]

Capuisti [35]) et solidos non accepisti; repete cautionem. | [36])

TITULUS X. De oblegationibus [37]) et actionibus.

Lex 1. Impr. Gordianus a. Valiae. [c. 1. C. IV. 10.]

Si pro alio solvisti, repetere debito potest.

Lex 2. Impr. Valentinianus et Galienus aa. Celso. [c. 2. C. ibid.]

Si res alienas, quae [38]) in dote data sunt, prescriptis annis intercedit, adquisitor lucrabit.

Lex 3. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. Rusticiano. [c. 3. C. ibid.]

A conductoribus pensio exigatur.

Lex 4. Idem aug. et c. Lycinie. [c. 4. C. ibid.]

Bona fide contractio considerari equum est. [39])

Lex 5. Idem a. et c. Camerino et Martiano. [c. 5. C. ibid.]

Debito contrai ex voluntate non aliter.

Lex 6. Idem a. et c. Mauricio. [c. 6. C. ibid.]

---

21) Leg. *cavisti*. 22) Secunda manus correxit *Cyrioni*. 23) Leg. *quam*. 24) Incipit fol. 77. B. 25) Leg. *condictione*. 26) Leg. *ut liber*. 27) Leg. *admonetur*. 28) Leg. *condictione*. 29) Incipit fol. 78. A. 30) Leg. *dares*. 31) Leg. *condictione*. 32) Haec male ex prioribus constitutionis verbis ad inscriptionem translata sunt. 33) Leg. *condictione*. 34) Lege *sine*. In Cod. ante vocem *ne* duo litterae exciderunt. 35) Leg. *cavisti*. 36) Incipit fol. 78. B. 37) Leg. *obligationibus*. 38) Pro *quae* Cod. *q:* habet. 39) Lege *aequum*.

Si debitor tuus debitorem suum vel pignera eius tibi ad exigendum tradidit, tuis nummis exequi potes.

Lex 7. Idem a. et c. Euelpisto. [c. 7. C. IV. 10.]

Debitor, si ad nomen creditoris rem comparavit, si eas tradidit, dominus effectus est.

Lex 8. Idem a. et c. Crescentioni. [c. 8. C. ibid.]

Si patri tuo pecunias donasti, et pater tuus per procuratorem promisit tibi reddere, post casus eius heres eius exigere potis.

Lex 9. Idem a. et c. Clyconi[40]. [c. 9. C. ibid.]

Negante debitore creditor per suam manum armata agere | [41] non debet.

Lex 10. Idem a. et c. Rufino. [c. 10. C. ibid.]

Pignus auferri non potest, non redditas pecunias, sed si plus valet, refundat.

Lex 11. Idem a. et c. Paulinae. [c. 11. C. ibid.]

Credendum est, colono tuo mutuasses, que te non ledet.

Lex 12. Idem a. et c. Iovino. [c. 12. C. ibid.]

Liber pro debito servire non licet.

Lex 13. Idem a. Barsimio. [c. 13. C. ibid.]

Creditor contra debitorem agere licet, non pignerare negotium.

Lex 14. Idem a. et c. Hermedito. [c. 14. C. ibid.]

In potestate est creditoris, agere contra heredem debitoris, aut contra qui res tenet.

TITULUS XI. Ut actione[42] ab herede et contra heredem incipiantur.

Lex 1. Imp. Iustinianus a. Iohanni pp. [c. un. C. IV. 11.]

Pro legato vel debito contra heredem debitori agere licet.

TITULUS XII. Ne uxor pro marito vel maritus pro uxore vel patre[43] pro filio conveniatur.

Lex 1. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. Asclepiodote. [c. 1. C. IV. 12.]

Uxor pro marito non teneatur, nec si pro eo spondit. | [44]

Lex 2. Idem a. et c. Terentie. [c. 2. C. ibid.]

Pro culpa mariti uxor non inquietatur.

Lex 3. Idem a. et c. Carphoro. [c. 3. C. ibid.]

Nec mater pro filia, nec maritus pro uxore tenetur.

Lex 4. Idem a. et c. Philiotere. [c. 4. C. IV. 12.]

Mater pro filio absolutionem debiti non tenetur.

TITULUS XIII. Ne filius pro patre vel pater pro filio emancipato vel libertus pro patrono conveniatur.

Lex 1. Impr. Gordianus a. Candito militi. [c. 1. C. IV. 13.]

Filius, qui in sua est potestate, vel, si sub patre est, contraxit debitum; pater non tenetur.

Lex 2. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. Neutherio et Eutulmio[45]. [c. 2. C. ibid.]

Filius emancipatus pro patris debito non tenetur.

Lex 3. Idem a. et c. Theogeni. [c. 3. C. ibid.]

Curialis filius indebitum patrem factus pro patre non tenetur, quia exalterium est.

Lex 4. Idem a. Acheo. [c. 4. C. ibid.]

Filius pro patre vivente teneri non licet.

Lex 5. Idem a. et c. Lampadio. [c. 5. C. ibid.]

Servus et libertus pro patrono non tenetur.

TITULUS XIV. An servus ex suo facto per manumissionem non teneatur. | [46]

Lex 1. Impr. Severus a. Ioviano. [c. 1. C. IV. 14.]

Libertus, quod in servitium commisit, teneri non potest.

Lex 2. Impr. Antoninus a. Veticho. [c. 2. C. ibid.]

Libertus in servitio debitum contraxit; si peculium non habet[47] concessum, non reddet.

Lex 3. Impr. Alexander a. Herodi. [c. 3. C. ibid.]

Promissa pecunia, ut servo tuo manumitteris, exigere potis.

Lex 4. Impr. Gordianus a. Heroni. [c. 4. C. ibid.]

Servus manumissus, si antea a domino furtum fecit, tenetur.

Lex 5. Idem a. Christho. [c. 5. C. ibid.]

Libertus, si antea pro fundo, quem tenuit, domine[48] pensionem debet, non reddet, si peculium non habet[49] cessum[50].

---

40) Supra *ni* secunda manus supra lineam adposuit $\overline{n}$. 41) Incipit fol. 79. A. 42) Leg. *actiones*. 43) Leg. *mater*. 44) Incipit fol. 79. B. 45) Prima manus habuit *Eulltulmio*. Verum litteras *ll* iam secunda manus delevit. 46) Incipit fol. 80. A. 47) Codex *abet*. 48) Leg. *domino*. 49) Cod. *abet*. 50) Leg. *concessum*.

Lex 6. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. Feliciano. [c. 6. C. IV. 14.]

Dominus cum servo non causatur, ne post libertatem anteriores culpas requiritur.

TITULUS XV[51]. Quando fiscus vel privatus debitores sui debitores[52]) exigere potest.

Lex 1. Impr. Severus et Antoninus aa. Valeriano. [c. 1. C. IV. 15.]

Pro pupillo tutor de suo non reddet.

Lex 2. Impr. Antoninus a. Marco. | [53]) [c. 2. C. ibid.]

Addicta tibi persona, si non habet[54]), unde reddere, debitores eius tenebis.

Lex 3. Impr. Gordianus a. Bimiano. [c. 3. C. ibid.]

Debitor, si non negat, ad solutionem compellitur.

Lex 4. Impr. Dioclit. et Max. aaa. et c. Zosimo. [c. 4. C. ibid.]

Nullus ad solutionem compellitur, priusquam convincatur.

Lex 5. Idem a. et c. Nanidiae. [c. 5. C. ibid.]

Adversus debitores[55]) sui agere potest.

TITULUS XVI. De actionibus haereditariis.

Lex 1. Impr. Gordianus a. Hermeroti. [c. 1. C. IV. 16.]

Debitum matris a coheredibus petere potest.

Lex 2. Impr. Decius a. Thelemacae. [c. 2. C. ibid.]

Heres pro actoris persona tenetur.

Lex 3. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. et c. Maximo. [c. 3. C. ibid.]

Pro dote mariti tui heres constringi[56]) reddere et eius debitores.

Lex 4. Idem a. et c. Chrispo. [c. 4. C. ibid.]

Tutor pro debito patris pupilli reddet.

Lex 5. Idem a. Iulio. [c. 5. C. ibid.]

Procepta hereditate reddis, si tibi non antea debetur.

Lex 6. Idem a. et c. Domno. [c. 6. C. ibid.]

Cuius tutela administrasti, debitrix[57]) tibi ex | titit[58]), petere potis.

Lex 7. Idem a. et c. Apoplausto. [c. 7. C. ibid.]

Si creditor debitori heres successit, legatis implet.

TITULUS XVII. Ex dilectis[59]) defunctorum in quantum heredes conveniantur.

Lex 1. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. et c. Machedone. [c. 1. C. IV. 17.]

Heres in tantum tenetur reddere, in quantum heres est.

TITULUS XVIII. De constituta pecunia.

Lex. 1. Impr. Gordianus a. Felici. [c. 1. C. IV. 18.]

Qui pro alieno debito promisit reddere, tenetur et heres eius.

Lex 2. Impr. Iustinianus a. Iuliano pp. [c. 2. C. ibid.]

Oma que obligantur tamquam insolido oblegatio tenetur.

Lex 3. Impr. Iustinianus a. Ioh. pp. [c. 3. C. ibid.]

De quacumque re homo spondit, tenetur.

TITULUS XIX. De probationibus.

Lex 1. Impr. Severus et Antoninus aa. Faustino. [c. 1. C. IV. 19.]

Creditor adhibita[60]) pecunia ostendat et debita solvat.

Lex 2. Impr. Iustinianus a. Aulciano. [c. 2. C. ibid.]

A possessore probatio non fiat.

Lex 3. Impr. Alexander a. Leene et Luppo. | [61]) [c. 3. C. ibid.]

Si auctor tuus a collegio se solsit, heres non tenetur.

Lex 4. Idem a. Avito. [c. 4. C. ibid.]

Proprietas non solum per instrumentum ostenditur, sed et per aliis argumentis.

Lex 5. Impr. Philippus a. et Philippus c. Sertu-rioni. [c. 5. C. ibid.]

Domestice probationis nihil[62]) est.

Lex 6. Idem a. et c. Romulo. [c. 6. C. ibid.]

In chartis defunctis vel testamentum alius debitor significetur, nihil[63]) est.

Lex 7. Impr. Galienus a. Sabino. [c. 7. C. ibid.]

Per suam scripturam alium debitorem sibi non facit.

Lex 8. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. Publicio et Optato. [c. 8. C. ibid.]

Qui pulsat, ipse probet.

---

51) Tituli nota post inscriptionem in Codice posita est. 52) Leg. *debitoris.* 53) Incipit fol. 80. B. 54) Cod. *abet.* 55) Insere *debitoris.* 56) Leg. *constringitur.* 57) Leg. *debitrix.* 58) Incipit fol. 81. A. 59) Leg. *delictis.* 60) Cod. *adibita.* 61) Incipit fol. 81. B. 62) Cod. *nichil.* 63) Cod. *nichil.*

Lex 9. Idem a. et c. Martiane. [c. 9. C. IV. 19.]
Etatem tuam apud iudicem proba.

Lex 10. Idem a. et c. Ysidoro. [c. 10. C. ibid.]
Soli honores, dignitates libertatem non defendant; unus liber et alius servus inveniri potest.

Lex 11. Idem a. et c. Anthonie. [c. 11. C. ibid.]
Facto in testamento a parente tua easu non valeat, ex propinquitate agere potis. | [64]

Lex 12. Idem a. et c. Chironiae. [c. 12. C. ibid.]
Si perdito documento per testes dato pretio prouabis [65].

Lex 13. Idem a. et c. Iustino. [c. 13. C. ibid.]
Non per epistolas sanguinitatis probatur, sed per adsertionem.

Lex 14. Idem a. et c. Muciano. [c. 14. C. ibid.]
Non nudis adseverationibus, sed certis probationibus causa exsequitur.

Lex 15. Idem a. et c. Antonino. [c. 15. C. ibid.]
Qui se domino contendit, ipse probet.

Lex 16. Idem a. et c. Philippo et Sebastiane. [c. 16. C. ibid.]
Si frater tuus emancipatus possessionem patris quasi donata tenet, qui tenet, ipse probet.

Lex 17. Idem a. et c. Paulinae. [c. 17. C. ibid.]
Post manumissa matre natus est, liber est. Anterioribus filii [66] prode nihil [67] est.

Lex 18. Idem a. et c. Volentille. [c. 18. C. ibid.]
Adversario utente donatione quasi a te facta, si probas te non hoc scire, superabis.

Lex 19. Idem a. et c. Menandro. [c. 19. C. ibid.]
Dilatio opponitur inter initia usque ad probationem.

Lex 20. Idem a. et c. Phronimae. [c. 20. C. ibid.]
Perdito documento servus ut liberum se dicat, ipse probet.

Lex 21. Idem a. et c. Chrispo. [c. 21. C. ibid.]
Perdita documenta qui invenit, utendum non fiet dominus, | [68] sed cuius nomen legitur.

Lex 22. Idem a. et c. Agathodae. [c. 22. C. ibid.]
Si mater et frater servierunt, eius filium ad servitium non trahis [69], nisi certis adprobationibus.

Lex 23. Idem a. et c. Menelao. [c. 23. C. ibid.]
Actor, quod adseverat, probare non possit, reum necessitate contra ostendere non coget.

Lex 24. Impr. Valens, Gratianus et Valentinianus aaa. et ccc. ad Antonium pp. [c. 24. C. IV. 19.]
Prolato documento si fides facta non fuerit, falsus est.

Lex 25. Impr. Gratianus et Valentinianus et Theodosius aaa. et c. Floro pp. [c. 25. C. ibid.]
Accusatio per testes et lucidis probationibus [70] edocetur.

TITULUS XX. De testibus.

Lex 1. [c. 1. C. IV. 20.]
Greca. [71]

Lex 2. [72] *Impr. Alexander a. Carpo.* [c. 2. C. ibid.]
Pro ingenuitate soli testes non valent, sed documenta, aut si dixerit se interfuisse aut ibi subscripsisse.

Lex 3. Impr. Valentinianus et Gallienus a. et c. Rose. [c. 3. C. ibid.]
Domestici testes nihil [73] est. | [74]

Lex 4. Impr. Carus, Carinus et Numerianus aaa. et c. Aurelio. [c. 4. C. ibid.]
Unius testimonium nihil [75] est.

Lex 5. Impr. Diocltianus et Maximianus aa. et c. Candido. [c. 5. C. ibid.]
Testes bone opinionis sint.

Lex 6. Idem a. et c. Tertullo. [c. 6. C. ibid.]
Parentes et filii ad testimonium invicem contra se non venit.

Lex 7. Idem a. et c. Diogeni et Ingenuo. [c. 7. C. ibid.]
Actore adversario suo compellit contra se ostendere.

Lex 8. Idem a. et c. Derulonio. [c. 8. C. ibid.]
Servus pro domino nec contra domino [76] dicit; pro suo facto requiritur.

Lex 9. Impr. Constantinus a. ad Iulianum presidem. [c. 9. C. ibid.]
Unius testis fides non amittitur [77].

Lex 10. Impr. Valens, Gratianus et Valentinianus aaa. et c. ad Grecum pu. [c. 10. C. ibid.]
In rem propriam nullus testetur.

Lex 11. Impr. Honorius et Theodosius aa. et c. Ceciliano pp. [c. 11. C. ibid.]
Testes ad extraneas causas venent non in communes testium sumptus det.

Lex 12. Idem a. et c. [c. 12. C. ibid.]
Libertus contra patrono in iudicio non producit.

64) Incipit fol. 82. A. 65) Leg. *probabis.* 66) Leg. *filiis.* 67) Cod. *nichil.* 68) Incipit fol. 82. B. 69) Cod. *trais.* 70) Cod. *prouationibus.* 71) Sequitur spatium vacuum quattuor versuum. 72) Cod. *Lex III.* 73) Cod. *nichil.* 74) Incipit fol. 83. A. 75) Cod. *nichil.* 76) Pro *domino* utroque loco Cod. habet *dno.* 77) Leg. *admittitur.*

Lex 13. [c. 13. C. IV. 20.]
Greca. | 78)

Lex 14. Impr. Zeno a. Archadio pp. [c. 14. C. ibid.]

Testes non cum armis testificentur, sed civiliter.

Lex 15. Impr. Iustinianus a. Mene pp. [c. 18. C. ibid.]

Debitor ex cautione solutione scripta ostendatur aut per quinque[79] testes aut per securitatem.

Lex 16. Impr. Iustinianus a. Mene pp. [c. 17. C. ibid.]

Testes inimicos et redemptos repellitur ita ut probet.

Lex 17. Impr. Iustinianus a. Iuliano pp. [c. 19. C. ibid.]

Testes sine dispendio veniant; si noluerint, iniuriantur, et iurent, se nihil[80] scire. Testimonium mora observari quindecim dies. *In ea lege:* Non amplius testes observari dies quindecim susteneant.[81]

Lex 18. Impr. Iustinianus a. Iuliano pp. [c. 20. C. ibid.]

In arbitrum iudicium testium dicta valeat, et in altero iudicio proferuntur.

TITULUS XXI. De fide instrumentorum et ammissionem[82] eorum et apothecis[83] faciendis et de his, qui[84] sine scriptura fieri possunt.

Lex 1. Impr. Antoninus a. Martie. [c. 1. C. IV. 21.]

Debitus probatus exigitur.

Lex 2. Impr. Alexander a. Maniliano. [c. 2. C. ibid.]

Qui instrumentum falsum utitur, reus est criminis. | 85)

Lex 3. Impr. Alexander a. Heliano. [c. 3. C. ibid.]

In iudicio accusator documentus, si fides fieri non potuit, denuo probari non licet.

Lex 4. Impr. Gordianus a. Martiano. [c. 4. C. ibid.]

Si probationibus constituisti ostendere et non potuisti, si per fidem publicam ostendere potest, firmum est.

Lex 5. Idem a. Prisco et Marco militi. [c. 5. C. ibid.]

Instrumento perdito debito adprobaveris, exigi potest.

Lex 6. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. et c. Luscidi. [c. 6. C. IV. 21.]

Confessione probita confugi non potest.

Lex 7. Idem a. Zinimae. [c. 7. C. ibid.]

Si per sacramentum solutum est, si post probari potuerit, veritas te convincit.

Lex 8. Idem a. et c. Aristeneto. [c. 9. C. ibid.]

Divisio facta revocari non licet.

Lex 10. Idem a. et c. Victorino. [c. 10. C. ibid.]

Res venditas absque instrumentum ratum habuerunt,[86] rescindi non potest.

Lex 11. Idem a. et c. Theogeni. [c. 11. C. ibid.]

Emancipatio | 87) chartule periit; si probaverit fuisse facta emancipatio, valet.

Lex 12. Idem a. et c. Dionisie. [c. 12. C. ibid.]

Absque instrumento facta introductio removeri non potest.

Lex 13. Idem a. et c. Leontio. [c. 13. C. ibid.]

De re gesta documentis perditis per testes, qui nihil[88] sciunt, probari non potest.

Lex 14. Idem a. et c. ad Severum comitem Spaniorum. [c. 14. C. ibid.]

Prolata scriptura, si testes aliter dixerint, inex uole efficitur totum.

Lex 15. Impr. Constantinus a. ad populum. [c. 15. C. ibid.]

Per testes, ut documentis, que probatur, valet.

Lex 16. [c. 16. C. ibid.]
Greca.[89]

Lex 17. Impr. Iustinianus a. Mene pp. [c. 17. C. ibid.]

Instrumenta in sceda facta aut non completa a scriba non valet.

Lex 18. Idem a. Mene pp. [c. 18. C. ibid.]

Aput locum fieri probationem peti licet, si non longinquo non sunt testes.

Lex 19. Idem a. Demostheni pp. [c. 19. C. ibid.]

De inlatis rebus si negatur manus conlationis edisus subscripta fiat.

Lex 20. Impr. Iustinianus a. Iohanni[90] pp. [c. 20. C. ibid.]

Manus conlationis fiet, ut primitus alterius documentus fiat, et ex ipso documento fiet manus conlationis.

Lex 21. Impr. Iustinianus a. Iuliano pp. [c. 21. C. ibid.]

Factam fidem chartulae pulsatus et accusare voluerit et iuraverit se potuisset probare et petitor iuraverit eam perdidisse, evaser̃ ambo.

---

78) Post vocem *Greca* duo versus integri lacunae loco habentur. Incipit fol. 83. B. 79) Cod. *quinq.* 80) Codex *nichil.* 81) Lege *sustineant.* 82) Leg. *amissione.* 83) Leg. *apochis.* 84) Pro *qui* legendum *quae.* 85) Incipit fol. 84. A. 86) Cod. *abuerunt.* 87) Incipit fol. 84. B. 88) Cod. *nichil.* 89) Post hanc vocem in Codice tres lineae vacuae sunt. 90) Secunda manus correxit *Iuliano.*

TITULUS XXII. Plus valere, quod agitur, quam quo simul ante concipitur.[91]

Lex 1. Impr. Valerius et Galienus a. et c. Rupho. [c. 1. C. IV. 22.]

Plus valet, quod actum est, quam quod scriptum.

Lex 2. Impr. Dioclitianus et Maximianus et c. Sotheri. [c. 2. C. ibid.]

Quod dicitur mariti esse, similiter probet comparasse, ei non aufertur.

Lex 3. Idem a. et c. Marine. [c. 3. C. ibid.]

Non plus valet, quod scriptum est, sed gestum est.

Lex 4. Idem a. et c. Decio. [c. 4. C. ibid.]

Plus acta, quam scripta valet.

Lex 5. Idem a. et c. Victori. [c. 5. C. ibid.]

Credens, ut ipse esset, que convenerant, si alius fuit, plus valet, quem convenerat, quam quod scripsisti.

TITULUS XXIII. De commodato.

Lex 1. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. | [92] *et c. Sulae.* [c. 1. C. IV. 23.]

Res prestitas ab hostibus tollatur; si non promisit suum periculum, non reddet. Nam comparatas res non ita est.

Lex 2. Idem a. et c. Aulozona. [c. 2. C. ibid.]

Ab obsequio ab alio tibi prestita ancilla socro tua, quod dedisti, repeti potest.

Lex 3. Idem a. et c. Sotere. [c. 3. C. ibid.]

Socre tue dedisti res, quas pro se alio reddedit[93]), restituitur tibi.

Lex 4. Idem a. et c. Faustinae. [c. 4. C. ibid.]

Res commodatas ex certa probatione recusetur.

TITULUS XXIV. De actione pigneratica.[94]

Lex 1. [c. 1. C. IV. 24.]

Greca.[95]

Lex 2. Impr. Alexander a. Demetrio. [c. 2. C. ibid.]

De pignus, unde pensio flet, repetetur indebitum.[96]

Lex 3. Idem a. Victori. [c. 3. C. ibid.]

Pensio reputetur; iniusto pignus non deterioretur.

Lex 4. Idem a. Hermeo et Maxille. [c. 4. C. ibid.]

Debitus pignus promisit certum diem, si non recolligerit, vendatur, licet creditor vendere.

Lex 5. Idem a. Dioscoride. [c. 5. C. ibid.]

Creditor pignus probaverit perdedisse, non tenetur; si non | [97] probet, reddet debitori, quod interest.

Lex 6. Idem a. Trophime. [c. 6. C. IV. 24.]

Creditor pignus, quod accipiet, ab inimicis perdidit; repeti non potest.

Lex 7. Idem a. Iuliano. [c. 7. C. ibid.]

Pignus non deterioretur a creditore; expensas colenti creditori restituitur.

Lex 8. Impr. Philippus a. et Philippus c. [c. 8. C. ibid.]

Pignus perdito amissa est actio utrorumque.

Lex 9. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. et c. Georgii. [c. 9. C. ibid.]

Pignus si in canaba debitoris positus perierit, creditor recipit debitum.

Lex 10. Idem a. et c. Apollodore. [c. 10. C. ibid.]

Positum pignus ante prescriptionem temporum, utilis erit actio repetendi.

Lex 11. Idem a. Amiano. [c. 11. C. ibid.]

Debitor[98] reddito pignus recipiendum est.

Lex 12. Idem a. Zanco. [c. 12. C. ibid.]

Redditus pignus, si non solvet, debitore[99] compellis reliquum debitom[1] solvere.

TITULUS XXV. De exercituaria, instituaria[2] actione.

Lex 1. Impr. Antoninus a. Hermeti. [c. 1. C. IV. 25.]

Si servum tuum in actionem constitueris, si quid | [3] debitum contraxit, dominus solvet.

Lex 2. Impr. Alexander a. Callisto. [c. 2. C. ibid.]

Debitum servi de peculio eius redditur; quod autem in domino opus eius expedit[4], dominus reddet.

Lex 3. Idem a. Marciane. [c. 3. C. ibid.]

Pro servo negotiatore dominus reddet.

Lex 4. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. et c. Cauticone. [c. 4. C. ibid.]

Servus artifex navium dominus pro eo reddit.

Lex 5. Idem a. et c. Galo. [c. 5. C. ibid.]

Qui per servum mandavit accipere, quod acceptum est, dominus[5] reddet.

Lex 6. ...[6] et c. Honisimo. [c. 6. C. ibid.]

Cum domini voluntate servum suum cum libero pecunias mutuavit, dominus tenetur.

---

91) Leg. *quam quod simulate concipitur.* 92) Incipit fol. 85. A. 93) Leg. *reddidit.* 94) Leg. *pigneraticia.* 95) In Codice spatium est vacuum trium versuum. 96) Credo legendum esse *reputetur in debitum.* 97) Incipit fol. 85. B. 98) Lege *debito.* 99) Leg. *debitorem.* 1) Secunda manus corrigit *debitum.* 2) Leg. *exercitoria, institoria.* 3) Incipit fol. 86. A. 4) Lege *expendit.* 5) Pro *dominus* Cod. *d̄ns* habet. 6) Lacunae vestigium in Codice non est.

TITULUS XXVI. Quando cum eo, qui in aliena potestate [7]), negotium esse dicitur, vel de peculio seu quod iussu aut de in rem verso.

Lex 1. Impr. Severus et Antoninus aa. et c. Helio. [c. 1. C. IV. 26.]

Filiusfamiliae, si cum voto patris tutelam cesserit [8]), pater teneatur.

Lex 2. Idem a. et c. Annio. [c. 2. C. ibid.]

Filiusfamiliae si in tutela se obligavit et heres patris non successit, non tenetur.

Lex 3. Impr. Antoninus a. Anthemoni. | [9]) [c. 3. C. ibid.]

In [10]) conscio domino servo pecunias creditas fuerit et domini utilitate expensum est, dominus reddet.

Lex 4. Idem a. Leucio. [c. 4. C. ibid.]

Filius si per iussum patris a creditore pecunias accepit et non est heres, non tenetur.

Lex 5. Impr. Alexander a. Asclepiade. [c. 5. C. ibid.]

Filiusfamiliae viginti quinque annis pro alio spondeat, de suo peculio reddet.

Lex 6. Impr. Valerius et Galienus aa. et Valerius c. Matrone. [c. 6. C. ibid.]

Absque domini voluntate, qui servum mutuavit, perdet, et, quod ei abstulit, legibus restituet.

Lex 7. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. et c. Criscenti. [c. 7. C. ibid.]

Absque domini voluntate quod servum creditum est, post mortem servi post anno de peculio eius dominus [11]) reddet.

Lex 8. Idem a. et c. Ysidoro. [c. 9. C. ibid.]

Filius pro patre fideiussor accessit, tenetur, si est heres aut emancipatus.

Lex 9. Idem a. et c. Dionisiae. [12]) [c. 8. C. ibid.]

Qui pro filio suo spondit, tenetur.

Lex 10. Idem a. et c. Aphrodisio. [c. 10. C. ibid.]

Gregarius servus peculii sui agnatione vendere licet. | [13])

Lex 11. Idem a. Attalo. [c. 11. C. ibid.]

Debitum ancille de peculio post anno viva vel mortua ancilla.

Lex 12. Idem a. et c. Victori. [c. 12. C. ibid.]

Pro servus domino non reddet, si peculium non est servi.

Lex 13. Impr. Honorius et Theodosius a. Ioh. pp. [c. 13. C. ibid.]

Debitum servi dominus non reddet, si peculium servi non est.

TITULUS XXVII. Per quas personas nobis adquiritur.

Lex 1. Impr. Dioclitianus et Maximianus [14]) *aa. et c. Marcello.* [c. 1. C. IV. 27.]

Per extranea persona adquiri non potest, nisi per procuratorem.

Lex 2. Impr. Iustinianus a. Ioh. pp. [c. 2. C. ibid.]

Per procuratores et curatores adquiritur.

Lex 3. Impr. Iustinianus a. Ioh. pp. [c. 1. C. ibid.]

Duobus domini servus ab uno iussus tulit pecunias mutuas; lucrum, quem fecit, ipsi fecit, qui iussit.

TITULUS XXVIII. [15]) Ad senatumconsultum Machedoniamum. [16])

Lex 1. Impr. Pertinax a. Atilio. [c. 1. C. IV. 28.]

Filiusfamilie pecunias credere non debuisti.

Lex 2. Impr. Sererus et Antoninus aa. et cc. Sophio et Zenodoro. [17]) [c. 2. C. ibid.]

Filius sue potestatis acceptas pecunias cum patri [18]) voluntate aut in eius rem eas expendit, tenetur. | [19])

Lex 3. Idem a. Macrino. [c. 3. C. ibid.]

Filiusfamilie mutuare non licet.

Lex 4. Idem a. Cyrillae. [c. 4. C. ibid.]

Filiusfamiliae permittente patre, quod accepit, ex patri [20]) substantia redditur.

Lex 5. Impr. Alexander a. Musae. [c. 5. C. ibid.]

Machedoniani senatusconsulti. [21]) Filiusfamilie in potestate patris ambulans pro sumptibus debitum contraxit; pater reddet.

Lex 6. Impr. Philippus a. et Philippus c. Theopompo. [c. 6. C. ibid.]

Filiusfamiliae debitum contraxit; de peculio eius restituitur.

Lex 7. Impr. Iustinianus a. et c. Ioh. pp. [c. 7. C. ibid.]

Filiusfamiliae contractum debitum, quod pater concessit, iussio patris constat. *In ea lege abet* [22]): Sic [23]) autem miles filiusfamiliae miles [24]) debitum contraxit, reddet.

TITULUS XXIX. Ad senatumconsultum Veleianum. [25])

---

7) Lege *potestate est.* 8) Leg. *gesserit.* 9) Incipit fol. 86. B. 10) Leg. *si.* 11) Pro *dominus* Cod. habet *dns.* 12) Inscriptio est const. 10. C. IV. 26. 13) Incipit fol. 87. A. 14) Sic a secunda manu. Prima manus pro *Maximianus* posuit *Marcello.* 15) Cod. *Titulus XXXVIII.* 16) Lege *senatusconsultum Macedonianum.* 17) Ultima pars inscriptionis videtur ex initio constitutionis esse efficta. 18) Leg. *patris.* 19) Incipit fol. 87. B. 20) Leg. *patris.* 21) Sunt prima const. 6. C. IV. 28. verba. 22) Leg. *habet.* 23) Lege *si.* 24) Vox *miles* male ex superioribus repetita videtur esse. 25) Lege *ad senatusconsultum Velleianum.*

Lex 1. Impr. Antoninus a. Lucillo. [c. 1. C. IV. 29.]
Mulier pro alio se obligari non licet.

Lex 2. Idem a. Neptiano. [c. 2. C. ibid.]
Mulier pro alio se obligari non licet.

Lex 3. Idem a. Servato. [c. 3. C. ibid.]
Mulier pro filio debitum spondit, nihil [26]) est.

Lex 4. Impr. Alexander a. Alexandriae. | [27]) [c. 4. C. ibid.]
Mulier res suas vendedit et pro marito reddedit, valet venditio.

Lex 5. Idem a. Poplianae. [c. 5. C. ibid.]
Si res tuas marito alii dedit, te sciente, tacebas, amisisti.

Lex 6. Idem a. Torquato. [c. 6. C. ibid.]
Mulier pro tutela filiis gerenda tutori quod spondit, tenetur.

Lex 7. Impr. Gordianus a. Viviano. [c. 7. C. ibid.]
Pro debito mariti mulier res suas .... [28]) valet.

Lex 8. Idem a. Triphoni. [c. 8. C. ibid.]
Emancipati filii si pro patris spondent, teneantur.

Lex 9. Idem a. Proculo. [c. 9. C. ibid.]
Mulier, si pro alio spondit et reddit, recipere potest.

Lex 10. Impr. Philippus a. et Philippus c. Typhine. [c. 10. C. ibid.]
Mulier, si negotium cum alium gessit, tenetur; pro conductela mariti se obligavit, non tenetur.

Lex 11. Idem a. Theodore. [c. 11. C. ibid.]
Post condictionem maritus res suas obligavit, mulieri non inpedit.

Lex 12. Impr. Valerianus et Galienus aa. Sepeduce. [c. 12. C. ibid.]
Mulier pro filia genero spondit, valet.

Lex 13. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. Condiane. [c. 13. C. ibid.]
Mulier feneratas pecunias et in mariti utilitate profectas red | duntur. [29])

Lex 14. Idem a. Basilisse. [c. 14. C. ibid.]
Uxor pro marito spondit; si heres non est, non reddet, nec fideiussor eius.

Lex 15. Idem a, et c. Agrippino. [c. 15. C. ibid.]
Uxor pro marito se obligavit, nihil [29b]) est.

Lex 16. Idem a. et c. Ruphino. [c. 16. C. ibid.]
Mulier pro alio se obligavit, nihil [30]) est.

Lex 17. Idem a. et c. Alexandrie. [c. 17. C. ibid.]
Si vir accepit solidos et uxor prohibuit, non tenetur uxor,

Lex 18. Idem a. et c. Zotico. [c. 18. C. IV. 29.]
Creditor si pro manus uxoris marito tradidit pecunias, recipit a muliere.

Lex 19. Idem a. Faustine. [c. 19. C. ibid.]
Si creditor mulieris personam eligerit [31]), exceptionem contra petitorem habet. [32])

Lex 20. Idem a. Herodotiane. [c. 20. C. ibid.]
Heres mulieris contra creditorem obicere [33]) potest, si mulier pro alio se obligavit.

Lex 21. Impr. Anastasius a. mag. officiorum. [c. 21. C. ibid.]
Mulier pro se obligavit, valet.

Lex 22. Impr. Iustinianus a. Iuliano pp. [c. 22. C. ibid.]
Mulier, facta obligatione, intra biennium, si vult, replicat. | [34])

Lex 23. Impr. Iustinianus a. Iuliano pp. [c. 23. C. ibid.]
Mulier si aliquid acciperit [35]), ut se pro alio obliget, scriptis ostendatur, tenetur.

Lex 24. Impr. Iustinianus Iuliano pp. [c. 24. C. ibid.]
Ut servus et ancilla cum domini voluntate liberā accipiat, ostendit manumissionem.

Lex 25. Impr. Iustinianus a. ad populum Constantinopolitanae et universos provinciales. [c. 25. C. ibid.]
Masculus vel femina legitima aetate habentes [36]) pro extraneo dotem vel sponsalia spondent, tenentur.

TITULUS XXX. De non numerata pecunia.

Lex 1. Impr. Severus et Antoninus aa. Hilaro. [c. 1. C. IV. 30.]
Pignus dato cautionem amissam, si de pecunia non tradita licet dici.

Lex 2. Impr. Antoninus a. Maturio. [c. 2. C. ibid.]
Minus accepta pecunia de plus cabuit [37]), licet replicari.

Lex 3. Idem a. Demetrie. [c. 3. C. ibid.]
Pulsatus si dicit dolo sibi facto aut minus dato, creditor probet, non ita actum fuisse.

Lex 4. Idem a. Basso. [c. 4. C. ibid.]
Ex cautionem si patrem [38]) reddidisti, de non numerata pecunia dicere potest.

Lex 5. Impp. Alexander a. Augustiano. [c. 5. C. ibid.]

---

26) Cod. *nichil.* 27) Incipit fol. 88. A. 28) Ultima lineae pars vacua est; nam lacuna notata habetur in Codice. 29) Incipit fol. 88. B. 29b) Cod. *nichil.* 30) Cod. *nichil.* 31) Leg. *elegerit.* 32) Cod. *abet.* 33) Leg. *obiicere.* 34) Incipit fol. 89. A. 35) Leg. *acceperit.* 36) Cod. *abentes.* 37) Leg. *cavit.* 38) Leg. *partem.*

Cautio, ubi pecunia non numerata legitur, | [39]) probari debet; si pro iusta causa illi debetur, spondet.

Lex 6. Idem a. Iustino. [40]) [c. 7. C. IV. 30.]

Contra cautione dicere potis [41]) de non numerata pecunia.

Lex 7. Idem a. Iuliano et Ammoniano. [42]) [c. 8. C. ibid.]

Non numerata pecunia debitum intra certum tempus contestavit et mortuus est, stat debitus.

Lex 8. Idem a. Materno. [43]) [c. 9. C. ibid.]

Non numerate pecuniae, que si intra certum tempus tacuit debitor, persolvet.

Lex 9. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. et c. Zoilo. [44]) [c. 10. C. ibid.]

De non numerata pecunia intra certum tempus utilis actio est.

Lex 10. Idem a. et c. Mucazano. [45]) [c. 11. C. ibid.]

In transactione non numerata pecunia dici potest.

Lex 11. Idem a. et c. Severiano. [c. 12. C. ibid.]

Non numerate pecunie contra mandatore et fideiussore obici [47]) potest.

Lex 12. Idem a. et c. Euticiano. [c. 11. C. ibid.]

Si transactionis causa dare pecunias spondisti, exceptionem non numerate pecunie defendi potest.

Lex 13. Impr. Iustinianus a. Theodoro pp. [c. 13. C. ibid.]

Qui ex anteriore debito cabuerit [49]), tenetur.

Lex 14. Impr. Iustinianus a. Mene pp. | [50]) [c. 14. C. ibid.]

Intra biennio non numeratae pecuniae questio praeponitur. *In ea lege dicit:* Pecunie penitus opponi securitas vel desusceptus. De non numerate pecuniae intra XXX dies licet dici. *Item in ea lege dicit:* Perpetuum sibi exceptionem debetur. NS cabuit [51]) et non accepit, si creditor absens est, contestetur iudices aut episcopum intra biennium.

Lex 15. Impr. Iustinianus a. Ioh. pp. [c. 15. C. ibid.]

Debitor, qui cabuit [52]) et non accepit pecunias, si creditor absens sit, et inveniatur creditori, actor cum eo dici potest.

Lex 16. Impr. Iustinianus a. Ioh. pp. [c. 16. C. ibid.]

Non numerate pecuniae sacramentus legatur, intra tempus agi licet.

TITULUS XXXI. De compensationibus.

Lex 1. Impr. Antoninus a. Ulpianensu. [c. 1. C. IV. 31.]

Si tu publico debis [53]) et publicus tibi, compensatio fiat.

Lex 2. Idem a. Claudio et Asclepiade. [c. 2. C. ibid.]

Causa iudicata et soluta repeti non potest.

Lex 3. Impr. Alexander a. Hetrio Capitoni. [c. 3. C. ibd.]

In summa debiti que te fateris publico debitore persolvet.

Lex 4. Idem a. Flavio et Luciano. [c. 4. C. ibid.]

Si invicem sibi debeant, solutio est, computari debet, apud quem amplius resedet propter | [54]) usuras.

Lex 5. Idem a. Honorate. [c. 5. C. ibid.]

Si tibi ex fidecommissum debetur, et tu illi debis [55]), reputatio et usurarum computatio fiat.

Lex 6. Idem a. Polydeucie. [c. 6. C. ibid.]

Ubi mutue sunt petitiones, singillatim non finiuntur.

Lex 7. Idem a. Flavio Auxonio. [c. 7. C. ibid.]

In venditione compensatio debiti non opponitur, sed pro pretium impleatur.

Lex 8. Impr. Gordianus a. Aurelio Emerito militi. [c. 8. C. ibid.]

Qui te legatum petiit, si tibi debetur, compensatio fieri licet.

Lex 9. Idem a. Lycinie Eucimoni. [c. 9. C. ibid.]

Compensatio opponi non licet, si tibi nihil [56]) debetur.

Lex 10. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. et c. Iulio Nicandro. [c. 10. C. ibid.]

Quem debitum repetis, si tibi opponatur, quod eum ex alia causa indebite exigisti [57]), licet opponi.

Lex 11. Idem a. Claudio Iulio. [c. 11. C. ibid.]

Si tuam substantiam tutor gubernabit, quod plus expedit [58]), repetetur.

Lex 12. Idem a. et c. Lucio Corniliano. [59]) [c. 12. C. ibid.]

Invicem debitores compensationem faciant. Qui plus debet, si creditor accipere nollet, sequestra illum alibi propter usuras. | [60])

Lex 13. Idem a. et c. Aurelio Basso. [c. 13. C. ibid.]

Si ex pensione publica de his nihil [61]) tibi publicus debet, solveris pensionem.

Lex 14. Impr. Iustinianus a. Ioh. pp. [c. 14. C. ibid.]

---

39) Incipit fol. 89. B. 40) Inscriptio est const. 6. C. IV. 30. 41) Leg. *potes*. 42) Inscriptio est const. 7. C. ibid. 43) Inscriptio est const. 8. C. ibid. 44) Inscriptio est const. 9. C. ibid. 45) Inscriptio est const. 10. C. ibid. 47) Leg. *obiici*. 49) Leg. *caverit*. 50) Incipit fol. 90. A. 51) Leg. *cavit*. 52) Leg. *cavit*. 53) Leg. *debes*. 54) Incipit fol. 90. B. 55) Leg. *debes*. 56) Cod. *nichil*. 57) Leg. *exegisti*. 58) Leg. *expendit*. 59) Leg. *Corneliano*. 60) Incipit fol. 91. A. 61) Cod. *nichil*.

Qui in causa petitur, ut ipse contra illum habeat[62]), ambas simul finiantur.

TITULUS XXXII. De usuris.

Lex 1. Impr. Pius Aurelius....[63]) [c. 1. C. IV. 32.]

Si in cautione usuras non legitur, sed convenit dari, datur.

Lex 2. Impr. Severus et Antoninus a. et c. Lycio. [c. 2. C. ibid.]

Res venditas pretium non adimpletus est, cum usuris reddatur.

Lex 3. Idem a. et c. Iuliano Serpio. [c. 3. C. ibid.]

Non scripta usuras, si in verbo convenit dare, persolvitur.

Lex 4. Idem a. et c. Apronie Honorate. [c. 4. C. ibid.]

Positum pignus conventa usura posteus, si convenit plus dari usuras, non habet.[64])

Lex 5. Idem a. et c. Ultumio Subitiano et aliis. [c. 5. C. ibid.]

Si maiorem usuram spondedisti te dare et semper minorem solvisti, maiorem non exigeris.

Lex 6. Impr. Antoninus a. Antigono militi. [c. 6. C. ibid.]

Debitor creditori pecunias reddat, si noluerit accipere et debitor eas signatas alii sequestravit, ex eo usuras non solvit.

Lex 7. Idem a. et c. Domitio Arestheo. [c. 7. C. ibid.]

Cre|ditor[65]), quod ostendit, cautis probari debet.

Lex 8. Idem a. et c. Claudio Doriphoro. [c. 8. C. ibid.]

Si stipulatus debitor minoris usuris et post maioris[66]) promisisti et semper minores dedisti, maiores dari non potest.

Lex 9. Idem a. et c. Cannio Provo.[67]) [c. 9. C. ibid.]

Debitor, si pecunias non presumpsit reddere de pupillo, sed alii eas commendavit, ex eo usuras non solvet.

Lex 10. Idem a. et c. Crato et Donato militi. [c. 10. C. ibid.]

Usura tempora soluta[68]) dupplari non possunt.

Lex 11. Impr. Alexander a. Aurelio Terrano. [c. 12. C. ibid.]

Frumenti vel ordei[69]) mutuo dati accessio etiam ex nodo[70]) pacto prestanda est.

Lex 12. Idem a. et c. Popilio. [c. 11. C. ibid.]

Creditor possessionem, quem tenuit, fruges exinde reputat.

Lex 13. Idem a. et c. Eustaciae. [c. 13. C. IV. 32.]

Ex iudicio finitis vel omissis de usuris replicari non potest.

Lex 14. Idem a. et c. Aurelio Arcasiani. [c. 14. C. ibid.]

Si mulier debet pecunias, ut pro usuris ....[71])

Lex 15. Impr. Gordianus a. Claudio portorio. [c. 15. C. ibid.]

Debitor si spondet diem certum |[72]) non redderet, dupplum ā plus det, non valet.

Lex 16. Idem a. Flavio Sulpio. [c. 16. C. ibid.]

Debitor si frumentum certum diem non reddit et usuras, repeti potest.

Lex 17. Impr. Philippus a. et Philippus c. Aurelio Exiuno et aliis. [c. 17. C. ibid.]

Debitor si fundos in usuris consequendis redditos dedit, quod super usuris redditus est, non reputetur.

Lex 18. Impr. Dioclitianus et Maximianus et c. Aurelio Castori. [c. 18. C. ibid.]

Debitor si prius plus usuras dedit, quam capitanea persolveret, de usuras repeti potest.

Lex 19. Idem a. et c. Aurelio Cyrinaee. [c. 19. C. ibid.]

Debitor si vellet reddere pecunias et creditorem non invenerit et eas sequestratus sequestraverit, ex eo non persolvet usuras.

Lex 20. Idem a. et c. Aurelio Nicopolytano. [c. 20. C. ibid.]

Fideiussor tardius ad reddendum usuras non solvet.

Lex 21. Idem a. et c. Cressimeni. [c. 21. C. ibid.]

Dato pignus acceptas pecunias si usuras promisisti, adimplis.[73])

Lex 22. Idem a. et c. Comminio Carino. [c. 22. C. ibid.]

Usura non placita exigi non licet. Si convenit, quodsi[73b]) non daret, usuras persolveret|[74]), tenetur.

Lex 23. Idem a. et c. Iasoniano Cyliciae. [c. 23. C. ibid.]

Si mater legitima etate pecunias filiis cessit, in negotio usuras persolvet.

Lex 24.[75]) *Impr. Constantinus a. ad populum.* [c. 25. C. ibid.]

---

62) Cod. *abeat.* 63) Vox *Aurelius* ex male intellecto siglo „*a.*" videtur prodiisse. Lacunae vestigium in Codice apparet nullum. 64) Cod. *abet.* 65) Incipit fol. 91. B. 66) Sic a sec. manu. Prima habuerat *manoris.* 67) Leg. *Probo.* 68) Leg. *usurae per tempora solutae.* 69) Leg. *hordei.* 70) Lege *nudo.* 71) Integrae lineae spatium est vacuum in Cod. 72) Incipit fol. 92. A. 73) Leg. *adimples.* 73b) Leg. *ut, si.* 74) Incipit fol. 92. B. 75) Cod. *Lex IIII.*

Acceptas res mobiles si promisit dari usuras, persolvet.

Lex 25. Impr. Iustinianus a. Mene pp. [c. 26. C. IV. 32.]

Unaquamque personam, quantum det usuras. *In ea legem*[76]) *abet*[77]): Ceteros autem homines dimidia.

Lex 26. Impr. Iustinianus a. et c. Mene pp. [c. 27. C. ibid.]

Ante legem prolatam factum est, replicari non potest; si ante sponsum est et non soluta, secundum presentem legem exigitur usuras.

Lex 27. Impr. Iustinianus a. Demostheni pp. [c. 28. C. ibid.]

De usuras usuras non exigitur.

TITULUS XXXIII. De nautico fenore.

Lex 1. [Deest in vulgatis edit.]

Greca. Versiculum.[78])

Lex 2. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. et c. Scribonio. [c. 1. C. IV. 33.]

In nave, quae[79]) pecunias mutuat, nox[80]) de porto exierit, creditori[81]) est periculum, si quo[82]) contigerit.

Lex 3. Idem a. et c. Aureliae Consmiane. [c. 2. C. ibid.]

Mutuatas | [83]) pecunias plus usuras non exigi, quam constitutum est.

Lex 4. Idem a. et c. Aureliane Iuliane. [c. 3. C. ibid.]

Credita pecunia nauclerio, ut in Africa ambularet, et ille alibi ambulavit et angaria tentus est, secundum cautionem suam complet.

Lex 5. Idem et c. Pullio Iuliano Eucarista. [c. 4. C. ibid.]

Navigantibus feneras pecunias; si perierit, reddentur.

TITULUS XXXIV. De depositi.

Lex 1. Impr. Alexander a. Demetrio militi. [c. 1. C. IV. 34.]

Res commendatas ut commune[84]) casu perierint, non tenetur susceptor.

Lex 2. Impr. Gordianus a. Celsino militi. [c. 2. C. ibid.]

Res commendatas, si mortuus est reddere, persolvat usuras.

Lex 3. Idem a. Austronio militi. [c. 3. C. ibid.]

Commendatas res usuaverit, usuras persolvat, aut dupplum, ut fuit, reddat.

Lex 4. Idem a. Thimograti militi. [c. 4. C. IV. 34.]

Commendatas pecunias, si eas exercitavit, usuras solvet.

Lex 5. Impr. Valerianus et Galienus aa. et Valerius c. Claudio. [c. 5. C. ibid.]

Si documenta cartarum[85]) commendasti, cuius orto tenuisti, etsi pensionem non adimplisti[86]), tamen documen | ta[87]) reddat.

Lex 6. Impr. Dioclitianus et Maximianus et c. Antonino Alexandro et Ulpiano Antipater. [c. 6. C. ibid.]

Commendatas chartas conservari licet.

Lex 7. Idem a. et c. Antiocho Antico Carpuniano militi[88]) *Democrati.* [c. 7. C. ibid.]

Commendatas pecunias alio mutuasti, teneris restituendum.

Lex 8. Idem a. et c. Aurelio Alexandro. [c. 8. C. ibid.]

Accepta pecunia, si alii eam det, non tibi est actio adversus debitorem, sed cui tu eam dedisti.

Lex 9. Idem a. et c. Aurelio Menopolo et ceteris. [c. 9. C. ibid.]

Facultas commendatas absque herede datari non licet.

Lex 10. Idem a. et c. Septime. [c. 10. C. ibid.]

Commendatas res restituantur.

Lex 11. Impr. Iustinianus a. Ioh. pp. [c. 12. C. ibid.]

Comendatas[89]) res a patre unus heres portionem suam tollet, et postea alias res interierint, qui tulit, lucravit.

TITULUS XXXV. Mandati.

Lex 1. Impr. Severus et Antoninus aa. Leoni. [c. 1. C. IV. 35.]

Idem mandata .....[90])

[Lex 1. Impr. Iustinianus a. Demostheni pp. | [91]) [c. 11. C. IV. 34.]

Comendatas[92]) res pro ipsa alienas dari non licet, et nisi iuraverit tecum interisse tibi actione, quod expedisti[93]), recipis.][94])

Lex 2. Impr. Antoninus a. Statio Marcellino. [c. 2. C. IV. 35.]

Fideiussor reddendas pecunias exigendum licet et heredem.

---

76) Leg. *lege.* 77) Leg. *habet.* 78) Postea duae lineae integrae vacuae sunt. 79) Pro *quae* Codex habet q. 80) Leg. *mox.* 81) Leg. *creditoris.* 82) Leg. *quod.* 83) Incipit fol. 93. A. 84) Fortasse legendum *si communi.* 85) Leg. *chartarum.* 86) Leg. *adimplesti.* 87) Incipit fol. 93. B. 88) Vocem *militi* secunda manus delevit. 89) Leg. *commendatas.* 90) Haec lacuna in Codice notata est. 91) Incipit fol. 94. A. 92) Lege *commendatas.* 93) Leg. *expendisti.* 94) Haec nescio quo casu in locum plane ineptum Codicis vitio delata sunt. Nam const. 11. C. IV. 34., quae superiore titulo defuit, in hoc titulo male collocata est.

Lex 3. Idem a. et c. Germano. [c. 3. C. IV. 35.]

Cui actione mandasti, quod egit, firmum est.

Lex 4. Impr. Alexander a. Aurelio Vulnerato. [c. 4. C. ibid.]

Mandata actione, quod egit, firmum est. Expensas, quas erogavit, recipit.

Lex 5. Idem a. Iuliano. [c. 5. C. ibid.]

Manda actione susceptam; si neglexit, compellitur.

Lex 6. Impr. Gordianus a. Aurelio[95] *Sostiu militi.* [c. 6. C. ibid.]

Pro quo spondisti[96] et reddidisti, eum exigere potest.

Lex 7. Idem a. Aureliano militi. [c. 7. C. ibid.]

Si litteras acceptas pecunias credidisti, secundum litteras tenetur.

Lex 8. Impr. Gordianus a. et c. Valerius c. vIIII Aurelio Licyo. [c. 8. C. ibid.]

Si pater per servum mandavit sibi mutuari pecunias et iam servus minori iam esse, heredes patris convenitur.

Lex 9. Impr. Dioclitianus et Maximianus | [97] *aa. et c. Marcello.* [c. 9. C. ibid.]

Si per procuratorem causam tuam lesam est, adversus eum dici potes.

Lex 10. Idem a. Aurelio Papio. [c. 10. C. ibid.]

Fideiussor, quod spondit, quem fidedixit, exigere potis.

Lex 11. Idem a. et c. Aurelio Gaio. [c. 11. C. ibid.]

Actor si exigit aut non expensas recipit ......[98]

Lex 12.[99] *Idem a. et c. Marcellino.* [c. 12. C. ibid.]

Procurator rem evictam possessionem vendit et post dominum ratum non fuit, venditi non habet.[1]

Lex 13. Idem a. et c. Aurelio Hermoniano. [c. 13. C. ibid.]

Procurator dolo vel culpa non faciat.

Lex 14. Idem a. et c. Hermoniano. [c. 14. C. ibid.]

Procurator a debitore pecunias, quas accepit, quod ex iudex comparavit, domino restituitur.

Lex 15. Idem a. et c. Aurelio p̄cario Atheneo. [c. 15. C. ibid.]

Mandata actione susceptor, si remotum est, solutum est.

Lex 16. Idem a. et c. Zando. [c. 16. C. ibid.]

Comparandam qui accepit pecunias, fraudem fecit, quod interest, tenetur.

Lex 17. Idem a. et c. Aurelio Gordiano. [c. 17. C. IV. 35.]

Non finito salario peti non potest. | [2]

Lex 18. Idem a. et c. Turciano. [c. 18. C. ibid.]

Fideiussor pro alio, quod reddidit, cum usuris recipitur.

Lex 19. Idem a. et c. Aurelio Eugenio. [c. 19. C. ibid.]

Pro inlicitas usuras pignus accepisti, exigere non potis debitori.

Lex 20. Idem a. et c. Aurelio Pegato. [c. 20. C. ibid.]

Mandatum acceptor expensas recipiat.

Lex 21. Impr. Constantinus a. Volusiano pp. [c. 21. C. ibid.]

Aliena vero negotia excepto[2b] officio geruntur.

Lex 22. Impr. Anastasius a. Eustatio p̄p̄. [c. 22. C. ibid.]

Qui litem comparat, quantum pretium dedit et usuram eorum incurrit, tantum exigit, si vicerit. *In ea lege abet*[3]: Sin autem per donationem actio data, valida est.

Lex 23. Impr. Iustinianus a. Ioh. p̄p̄. [c. 23. C. ibid.]

Actiones venundari non licet.

TITULUS XXXVI. Si servus se emi mandaverit.

Lex 1. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. et c. Aurelio Dionisiae. [c. un. C. IV. 36.]

Si servus per extraneam personam de suas pecunias se comparavit, et ab ipso manumissus fuerit, nihil[4] est.

TITULUS XXXVII. Pro socio.

Lex 1. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. et c. Aurelio. [c. 1. C. IV. 37.]

Si alius in comune[5] ponat solidos, alius opera abet, collegius est. | [6]

Lex 2. Idem a. et c. Aurelio Victorino militi. [c. 2. C. ibid.]

Pretium pensionis exequeris.

Lex 3. Idem a. et c. Aurelio. [c. 3. C. ibid.]

Communem rem adquisitam communi dividentur.

Lex 4. Idem a. et c. Aurelio Celeri. [c. 4. C. ibid.]

Societate & transactionis resolvi non potest.

Lex 5. Idem a. et c. Aurelio Theodoro. [c. 5. C. ibid.]

---

95) Litterae *Aur* a prima manu deletae sunt. 96) Codex *spondidisti*. 97) Incipit fol. 94. B. 98) Lacuna unius versus in Codice apparet. 99) Pro 12. Codex habet *II*. 1) Codex *abet*. 2) Incipit fol. 95. A. 2b) Leg. *exacto*. 3) Leg. *habet*. 4) Cod. *nichil*. 5) Leg. *commune*. 6) Incipit fol. 95. B.

Societas usque ad tempus finitum est, stat.

Lex 6. Impr. Iustinianus a. Iohanni pp. [c. 7. C. IV. 37.]

Socius infirmus fiet, sanus socius resolvet societate.

Lex 7. Impr. Iustinianus a. Ioh. pp. [c. 6. C. ibid.]

Societas, si unius honoris locus proficerit, non solvitur societas.

TITULUS XXXVIII. De contrahenda[7] emptione.

Lex 1. Impr. Valerianus et Galienus aa. Aurelio Paulo. [c. 1. C. IV. 38.]

Venditio facta de possessione, que[8]) alibi est constituta, valet.

Lex 2. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. Aurelio Avio. [c. 2. C. ibid.]

Quod furiosus transigerit, nihil[9]) est.

Lex 3. Idem a. et c. Valerie. [c. 3. C. ibid.]

Venditio et emptio simul conpraehensa[10]) nihil[11]) est.

Lex 4. Idem a. et c. Aurelio Liciano. [c. 4. C. ibid.]

Facta in te donatio valet.

Lex 5. Idem a. et c. Umbige Gratiae. [c. 5. C. ibid.]

Tutor a pupillo rem comparare non licet.

Lex 6. Idem a. et c. Aurelio Lucretio. [c. 6. C. ibid.]

Si maritus uxori rem ex scripto vindedit[12]), filius in nom̄.[13]) matris sue[14]) exigit.

Lex 7. Idem a. et c. Aurelio Lysinioni. [c. 7. C. ibid.]

Si mater tua ancillam suam marito secundo donavit, valet.

Lex 8. Idem a. et c. Herodi et Diogeni. [c. 8. C. ibid.]

Res venditas, si pretium non accepisti, repeti pretium[15]) licet.

Lex 9. Idem a. et c. Severo militi. [c. 9. C. ibid.]

Qui comparavit, si pretium, quem spondit, non dedit, quia ille, non valet venditio.

Lex 10. Idem a. et c. Aurelio Paterno. [c. 11. C. ibid.]

Invitus comparare vel vendere non licet.

Lex 12. Idem a. Aurelio Paciano. [c. 12. C. ibid.]

Non dato pretio in emptione repeti potest.

Lex 13. Idem a. et c. Aurelio Decio Iuliano. [c. 13. C. IV. 38.]

Egi voluntate vendito ñ ex c̄strinctione.

Lex 14. Impr. Valentinianus, Gratianus et Theodosius aaa. Flaviano pp. Illyrici. [c. 14. C. ibid.]

Non licet consorti dicere: *non alii vendis.*

Lex 15. Impr. Iustinianus a. Iuliano pp. | [16]) [c. 15. C. ibid.]

Si res estimatas venditas fuerint, multum firmum est.

TITULUS XXXIX. De hereditate vel actio venditi[16b]).

Lex 1. Impr. Severus et Antoninus aa. Geminio. [c. 1. C. IV. 39.]

Qui rem comparavit, contra creditores non litigat, sed auctor.

Lex 2. Impr. Antoninus a. Titio Floriano. [c. 2. C. ibid.]

Qui adquisitam hereditatem vendidit, contra causatores ipse litigat.

Lex 3. Impr. Alexander a. Quintiano et Theomoto. [c. 3. C. ibid.]

Actor si invitus ad nomen domini[17]) rem comparet, dominus[18]) exinde dicere potest.

Lex 4. Idem a. Aurelio Diogeni militi. [c. 4. C. ibid.]

Qui suasit eum, qui necdum cognovit, ab eo emere, quod empserit, emptor sibi reputet.

Lex 5. Idem a. Nonario Honesimo. [c. 5. C. ibid.]

Venditor si ipso emptore pro ea rem procuratorem instituere licet.

Lex 6. Idem a. Pomponio militi. [c. 6. C. ibid.]

Non cepta hereditate vindi licet.

Lex 7. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. et c. Menasee. [c. 7. C. ibid.]

Si debitor creditori suo cautionem debiti sui illi opposuerit, ipse efficitur creditor. | [19])

Lex 8. Idem a. et c. Aurelio Vigiliano. [c. 8. C. ibid.]

Creditoris res obligatas a domino non revertitur, si non adimpleto placito.

Lex 9. Impr. Iustinianus a. Ioh. pp. [c. 9. C. ibid.]

Qui actionem designatam comparat, iuste lite persequitur.

---

7) Codex *contraenda.* 8) Cod. *quae.* 9) Leg. *nichil.* 10) Leg. *comprehensa,* 11) Cod. *nichil.* 12) Leg. *vendidit.* 13) Leg. *nomine.* 14) Leg. *suae.* 15) Cod. *p̄tiū.* 16) Incipit fol. 96. A. 16b) Leg. *actione vendita.* 17) Codex *dn̄i.* 18) Codex *dns.* 19) Incipit fol. 96. B.

TITULUS XL. Que res vendere[20]) non possunt, et qui vendere vel emere vetantur.

Lex 1. Impr. Valentinianus, Theodosius et Arcadius aaa. Fausto comiti sacrarum largit.[21]) [c. 1. C. IV. 40.]

Regales vestes vendi nec emi licet.

Lex 2. Idem a. Cariobaudi duci. [c. 2. C. ibid.]

Ad inimicas gentes vendi aliquid non licet.

Lex 3. Impr. Arcadius et Honorius aa. ad Senatum et populum. [c. 3. C. ibid.]

Publica frumenta qui vendet vel emet, capiti[22]) puniantur.

Lex 4. Impr. Honorius et Theodosius aa. Faustino $\bar{p}p$. [c. 4. C. ibid.]

Frumenta, que ad exercitum transmittitur, qui ausu[23]) temerario eas tulerit, capiti puniantur.

TITULUS XLI. Que res exportari non licet.

Lex 1. Impr. Valentinianus, Valens et Gratianus aaa. Theodoto mag. militi[24]). [c. 1. C. IV. 41.]

Ad gentes inimicas nullum negotium portet.

Lex 2. Impr. Martianus a. Constantino $\bar{p}p$. | [25]) [c. 2. C. ibid.]

Qui arma ad inimicus[26]) vendit, puniantur.

TITULUS XLII. De eunuchis.

Lex 1. Impr. Constantinus a. Ursino duci Maesopotamiae. [c. 1. C. IV. 42.]

Qui eunuchum fecerit, puniatur.

Lex 2. Impr. Leo a. Viviano. [c. 2. C. ibid.]

Eunuchum comparari non licet.

TITULUS XLIII. De patribus, qui filios distraxerunt.

Lex 1. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. et c. Aurelio Papiniae. [c. 1. C. IV. 43.]

Filio suo nemo vendat, nec donet, nec pignus det.

Lex 2. Impr. Constantinus a. provincialibus. [c. 2. C. ibid.]

Propter famem parentes filios licet vendere; posteus, si quis pro libertate pro eo pretium aut vicarium det, licet accipere.

TITULUS XLIV. De rescindenda venditione.

Lex 1. Impr. Alexander a. Aurelio Matroni[26 b]) *militi.* [c. 1. C. IV. 44.]

Qui per vim vendidit, rescinditur.

Lex 2. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. Aurelio Luppo. [c. 2. C. IV. 44.]

Minoris pretium[27]) res venditas restitutas pretio[28]) res recipi potest. Quodsi emptor eligerit, adimplere pretium[29]) licet.

Lex 3. Idem a. et c. Titiae et Martiane. [c. 3. C. ibid.]

Iuste venditas res rescindi non potest.

Lex 4. Idem a. et c. Simpronio Eudoxio. [c. 4. C. ibid.]

Plus emptas res minori pretio[30]) res venditas | [31]) recipi non potest.

Lex 5. Idem a. et c. Claudio Rupho. [c. 5. C. ibid.]

Vinditori si dolus factus est, emptio cassatur.

Lex 6. Idem a. et c. Novisio Gaiano et Veterano. [c. 6. C. ibid.]

Bene venditas res retractari non licet.

Lex 7. Idem a. et c. Mucatraulo militi. [c. 7. C. ibid.]

Res autem venditas pretium reddere et rem recipere non potest.

Lex 8. Idem a. et c. Aurelio Euodie. [c. 8. C. ibid.]

Minus pretium[32]) de medietate datum repeti potest; emptoris est electio, adimplere aut rem reddere.

Lex 9. Idem a. et c. Domitio Civalensi. [c. 9. C. ibid.]

Facta venditio si solidi non sunt adnumerati et pecora in compensatione data, valet.

Lex 10. Idem a. et c. Emilio Severo. [c. 10. C. ibid.]

Qui rem male emit, et alii eam vendidit, si evictus fuerit, rem restituit.

Lex 11. Idem a. et c. Aurelio Magne. [c. 11. C. ibid.]

De dolo et[33]) minus pretium quando cognovisti, tunc te agere prohiberis.

Lex 12. Idem a. et c. Axiocho. [c. 12. C. ibid.]

In necessitate fames vel debiti res tuas vilipretium dedisti, repeti potest.

Lex 13. Idem a. et c. Aurelio Nice decaria. [c. 13. C. ibid.]

Rem in dotem posita vendita rescinditur, quia interdictum est.

Lex 14. Idem a. et c. Aurelio Basilide militi. [c. 14. C. ibid.]

Res obnoxes venditas irritum habent[34]).

---

20) Leg. fortasse *venire.* 21) Leg. *largitionum.* 22) Leg. *capite.* 23) Codex *quia usu.* 24) Lege *militum.* 25) Incipit fol. 97. A. 26) Leg. *inimicos.* 26 b) Leg. *Maroni.* 27) Codex *$\bar{p}ti\bar{u}$.* 28) Codex *$\bar{p}tio$.* 29) Codex *$\bar{p}tium$.* 30) Codex *$\bar{p}tio$.* 31) Incipit fol. 97. B. 32) Codex *$\bar{p}tium$.* 33) Vox *et* a prima manu supra lineam posita est. 34) Codex *abent.*

Lex 15. Impr. Gratianus, Valentinianus et Theodosius aaa. ad | [35]) *Ypatium.* [c. 15. C. IV. 44.]

Propter vilipretium emptio exscinditur.

Lex 16. Impr. Valentinianus, Theodosius et Archadius aaa. ad Magnillum vicarium Africe. [c. 16. C. ibid.]

Debitor creditori vilipretium rem vendidit, repeti potest.

Lex 17. Impr. Archadius et Honorius aa. Mesale. [c. 17. C. ibid.]

Propter qui pecunias civitati accepit, si pro emendo cuidam extero dedit, si perierint, ipsi eas reddet.

Lex 18. Impr. Arcadius et Honorius et Theodosius aaa. et c. Nestorium comiti rerum privatarum. [c. 18. C. ibid.]

Qui in exactione publica sunt, a privatis ni-[36]) comparent.

TITULUS XLV. Quando liceat ab emptione discedere.

Lex 1. Impr. Gordianus a. Lycinio Ruphino. [c. 1. C. IV. 45.]

Si ex voluntate non vendidisti, agi potest.

Lex 2. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. Aurelio Felici. [c. 2. C. ibid.]

Si ex voluntate vendidisti, de minus pretium potis dicere.

TITULUS XLVI. Si propter publicas pensitationes venditio fuerint celebrata.

Lex 1. Impr. Antoninus a. Geminio Materno. | [37]) [c. 1. C. IV. 46.]

Pro tributu qui rem suam fiscó tradidit, nullus creditor preponere[38]) se potest.

Lex 2. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. et c. Attiniae Plotiane. [c. 2. C. ibid.]

Pro tributo rem tuam curiali vendidisti iusto p̄dio[39]), repeti non potest.

Lex 3. Impr. Constantinus a. ad Ignatium Faustinum presidi Vetice[40]). [c. 3. C. ibid.]

Legitima aetate pro tributo res suam iusto pretio exactori vendedit[41]), valet.

TITULUS XLVII. Sine censu vel reliquis fundum comparare[41b]) non posse.

Lex 1. Impr. Alexander a. Capitoni. [c. 1. C. IV. 47.]

Si mater tua in dotem posuit possessionem, uti pater tuus eam possederit[42]) et illa censum solveret, censum non solvit mulier, sed, qui possidet[43]), tam per emptionem vel pacto vel ex cautionem si factum fuerit.

Lex 2. Impr. Constantinus a. ad Antoninum Marcellinum praesidem annonariae. [c. 2. C. IV. 47.]

Possessionem censum vendi nec emi licet.

Lex 3. Impr. Iulianus a. ad Secundum p̄p. [c. 3. C. ibid.]

Qui possidet, ipse reddat.

TITULUS XLVIII. De periculo et commodo rei venditae.

Lex 1. Impr. Alexander a. Iulie Secunde. | [44]) [c. 1. C. IV. 48.]

Emptor si venditorem praetermittit in lite et perdidit, sibi reputat.

Lex 2. Idem a. Gorgilio Iuliano. [c. 2. C. ibid.]

Placitas res, antequam tradantur, si quod emerserit, venditori est; post traditas emptori reputatur, quod contigerit.

Lex 3. Idem a. Damphynae. [c. 3. C. ibid.]

Qui ex dolo vendit, emptore non nocet.

Lex 4. Impr. Gordianus a. Silvestro militi. [c. 4. C. ibid.]

Rem venditas venditor moram non fecit tradendo, sed emptor emptòri erit res emptori est periculum.

Lex 5. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. et c. Aurelio Leontio. [c. 5. C. ibid.]

Res venditas si emptor moraverit, casu perierit et emptori reputetur.

Lex 6. Idem a. et c. Aurelio Quirillo. [c. 6. C. ibid.]

Vendita ancilla, si mora emptor ad suscipiendum fecerit et mortua fuerit, emptori reputatur.

TITULUS XLIX. De actionibus empti et venditi.

Lex 1. Impr. Antoninus a. Heliane. [c. 1. C. IV. 49.]

Cui rem vendidisti, si te pro pretium ad causam provocavit, contra emptorem est actio, non in rem[45]).

Lex 2. Impr. Valerianus et Galienus aa. et Valerius c. Flavio Domitiano. [c. 2. C. ibid.]

Res venditas | [46]) de minus pretium peti potest; ante emptionem si rem tenuit, pervasor[47]) est.

Lex 3. Impr. Dioclitianus et Maximianus a. et c. Serapiodoro. [c. 3. C. ibid.]

Arras datas pacti loco esse videtur.

---

35) Incipit fol. 98. A. 36) Cod. *nichil.* 37) Incipit fol. 98. B. 38) Leg. *praeponere.* 39) Leg. *pretio.* 40) Leg. *praesidem Beticae.* 41) Leg. *vendidit.* 41 b) Leg. *comparari.* 42) Leg. *possideret.* 43) Sic secunda manus correxit; prima habuerat *possedit.* 44) Incipit fol. 99. A. 45) Pro *in rem* Codex habet *ire.* 46) Incipit fol. 99. B. 47) Codex *pervasior.*

Lex 4. Idem a. Muciano. [c. 4. C. IV. 49.]

Venditor impleto pretio[48]) moretur facere traditionem, quantum domini[49]) interest, restituit.

Lex 5. Idem a. et c. Decimo Caplusio. [c. 5. C. ibid.]

Emptor si pretium[50]) non adimplet, cum usuris restituat pretium[51]) reliquo.

Lex 6. Idem a. et c. Aurelio. [c. 6. C. ibid.]

Ratione[52]) facta, venditio si aliud non convenit, statuendi.

Lex 7. Idem a. et c. Hysidoro. [c. 7. C. ibid.]

Servus si occulte de suo solido per extraneos se redimet, denuo domino detur pretium.

Lex 8. Idem a. et c. Aurelio Eusebio. [c. 8. C. ibid.]

Qui in vacuam possessionem successores eius emptorem vel heredes eius induxisse, nihil[53]) esse translatum.

Lex 9. Idem a. et c. Aurelio Zanie Antipatre. [c. 9. C. ibid.]

Qui plus dedit pretium[54]), quam res valet, contra venditore praeponi non licet agi.

Lex 10. Idem a. et c. Titio Attalo. [c. 10. C. ibid.]

Dato pretio pro carne, si non tradit carnem, quantum emptori interest, venditor reddet. | [55])

Lex 11. Idem a. et c. Flaviae Eucarpe. [c. 11. C. ibid.]

Vendito mancipio, si post venditor eum manumisit, nihil[56]) est.

Lex 12. Idem a. et c. Egicrispino. [c. 12. C. ibid.]

Vino vendito ex eo damno emerserit, et emptori est. Nam de mensura vel placito contra venditore est.

Lex 13. Idem a. et c. Flavio Alexandro. [c. 13. C. ibid.]

Emptori fruges consequi licet; minus pretium cum usuris restituat.

Lex 14. Idem a. et c. Aurelio Rosino. [c. 14. C. ibid.]

Servus emptus nullum vitium inserveat.

Lex 15. Idem a. et c. Aurelio Antonino Heliano. [c. 15. C. ibid.]

Ultra modum venditum triticum traditus detur, causatio fiet.

Lex 16. Idem a. et c. Aurelio Hermiano Cyrillo pp. [c. 16. C. ibid.]

Venditas pecoras[57]) aput venditorem residendum fructus fecerit, restituit emptori.

TITULUS L. Si quis alterius sibi sub alterius nomine[58]) vel aliena pecunia emerit.

Lex 1. Impr. Antoninus a. Mercatori Secundo. [c. 1. C. IV. 50.]

Qui de alterius pecunia ad suum nomen[59]) fecit documentum, secundum documentum dominus[60]) efficitur.

Lex 2. Impr. Alexander a. Septimie. [c. 2. C. ibid.]

Si pater ad filii [nomen[61]) possessionem comparavit, fili erit. | [62])

Lex 3. Idem a. Favio Paterno. [c. 3. C. ibid.]

Cuius nomen legitur pecunias in documentum, ipse est dominus.

Lex 4. Impr. Valerianus et Galienus aa. et Valerius c. Aurelio Cyrillo. [c. 4. C. ibid.]

Si ad[63]) alterius instrumentum factum est tuam iussionem tu possides restitui te licet.

Lex 5. Impr. Diocliltianus et Maximianus aa. et Valerius c. Vero. [c. 5. C. ibid.]

Maritus de suos solidos ad nomen uxoris documentum fieri iussit, mariti est possessio.

Lex 6. Idem a. et c. Aurelio Dionisio. [c. 6. C. ibid.]

Si maritus pecunias dedit uxori et illa ad suum nomen emit, solidis[64]) reddet marito.

Lex 7. Idem a. et c. Aurelio Gerontio. [c. 7. C. ibid.]

Cui negotium commisisti, rem de tuo solido comparavit, tuum efficitur.

Lex 8. Idem a. et c. Maxime Valentinae. [c. 8. C. ibid.]

Si de aliena pecunia ad tuum nomen[65]) comparasti, dominus effectus es.

Lex 9. Idem a. et c. Eminio Rufiano. [c. 9. C. ibid.]

Inter absentes venditio fieri licet.

TITULUS LI. De rebus alienis non alienandis et prohibita rerum alienationem[66]) vel epotheca[67]).

Lex 1. Impr. Alexander a. Galtiano militi. | [68]) [c. 1. C. IV. 5.]

Si alium[69]) servum vendidisti, emptoris longi temporis non inquietantur, sed venditor pretium reddet, si emptor ignoraverit, alienus servus fuisset.

Lex 2. Impr. Gordianus a. Grecie Helie. [c. 2. C. ibid.]

Maritus rem uxoris vendidit; si longi temporis emptorem non munet[70]), mulieri actio iure competit.

---

48) Codex *p̄tio.* 49) Pro *domini* Codex habet *dn̄i.* 50) Codex *p̄tium.* 51) Codex *p̄tium.* 52) Vox *ratione* ex voce *Neratio* corrupta est. 53) Cod. *nichil.* 54) Cod. *p̄tium.* 55) Incipit fol. 100. A. 56) Cod. *nichil.* 57) Pro *pecoras* Codex habet *peca.ras.* In medio verbo una littera erasa est. 58) Pro *nomine* Codex habet *noe.* 59) Codex *nom.* 60) Codex *dns.* 61) Codex *nom.* 62) Incipit fol. 100. B. 63) *Ad* a secunda manu supra lineam positum est. 64) Lege *solidos.* 65) Cod. *nom.* 66) Leg. *alienatione.* 67) Leg. *hypotheca.* 68) Incipit fol. 101. A. 69) Leg. videtur *alienum.* 70) Leg. *muniet.*

Lex 3. Impr. Diocliltianus et Maximianus aa. et c. Aurelio et Valeriano. [c. 3. C. IV. 51.]

Si iuste venditum est, ab herede inquietari non licet.

Lex 4. Idem a. et c. Domitio Aphibio. [c. 4. C. ibid.]

Si mater tua res mariti pignus posuit, filium praeiudicium non facit[71].

Lex 5. Idem a. et c. Aurelio Egro. [c. 5. C. ibid.]

Si pater res filio[72] emancipati vendidit, nihil[73] est.

Lex 6. Idem a. et c. Aurelio Rupho. [c. 6. C. ibid.]

Res ad te pertinentes nemo vendere potest.

Lex 7. Impr. Iustinianus a. Ioh. pp. [c. 7. C. ibid.]

Ad quem non pervenit res per testamentum vel ex pacto, si eam vendidit vel manumisit, cum fructibus eas restituit.

TITULUS LII. De communium rerum alienatione.

Lex 1. Impr. Gordianus a. Apollodoro evocato. [c. 1. C. IV. 52.]

De his, qui rem communem vendidit, si annositas emptorem munit, cum venditori[74] habes[75] actionem, cui res competit. |[76]

Lex 2. Idem a. Hereiano militi. [c. 2. C. ibid.]

Si coheredes tua[77] rem vendiderunt, nihil[78] tibi nocet.

Lex 3. Impr. Diocliltianus a. et Maximianus a. et c. Aurelio Eusebio. [c. 3. C. ibid.]

Communes res distrahi[79] non licet.

Lex 4. Idem a. et c. Ulpiano militi. [c. 4. C. ibid.]

Communes res vendi non licet.

Lex 5. Idem a. et c. Olympiano. [c. 5. C. ibid.]

Qui rem ignorat communem, vendidit; emptori dupplum reddat pretium.

TITULUS LIII. Rem alienam gerentibus non interdici rerum suarum alienationem.

Lex 1. Impr. Severus et Anthoninus aa. et c. Publice Capriolae. [c. un. C. IV. 53.]

Tutor vel curator pro debito pupilli res ipsius distrahi[80] licet.

TITULUS LIV. De pactis inter emptorem et venditorem positis.

Lex 1. Impr. Antoninus a. Claudie Diothime. [c. 1. C. IV. 54.]

Si vendedisti, ut intra certum tempus pretium[81] restitueris, valet placitus.

Lex 2. Impr. Alexander a. Caresio militi. [c. 2. C. ibid.]

Venditam rem si convenit, ut pretium[82] quocunque tempore recipiat, valet, remota praescriptionem[83].

Lex 3. Idem a. Felici militi. [c. 3. C. ibid.]

Si res vendita convenit, ut, si certum tempus non adimpleret, pretium remitteret, valet placitus.

Lex 4. Idem a. Claudio Iuliano et Proculiano. [c. 4. C. ibid.]

Res venditas non adimpleto pretio[84] res retolli |[85] non potest, solidos cum usuris.

Lex 5. Impr. Gordianus a. Aurelio Longino evocato. [c. 5. C. ibid.]

Res venditas si tardium pretium[86] exsolvet, usuras pensitare ab emptore praestare de iure postulas.

Lex 6. Impr. Carus, Carinus et Numerius aaa. et c. Solubrio Romulo. [c. 6. C. ibid.]

Minori pretio[87] rem emptam cum fructibus restituit.

Lex 7. Impr. Diocliltianus et Maximianus aa. et c. Faviano Musco. [c. 7. C. ibid.]

Venditas res si convenit reddito pretio recipi, valet.

Lex 8. Idem a. et c. Auxononi. [c. 8. C. ibid.]

Inter emptorem et venditorem vero placidus[88] valet.

Lex 9. Impr. Iustinianus a. Ioh. pp. [c. 9. C. ibid.]

Emptor si promisit nulli ea re alienare preter venditore, valet.

TITULUS LV. Si servus exportandus veniat[89].

Lex 1. Impr. Severus et Antoninus aa. et c. Petronie Flavillae. [c. 1. C. IV. 55.]

Qui mancipium emit, ut eum liberum faciat, adimplendum est.

Lex 2. Idem a. et c. Sezoncdymo. [c. 2. C. ibid.]

Manuinieetio in servum valet, si ab alio teneatur.

Lex 3. Impr. Alexander a. Nobilio liberto. [c. 3. C. ibid.]

---

71) Pro *facit* Codex habet *fac.* 72) Leg. *filii.* 73) Cod. *nichil.* 74) Leg. *venditore.* 75) Cod. *abes.* 76) Incipit fol. 101. B. 77) Leg. *tuam.* 78) Cod. *nichil.* 79) Cod. *distrai.* 80) Cod. *distrai.* 81) Cod. *ptium.* 82) Cod. *ptium.* 83) Leg. *praescriptione.* 84) Cod. *ptio.* 85) Incipit fol. 102. A. 86) Cod. *ptium.* 87) Cod. *ptio.* 88) Legendum *placitus.* 89) Legendum *veneat.*

Vendita ancilla, mora[90]) faciente emptore, venditor eam manumisisset, non valet manumissio. | [91])

Lex 4. Idem a. Aurelio Papiae. [c. 4. C. IV. 55.]

Servo alieno, qui manumisit, capitali poena vindicabit.

Lex 5. Idem a. Sextiano Sarapioni. [c. 5. C. ibid.]

Fugacem mancipium actor, ubi eum invenit, teneat.

TITULUS LVI. Si mancipium ita venierit, ne prostituatum[92]).

Lex 1. Impr. Alexander a. Socrate pp. [c. 1. C. IV. 56.]

Si ancillam tuam in turpem actionem positam vellis[93]) eam tollere, et habuerit[94]) vocem, ingenuitatis iudicem eam dici iubemus.

Lex 2. Idem a. Severo. [c. 2. C. ibid.]

Idem hec lex, ut supra.

Lex 3. Idem a. Aurelio Helie. [c. 3. C. ibid.]

Si ancilla tua vendidisti, ut non prostituta fieret, valet.

TITULUS LVII. Si mancipium ita fuerit alienatum, ut manumittatur vel contra.

Lex 1. Impr. Alexander a. Patricensi. [c. 1. C. IV. 57.]

Qui vendit aut donat, ut post certos annos liber sit, mancipium, aliud fieri non licet.

Lex 2. Idem a. Euticiano. [c. 2. C. ibid.]

Si naturalis filius venditus est, ut manumittatur, si non fuerit manumissus, ipsa natura liberum eum facit.

Lex 3. Idem a. et c. Fulcio Maximo. [c. 3. C. ibid.]

Qui vendit ancillam post XXV annis libera efficitur, si non fuerit facta, hique[95]) libera est et filius post in|pletum[96]) tempus natus est.

Lex 4. Impr. Gordianus a. Cornilie Iocundo. [c. 4. C. ibid.]

Dominus si ancille promisit dare libertatem et non occursit, ex ea voluntate libera est et fili, qui ex ea nascuntur.

Lex 5. Idem a. Aurelio Marino. [c. 5. C. ibid.]

Si sub conditione venditus est mancipius, non manumittatur, et fuerit manumissus, sine poena pretii eum retolli vinditor.

Lex 6. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. et c. Heloidie Rufine. [c. 6. C. ibid.]

Vendito mancipio, ut manumitteretur, si noluerit emptor hoc facere, compellitur.

TITULUS LVIII. De diliciis[97]) et actionibus.

Lex 1. Impr. Antoninus a. Decentio Veromilio. [c. 1. C. IV. 58.]

Qui sciendum[98]) servum vitiosum vel bonum vendidit, si quid mali servum[99]) commisit, venditor pretium[1]) et damnum inlati[2]) reddat.

Lex 2. Impr. Gordianus Petilio Maximo. [c. 2. C. ibid.]

Servus si post annum fugierit[3]), periculum venditoris non est.

Lex 3. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. et c. Aurelio Muciano. [c. 3. C. ibid.]

Si, antequam venditus fuerit servus, non fuit fugax, post fugierit, non erit culpam venditoris. | [4])

Lex 4. Idem a. et c. [c. 4. C. ibid.]

Possessio vendita, ut, si illi non placuerit, eam reddere[5]), placitus valet.

Lex 5. Impr. Gratianus Valentinianus et Theodosius aa. Nebridio pp. [c. 5. C. ibid.]

Emptor timens, ne fugacis sit mancipius, reddi licet.

TITULUS LIX. De monopoliis et de conventu negotiatorum inlicito vel artificum ergolaborumque, nec non balneatorum prohibitis[6]) inlicitisque pactionibus.

Lex 1. [c. 1. C. IV. 59.]

Greca.[7])

Lex 2. Impr. Zeno a. Constantino pp. [c. 2. C. ibid.]

Qui monopolo petent et agent, amissis rebus suis, exilio morentur. Qui autem[8]) pactis se conscribunt pro caritate vendendi, quinquaginta libras auri det fisco.

TITULUS LX. De nundinis.

Lex 1. Impr. Valentinianus et Valens aa. ad Probum pu. [c. un. C. IV. 60.]

In omnibus mercatoribus conventio aut violentia non fiat.

TITULUS LXI. De vectigalibus et commissis.

Lex 1. Impr. Severus et Antoninus aa. et c. Victorino. [c. 1. C. IV. 61.]

Servus ante descriptionem manumissus censum non dat.

Lex 2. Idem a. et c. Iunio. [c. 2. C. ibid.]

---

90) Leg. *moram.* 91) Incipit fol. 102. B. 92) Leg. *prostituatur.* 93) Leg. *velis.* 94) Cod. *abuerit.* 95) Leg. *sicque.* 96) Incipit fol. 103. A. 97) Leg. *aedilitiis.* 98) Cod. *sciens.* 99) Leg. *servus.* 1) Cod. *p̄tium.* 2) Leg. *inlatum.* 3) Leg. *fugerit.* 4) Incipit fol. 103. B. 5) Leg. *redderet.* 6) Codex *proibitis.* 7) Hoc loco duorum versuum spatium vacuum habetur. 8) Cod. *quia ut.*

Si ante quinquen|nium [9]) illis [10]) non est contestata, vindicari potest.

Lex 3. Idem a. et c. militibus. [c. 3. C. IV. 61.]

Prospectum, ne ommissa [11]) professione poena commissa teneantur [12]). Si deberi aparuerit [13]), exsolvet.

Lex 4. Impr. Constantinus a. ad Iunium Ruphum [14]). [c. 4. C. ibid.]

Census non datus non plus quam tres annos sustineatur.

Lex 5. Idem a. Menandro. [c. 5. C. ibid.]

Pro negotia negotiatores cannone [15]) non prestent.

Lex 6. Impr. Valentinianus et Valens aa. et c. ad Florum comiti sacras largit. [c. 6. C. ibid.]

Ut censum omnium sit communi solvendum.

Lex 7. Impr. Valentinianus, Valens et Gratianus aaa. et c. Marcellum comitem. [c. 7. C. ibid.]

Ordinarium [16]), ut et milites non se excusent de censum.

Lex 8. Impr. Valentinianus, Gratianus et Theodosius aaa. et c. Palladio comiti sacrarum. [c. 8. C. ibid.]

Allegatis [17]) gentium devotarum species de propriis convenit deportari.

Lex 9. Idem a. et c. Palladio sacrarum. [c. 9. C. ibid.]

Submovenda est ut animalium Abarchadie Egypti et Augusta.

Lex 10. Impr. Arcadius et Theodosius aa. Anthemio pp. [c. 10. C. ibid.]

Curiales pro exigendam canonem ut alia utilitatem solacia detur. | [18])

Lex 11. Idem a. et c. Lampadio pp. [c. 11. C. ibid.]

Qui ad usu proprio vel preces imperatoris sales tulerit, in conscio actore ipse in servitio cum ipso pretio [19]) deveniat.

Lex 12. Impr. Honorius et Theodosius aa. Gaistoni comiti sacrarum. [c. 12. C. ibid.]

Qui aget, ut censum non solvat, in carcere mittatur.

Lex 13. Impr. Theodosius et Valentinianus aa. et c. Flaviano pp. [c. 13. C. ibid.]

Exceptis vectigalibus publicis, si necessitas fuerit, reserventur duas portiones erario publico.

TITULUS LXII. Nova vectigalia institui non posse.

Lex 1. Impr. Severus et Antoninus aa. Gavio Victorino. [c. 1. C. IV. 62.]

Novum censum fieri non licet.

Lex 2. Idem a. et c. Ventilio Callistiano. [c. 2. C. ibid.]

Novum censum cives facere non possunt.

Lex 3. Impr. Valentinianus et Galienus aa. et c. Aurelio Tusco et aliis. [c. 3. C. ibid.]

Novus census inconsulte non fiat, et si inconsulte exactum est, recipiatur.

Lex 4. Impr. Constantinus a. ad Felicem pp. [c. 4. C. ibid.]

De conductoribus publicis nova honera [20]) ruri fecerint, exilio deportentur.

TITULUS LXIII. De commerciis et mercatoribus. | [21])

Lex 1. Impr. Valentinianus et Valens aa. ad Iulianum comitem Orientis. [c. 1. C. IV. 63.]

Pro utilitate publica negotia exerceri non negetur.

Lex 2. Idem a. et Gratianus aa. Tatiano comiti sacrarum [22]). [c. 2. C. ibid.]

Nullum negotium vel [23]) aurum ad gentes portentur.

Lex 3. Impr. Honorius et Theodosius aa. et c. Theodoro pp. [c. 3. C. ibid.]

Nobiles personas commercium non faciant.

Lex 4. Idem a. et c. Anthemio pp. [c. 4. C. ibid.]

Cum Persis nemo mercetur sine iussione principis.

Lex 5. Idem a. Azedio pp. [c. 5. C. ibid.]

De certo numero negotiarum, q ad Persis negotia gerunt [24]).

Lex 6. Idem a. Maximo comiti sacrarum. [c. 6. C. ibid.]

Qui annona consuetudine negotii in civitate, in exilio deportetur.

TITULUS LXIV. De rerum permutationem et de prescriptis verbis actionem.

Lex 1. Impr. Gordianus a. Trasee militi. [c. 1. C. IV. 64.]

Si pater tuus vendidit possessionem et aliam emit, commutatio constat.

---

9) Incipit fol. 104. A. 10) Leg. *lis.* 11) Leg. *omissa.* 12) Leg. *poenà commissi teneantur.* 13) Leg. *apparuerit.* 14) Leg. *Rufum.* 15) Leg. *canonem.* 16) Crediderim vocem *ordinarium* prodiisse ex male intellecto siglo, quo vox *Orientis* significatur. 17) Leg. *a legatis.* 18) Incipit fol. 104. B. 19) Cod. *ptio.* 20) Leg. *onera.* 21) Incipit fol. 105. A. 22) Codex *sacrarum.* 23) Pro *vel* Codex habet *ū.* 24) Cod. *ger.*

Lex 2. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. Primitire. [c. 2. C. IV. 64.]

Commutatio vel venditio est.

Lex 3. Idem a. Barcio Leontio. [c. 3. C. ibid.]

In verbo commutatio nihil[25] est.

Lex 4. Idem a. Leontio. [c. 4. C. ibid.]

Commutata possessio, si venundata fuerit, non est tibi actio | [26] contra emptorem, sed, ad quem commutasti.

Lex 5. Idem a. et c. Theodolane. [c. 5. C. ibid.]

Si pater tuus fundum aut domum acceperit, si non accepit, si tu vellis[27], accipis; si non, recipis possessionem.

Lex 6. Idem a. et c. Protogeni. [c. 6. C. ibid.]

Res traditas, ut alias acciperis[28], hoc facto sine scriptura nihil[29] est.

Lex 7. Idem a. et c. Themotheo[30]. [c. 7. C. ibid.]

Species datas, ut alias acciperes, et non accipisti[31], in verbo placitus valet.

TITULUS LXV. De locato et conducto.

Lex 1. Impr. Antoninus a. Iulio Agrippino. [c. 1. C. IV. 65.]

Locatam cannavam, quod per furem perierit, non est locatori periculum; quod per desertam canavam perierit, locatoris est mansio.

Lex 2. Idem a. Ephidio Epilicto. [c. 2. C. ibid.]

Pensio si moretur, cum usuris restituat.

Lex 3. Idem a. Flavio Calimorfo. [c. 3. C. ibid.]

Rem conductam prestitam pensionem expelli non potest, nisi ipse dominus huius manere vult aut edificare, aut si tu eam male egeris.

Lex 4. Impr. Alexander a. Hario Sabino. [c. 4. C. ibid.]

Conductum orreum[32] si latrones insistent eum frangere, dominus orree[33] solacium custodie prestet.

Lex 5. Idem a. Aurelio Petronio. [c. 5. C. ibid.]

Conductor | [34] si cum voluntate domini [35] aliis rem locavit, dominus exigat pensionem ab eis.

Lex 6. Idem a. Lucillio Victorino. [c. 6. C. ibid.]

Conductor si vult alio locare ad fruendum, licet.

Lex 7. Idem a. Septimio Gerentiano militi. [c. 7. C. ibid.]

Si cannonicario pro rem locatam illi sponsionem spondisti, post impletum tempus si eam tenuit, absolutus de posteriore tempus es.

Lex 8. Idem a. Saviniano Eginio. [c. 8. C. IV. 65.]

Rem conductam, si non venit[36] de damni vel lucri, pensio adimpletur.

Lex 9. Idem a. et c. Aurelio Fusco militi. [c. 9. C. ibid.]

Qui fundum emit, si non promisit colono, quem invenit, ibi permanere, repellit illum.

Lex 10. Impr. Gordianus a. Pomponio Sauino. [c. 10. C. ibid.]

In rem conductam expleto tempus heres non succedit.

Lex 11. Impr. Philippus a. et Philippus c. Aurelio Theodoro. [c. 11. C. ibid.]

Conductor post impletum tempus non tenetur rem.

Lex 12. Idem a. et Philippus c. Aurelio Nicee. [c. 12. C. ibid.]

Conductam rem, si ad latrones ex ea aliquid periit, domino reputetur.

Lex 13. Idem a. et c. Aurelio Iulio. [c. 14. C. ibid.]

Qui accepit pecuniam ex locato agro et refellit, agi potest. | [37]

Lex 14. Impr. Valerianus, Galienus aa. et Valerius c. Aurelio Eraclide S. [c. 13. C. ibid.]

Si singillatim conductores rem non susceperunt[38], unus pro alio conveniri non potest.

Lex 15. Idem a. et c. Aurelio Euphrosime. [c. 15. C. ibid.]

Si locator ante tempus ante expellit, penam subiacebit.

Lex 16. Idem a. et c. Aurelio Theomotheo. [c. 16. C. ibid.]

Placitus locationis servetur, nec amplius pensionem exigit.

Lex 17. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. et c. Hostilio Hectario praesidi provincie. [c. 17. C. ibid.]

Pensionem persolvi si moraveris, cum usuris reddis.

Lex 18. Idem a. et c. Annio Ursino. [c. 18. C. ibid.]

Per exsterelitatem pensionem non adimplisti[39], p' haec reddis.

Lex 19. Idem a. et c. Iulio Valerio. [c. 19. C. ibid.]

Si in cartas res locasti, de pensione videndum est.

Lex 20. Idem a. Aurelio Carphoro. [c. 20. C. ibid.]

---

25) Codex *nichil.* 26) Incipit fol. 105. B. 27) Leg. *velis.* 28) Leg. *acciperes.* 29) Codex *nichil.* 30) Leg. *Timotheo.* 31) Leg. *accepisti.* 32) Leg. *horreum.* 33) Leg. *horrei.* 34) Incipit fol. 106. A. 35) Pro *domini* Codex habet *dn̄i.* 36) Legendum videtur *non convenit.* 37) Incipit fol. 106. B. 38) Leg. *susceperunt.* 39) Leg. *adimplesti.*

Qui suam rem conduxit[40]), estimans alienam, domini[41]) sui praeiudicium non generat.

Lex 21. Idem a. et c. Anthonie. [c. 21. C. IV. 65.]

Rem locatam, si alius plus offeret, conductor repelli non potest.

Lex 22. Idem a. et c. Papiliano. [c. 22. C. ibid.]

Libelli testimonium dominum confirmat. | [42])

Lex 23. Idem a. et c. Aurelio Briso. [c. 23. C. ibid.]

Nemo enim sibi ius possessionis mutari potest.

Lex 24. Idem a. et c. Aurelio Antonino. [c. 24. C. ibid.]

Conductio sine scriptura pensione, mulier pro marito non reddet preces[43]), si ipsa conductione fiet.

Lex 25. Idem a. et c. Aurelio Epagatho. [c. 25. C. ibid.]

Primo reddat res conductas, et sic proponis de proprietate ipsius.

Lex 26. Idem a. et c. Aurelio Oponi et Thermosio. [c. 26. C. ibid.]

Res conductas, si tuas est, prius restituis.

Lex 27. Idem a. et c. Maximiano Agopodi. [c. 27. C. ibid.]

Si colono rem tuam dedisti, restituit; quod in verbo illi placuisti, revocabis.

Lex 28. Idem a. et c. Tusciano Neoni. [c. 28. C. ibid.]

Conductio ex dolo revocare non potest, nisi ex certo casus.

Lex 29. Idem a. et c. Aurelio Iuliano. [c. 29. C. ibid.]

Res conductas integra restituitur.

Lex 30. Impr. Theodosius et Valentinianus a. et c. Florentio pp. [c. 30. C. ibid.]

Curiales non conductores, nec procuratores nec fideiussores fient.

Lex 31. Impr. Leo a. Aspari mag. mil. NO. [c. 31. C. IV. 65.]

Milites non conductores ut procuratores nec fideiussores fiant.

Lex 32. Impr. Zeno a. Adamantium pp. | [44]) [c. 32. C. ibid.]

Domino liceat uni et alii locare; si conductores litem fecerint cedis, privatis[45]) exilio damnetur, militans decem libras auri det.

Lex 33. Idem a. Sebastiano pp. [c. 34. C. ibid.]

Rem conductam si reddere noluerit, reddat duplum.

Lex 34. [c. 33. C. ibid.]

Constitutio greca.

Lex 35. Impr. Iustinianus a. ad Senatum. [c. 35. C. ibid.]

Miles vel federatus procurationem vel conductionem egerit, amittat militiam. *In ea legem abet*[46]): Et ipsi[46b]), q suas facultates. Qui militanti possessionem locavit, amittat pensionem.

TITULUS LXVI. De emphiteutico iure.

Lex 1. Impr. Zeno a. Sebastiano pp. [c. 1. C. IV. 66.]

Qui iure enphiteutico accepit, si quod evenerit, sibi reputet, si dator sibi collegium non habet[47]).

Lex 2. Impr. Iustinianus a. Demostheni pp. [c. 2. C. ibid.]

Qui rem emphyteuticam tenuit, si intra triennium pensionem non intulerit, domino alii eam rem dare.

Lex 3. Impr. Iustinianus a. Iuliano pp. [c. 3. C. ibid.]

Qui in emphyteutico tenet, alii eum non prestat resistere intra duo menses, aliis aut. penam subiacet.

EXPLICIT LIBER QUARTUS. | [48])

---

40) Codex *cdux.* 41) Codex *aut.* 42) Incipit fol. 107. A. 43) Codex *pces.* 44) Incipit fol. 107. B. 45) Leg. *privatus.* Vox *cedis* videtur esse orta ex his const. 32. C. IV. 65. verbis: *si privatus est, acriter caesus exilii subeat poenam.* 46) Leg. *habet.* 46b) Haec verba constitutionis 35. C. IV. 65. 47) Cod. *abet.* 48) Incipit fol. 108. A.

INCIPIT LIBER QUINTUS ADNOTATIONUM DOMINI IUSTINIANI.

TITULUS I. De sponsalibus et arris[49] sponsaliciis et proxeneticis.

Lex 1. Impr. Iustinianus a. Moene pp. [c. 8. C. V. 9.]

Qui stante filios ad secundas migravit nuptias, non amplius illi conferat, quam uni filio portio competit.

Lex 2. Impr. Iustinianus a. Demostheni pp. [c. 9. C. ibid.]

In secundo matrimonio non amplius conferatur, quam portio uni filio competit. *In ea lege verba hec sunt:* Non liceat parentibus iudicare.

Lex 3. Impr. Grat., Val. et Theod. Eutropio pp. [c. 3. C. V. 1.]

Arris[50] sponsaliorum nomine datis, si interea sponsus vel sponsa decesserit, que[51] data sunt, iubemus restitui, nisi causis[52], ut nuptie[53] non celebrent[54], defuncta persona iam praebuitur[55].

TITULUS X. Si secundo nupserit mulier, cui maritus usumfructum reliquerit.

Lex 1. Impr. Valentinianus, Theod. et Archad. aa. Tatiano pp. [c. 1. C. V. 10.]

Si maritus uxori usumfructum per testamentum dimisit, et mulier ad secundas migravit nuptias, amisit usumfructum; de sponsalibus usumfructum capit; si filio tutorem quesiit, rationes facit.

TITULUS XI. De dotis promissione vel nuda pollicitatione. | [56]

Lex 1. Impr. Alexander a. Claudie. [c. 1. C. V. 11.]

Si in coniunctione nihil[57] tibi traditum est, nec scriptum est, exigere nihil[58] potis.

Lex 2. Impr. Gordianus a. Herodito. [c. 2. C. ibid.]

Si pro reliquam dotem usuram promisit dare, exigere potis.

Lex 3. Idem a. Claudio. [c. 3. C. ibid.]

Si in vota non scripsit tibi dotem, sed promisit dare, post aruitres[59] estiment, quid accipiat.

Lex 4. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. et c. Rupho. [c. 4. C. ibid.]

In dote que[60] a te scripta sunt[61] consentiente donatore, compellitur exigi.

Lex 5. Idem a. et c. Dasumiano. [c. 5. C. V. 11.]

Genere exigit dotem socer suo vel a cognatus.

Lex 6. Impr. Theodosius et Valentinianus aa. Hierio pp. [c. 6. C. ibid.]

Dos cum promissa id est verbo vel scriptis exigit.

Lex 7. Impr. Iustinianus a. Ioh. pp. [c. 7. C. ibid.]

Si pater pro filio dote vel sponsalia absque conditione fecit, exigitur.

TITULUS XII. De iure dotium.

Lex 1. Impr. Severus et Antoninus aa. Niciforo. [c. 1. C. V. 12.]

Pro dote sine scriptis res alienas tibi data sunt, de dolo agere potis[62], non de evictionis.

Lex 2. Impr. Antoninus a. Alcibiadidi. [c. 2. C. ibid.]

Si scriptis dos a matre promissa est, tenetur. | [63] Nam filia promisit, prout ei facultas competebat, valet.

Lex 3. Impr. Alexander a. Euphemo. [c. 3. C. ibid.]

Mulier si superstite patre et marito per testamentum servo dotali manumisit, valet.

Lex 4. Idem a. Valenti. [c. 4. C. ibid.]

Si mulier tota bona in dote sua conscribat, firmum est.

Lex 5. Idem a. Statiae. [c. 5. C. ibid.]

Dos estimata accepta mariti efficitur. *In ea lege verba hec sunt:* Si res estimata in dote vir accipiet, post dissoluto matrimonio pretium[64], si vult, reddet.

Lex 6. Idem a. Sulpitio. [c. 6. C. ibid.]

Mater tua pro filia tua si promisit in verbo dotali dare, si tu illi heres es, persolvis.

Lex 7. Impr. Gordianus a. Marco. [c. 7. C. ibid.]

Si socer pro filia dote dare in verbo promisit, postea scriptis promisit minus, preiudicium puelle non generavit.

Lex 8. Idem a. Grippine. [c. 8. C. ibid.]

Mater dotem, quem pro filia dedit, si non con-

---

49) Leg. *arrhis.* 50) Leg. *arrhis.* 51) Leg. *quae.* 52) Legendum *causam.* 53) Leg. *nuptiae.* 54) Leg. *celebrentur.* 55) Leg. *praebuit.* 56) Incipit fol. 108. B. 57) Cod. *nichil.* 58) Cod. *nichil.* 59) Leg. *arbitri.* 60) Leg. *quae.* 61) Codex s̄. pro *sunt.* 62) Leg. *potes.* 63) Incipit fol. 109. A. 64) Codex *p̄tium.*

venit aliud, defuncta filia sine liberis, ad matrem reddit [65]).

Lex 9. Impr. Decius a. et Decius c. Urbicane. [c. 9. C. V. 12.]

Dotem, quem ad maritum portasti, si post publico debitor extitit, et prius tu dotem de substantia mariti exigis. | [66])

Lex 10. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. Ingenuo. [c. 10. C. ibid.]

Dotem ab uxorem accepisti adpretiatam [67]); si minuatam fuerit, estimationem eris obnoxius; si augmentasti re, recipis.

Lex 11. Idem a. et c. Severe. [c. 11. C. ibid.]

Dotem tuam si deporiet, maritus est obnoxius. *In ea lege verba hec:* Parentes [68]) pro filia arras accipiet, dupplum reddit, si absque culpa recusaverit, que et cause culpe hic posite sunt.

Lex 12. Idem a. et c. Rufine. [c. 12. C. ibid.]

Maritus de dote ad suum nomen predia comparavit, mariti est; nam pro solido dotalis obnoxius est.

Lex 13. ....[69]) a. et c. Catule. [c. 13. C. ibid.]

Mater tue dotem, quem in patrem tuum fecit, si vitrico inde non donavit, nihil [70]) est.

Lex 14. Idem et c. Basilisse [71]). [c. 14. C. ibid.]

Matrem dotem dare filio non cogitur, nec pater de bonis uxoris sue.

Lex 15. Idem a. et c. Ulpiane. [c. 15. C. ibid.]

Mulier dotem, quem sine scripture dedit, vel si documentum perdidit, quod per testes docuerit, post amissionis coniugii exigi potest.

Lex 16. Idem a. et c. Emiliano. [c. 16. C. ibid.]

Indivisa rem in dote conscribi licet.

Lex 17. Idem a. et c. Sabiniano. [c. 17. C. ibid.]

Dotem a patre | [72]) datam, retento sibi usumfructum venundari dotem non licet.

Lex 18. Idem a. et c. Menestrato. [c. 18. C. ibid.]

Filiam dotem, quem accepit a matre, si promisit dare matri quid singulis annis, mortua filia, promissio non restituitur.

Lex 19. Idem a. et c. Achilli. [c. 19. C. ibid.]

Si pater pro filia dotem fecit, et in testamentum eam heredem inter fratrem minorem fecit, minus de Falcidia in filie est potestatem eligere una ex duobus.

Lex 20. Idem a. et c. Tiberio. [c. 20. C. V. 12.]

Dotem factam si sponsalia similis non fuerit, de plus agi potest.

Lex 21. Idem a. et c. ad Geminum. [c. 21. C. ibid.]

Si inter uxorem et maritum convenit, ut post dissoluto matrimonio dotem, quem accepit, restituere pretium [73]) et non reddet, nisi casu perierit, sed ipsa res.

Lex 22. Idem a. et c. Polibiane. [c. 22. C. ibid.]

Pater dotem, quem filie dedit, vendi eas illi non licet.

Lex 23. Idem a. et c. Diogeni. [c. 23. C. ibid.]

Dotem, quem dedit, si pro anteriore debitum non vendidit, solvitur venditio.

Lex 24. Idem a. et c. Aurelio Elysimacho. [74]) [c. 25. C. ibid.]

Dotem, quem accepit mulier, si conditio po | -sita [75]) est, ut ex ea testari liceat, conditio valet.

Lex 25. Idem a. et c. Eutichiano. [76]). [c. 26. C. ibid.]

Si socer genero dotem dare promisit, exigitur.

Lex 26. Idem a. et c. Demostheni. [77]) [c. 27. C. ibid.]

Si res dotales aput maritum remanserunt ñ. iure hereditario, in usufructu tenetur.

Lex 27. Idem a. et c. Pompeiano. [78]) [c. 28. C. ibid.]

Uxor minore etate abente marito curatore sibi petere potest.

Lex 28. Impr. Zeno a. Emiliano p̄p. [79]) [c. 29. C. ibid.]

Stante coniugio si maritus ad inopia pervenerit, liceat minori contra creditores mariti agere, si quas res mariti tenent, et exactas pro dote et sponsalia, ita ut cum marito et filio exinde vivat.

Lex 29. Impr. Iustinianus a. Mene p̄p. [80]) [c. 28. C. ibid.]

Mulier in minori etate consentiente marito curator generalis et specialis est.

Lex 30. Impr. Iustinianus a. Demostheni p̄p. [c. 30. C. ibid.]

Mulier ad exigendam dotem et sponsalia annositas illi non opponitur, nisi a die defuncti mariti, aut, a quando inops factus est.

---

65) Leg. *redit.* 66) Incipit fol. 109. B. 67) Cod. *adp̄tiatā.* 68) Haec verba in const. 11. C. V. 12. desunt. 69) Haec lacuna in Codice notata non est. 70) Cod. *nichil.* 71) Litterae *si* in voce *Basilisse* iam antiquitus deletae sunt. 72) Incipit fol. 110. A. 73) Cod. *p̄tium.* 74) Inscriptio est const. 24. C. V. 12. 75) Incipit fol. 110. B. 76) Inscriptio est const. 25. C. V. 12. 77) Inscriptio est const. 26. C. ibid. 78) Inscriptio est const. 27. C. ibid. 79) Inscriptio est const. 28. C. ibid. 80) Inscriptio est const. 29. C. ibid.

Lex 31. Imp.[81] *Iust˜. a. Demosth. p̄p̄.*[82] [c. 31. pr. C. V. 12.]

Uxor sponsalia quē accepit si non habuit[83] filios, in perpetuum eas vindicat, si nulla con | ditio[84] intercessit.

Lex 32. Imp.[85] *Iustinianus*[86] *a. Iuliano p̄p.* [c. 31. §. 2. C. ibid.]

Si quis in panibus civilis[87], praedia vel[88] certum redditum[89] promisit in dotem dare, post biennium si vult mulier cum usuris repetit dotem.

TITULUS XIII. De uxoriactione ex stipulatu actionem transfusam[90] et de natura dotibus prestita.

Lex 1. Impr. Iustinianus a. ad populum[91] *urbis Constantinopolitane et universos provinciales.* [c. un. C. V. 13.]

In nuptiis si una cartula legibus sit confecta, aliam non legibus factam placetur, firmum est. *In ea lege abet*[91a]: Et inperitia rusticitatis et inpeditio scripturae n̄. impediat dos et[92] sponsalia absque[93] stipulatio data vel promissa valida sunt. *In ea lege abet*[93a]: In exstipulatione[94] defuncta muliere sine liberis, dotem non lucret maritus, sed ad propinquos uxori[95] revertatur. *In ea lege abet*[95a]: In rebus movilibus[96] intra anno defuncte uxoris maritus res eius ad parentes n̄. reddiderit, post cum tertia parte usure reddat et redditus aliarum rerum. *In ea lege abet*[96a]: Fetos autem[97] iumentorum, feta ani | malium[98] de dote mulieris usque ad mortem uxori[99] marito proficiat.

TITULUS XIV. De pactis conventis tam per dotem quam per donationem ante nuptias et parafernis.

Lex 1. Impr. Severus et Antoninus aa. et c. Nicae. [c. 1. C. V. 14.]

Nutrix si pro alumna dotem dedit, repetere ea[1] non potest.

Lex 2. Impr. Antoninus a. Theodote. [c. 2. C. ibid.]

Fructos agrorum, si ex pacto alii dedisti, repeti non licet.

Lex 3. Impr. Gordianus a. Torquate. [c. 3. C. ibid.]

Si in dote convenit, ut, si filius mortuus fuerit, patri proficiat, valet.

Lex 4. Idem a. Agatho. [c. 4. C. ibid.]

Si in nuptias conscriptus est, ut, si unus ex parentes moriatur, filius succedat, valet.

Lex 5. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. et c. Claudie. [c. 5. C. V. 14.]

Uxor si in dote[2] promisit, ut sine[3] liberis moriatur, maritus succedat, si in alio testavit, nihil[4] est.

Lex 6. Idem a. et c. Rupho. [c. 6. C. ibid.]

Si dos legitur, ut, si uxor sine filiis decessertt, maritus succedat, firmum est.

Lex 7. Idem a. et c. Filleto. [c. 7. C. ibid.]

Pater dote quem filia dedit, ea defuncta, ad relictos filios competit.

Lex 8. Impr. Theodosius et Valentinianus aa. | [5] *et c. Hormisda p̄p.* [c. 8. C. ibid.]

Uxor quod supra dotem ad maritum, in potestate viri non est tenere ad tuendum.

Lex 9. Impr. Leo et Antoninus aa. et c. Nichostrato p̄p. [c. 9. C. ibid.]

Dos vel sponsalia post[6] dissolutum matrimonium ad superstitem conservetur in filiis nec potest superstite se ā. lucrare, si in coniuunctionem n̄. venit.

Lex 10. Impr. Iustinianus a. Moene p̄p. [c. 10. C. ibid.]

Dos et sponsalia equalis summa[7] scribantur ā q[8] minorem partem maior detraatur[9].

Lex 11. Impr. Iustinianus a. Ioh. p̄p. [c. 11. C. ibid.]

Mulier si supra dotem siquid ad maritum detulerit aut ex cautione exigere, vir rationes edat et, si qua neglegentia fuerit, ipse teneatur.

TITULUS XV. De dote cauta et n̄. numerata.

Lex 1. Impr. Severus et Antoninus aa. et c. Dionisie. [c. 1. C. V. 15.]

Post dissoluto matrimonio dos scripta n̄ egit˜[10], si n̄ ostendatur tradita defuncto.

Lex 2. Impr. Alexd̄. Papiniane. [c. 2. C. ibid.]

Maritus si quid uxori donavit et in ipsa voluntate permansit, post eius[11] obitum mulier exigit heredes mariti.

Lex 3. Impr. Iustinianus a. Moene p̄p. [c. 3. C. ibid.]

Dotem vel sponsalia scriptam post[12] dissoluto matrimonio intra anno petatur, impleri potest.

---

81) Cod. *im̄.* 82) Inscriptio est const. 30. C. V. 12. 83) Cod. *abuit.* 84) Incipit fol. 111. A. 85) Cod. *im̄.* 86) Pro *Iustinianus* Cod. habet *Iust˜.* 87) Leg. *si quis panes civiles.* 88) Pro *vel* Cod. habet *ul̄.* 89) Leg. *reditum.* 90) Leg. *de rei uxoriae actione in ex stipulatu actionem transfusa.* 91) Codex *poplm̄.* 91a) Leg. *habet.* 92) Pro *dos et* crediderim legendum esse *dotes.* Const. un. §. 1. C. V. 13. *Ita enim et imperitia hominum et rusticitas nihil eis poterit afferre praeiudicii.* 93) Cod. *absq.* 93a) Leg. *habet.* 94) Leg. *in ex stipulatu actione.* 95) Leg. *uxoris.* 95a) Leg. *habet.* 96) Leg. *mobilibus.* 96a) Leg. *habet.* 97) Codex *aut̄.* 98) Incipit fol. 111. B. 99) Lege *uxoris.* 1) Lege *eam.* 2) Vox *dote* ita scripta est, ut primae litterae *do* a secunda manu supra lineam adiectae sint. 3) Lege *si sine.* 4) Cod. *nichil.* 5) Incipit fol. 112. A. 6) Pro *post* Cod. *p'* habet. 7) Leg. fortasse *summae.* 8) Credo legendum *adque.* 9) Leg. *detrahatur.* 10) Credo legendum esse *non petitur.* 11) Cod. *eī* habet pro *eius* 12) Cod. *p'* habet.

TITULUS XVI. De donationibus inter virum et uxorem, et pa|rente [13] in liberos pactis [14] et de dotis ratiabitione [15].

Lex 1. Impr. Antoninus a. Triphime. [c. 1. C. V. 16.]

Maritus quod uxori donavit, si fiscus occupavit, exigi potest, si in ea voluntate perseveraverit maritus.

Lex 2. Idem a. Marco militi. [c. 2. C. ibid.]

Ancillam si tuis nummis comparasti et eam redonasti, si in dotem non eam scripsisti [16], valet.

Lex 3. Idem a. Epictito. [c. 3. C. ibid.]

Uxor legitima etate [17] ancilla [18] marito suo donavit, et usque ad mortem in hoc perseveravit, firmum est.

Lex 4. Impr. Alexander a. Claudiano pp. [c. 4. C. ibid.]

Maritus et uxor minori etate [20] nihil [19] sibi donare possunt.

Lex 5. Idem a. Quintille. [c. 5. C. ibid.]

Mulier cum patre suo donavit marito tuo [21] cautionem debitoris; post obitum eius tu replicare contra debitores, que [22] finita sunt, non licet. Quodsi divortium [23] factum est, quod natum est, nihil [24] est.

Lex 6. Idem a. Nepotiano. [c. 6. C. ibid.]

Si res tuas uxoris tue [25] opposuisti in matrimonio, si dos ab ipsa non est facta, post ipse ei obitum non reputatur ad mulierem pertinere.

Lex 7. Idem a. Theodote. [c. 7. C. ibid.]

Si ex consensu patris in marito donatione [26] fecisti, et recte [27] non sint nuptie [28], nec donatio valet.

Lex 8. Idem a. Leoni. [c. 8. C. ibid.]

Ex reditus ex fundo do|tali [29] uxor tua caput [30] aliquid, si divortio [31] intercessit, ab ea repetere potest.

Lex 9. Impr. Gordianus a. Origeni. [c. 9. C. ibid.]

Si de tuo praedio [32] mancipia comparasti et uxori tue eas tradedisti [33], pretium repeti potest. Similiter, si in eius causis expendisti, repetere potest.

Lex 10. Idem a. Veriano. [c. 10. C. ibid.]

Si maritus uxori sue [34] suas res donavit et in ea voluntate perseveravit, post obitum viri absque crimen eas a muliere ñ. licet.

Lex 11. Idem a. Maximo. [c. 11. C. ibid.]

Si non repetiit maritus, que [35] pro expensis uxoris sibi debebatur, ab alio exigi non potest mulieri.

Lex 12. Idem a. Secundinae. [c. 12. C. V. 16.]

Maritus res, qnas donavit uxori absque [36] nuptias, si eas res vendidit, vel donavit, aut obnoxiavit, firmum non est.

Lex 13. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. et c. Rufine. [c. 13. C. ibid.]

Maritus uxori sponsalia quē fec̄., anterioribus creditoribus si redditur debitus, firma sunt [37]; posterior creditor illi non opponitur.

Lex 14. Idem a. et c. Octariane. [c. 14. C. ibid.]

A marito in uxore [38] donatione facta in testamento iussit conservari, firmum est.

Lex 15. Idem a. et c. Iustiniano et aliis. [c. 15. C. ibid.]

A marito in uxore [39] donatione facta, a muliere res possessa, quem maritus ñ. retractavit, a posterioribus | [40] mariti nec a fisco tolli non potest.

Lex 16. Idem a. et c. Theodoro. [c. 15. C. ibid.]

Filia te emancipasti heres uxoris tue succedsser̃ p̄dia quas tu comparasti quas uxor tua possedit, si non eas donasti aut res aut precipis.

Lex 17. Idem a. et c. Capituline [41]. [c. 17. C. ibid.]

Dote mulieris, si a marito consumpte sunt, ab heredes eius exigitur.

Lex 18. Idem a. et c. Maternae. [c. 18. C. ibid.]

Sponsalia, si a muliere divortio fiet, ab eius dominio auferri non potest.

Lex 19. Idem a. et c. Dionisiae. [c. 19. C. ibid.]

Vivente marito tuo si domum tibi mater tradidit, domina effecta est.

Lex 20. Idem a. et c. Claudie. [c. 20. C. ibid.]

Creditor mariti recepto debito si emaginariae venditione˜ fec̄, sponsalibus mulieri nocere non potest.

Lex 21. Idem a. et c. Cacaliae. [c. 21. C. ibid.]

Mulier solidos, quos accepit mutuos, si in utilitate [42] mariti expendit, si maritus locupletior exinde non est factus, non reddit maritus.

Lex 22. Idem a. et c. Arsinae. [c. 22. C. ibid.]

Maritos ervo uxori libertari licet, vivente uxore.

---

13) Incipit fol. 112. B. 14) Pro *pactis* legendum *factis*. 15) Leg. *ratihabitione*. 16) Cod. *scribsisti*. 17) Scrib. *aetate*. 18) Lege *ancillas*. 19) Leg. *aetate*. 20) Cod. *nichil*. 21) Fortasse leg. *suo*. 22) Lege *quae*. 23) Ex voce *divortium* secunda manus *dovortium* effecit. 24) Cod. *nichil*. 25) Leg. *tuae*. 26) Leg. *donationem*. 27) Leg. *rectae*. 28) Leg. *nuptiae*. 29) Incipit fol. 113. A. 30) Leg. *capit*. 31) Leg. *divortium*. 32) Leg. *pretio*. 33) Leg. *tradidisti*. 34) Leg. *suae*. 35) Lege *quae*. 36) Pro *absque* Codex habet *absq*. 37) Pro *sunt* Codex *s̄* habet. 38) Leg. *in uxorem*. 39) Leg. *in uxorem*. 40) Incipit fol. 113. B. 41) Leg. *Capitolinae*. 42) Leg. *utilitatem*.

Lex 23. Idem a. et c. Cecilianae. [c. 23. C. V. 16.]

Socera tua si alienam possessionem tibi donavit, obnoxia est.

Lex 24. Impr. Constant. a. Petro. [c. 24. C. ibid.]

Maritus res uxoris quovis titulo ad eum pervenit, si crimen gravem admisit, restituit. Quod | [43]) vir in uxore donavit, usque ad finem in hoc permansit, mulieri non aufertur.

Lex 25.[44]) *Imp. Iustinianus a. Moene pp.* [c. 25. C. ibid.]

Parentes, quod in filios donaverint, aliis extraneare non potent, et si in testamento hoc commemorare si non minus de legitima parte infirmum est.

Lex 26. Impr. Iustinianus a. Moene pp. [c. 26. C. ibid.]

Imperator et imperatrix quod invicem sibi donant, firmum est.

Lex 27. Idem a. et c. Ioh. pp. [c. 27. C. ibid.]

Inter uxorem et maritum donatio intercedit, qui in captivitate tenetur, si revertatur, donatio illi stabilis est.

TITULUS XVII. De repudiis et iudicio de minoribus[45]) sublato.

Lex 1. Impr. Alexander a. Abitiane. [c. 1. C. V. 17.]

Maritus pro incendio vel alio casu uxorem ñ dimittat.

Lex 2. Impr. Valerius, Galienus et Valerius c. Pauline. [c. 2. C. ibid.]

Sponsa sponsum tres annos de peregre sustineat; si non venit, alium nubat.

Lex. 3. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. et c. Tullio. [c. 3. C. ibid.]

Qui repudium dat, quod in vota conscribet, amittat.

Lex 4. Idem a. et c. Phisoni[46]). [c. 4. C. ibid.]

Filie[47]) divortium fieri, in potestate matris non est.

Lex 5. Idem a. et c. Scyrioni. [c. 5. C. ibid.]

Pater si iniuste divortium fecit int˜ genero, postea nolente filia ad maritum reverti ñ imperat. Emancipata filia | [48]) pater divortium facere non habet[49]) potestatem.

Lex 6. Idem a. et c. Foebo. [c. 6. C. ibid.]

Licet repudii libellus si non fuerit traditus vel cognitus marito, dissolvitur matrimonium.

Lex 7. Impr. Constantinus ad Delmatium. [c. 7. C. V. 17.]

Maritus in profecti obsequium si uxori in peregre litteras non scripsit in quattuor annis, liceat mulieri alium maritum ducere.

Lex 8.[50]) *Impr. Theodosius et Valentinianus aa. Hormisda pp.* [c. 8. C. ibid.]

Si iniusta causa et libellum repudii divortium fieri non licet. Ex quibus causis datur repudius, preses[51]) lectio declarat.

Lex 9. Impr. Anastasius a. Theodoro. [c. 9. C. ibid.]

Maritus et uxor si ex consensu se vellent dimittere, liceat mulieri intra annum alium ducere maritum.

Lex 10. Im. Iust. a. Moene pp. [c. 10. C. ibid.]

Maritus si duos annos uxorem habuit[52]) et propter senectutem non potest concubere[53]), si illi uxor repudium dat, amittat dotem et sponsalia.

Lex 11. Impr. Iust. a. Hermogeni magistri[54]) *officiorum.* [c. 11. C. ibid.]

Maritus et uxor absque[55]) dotali instrumento, per quem divortius factus fuerit, tres uncias substantiae sue ammittat[56]), et, si filii sunt, ipsi[57]) proficiant.

TITULUS XVIII. Soluto matrimonio dos quemammodum[58]) petatur. | [59])

Lex 1. Impr. Severus et Antoninus a. et c. Gemine. [c. 1. C. V. 18.]

Soluto matrimonio que scriptas impleatur[60]), simul et ancilla cum filia sua.

Lex 2. Idem a. et c. Aquiliae. [c. 2. C. ibid.]

Dotem a patre tibi datam si fiscus occupavit pro crimine eius, tu recipere potest[61]).

Lex 3. Impr. Antoninus a. Hostilio. [c. 3. C. ibid.]

Mulier libera ignorans servum maritum duxit; dotem, quem[62]) illi dedit, de peculio eius recipis[63]), filii ingenui erunt.

Lex 4. Idem a. Apollonio. [c. 4. C. ibid.]

Dos a patre profecta, si in matrimonio processerit mulier filiafamilias, ad patrem redire debet.

Lex 5. I.[64]) *Valerius, Gali. et Valeris aaa. et c. ...*[64b]) [c. 5. C. ibid.]

Si uxor tua in captivitate sit, fratres[65]) eius dote[66]) a te exigere non potest, nisi post eius mortem.

---

43) Incipit fol. 114. A. 44) Codex ex errore *Lex XX.* habet. 45) Codex *moribus.* 46) Leg. *Pisoni.* 47) Lege *filiae.* 48) Incipit fol. 114. B. 49) Codex *abet.* 50) Cod. ex errore pro *Lex VIII.* habet *Lex III.* 51) Lege *praesens.* 52) Codex *abuit.* 53) Lege *concumbere.* 54) Leg. *magistro.* 55) Codex *absq.* 56) Lege *amittat.* 57) Lege *ipsis* ex const. 11. §. 1. C. V. 17. 58) Leg. *quemadmodum.* 59) Incipit fol. 115. A. 60) Lege *quae scripta sunt, impleantur.* 61) Lege *potes.* 62) Lege *quam.* 63) Lege *recipit.* 64) Leg. *impr.* 64b) Haec lacuna in Codice notata non est. 65) Leg. *frater.* 66) Leg. *dotem.*

Lex 6. I. Dioclitianus et Maxim. aa. et c. Alexandrie. [c. 6. C. V. 18.]

Norui sue mulier circumventa a marito possessionem minori pretium tradit, subvenitur illi, similiter et viro.

Lex 7. Idem a. et c. Herotio. [c. 7. C. ibid.]

Filia quod[67] aquisivit[68], a patre illi in dote reputari non licet.

Lex 8. Idem a. et c. Sallustie. [c. 8. C. ibid.]

Maritus, qui divortium fecit, ñ. amplius condempnatur, quamvis posteus idoneus fiat, preter ut | [69] compleat, quae[70] conscripsit in vota.

Lex 9. Idem a. et c. Marcie. [c. 9. C. ibid.]

Mulier, quidar[70]) repudium, non amplius exigitur, quam, ut dictum est, nec heres eius resistere potest.

Lex 10. Idem a. et c. Epigono. [c. 10. C. ibid.]

Mater tua propter socero tuo dotem dedit, mortuo marito socero exigere potis.

Lex 11. Imp. Honorius et Theodosius aa. Mariniano pp. [c. 11. C. ibid.]

Maritus mortuus est; dotem a te data[71] ab eius herede exigere potis.

TITULUS XIX. Si dos constante matrimonio soluta fuerit.

Lex 1. Impr. Honorius et Theodos. aa. et c. Mariniano pp. [c. 1. C. V. 19.]

Dotem accepit maritus; ab eius herede exigi potest cum fructibus propter filios.

TITULUS XX. De[72] fideiussores vel mandatores dotium dentur.

Lex 1. Impr. Gratianus, Valentinianus et Theodosius aaa. et c. Cynegio pp. [c. 1. C. V. 20.]

Non liceat marito fideiussore[73] dare pro conservanda dote.

Lex 2. Impr. Iustinianus a. Iuliano pp. [c. 2. C. ibid.]

Non liceat marito dare fideiussore[74] vel spondere de conservanda dote.

TITULUS XXI. Rerum amotarum.

Lex 1. Impr. Alexander a. Polydoche. [c. 1. C. V. 21.]

Divortium a te factum non solum, quod[75] accepisti, restituis, sed et, quae tu scripsisti.

Lex 2. Impr. Dioclit. et Maxim. aa. et c. Sereno. | [76] [c. 2. C. ibid.]

Propter divortium factum si quas res occultata[77] sunt, restituuntur.

Lex 3. Idem a. et c. Quartioni. [c. 3. C. V. 21.]

Propter divortium si quid ab una parte remota[78] est, post eius obitum, quantum invenitur de easdem res, tantum exigitur, non plus.

TITULUS XXII. De[79] pro dote mulieri bona mariti addicantur.

Lex 1. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. et c. Apollinari. [c. 1. C. V. 22.]

Pro dote uxoris oms bona mariti ñ. addicuntur, sed ei satisfiet, que debentur.

TITULUS XXIII. De fundo dotali.

Lex 1. Impr. Severus et Antoninus aa. et c. Dide. [c. 1. C. V. 23.]

Si res dotales estimatas dentur et convenit, ut, quod[80] mulier eligat, licebit.

Lex 2. Impr. Gordianus a. Domitie. [c. 2. C. ibid.]

Si in dotem rem communem accepisti, ad dividendum ñ. provocaveris, propter quia estimatio praedii positum est.

TITULUS XXIV. Divortio facta[81] apud quem liberi morari vel edocari[82] debent.

Lex 1. Impr. Dioclit. et Maxim. aa. et c. Celestinae. [c. 1. C. V. 24.]

Divortio facto iudici est videri, aput quem nutriantur filii.

TITULUS XXV. De alendo[83] liberis hac[84] parentibus.

Lex 1. Impr. Pius a. Basso. [c. 1. C. V. 25.]

Si parentes necessitatem famis patiantur, filii illi[85] subveniant.

Lex 2. [Idem a.][86] divi fratres Celeri. [c. 2. C. ibid.]

Competens | [87] iudex a filii[88] te iubebit, si in ea facultate est, ut tibi alimenta praestare possit.

Lex 3. Idem a. et c. Tatiane. [c. 3. C. ibid.]

Mater filium, quem ab incertum hominem te protulisse dicis, si eum a te expellis, nutrimenta ei[89] praestabitur tibi.

Lex 4. Impr. Severus et Antoninus aa. Sabino. [c. 4. C. ibid.]

Si pater iniuste filium a se repellat, iuxta modum substantiae alimenta tibi prestat.

---

67) Pro *quod* Codex habet *qđ*. 68) Leg. *acquisivit*. 69) Incipit fol. 115. B. 70) Pro *quae* Codex habet *q*. 70b) Sic Cod. 71) Lege *datam*. 72) Pro *de* legendum *ne*. 73) Lege *fideiussorem*. 74) Lege *fideiussorem*. 75) Pro *quod* Codex habet *qđ*. 76) Incipit fol. 116. A. 77) Leg. *quae res occultatae*. 78) Leg. *remotum*. 79) Pro *de* lege *ne*. 80) Pro *quod* Codex habet *qđ*. 81) Leg. *facto*. 82) Leg. *educari*. 83) Leg. *alendis liberis*. 84) Lege *ac*. 85) Leg. *illis*. 86) Haec, quae uncis inclusi, delenda videntur esse. 87) Incipit fol. 116. B. 88) Lege *filio ali*. 89) Lege *eius*.

TITULUS XXVI. De concubinis.

Lex 1. Impr. Constant. a. ad populum. [c. un. C. V. 26.]

Nemini licentia concedatur, constante matrimonio concubinam penes se habere.

TITULUS XXVII. De naturalibus liberis et matribus eorum et ex quibus casibus[90]) iusti efficiuntur.

Lex 1. Impr. Constantinus a. ad Gregorium. [c. 1. C. V. 27.]

.... | [91])

Lex 10. Impr. Iustinianus a. Demostheni pp. [c. 10. C. ibid.]

Mulier, quae[92]) fuit concuba[93]) et post legitima effecta est uxor, filii anteriores et posteriores aequum succedant patri.

Lex 11. Impr. Iustinianus a. Iuliano pp. [c. 11. C. ibid.]

Vir, qui[94]) libera muliere habuit[95]) concubina et postea eam matrimoniavit, fili, qui nati sunt antea et postea, similes sint in successionem.

Lex 12. Impr. Iustinianus a. Iuliano pp.[96]) [c. 12. C. ibid.]

Nepotes naturales non ita consequantur, sic[97]) fili naturales, de avi substantia.

Lex 13. Impr. Iustinian. a. Ioh. pp.[98]) [c. 13. C. ibid.]

Substantia avi paterni naturalis, sed etiam proavi vel eius cognationis.

TITULUS XXVIII. De tutela testamentaria.

Lex 1. Impr. Severus et Antoninus aa. et c. Sperate. [c. 3. C. V. 28.]

Tutor, qui per testamentum datus est, si non se miscuit, nec teneri potest.

Lex 2. Impr. Anthemius a. Sauino. [c. 2. C. ibid.]

Testator per testamentum tutorem instituit, novissimus valet.

Lex 3. Impr. Alexander a. Cordie. [c. 3. C. ibid.]

Si per testamentum tutor vobis datus est, et vos super duodecim annis sitis, tutela[99]) ab eo non requiritis. | [1])

Lex 4. Idem a. Feliciano. [c. 4. C. ibid.]

Mater per testamentum filium heredem fecerit et tutorem illi instituerit, si administravit, fecit rationes tutelae.

Lex 5. Impr. Valerius et Galienus aa. Daphono. [c. 5. C. V. 28.]

Qui servum alienum tutorem filium suum[2]) dare vult et libertatem, prius illum redimat.

Lex 6. Impr. Diocltitianus aa. et c. Domine. [c. 6. C. ibid.]

Si pater per testamentum abunculo tuo[3]) tutorem tibi instituit, si non egit, conveniri potest.

Lex 7. Idem a. et c. Triphime. [c. 7. C. ibid.]

Tutor per testamentum datus, cui et competebat, si neglex.[4]), conveniri potest.

Lex 8. Impr. Theod. et Valent. aa. Florentinum pp. [c. 8. C. ibid.]

Si per testamentum gregis scripto[5]) tutor datus est, valet.

TITULUS XXIX. De confirmando tutore.

Lex 1. Impr. Alex. a. Prisco. [c. 1. C. V. 29.]

Tutor datus excausare[6]) se non potest absque iudice.

Lex 2. Idem a. Valerio. [c. 2. C. ibid.]

Per epistulam et inconsulte facto testamento tutor dari non potest, iudici[7]) est praevidere.

Lex 3. Idem a. et c. Sosiano. [c. 3. C. ibid.]

Si per inutilem[8]) testamentum tutor institutus est et alius tutor legitimus, iudici[9]) est discernere.

Lex 4. Impr. Iustinianus a. Iuliano pp. [c. 4. C. ibid.]

Naturale[10]) filio licet tutore[11]) ordinare, qui illum herem[12]) fecit.

TITULUS XXX. De legitima tutela. | [13])

Lex 1. Impr. Dioclit. et Max. aa. et c. Firmine. [c. 1. C. V. 30.]

Patrui a tutela excusare se non possunt.

Lex 2. Idem a. et c. Asclipiodoto. [c. 2. C. ibid.]

Patrui a[14]) tutela excusare se non possunt, nisi crimine sit decoloratus.

Lex 3. Impr. Leo a. Eritrio pp. [c. 3. C. ibid.]

Propinqui a tutela excusare non possunt.

Lex 4. Impr. Anastasius a. Polycarpo pp. [c. 4. C. ibid.]

---

90) Pro *casibus* legendum videtur *causis*. 91) In Codice lacuna novem versuum notata est. Incipit fol. 117. A. 92) Pro *quae* Codex habet q. 93) Lege *concubina*. 94) Pro *qui* Codex babet q. 95) Codex *abuit*. Lege *liberam mulierem habuit concubinam*. 96) Haec inscriptio ex const. 11. C. V. 27. male videtur esse in nostram translata. 97) Lege *sicut*. 98) Non crediderim hoc esse deperditae alicuius constitutionis vestigium. Certe id, quod hac lege dicitur, ad const. 12. videtur pertinere posse. Inscriptio est const. 12. C. V. 27. 99) Lege *tutelam*. 1) Incipit fol. 117. B. 2) Lege *filiis suis*. 3) Lege *avunculum tuum*. 4) Lege *neglexit*. 5) Lege *graeco scripto*. 6) Lege *excusare*. 7) Lege *iudicis*. 8) Lege *inutile*. 9) Lege *iudicis*. 10) Lege *naturali*. 11) Lege *tutorem*. 12) Lege *heredem*. 13) Incipit fol. 118. A. 14) Vox *a* supra lineam a prima manu posita est, cum in contextu desit.

Aliena paterna anteponitur gubernare tutela[15]), quam aliena materna. Emancipatus filius legitima etate[16]) tutor sit nepotibus et fratribus.

Lex 5. Impr. Iust. a. Demostheni pp. [c. 5. C. V. 30.]

Intra viginti quinque anni etate[17]) tutor esse non licet.

TITULUS XXXI. Qui petant tutores vel curatores.

Lex 1. Impr. Anton. a. Chrisanthe. [c. 1. C. V. 31.]

Adultis[18]) petant sibi a iudice & curatore et parentes eı potent petere.

Lex 2. Idem a. Ephafrodito. [c. 2. C. ibid.]

Pro filio patroni tui iudicem roga, ut det illi tutore[19]) vel curatore[20]), ut non incurras periculum.

Lex 3. Idem a. Athalante. [c. 3. C. ibid.]

Mater pro tutore mortuo petat iudicem, alium dare filiis ss.[21]).

Lex 4. Idem a. Dnō. [c. 4. C. ibid.]

Pro filio debitoris tui pete iudice[22]) dare illi tutore[23]), si non habent[24]).

Lex 5. Impr. Alexander a. Fusciane. [c. 5. C. ibid.]

Amita licet petere nepoti suo dari tutore. | [25])

Lex 6. Idem a. Othacille. [c. 6. C. ibid.]

Mater filiis curatore[26]) petere licet.

Lex 7. Impr. Gordianus aa. Dionisio. [c. 7. C. ibid.]

Tutela gessisti, pete a iudice dari tutore, ne tu graveris adiurationibus[28]).

Lex 8. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. et c. Musico. [c. 8. C. ibid.]

Si mater per procuratore agebat a iudice petere tutore[29]), si ipse procurator mortuus est, mater pro negligentie tutelae non inculpatur.

Lex 9. Idem a. et c. Asclipiodoro. [c. 9. C. ibid.]

Si tutor legitimus fuit, mater ad culpam non veniet pro tutela.

Lex 10. Impr. Dioclit. et Maximianus aa. et c. Priscio. [c. 10. C. ibid.]

Consubrinus[30]) petere potest is illi dare tutore[31]), si mater neglexit.

Lex 11. Impr. Zeno a. Dioscoro pp. [c. 11. C. ibid.]

Et dare tutore, sicut ad legitimos filios.

TITULUS XXXII. Ubi petant[32]) tutores vel curatores.

Lex 1. Imperator Antoninus a. Aristobole. [c. 1. C. V. 32.]

Filio tuo apud ordinem curie petere in ea provincia, ubi patrimonium patris consistat.

TITULUS XXXIII. De tutoribus vel curatoribus inlustrium et clarissimarum personarum.

Lex 1. Impr. Valentinianus, Theodosius et Archadius aa. Proculo pp. [c. 1. C. V. 33.]

In urbe ad fi | lios[33]) inlustres ordinando tutore et curatore praefecti urbis interest. *In ea lege abet*[34]): Decernimus in provinciis curiales suscipiant tutela, si non sunt propinqui.

Lex 2. Idem aaa. & c. Aureliano pp. [c. 2. C. ibid.]

Inlustrium filiis curiales non occupentur tutela suscipere.

TITULUS XXXIV. Qui dari tutores vel curatores et qui dari[35]) possunt.

Lex 1. Impr. Alexander a. Ambibolo. [c. 1. C. V. 34.]

Adultus, quamvis de statu ipsius libertatis incertum sit, curator illi dare liceat.

Lex 2. Idem a. Arthemesie. [c. 2. C. ibid.]

Maritus uxori curator esse non potest.

Lex 3. Impr. Philippus a. Dolenti. [c. 3. C. ibid.]

Cecus legitima etate curatore habere[36]) non licet.

Lex 4. Idem a. Emerito. [c. 4. C. ibid.]

Miles tutor nec curator esse non potest. Si ignorans fuerit, rationes facit.

Lex 5. Impr. Dioclit. et Maximianus aa. et c. Heliane. [c. 5. C. ibid.]

Tutore mortuo alium petere licet iudicem aut curialem de ipso loco, non de alio.

Lex 6. Idem a. et c. Leontio. [c. 6. C. ibid.]

Si mater neglexerit de tutela filii, curie liceat previdere.

Lex 7. Idem a. et c. Rupho. [c. 7. C. ibid.]

Servili persona tutela dari non posse. | [37])

Lex 8. Idem a. et c. Euellsisto. [c. 8. C. ibid.]

Creditor debitori heredi tutore petere licet.

Lex 9. Idem a. et c. Maximiano. [c. 9. C. ibid.]

---

15) Lege *tutelam*. 16) Lege *aetate*. 17) Lege *annorum aetatem*. 18) Lege *adulti*. 19) Lege *tutorem*. 20) Lege *curatorem*. 21) Fortasse *suis*. 22) Lege *a iudice*. 23) Lege *tutorem*. 24) Codex *abent*. 25) Lege *tutorem*. Incipit fol. 118. B. 26) Lege *curatorem*. 28) Haec vox orta est ex voce *rationibus*. 29) Lege *tutorem*. 30) Lege *consobrinus*. 31) Lege *tutorem*. 32) Lege *petantur*. 33) Incipit fol. 119. A. 34) Lege *habet*. 35) Interpone *non*. 36) Codex *abere*. 37) Incipit fol. 119. B.

Abente tutore legitimo alio petere non licet.

Lex 10. Idem a. et c. Florentio. [c. 10. C. V. 34.]

Abente legitimo tutore alio petere sine culpa non licet, vel si absens sit.

Lex 11. Impr. Constantinus et Constans aa. et c. ad Bassum pu. [c. 11. C. ibid.]

Minor etate tenet suas nec alienas utilitates agere potest.

Lex 12. Impr. Gratianus, Valentinianus et Theodosius aaa. Eutropio pp. [c. 12. C. ibid.]

Curator factus deserere non potest.

Lex 13. Impr. Honorius et Theodosius aa. Maximo pp. [c. 13. C. ibid.]

Magistratus vel tutor factus removere se ab administratione non potest.

TITULUS XXXV. Quando mulier tutele officium fungi potest.

Lex 1. Impr. Alexander a. Othaliciae. [c. 1. C. V. 35.]

Tutela administrare non potest.

Lex 2. Impr. Valentinianus, Theodosius et Archadius aaa. Tatiano pp. [c. 2. C. ibid.]

Mater si vult tutela[38] filio suo administrare, faciat cautione sacramentaria, quia ad alias nuptias non venet[39].

Lex 3. Impr. Iustinianus a. Iuliano pp. [c. 3. C. ibid.]

Si a patre tutor non fuit ordinatus, et matris vult tutorem accedere, factis[40] cum sacramentum | [41] fateatur sub obligationem[42] rerum suarum ad secundas nuptias non venire aut petat filio suo tutore.

TITULUS XXXVI. In quibus causis tutorem habenti[43] vel curatorem dari potest.

Lex 1. Impr. Antoninus a. Tiberiano et Rufo. [c. 1. C. V. 36.]

Qui pro tempus datus est tutor propter[44] occupatione[45] publicam alius detur.

Lex 2. Impr. Alexander a. Valentio. [c. 2. C. ibid.]

In loco excusati curator adulti utilitatem non aget.

Lex 3. Idem a. ....[46] [c. 3. C. ibid.]

Qui propter[47] dispersa et magna substantia solus tutela[48] administrare ñ. sufficit[50], alius illi detur.

Lex 4. Impr. Valens et Galienus aa. Eupolitio. [c. 4. C. V. 36.]

Tutor si non sit idoneus aut[51] male agens, alius detur.

Lex 5. Imp. Dioclit. et Maximianus aa. et c. Zezoni. [c. 5. C. ibid.]

Propter magnam substantiam curatori subiungi licet tutor ad curam agendum ñ vocantur.

TITULUS XXXVII. De administrationem tutorum et curatorum et de pecunia pupillari feneranda vel deponenda.

Lex 1. Impr. Severus et Antoninus aa. Modesto. [c. 1. C. V. 35.]

Curator non ad periculum veniet, que tutor male egit.

Lex 2. Idem a. Thimoni et Ilpidoforo. [c. 2. C. ibid.]

Tutores et curatores a iudice ordinentur.

Lex 3. Impr. Antoninus a. Eumuso. [c. 3. C. ibid.]

Tutor, qui[52] pro pupillis erogavit, reputantur, que iuste claruerint, quod in ipsis erogavit | [53] fidei creditor illi si non illi interdictum est dari pupillis.

Lex 4. Idem a. Procule. [c. 4. C. ibid.]

Liber tutor rationales[54] edet de pecunias et de possessiones.

Lex 5. Idem a. Ruphino. [c. 5. C. ibid.]

Tutor, quando se absolvet, a curatore scriptis muniri debet.

Lex 6. Impr. Alexander a. Pachonio. [c. 6. C. ibid.]

Tutores et curatores non calumniosas mobant[55] actiones.

Lex 7. Idem a. Valerio. [c. 7. C. ibid.]

Si administrat tutelas, ut res ipsorum ñ distraat[56].

Lex 8. Idem a. Aprili. [c. 8. C. ibid.]

Si datus fuisti curator, alius administravit, tu damnum non habes[57]. Quodsi non tu damnificaris.

Lex 9. Idem a. Mellite. [c. 9. C. ibid.]

Curatores, si administrationes subtrahent[58], compelluntur.

Lex 10. Idem a. Ruphinae. [c. 10. C. ibid.]

Curator libertus si libertus si fraudem fecit, exigitur et ponitur.

---

38) Lege *tutelam*. 39) Lege *veniet*. 40) Lege *in actis*. 41) Incipit fol. 120. A. 42) Codex *oligationem*. Verum supra litteram *l* littera *b* apposita est. 43) Codex *abenti*. 44) Pro *propter* Codex habet $\overline{pp}$. 45) Legendum *occupationem*. 46) Haec lacuna in Codice notata non est. 47) Pro *propter* Codex habet *pp*. 48) Lege *tutelam*. 50) Codex *suffic̃*. 51) Pro *aut* Codex habet *ã*. 52) Codex *q*. 53) Incipit fol. 120. B. 54) Lege *libertus tutor rationes*. 55) Lege *moveant*. 56) Lege *distrahat*. 57) Codex *abes*. 58) Cod. *subtraent*.

Lex 11. Impr. Gordianus a. Cecilio. [c. 11. C. V. 37.]

Tutor vel curator si iniuste addictus est et non apellavit[59]), pupillo ipse satisfaciet.

Lex 12. Idem a. Octaviano. [c. 12. C. ibid.]

Administrator si fraudem vel neglegentiam fecit, de suo satisfaciat.

Lex 13. Idem a. Longino. [c. 13. C. ibid.]

Tutor vel curator debito[60]) minorum si exigit, fideiussorem non dat.

Lex 14. Impr. Philippus a. et Philippus c. | [61]) *Clementi.* [c. 14. C. ibid.]

Rationes curie administrante[62]) impletum vigesimum et quintum annum durante officium posci iure non posse manifestum est. *ppp. V. da. Philippo aug. et Tatiano.*

Lex 15.[63]) *Impr. Dioclit. et Max. aa. Licinio.* [c. 15. C. ibid.]

Curator non dato fideiussore non tenetur, compellitur ad agendum.

Lex 16.[64]) *Idem a. et c. Proculo.* [c. 16. C. ibid.]

Administratores non licet res minorum vendi, nisi ex certis causis; ab aliis exigere licet.

Lex 17.[65]) *Idem a. et c. Martiali.* [c. 17. C. ibid.]

Tutores non inpediantur testare.

Lex 18.[66]) *Idem a. et c. Sotherico.* [c. 18. C. ibid.]

Debitores pupilli proficiant in usuras, ne tutor gravetur.

Lex 19. Idem a. et c. Venditiano. [c. 19. C. ibid.]

Tutor gogi abet, si non administravit, obnoxius est pupillo.

Lex 20. Impr. Constantinus a. ...[67]) [c. 20. C. ibid.]

Pro officio tutoribus et curatoribus bona sunt[68]) obnoxia pro debito vel, si neglexerunt, administrare.

Lex 21. Idem a. et c. Maximo p̄p̄. [c. 21. C. ibid.]

Res minorum si ex neglegentia periit, quorum interest[69]), tenetur.

Lex 22. Idem a. et c. ad populum. [c. 22. C. ibid.]

Tutor omnia, quae[70]) intra civitate sunt, mobilia et mancipium vendat et de usuras.

Lex 23. Idem a. et c. Felici. [c. 23. C. ibid.]

Tutor praedia em|phyteuticam[71]) neglexit, si retolluntur, substantia res agitur.

Lex 24. Impr. Archadius et Honorius a. et c. Eutichiano p̄p̄. [c. 24. C. V. 37.]

Per tutores et curatores mox inventaneum faciat[72]), et res vetustas pupillis n̄. utatur, sed servetur. ā. vendent˜ pp usuras.

Lex 25. Impr. Iustinianus a. Iuliano p̄p̄. [c. 25. C. ibid.]

Tutores et curatores sub cautela fiant ā.[73]) debitores exigant absque dispensio[74]).

Lex 26. Impr. Iustinianus a. Ioh. p̄p̄. [c. 26. C. ibid.]

Tutores et curatores pupillis vel debiles mox se miscuerent[75]), non se removeant neglegentia agant; nam bonis eerum obnoxia sunt. Quod si ministrator debilis efficitur, alius detur. *In ea lege abet*[76]): Sancimus tutores et curatores prius cautionem faciant, reditus specierum vendant et ad usuras dent.

Lex 27. Impr. Iustinianus a. Ioh. p̄p̄. [c. 27. C. ibid.]

Tutores et curatores quemammodum[77]) pupillis s̄s̄.[78]) debeant administrare ex pensionibus ex usuris ex reditibus biennalem metas et in centum solidorum quantitatem sive ex contractibus.

Lex 28. Impr. Iustinianus a. Ioh. p̄p̄. [c. 28. C. ibid.]

Tutores et curatores pupillorum sive furiosis litem, quam susceperunt, non recusare eis licet vel si demens factus fuerit. | [79])

TITULUS XXXVIII. De periculum tutorum et curatorum.

Lex 1. Impr. Alexander a. Quinto et Quintotie. [c. 1. C. V. 38.]

Tutor vel curator si qua[80]) fraudem vel neglegentiam fecerint, substantias eorum obnoxias erunt.

Lex 2. Idem a. Satyro. [c. 2. C. ibid.]

Minor periculus non est tutore, si in alia provincia agat.

Lex 3. Impr. Philippus a. et Philippus c. Gratiano. [c. 3. C. ibid.]

Res pupilli ab igne consumptas fuerint, tutori non reputetur.

Lex 4. Idem a. et c. Floro. [c. 4. C. ibid.]

Quod casu periit, tutor[81]) non reputatur.

Lex 5. Idem Dioclit. et Maximiā. aa. Severo. [c. 5. C. ibid.]

Tutor et curator si ignorante aliquid perdiderint, non ipsis reputetur.

59) Leg. *appellavit.* 60) Lege *debita.* 61) Incipit fol. 121. A. 62) Leg. *curae administratae ante.* Haec sunt ipsa constitutionis verba. 63) Cod. *Lex V.* 64) Cod. *Lex VI.* 65) Cod. *Lex VII.* 66) Cod. *Lex VIII.* 67) Haec lacuna in Codice notata non est. 68) Codex s̄. 69) Codex *interē.* 70) Pro *quae* Codex habet *q.* 71) Incipit fol. 121. B. 72) Lege *fiat.* 73) Lege *ac.* 74) Sic secunda manus. Prima habuit *dispensio.* 75) Leg. *miscuerint.* 76) Leg. *habet.* 77) Leg. *quemadmodum.* 78) Leg. *suis.* 79) Incipit fol. 122. A. 80) Lege *quam.* 81) Lege *tutori.*

Lex 6. Idem a. Epicteto. [c. 6. C. V. 38.]

Tutor de curatore periculum non habet[82] tutoris.

TITULUS XXXIX. Quando facto tutoris vel curatoris minores agere vel convenire possunt.

Lex 1. Impr. Anthoninus a. Septimo. [c. 1. C. V. 39.]

Viginti quinque annorum adultus ipse convenitur et non curator.

Lex 2. Impr. Alexand. a. Synandro. [c. 2. C. ibid.]

Tutor si pecuniam pupilli mutavit[83], pupillos debitore exigere potest.

Lex 3. Impr. Dioclit. et Maximianus aa. et c. | [84] *Maxime.* [c. 4. C. ibid.]

Tutor vel curator si predia minoris lucravit[85], minor exigere potest, que ipsi locaverunt.

Lex 5. Idem a. et c. Onesime. [c. 5. C. ibid.]

Tutores et curatores explicita administrationem causa eorum per ipsius[86] agere potē[87].

TITULUS XL. Si ex pluribus tutoribus vel curatoribus omnes vel unum agere pro minore vel conveniri possunt.

Lex 1. Impr. Antoninus a. Melthiadi. [c. 1. C. V. 40.]

Ex plures tutores et curatores unus agere potest.

Lex 2. Impr. Constantinus a. et Licinius ad Symmachum. [c. 2. C. ibid.]

Tutores et curatores plures diviserunt per singulis locis administrare licet.

TITULUS XLI. Ne tutor vel curator vectigal conducat.

Lex 1. Impr. Antoninus a. Sexto. [c. 1. C. V. 41.]

Tutor vel curator conducere non potest, ut fiscali tributarius exigatur.

TITULUS XLII. De tutore et curatore, qui satis non dedit.

Lex 1. Impr. Valens, Gratianus aa. Titio et Flaviano. [c. 1. C. V. 42.]

Tutor vel curator si fidēiussorem ñ. dederunt pro amministrando,[87b] nec causis minorum agere possunt contra alios.

Lex 2. Idem a. et c. Euphoio. [c. 2. C. ibid.]

Tutor, qui fideiussorem ñ. dedit, vel si male egit, repelli potest.

Lex 3. Impr. Dioclit. et Maximianus aa. et c. Stratonice. [c. 3. C. V. 42.]

Tutor si fideiussorem non dedit, | [88] nec causa minoris agere potuit et qđ irritas.

Lex 4. Idem a. et c. Tertullio. [c. 4. C. ibid.]

Tutor si fideiussorem dedit, praeponitur propinqui tutori, qui fideiussorem non dedit.

Lex 5. Impr. Constantinus a. et Max. et Severus et Maximianus cc. [c. 5. C. ibid.]

Tutores fideiussorem ñ dedit; si quid distraxit, a pupillo reexigitur.

TITULUS XLIII. De suspectis rebus[89].

Lex 1. Impr. Antoninus a. Longino. [c. 2. C. V. 43.]

Curator si tardius accedat, ipsius est periculus; si suspectus est, alius datur.

Lex 2. Impr. Antoninus a. Domitie. [c. 1. C. ibid.]

Libertus tutor ad restituendam tutelam conveniendus est.

Lex 3. Impr. Alexander a. Fortunate. [c. 3. C. ibid.]

Tutores ad rationes faciendo vel restituendo compelluntur, et si suspectū̄s removuntur[90].

Lex 4. Idem a. Thalidae. [c. 4. C. ibid.]

Tutor per testamentum datus, si in fraude invenitur, mutatur.

Lex 5. Idem a. Asclipiadi. [c. 5. C. ibid.]

Tutor et curator, si non recte gubernent, pro suspecto mutantur.

Lex 6. Impr. Gordianus a. Felici. [c. 6. C. ibid.]

Tutor et curator, si non recte agunt aut egens sit, mutari possunt, hoc pervidere extraneis det.

Lex 7. Idem a. et c. Gorgoniae. [c. 7. C. ibid.]

Tutor suspectus mutatur.

Lex 8. Impr. Philippus a. et Philippus c. Proculo. | [91] [c. 8. C. ibid.]

Tutor suspectus removitur, denuo administrando non veniet.

Lex 9. Impr. Dioclitianus et Maximiā. aa. et c. Damiano. [c. 9. C. ibid.]

Si tutor dolosus sit, removitur.

TITULUS XLIV. De in litem dando tutorem vel curatorem.

Lex 1. Impr. Antoninus a. Meltiadi. [c. 1. C. V. 44.]

---

82) Codex *abet.* 83) Leg. *mutuavit.* 84) Incipit fol. 122. B. 85) Leg. *locavit.* 86) Leg. *ipsos.* 87) Leg. *potest.* 87b) Leg. *administrando.* 88) Incipit fol. 123. A. 89) Lege *tutoribus vel curatoribus.* 90) Lege *suspecti sunt, removentur.* 91) Incipit fol. 123. B.

Ut causa minorum agatur, etsi non habet [92] tutorem, curatorem dari potest.

Lex 2. Impr. Alexander a. Euaristo. [c. 2. C. V. 44.]

Si inter tutorem et pupillum causa est, pete curatore [93] illi fieri, ut causa [94] agere possis.

Lex 3. Impr. Galienus a. Valerio. [c. 3. C. ibid.]

Tutor sive curator ad protegendam causam datus conveniri potest.

Lex 4. Idem a. et c. Hyrineo. [c. 4. C. ibid.]

Ad militem datus tutor, si quid bona fide erogasti, a conductoribus [95] more solito exigere potest.

Lex 5. Impr. Dioclit. et Maxim. aa. et c. Tygrani. [c. 5. C. ibid.]

Tutor legitimus pro causam, quam habet [96] cum patre suo pupilli neglegentia in amministrando [96a] ñ. agat, sed post petat curatorem, contra quem agere potest.

TITULUS XLV. De eo, qui pro tutore negotia gessit.

Lex 1. Impr. Valerius et Galienus aa. Marcello. [c. 1. C. V. 45.]

Mulier si tutoris locum administravit, tenetur rationes facere.

Lex 2. Impr. Dioclit. et Max. et c. Marco. [c. 2. C. ibid.]

Tutor li|tem [97] pupilli agere debet.

TITULUS XLVI. Si mater indemnitatem promiserit.

Lex 1. Impr. Alexander a. Bruttie Curie. [c. 1. C. V. 46.]

Periculus poterat esse de tutela, quē tu mater suscepisti, si se non miscuisset.

Lex 2. Impr. Philippus a. et Philippus c. Asclepiadi. [c. 2. C. ibid.]

Si a matre vel avo tutor institutus fuisti, minor, quando proficit, contra te agit, non contra parentes.

Lex 3. Impr. Diocletianus et Max. aa. et c. Galano. [c. 3. C. ibid.]

Mater si in suo periculo dedit feneo tutore et hunc ipsa est obnoxia.

TITULUS XLVII. Si contra matris voluntatem tutor datus sit.

Lex 1. Impr. Severus et Antoninus aa. Tertio. [c. 1. C. V. 47.]

Tutor per testamentum matris institutus es, si alius ordinatus removitur.

TITULUS XLVIII. Ut causae post pubertatem hac sit [98] tutor.

Lex 1. Impr. Philippus a. Dextro. [c. un. C. V. 49.]

Tutor usque dum refundat actionem curatori, ipse agit.

TITULUS XLIX. Ubi pupilli edocuntur [99].

Lex 1. Impr. Alexander a. Dionisiodoro. [c. 1. C. V. 49.]

Filius apud matrem edocetur [1], si vitricus non est, aut, ubi iudex previderit.

Lex 2. Impr. Dioclit. et Maximiā. aa. et c. Grate. [c. 2. C. ibid.]

Pupillus apud patruo educatur.

TITULUS L. De alimentis pupillorum prestandae. | [2]

Lex 1. Impr. Antoninus a. Faustino. [c. 1. C. V. 50.]

Tutor alimento non prestet pupillo, iudicem rogare debet.

Lex 2. Impr. Alexander a. Aufidio. [c. 2. C. ibid.]

Si tutor vel curator estimat, quantum prestet sumptus vel aliis necessitates pupilli vel adulti, iudex definiat iuxta modum substantie.

TITULUS LI. Arbitrium tutele.

Lex 1. Impr. Antoninus a. Leoni. [c. 1. C. V. 51.]

Si tutela [3] administrare cepisti [4], excusare te non potes, quia in testamentum augmentatum est vel minuatum.

Lex 2. Idem a. Presentino. [c. 2. C. ibid.]

Si substantia defuncti idonea fuit, et postea fenea cognoscatur, iudici [5] est a tutore hoc requirere.

Lex 3. Idem a. Vitalio. [c. 3. C. ibid.]

Curator de solidos adulti predia sibi comparavit aut possessionem refundat, aut cum usura solidos reddat.

Lex 4. Impr. Alexander a. Aglao. [c. 4. C. ibid.]

Qui res patris tui habuit [6], si a curatore vel tutore ei abstultum fuit, tu adversus eam actionem non habes [7].

Lex 5. Impr. Gordianus a. Victorino. [c. 5. C. ibid.]

---

92) Codex *abet.* 93) Lege *curatorem.* 94) Lege *causam.* 95) Lege *contutoribus.* 96) Codex *abet.* 96a) Leg. *administrando.* 97) Incipit fol. 124. A. 98) Leg. *adsit.* 99) Leg. *educuntur.* 1) Leg. *educetur.* 2) Leg. *pupillo praestandis.* Incipit fol. 124. B. 3) Lege *tutelam.* 4) Leg. *coepisti.* 5) Leg. *iudicis.* 6) Cod. *abuit.* 7) Codex *abes.*

Tutores et heredes eorum conveniuntur pro administrationem, que egerunt.

Lex 6. Impr. Dioclit. et Max. aa. et c. Septimo et Hononi[8]. [c. 6. C. V. 51.]

Si tutor vel curator predia vindedit et pretium defraudavit, cum usuris restituat ipsi et heredes eius. | [9]

Lex 7. Idem a. et c. Alexandro. [c. 7. C. ibid.]

Tutor vel curator, quod neglexerint vel fraudaverint, restituet[10].

Lex 8. Idem a. et c. Delmatio. [c. 8. C. ibid.]

Tutorum et curatorum rationes reddere praescriptio non obicit.

Lex 9. Idem a. et c. Iuliano. [c. 9. C. ibid.]

Tutor reddet, quod debet, non mater, qui[11] eius indemnitatem promisit.

Lex 10. Idem a. et c. Pomponio. [c. 10. C. ibid.]

Defunctus tutores eius non occupasset, est tibi actio contra heredes eius et feneas moritur et eius uxori ante obnoxius fuit, subvenitur mulieri.

Lex 11. Idem a. et c. Lysitaniae. [c. 11. C. ibid.]

Tutor si et curationem egit hominibus rationem egit et ex omnibus rationem fecit. Si post administrationem tutele non se miscuit, non convenitur de curiationes[12].

Lex 12. Idem a. et c. Quintille. [c. 12. C. ibid.]

Tutele actio tam heredibus, quam etiam contra successores competit.

Lex 13. Impr. Iustinianus a. Iuliano pp. [c. 13. C. ibid.]

Tutor et curator secundum inventaneum exigitur; si non fecit inventaneum, periculum legis subiacebit.

TITULUS LII. De dividenda tutela et pro qua parte quisque tutorum conveniatur.

Lex 1. Impr. Gordianus a. Optato. [c. 1. C. V. 52.]

De tutores et curatores plurimos si unus exigit et alius neglexit, unus pro alio non tenetur. | [13]

Lex 2. Impr. Carus, Carinus et Numerianus aaa. et c. Primogenio. [c. 2. C. ibid.]

Tutores et curatores plures unus pro alio non exigitur.

Lex 3. Impr. Dioclit. et Maxix. aa. et c. Zotico. [c. 3. C. ibid.]

Pupillo contra heredem tutoris licet iurare, etsi inventaneus illi non ostenditur.

TITULUS LIII. De in lite[14] iurando.

Lex 1. Impr. Severus et Antoninus aa. et c. [c. 1. C. V. 53.]

Adversus heredem tutoris ad transferendam tutelam iudicem accipiens tempore litis ad puuerem instrumenta pertinentia[15] restitui desiderabis. Quodsi dolo non exibeantur[16], in litem iurandi tibi facultas erit, modo si quodam pupillo debitam affectionem ab incola quoque religionis ostendere volueris.

Lex 2. Impr. Antoninus a. Severo. [c. 2. C. ibid.]

Si pater tuus tutela vel cura egit et petatur a te rationes vel inventaneo ostendere, si non ostendis, pupillus invitus iurat, sed iudici[17] est, per vicinos inquirere, que fuit substantia. Quod si pupillus voluerit iurare, que estimata fuissent substantia patris sui, annuatur illi.

Lex 3. Idem a. Prisciano. [c. 3. C. ibid.]

Si inventaneus non est factus, quantus pupillus iuraret ausus fuisse, substantia patris minus non det tutor. | [18]

Lex 4. Impr. Gordianus a. Muciano. [c. 4. C. ibid.]

Tutor si inventaneum non fecit, quantum pupillus iuraverit estimare se fuisse substantia patris, tantum reddet tutor.

Lex 5. Impr. Dioclit. et Max. aa. et c. Arthemidoro. [c. 5. C. ibid.]

Contra filium tutoris pupillus iurare n̄. potest de non facto inventaneo, sed iudici est previdere per vicinos, que fuit substantia.

TITULUS LIV. De heredibus tutorum.

Lex 1. Impr. Severus et Antoninus aa. et c. Fusciano. [c. 1. C. V. 54.]

Heres tutori acoiurare[19] non condemnatur, si pater eorum non est pulsatus.

Lex 2. Impr. Antoninus a. Valentiniano et Materno. [c. 2. C. ibid.]

Heres tutoris vel curatoris pro administrationem auctorum suorum rationes edunt.

Lex 3. Idem a. Avite. [c. 3. C. ibid.]

Quod tutor pupillo, heres eius reddet.

Lex 4. Impr. Alexander a. Frontino. [c. 4. C. ibid.]

Heredes tutores[20] et curatores[21] exiguntur a pupillo.

TITULUS LV. Si tutor non gesserit.

Lex 1. Impr. Alexand. a. Zotico. [c. 1. C. V. 55.]

Quo4 c̄petit administrare tutela, si praetermiserit, contra eum agere potest.

---

8) Leg. *Cononi.* 9) Incipit fol. 125. A. 10) Lege *restituent.* 11) Pro *qui* lege *quae.* 12) Videtur voluisse *curationes.* 13) Incipit fol. 125. B. 14) Lege *litem.* 15) Lege *pertinentia.* 16) Lege *exhibeantur.* 17) Lege *iudicis.* 18) Incipit fol. 126. A. 19) Leg. *tutoris aut curatoris.* 20) Lege *tutoris.* 21) Leg. *curatoris.*

Lex 2. Idem a. Iusto. [c. 2. C. V. 55.]

Qui competit administrare tutela et pretermisit, ad culpam vocetur, | [22]) si alius non egit aut aliquid deminuatum fuit.

TITULUS LVI. De usuribus [23]) pupillaribus.

Lex 1. Impr. Antoninus a. Presentino. [c. 1. C. V. 56.]

Tutor vel curator pecunias pupilli in sua utilitate expendit, cum usuris restituat.

Lex 2. Impr. Alexander a. Ampliato. [c. 2. C. ibid.]

Que debentur a tutore, cum usuris redduntur.

Lex 3. Idem a. Vitalio. [c. 3. C. ibid.]

Pecunias pupilli si tutor ad usuras si dare non potuit, nec ipse exigitur.

TITULUS LVII. De fideiussoribus tutorum seu curatorum.

Lex 1. Impr. Alexander a. ....[23a]) [c. 1. C. V. 57.]

Licet tibi, si vis contra tutorem vel fideiussorem vel heredes eorum agere, quem elegeris unam personam.

Lex 2. Idem a. et c. Prisco. [c. 2. C. ibid.]

Licet relicto fideiussorem principalem exigere, et, siquid minus fuerit, fideiussor tenetur.

TITULUS LVIII. De contrario iudicio.

Lex 1. Impr. Severus et Antoninus aa. et c. Stratoni. [c. 1. C. V. 58.]

Inter tutore et causidico preiudicatum est, non licet causaticus contra pupillum agere.

Lex 2. Impr. Antoninus a. Primitivo. [c. 2. C. ibid.]

Tutor si iniuste et absens pupille condempnatus est, contra pupilla agere potest.

Lex 3. Idem a. et c. Thelesidi. [c. 3. C. ibid.]

Si pater tuus p̄uignae [24]) suae tutela administravit, heres eius rationes facit. | [25])

TITULUS LIX. De auctoritate prestanda.

Lex 1. Impr. Dioclit. et Max. aa. et c. Antheniano. [c. 1. C. V. 59.]

Pupillus absque tutore vel curatore quod stipulavit, non valet.

Lex 2. Idem a. et c. Serene. [c. 2. C. ibid.]

Pupille absque tutore quod egit, nihil [26]) est.

Lex 3. Idem a. et c. Gaio. [c. 3. C. ibid.]

Qui a [27]) pupillo sine tutore comparavit, prescriptio pupilli non nocet.

Lex 4. Impr. Iustinianus a. Iuliano p̄p̄. [c. 4. C. V. 59.]

Minorum etati absque curatore causa [28]) dicere de crimine vel de aliis non licet.

Lex 5. Impr. Iustinianus a. Ioh. p̄p̄. [c. 5. C. ibid.]

Si plures una tutela susceperunt, simul ad ratione vocantur.

TITULUS LX. Quando curatores vel tutores esse designant [29]).

Lex 1. Impr. Antoninus a. Hermille. [c. 1. C. V. 60.]

Pro magna substantiam tutor datur in auxilio curatoris.

Lex 2. Impr. Dioclit. et Max. aa. et c. Mene p̄p̄. [c. 2. C. ibid.]

Curatores tutoribus adiuncti sunt pro infirmitates eorum.

Lex 3. Impr. Iustinianus a. Mene p̄p̄. [c. 3. C. ibid.]

Puer XII^ci annorum curatorem accipiet et puella XIIII^ri annorum curatorem accipiet.

TITULUS LXI. De actore seu a tutore curatore [29a]) dando.

Lex 1. Impr. Dioclit. et Max. aa. et c. Alphogratio. [c. 1. C. V. 61.]

Explicita curationem per actorem licet agere.

TITULUS LXII. De excusationibus et de temporibus eorum. | [30])

Lex 1. Impr. Severus et Antoninus aa. et c. Aviole. [c. 1. C. V. 62.]

Si curator accessisti absque iudice, licebit adultos alios sibi petere.

Lex 2. Idem a. et c. Abentiano et Cosmonio. [c. 2. C. ibid.]

Si curatores generaliter dati estis sine decretum, alios sibi intra provincia competens iudex dat.

Lex 3. Impr. Antoninus a. Crispino. [c. 3. C. ibid.]

Si liberti tui curatore sine auctoritate accessisti, repelli potest.

Lex 4. Impr. Antoninus a. Agatho Demoniso. [c. 4. C. ibid.]

Pupilla tua uxore tulisti, eam habere [31]) non potest, sed infamis est.

---

22) Incipit fol. 126. B. 23) Lege *usuris*. 23a) Haec lacuna in Codice notata non est. 24) Lege *privignae*. 25) Incipit fol. 127. A. 26) Cod. *nichil*. 27) Cod. *quia*. 28) Leg. *causam*. 29) Lege *desinant*. 29a) Leg. *seu curatore*. 30) Incipit fol. 127. B. 31) Cod. *abere*.

Lex 5. Impr. Alexand. a. Bysiae. [c. 5. C. V. 62.]

Liberti patronibus filiis tutela administrare licet, si alii non sunt.

Lex 6. Idem a. Maximo. [c. 6. C. ibid.]

Cui iniungitur parentes vel a iudice vel curatore esse, intra quinquaginta dies renuntiet, si non vult agere, postea se excusare non potest.

Lex 7. Idem a. Antónino. [c. 7. C. ibid.]

Tutor et curator ab administratione non se excusat, si eius debitor fuit.

Lex 8. Idem a. Maximo. [c. 8. C. ibid.]

Conductores fiscales ab administrationem tutele se non excusant.

Lex 9. Idem a. Romano. [c. 9. C. ibid.]

Tutor et curator ab ad amministratione [32]) excusare se non potest, quia oculo ammisit [33]).

Lex 10. Idem a. Crispino. [c. 10. C. ibid.]

Qui tributa exibent, | [34]) a tutela et curatione excusantur.

Lex 11. Idem a. Hyle. [c. 11. C. ibid.]

Si per testamentum tutor constitutus est [35]), intra quinquaginta dies non renuntiasti, removere te non potis [36]); propter maiorem substantiam curatorem in auxilium tibi petere potis [37]).

Lex 12. Idem a. Yle. [c. 12. C. ibid.]

Testamento tutoris datus ut a bonis eius excuseris que pupilli tui in alia provincia, quam, unde [38]) es ibique morabis, intra quinquaginta dies postulare debuisti.

Lex 13. Idem a. Apollinari. [c. 13. C. ibid.]

Servus senatoris si filio eius fuerit vel curator, liber efficitur.

Lex 14. Idem a. Eracliae. [c. 14. C. ibid.]

Abunculus [39]) sine causa excusare se tutela non potest.

Lex 15. Idem a. .... [40]) [c. 15. C. ibid.]

Quamquam in tutela detentus seu qđ [41]) excusatio, quam obiciebas [42]), non est admissa, provocationis auxilium flagitari.

Lex 16. Impr. Philippus a. Theodoto. [c. 16. C. ibid.]

Si tutor datus fuisti et tunc contentus est, quia causa cum defuncto te habere [43]), tunc [44]) excusare te potis [45]) ab administrationem.

Lex 17. Impr. Valerius et Galienus aa. Ephegato. [c. 17. C. ibid.]

Qui nutricia sua uxorem habuit [46]), ab administrationem tutele excusatur, quia infamis est.

Lex 18. Impr. Dioclit. et Max. aa. et c. Sauino. [c. 18. C. V. 62.]

Qui administravit tutela, quia non intra quin- | quaginta [47]) dies renuntiavit, quod ius licuisset, tunc illi rennuere [47a]) post non licet.

Lex 19. Idem a. Dionisio. [c. 19. C. ibid.]

Non compellitur mater tutela gubernare.

Lex 20. Idem a. et c. Charitino. [c. 20. C. ibid.]

Tutor explicita administratio nec curatione agere excusatur.

Lex 21. Idem a. et c. Paramonio. [c. 21. C. ibid.]

Fratribus tuis uterinis a tutela te excusare non potis [48]).

Lex 22. Idem a. et c. Armodorum. [c. 22. C. ibid.]

Tutor si presidi iussionem habet [49]) excusatus esse a tutela, absolutus est.

Lex 23. Idem a. et c. Neophito. [c. 23. C. ibid.]

Fratribus et nepotibus tuis excusare te ad [50]) gubernanda tutela sine causa non potis [51]).

Lex 24. Impr. Archadius et Honorius aa. Flaviano pp. [c. 24. C. ibid.]

Navicularii ad suum solus corpus tutor sit.

Lex 25. Impr. Anastasius a. Antiocho praeposito sacri cubiculi. [c. 25. C. ibid.]

UU. cc. sacri nostri palatii silentia nos [52]) circa latuos [53]) nro4 [54]) militantes de tutelis et curationibus excusari sancimus.

TITULUS LXIII. De falsis adsertionibus excusansus sit [55]).

Lex 1. Impr. Alexander a. Antisymmacho Diotimo. [c. 1. C. V. 63.]

Si extraneus, cui non competebat tutela, administravit propria voluntate, refutare potest. Si postea ad iudice [56]) detur, refutare non potest. | [57])

Lex 2. Impr. Philippus a. et Philippus c. Auligiano. [c. 2. C. ibid.]

Legitimi tutores post inchoata administratione tutela pro certa occasione non potest.

Lex 3. Idem a. et c. Otani. [c. 3. C. ibid.]

Tutor legitimus, qui ex aliqua causa potuerat se excusare, quia se miscuit, excusare se non potest, quia vitium fecit.

---

32) Lege *ab administratione.* 33) Lege *amisit.* 34) Lege *exigunt.* Incipit fol. 128. A. 35) Lege *es.* 36) Lege *potes.* 37) Lege *potes.* 38) Pro *quam unde* Codex habet *qua munde.* 39) Lege *avunculus.* 40) Haec lacuna in Codice notata non est. 41) Vox *qđ* supra lineam a secunda manu posita est. 42) Corr. *obiiciebas.* 43) Cod. *abere.* 44) Cod. *tc̄.* 45) Lege *potes.* 46) Cod. *abuit.* 47) Incipit fol. 128. B. 47a) Leg. *renuere.* 48) Lege *potes.* 49) Cod. *abet.* 50) Lege *a.* 51) Lege *potes.* 52) Lege *silentiarios.* 53) Lege *latus.* 54) Lege *nostrum.* 55) Legendum fortasse *si falsis adsertionibus excusatus sit.* 56) Lege *a iudice.* 57) Incipit fol. 129. A.

TITULUS LXIV. Si tutor reipublice causauerit[58]).

Lex 1. Impr. Gordianus a. Guttio. [c. 1. C. V. 64.]

Tutor vel curator publice datus, si intra tempus non renuntiavit, iuste ad iudicium vocatur.

Lex 2. Idem a. Regnio. [c. 2. C. ibid.]

Qui a tutela publica non se removerunt, peragere compelluntur.

TITULUS LXV. De excusatione veteranorum.

Lex 1. Impr. Anastasius a. Saturnino. [c. 1. C. V. 65.]

Veteranis una tutela administrat, si intra tempus ñ. renuntiaū.

Lex 2. Impr. Gordianus a. Celeri veterano.

Quod placuit veteranos tantummodo cum veterani[59]) filiorum seu militarum[60]) et quidem una tutela securam[61]) eodem tempore administrante.....[62]) apud conpetentem iudicem deferat.

TITULUS LXVI. Qui numero liberorum se excusant.

Lex 1. Impr. Severus et Antoninus aa. Herodiano. [c. 1. C. V. 66.]

In Roma qui tres filios parvulos habet[63]), non agat tutela vel cura; in Italia quattuor; in provincia quinque. | [64])

Lex 2. Impr. Antoninus a. Marcello. [c. 2. C. ibid.]

Filia maritata et nepotes habentes[65]) patrem ad excusationem tutele non computentur.

TITULUS LXVII. Qui aetate[66]).

Lex 1. Impr. Philippus et Philippus c. Severo. [c. un. C. V. 68.]

Homo septuaginta annorum vocatur.

TITULUS LXIII. Qui morbo.

Lex 1. Impr. Severus et Antoninus a. Sabino. [c. un. C. V. 67.]

Cecus, surdus, mutus excusavit; perpetuam valitudinem tentus tutor vel curator esse non potest.

TITULUS LXIX. Qui numero tutelarum.

Lex 1. Impr. Sèverus et Antoninus a. Pompeiano. [c. un. C. V. 69.]

Qui quattuor tutelas vel curationes administravit, non amplius administret.

TITULUS LXX. De curatores furiosi vel prodigi.

Lex 1. Impr. Antoninus a. Marine. [c. 1. C. V. 70.]

Curator pupilli post legitimos explicitos annos absolvitur; furiosi tutor non ita absolvitur.

Lex 2. Impr. Gordianus a. Nichio. [c. 2. C. ibid.]

Tutor vel curator furiosi absque iudici[67]) iussione res eius non distraatur vel pignoris detur.

Lex 3. Idem a. Aureliano. [c. 3. C. ibid.]

Si pater tuus amens, curatorem illi pete. Nam, quod agit, resolvitur.

Lex 4. Impr. Dioclit. et Maximianus aa. Asclipiodoto. [c. 4. C. ibid.]

Furiosam uxorem repudiasti; si mater eius chartas eius conscidit, nihil[68]) furiose[69]) nocuit.

Lex 5. Impr. Anastasius a. ad populum. [c. 5. C. ibid.]

Eman | cipatis[70]) personis res nullus acquirere potest sine curatore, si furiosus est.

Lex 6. Impr. Iustinianus a. Iuliano pp. [c. 6. C. ibid.]

Freneticus semper habeat[71]) curatorem ex inchostionem usque ad plenam sanitatem.

Lex 7. Idem a. et c. Iuliano pp. [c. 7. C. ibid.]

Furiosus si patrem habet[72]), alius curator non datur. Quodsi non habet[73]), datur illi curator, ita ut det fideiussorem, non dat alia plurima sunt, que iubet fieri.

TITULUS LXXI. De praediis vel aliis rebus minorum sine decreto non alienandis vel obligandis.

Lex 1. Impr. Antoninus a. Muciano. [c. 1. C. V. 71.]

Minor quod absque tutore vel curatore vendidit vel obligavit, dum ad legitimam etatem venerit, restituitur illi.

Lex 2. Impr. Gordianus a. Clearco et Afrodisio. [c. 2. C. ibid.]

Tutor vel curator sine iudicio quod vendidit, firmum non est, vel que obligavit

Lex 3. Impr. Valerius Galienus aaa. Thoodosiano et aliis. [c. 3. C. ibid.]

Tutores pupilli sine iussione iudicis si vendidit, pupillus eam recepit.

Lex 4. Idem a. et c. Mitridati. [c. 4. C. ibid.]

---

58) Lege *causa aberit.* 59) Lege *conveterani.* 60) Lege *militum.* 61) Lege *unam tutelam seu curam.* 62) Lege *administrare.* Lacunae vestigia in Codice non comparent. 63) Cod. *abet.* 64) Incipit fol. 129. B. 65) Cod. *abentes.* 66) Codex *quia etate.* 67) Lege *iudicis.* 68) Cod. *nichil.* 69) Leg. *furiosae.* 70) Incipit fol. 130. A. 71) Cod. *abeat.* 72) Cod. *abet.* 73) Codex *abet.*

Pupillus vel adulti res suas nec vendi nec donari vel commutari licet nec cum fratre suo.

Lex 5. Idem a. Serene. [c. 5. C. V. 71.]

Si iudici iussio abuit, ut minor res suas vendat, propter petitionem adversa, | [75]) si post cognoscis falsa eius petitio fuisse, agere potis.

Lex 6. Impr. Carus, Carinus et Numerius aaa. Ovaro. [c. 6. C. ibid.]

Procuratores minorum si vendat, aput actam manifestet iussione iudicis.

Lex 7. Idem a. Ysidoro. [c. 7. C. ibid.]

Quod pater in ea mancipatione [76]) filio donavit, si ipse filius minor cabuit.

Lex 8. Impr. Diocl. et Maximianus aa. Theodote. [c. 8. C. ibid.]

Sponsa minor aetate sine curatore sponso aliquid donavit, nihil [77]) est.

Lex 9. Idem a. Muciano. [c. 9. C. ibid.]

Curator res minoris distraxit, firmum est. Idem et pignus tibi obligavit.

Lex 10. Idem a. Grato. [c. 10. C. ibid.]

Res minorum, que sine iudicio venditas sunt, nihil [78]) est. Quo aut ex iudicio vendita sunt, tutor exinde rationem facit.

Lex 11. Idem a. Trophimo. [c. 11. C. ibid.]

Minor sine iudicio rem minoris pretium vendidit, non est dici de vilipretium [79]), sed, ut restituat rem. Quodsi ex iudicio vendidit, de minori pretio impleatur, dicere potest.

Lex 12. Idem a. et c. Leontio. [c. 12. C. ibid.]

Res minorum in alia provincia positas preter censum per iudici iussionem ab extraneo venundantur.

Lex 13. Idem a. et c. Zenoni. [c. 13. C. ibid.]

Curialis propter censum rem alienam sine iudici auctoritate vendere non licet.

Lex 14. Idem a. et c. Frontoni. [c. 14. C. ibid.]

Curiales res minorum sine decreto vendidit; | [80]) si non constat, debitus cum fructibus restituatur.

Lex 15. Idem a. et c. Sabine. [c. 15. C. ibid.]

Minor pro insoluto cessionem possessionem, quem dedit sine auctoritate, recipiet cum fructibus.

Lex 16. Idem a. et c. Rusticie. [c. 16. C. ibid.]

Adultus sine auctoritate iudici possessionem distraxit; curatorem consentiente possessionem recipies.

Lex 17. Idem a. et c. Philippo. [c. 17. C. ibid.]

Rem communem ad minorem distrai non licet, sed ad dividendum maior dividet frater.

Lex 18. Impr. Constantinus a. et Constantinus c. ad Severum. [c. 18. C. V. 71.]

Minor debitus in publico vel privato iudicio examinetur, et, si verum est, cum auctoritate iudicis minor vendat rem suam.

TITULUS LXXII. Quando decretus opus non est.

Lex 1. Impr. Antoninus a. Valenti. [c. 1. C. V. 72.]

Si probatur, quia pater pupilli promisit pretium [81]) recipere, possessionem reddere, tutor non habet [82]) necesse, iudici iussionem restituere.

Lex 2. Impr. Valerianus a. Pulchro. [c. 14. C. ibid.]

Qui decreto principis accipiet rem distrai, iudicem non necessatur inrogare [83]).

Lex 3. Impr. Dioclit. et Max. aa. Straniciane. [c. 3. C. ibid.]

Minor rem distrai non potest sine decreto, praeter s auctoribus eius iussio fuit. | [84])

Lex 4. Impr. Constantinus a. ad populum.

Tutor et curator vestes et superentiaria enim alia sine decreto vendi licet.

TITULUS LXXIII. Si quis ignorans rem minoris esse, sine decreto comparavit.

Lex 1. Impr. Gordianus a. Felici. [c. 1. C. V. 73.]

Res [85]) tutoris rem pupilli vendidit; emptor si sciens alienum comparavit, annositas illi prode non est; si ignoravit, prescriptio illi prodest.

Lex 2. Idem a. Crispine. [c. 2. C. ibid.]

Qui sciens alienum comparavit, cum fructibus restituit.

Lex 3. Impr. Dioclit. et Max. aa. et c. Agathae. [c. 3 C. ibid.]

Rem minorum esse ignorans ab alio comparavit, si praescriptio temporum non sit, restituit.

Lex 4. Idem a. et c. Alexandro. [c. 4. C. ibid.]

Qui bona fide rem adquisivit, sub se [85a]) vel auctor eius decem vel viginti annis possiderunt, inquietandus non est.

TITULUS LXXIV. Si maior factus sine decretum factum alienationem ratam habuerit.

Lex 1. Impr. Dioclit. et Max. aa. et c. Licinio. [c. 1. C. V. 74.]

Tutor patris tui sine decreto praedium vendi-

---

75) Incipit fol. 130. B. 76) Lege *emancipatione*. 77) Codex *nichil*. 78) Codex *nichil*. 79) Codex *vilip̄tium*. 80) Incipit fol. 131. A. 81) Codex *p̄tium*. 82) Codex *abet*. 83) Leg. *interrogare*. 84) Incipit fol. 131. B. 85) Lege *heres*. 85a) Leg. *si ipse*.

dit et pater tuus pretermisit, agere potis tu, ut solidos cum usuris recipias aut possessionem teneas.

Lex 2. Idem a. et c. Alexandro. [c. 2. C. V. 74.]

Qui tutore sine decreto res minorum comparavit ignorans, annositas illi prode est. | [86]

Lex 3. Impr. Iustinianus a. Moene pp. [c. 3. C. ibid.]

Minor quod absque decreto alienavit, post expleta etate quinque annis tacuit, nihil[87] exinde proponi potest. Si veniam etatis[88] petiit et in vota sponsalia conscripsit, si tacuit inter praesentes decem annis et viginti inter absentes, firmum est.

TITULUS LXXV. De magistratibus conveniendis.

Lex 1. Impr. Antoninus aug. Muciano. [c. 1. C. V. 75.]

Magistratus, cui pupillus traditus est, ipse est obnoxius de indemnitatem pupilli. Quodsi tutorem vel curatorem illi instituit in cautionem muniti s. cum ipsa cautione administratores exigere potis et sine curiae cessionem.

Lex 2. Impr. Alexander a. Paterno. [c. 2. C. V. 75.]

Contra heredes curie si curiae culpam non est, de neglegentia pupilli non tenetur.

Lex 3. Impr. Gordianus a. Proniano. [c. 3. C. ibid.]

Curia si neglegentia in utilitate pupilli fecit, unus pro alio curiale tenetur.

Lex 4. Idem a. Aruntiano. [c. 4. C. ibid.]

Lex ut supra.

Lex 5. Impr. Dioclit. et Max. aa. et c. Eugeniae. [c. 5. C. ibid.]

Si idonea persona per cautionem pupillo tutorem non dedit, ut tempus expletum rationes edat, ipsi curiales in integro teneantur.

Lex 6. Impr. Zeno a. Heliano pp. [c. 6. C. ibid.]

Si ex iussionem iudicis pro tutela curia inter se fecit, si in rebus discribendis[89] fraus facta est, ipsi periculus recipiet non[90] curatore. | [91]

EXPLICIT LIBER QUINTUS CONSTITUTIONUM DOMINI IUSTINIANI FELICITER.

INCIPIT LIBER CONSTITUTIONUM SEXTUS FELICITER.

TITULUS I. De fugitivus servus et de libertis mancipiisque cuiuscunque[92] civitatem artificibus et ad diversa opera deputatus et ad rem privatam vel dominicam pertinentibus.

Lex 1. Impr. Dioclit. et Max. aa. Etchelie. [c. 1. C. VI. 1.]

Fugitivus servus perscriptionem[93] temporum non habet[94].

Lex 2. Idem a. et c. Pompeiano. [c. 2. C. ibid.]

Fugitivus servus semper inquiri licet.

Lex 3. Impr. Constantinus a. et Liciani c. ad Probatum. [c. 3. C. ibid.]

Qui fugitivum servum sciens aput se detenuerit, alio tale cum ipso reddet aut viginti solidos aut fustigetur. Quodsi fugitivus dixerit, se esse ingenuum, absolvitur, qui eum suscepit. Quodsi ex consensum domini[95] hoc fecit, ipse servus publico societur.

Lex 4. Impr. Constantinus a. ad Valerianum. [c. 4. C. ibid.]

Qui servum artificem sollicitat, XII[96] solidos det. Qui eum ingenuum defendet, dua mancipia det.

Lex 5. Idem a. ad Ianuarium. [c. 5. C. VI. 1.]

Qui occulte fugitivum | [97] vel ingenuum eum defendet, tormentis castigetur.

Lex 6. Idem a. et c. ..... [98] comitem Spaniorum. [c. 6. C. ibid.]

Qui servum fugitivum repetet et defendit eum ingenuum, tormentis cum ipso adfligetur.

Lex 7. Impr. Valentinianus et Gratianus aa. et c. ad Felicem consularem. [c. 7. C. ibid.]

Qui servum fiscalem ancillae tue coniuncxerit[99].

Lex 8. Impr. Valentinianus, Theodosius et Archadius aa. Albino praefecto urb. Rome. [c. 8. C. ibid.]

Qui servum fiscalem ancillae tue coniuncxerit[1]), ipsa ancilla et filii[2]) fisco proficiat.

---

86) Incipit fol. 132. A. 87) Codex *nichil.* 88) Leg. *aetatis.* 89) Leg. *describendis.* 90) Leg. *cum.* 91) Incipit fol. 132. B. 92) Codex *cuiusque* (*cun* supra). 93) Lege *praescriptionem.* 94) Cod. *abet.* 95) Cod. *dni.* 96) Codex *XII^ci^.* 97) Incipit fol. 133. A. 98) Haec lacuna in Codice notata est. Desunt fere quattuor litterae. 99) Lege *coniunxerit.* 1) Lege *coniunxerit.* 2) Vox *filii* in contextu non est, verum hoc loco a secunda manu supra lineam adposita.

TITULUS II. De furtis et de servo corrupto.

Lex 1. Impr. Antoninus et Severus aa. et c. Diogeni. [c. 1. C. VI. 2.]

Qui pecunias dominicas a servo tulit et comparavit possessionem, furti tenetur.

Lex 2. Idem a. et c. negotiatoribus. [c. 2. C. ibid.]

Si rem, quem[3]) comparavit, furtiva cognoscatur, recepto pretio[4]) eas reddet.

Lex 3. Impr. Antoninus a Secundo. [c. 3. C. ibid.]

Si vitricus tuus occulte tibi aliquid tulit, furti tenetur.

Lex 4. Impr. Alexander a. Aurelio. [c. 4. C. ibid.]

Qui servum sollicitat et occultat, furti tenetur.

Lex 5. Idem a. Cornelio. [c. 5. C. ibid.]

Non licet dici: *a transitore incognito comparavi*, sed restituas illam rem.

Lex 6. Idem a. Philodoro. [c. 6. C. ibid.]

Qui servum alienum donavit aut vendidit vel occultavit, dominium | [5]) preiudicium non fecit, sed furtim tenetur.

Lex 7. Idem a. Dato. [c. 7. C. ibid.]

Qui pecunias accepit portandas, si exinde in sua utilitate[6]) expendit, furti˜ tenetur.

Lex 8. Idem a. Valenti. [c. 8. C. ibid.]

Qui ancillam tulit pro tributo, que non debetur, et vendidit, furti˜ tenetur, nec annositas est prode illi, qui comparavit.

Lex 9. Impr. Dioclit. et Max. aa. et c. Hesidio. [c. 9. C. ibid.]

Qui occulte vel violenter res alienas tulit, poena subicitur[7]) legis.

Lex 10. Idem a. et c. ....[8]) [c. 10. C. ibid.]

Plagiata vel violenter abstulta mancipia et vendita, emptori annositas prode est.

Lex 11. Idem a. et c. Demosthení. [c. 11. C. ibid.]

Si noverca pupillo aliquid subtraxit, quadruplum reddat.

Lex 12. Idem a. et c. .....[9]) [c. 12. C. ibid.]

Ancillae.[10]) Qui furavit ancillam vel foetus eius et vendidit, furtim[11]) tenetur; et qui sciendo comparavit, furtim[12]) tenetur.

Lex 13. Idem a. et c. Domno.[13]) [c. 13. C. ibid.]

Defuncto[14]) transactio facta replicari non potest.

Lex 14. Idem a. et c. Dionysio.[15]) [c. 15. C. ibid.]

Pro furto actoris[16]) heres non exigitur.

Lex 15. Idem a. et c. Socratiae.[17]) [c. 16. C. ibid.]

Qui servum nutriendum accepit, qui eum vendidit, furtum tenetur.

Lex 16. Idem a. et c. Arthemidoro. [c. 17. C. ibid.]

Qui de naufragio vel incendio res abstulit, intra annum quadrupplum reddet, post annum simplum. | [18])

Lex 17. Idem aa. et cc. Cononi.[19]) [c. 18. C. ibid.]

. . . .[20])

Lex 18. Idem a. et c. Dionisiodoro.[21]) [c. 19. C. ibid.]

Res commendatas qui sine domini voluntate egit, dupplum reddet.

Lex 19. Idem aa. et c. Theofalsus. [Ibidem.]

Procurator depositum recipiendum vel aes alienum exigendum citra domini[22]) voluntate furti˜ facit preter rei restitutionem duppli nec manifesti furti˜ convenitur.

Lex 20. Impr. Iustinianus a. Iuliano pp. [c. 20. C. ibid.]

Qui servum alienum suasit, ut res domini ad se deportaret et fecit, alio tale servum cum ipsum reddet.

Lex 21. Impr. Iustinianus a. Iuliano pp. [c. 21. C. ibid.]

Pro furtum, quem ammisit[23]) servus, dominus convenitur. Si liber ammisit[24]) furtum, patronus convenitur.

Lex 22. Impr. Iustinianus a. Iuliano pp. [c. 22. C. ibid.]

Qui res mutuas accepit, furtim passus est, ipse exigat furem et non, cui res esse videtur.

TITULUS III. De operibus[25]) libertorum.

Lex 1. Impr. Severus et Antoninus aa. et c. Romano. [c. 1. C. VI. 3.]

Libertus si sub retentatione factus fuit, persolvat labores. Quod si non dominus eius inopia patiatur, a liberto nutriatur.

Lex 2. Idem a. et c. Eutychiti. [c. 2. C. ibid.]

Libertus factus ad servitium non redagitur nec ad opera.

Lex 3. Idem a. et c. Quintiano. [c. 3. C. ibid.]

---

3) Lege *quam*. 4) Cod. *p̄tio*. 5) Incipit fol. 133. B. 6) Lege *suam utilitatem*. 7) Lege *poenae subiicitur*. 8) Haec lacuna in Codice notata non est. 9) Haec lacuna in Codice notata non est. 10) Hoc est primum constitutionis verbum. 11) Leg. *furti*. 12) Leg. *furti*. 13) Pro *Domno* Codex habet *Dño*. 14) Lege *de furto*. 15) Inscriptio est const. 14. Cod. VI. 2. 16) Legendum fortasse *auctoris*. 17) Inscriptio est const. 15. 18) Incipit fol. 134. A. 19) Inscriptio est const. 17. Cod. VI. 2. 20) Hic notata est duorum versuum lacuna in Codice. 21) Inscriptio est const. 18. C. VI. 3. Ipsa constitutionis verba hausta sunt ex const. 19. C. VI. 3. 22) Pro *domini* Codex habet *dni*. 23) Legendum fortasse *admisit* vel *commisit*. 24) Legendum *admisit*. 25) Leg. *operis*.

Qui manumisit, de operas, quas non cessit, si postea pretium[26]) accepit, reddet.

Lex 4. Impr. Antoninus a. Valeriano. [c. 4. C. VI. 3.]

Si libertus pro operas pretium[27]) debet domino, si eas reddet vel cautionem fecit, liber est.

Lex 5. Idem a. et c. Terentio. [c. 5. C. ibid.]

Quem mater tua liberum fecit ex iussione defuncti, tu operas ab eo petere non potes.

Lex 6. Impr. Alexander a. Cecilio. [Deest in nostris editionibus.]

Liberti libertorum operas patronis patronorum suorum facere non facient.

Lex 7. Idem a, Cyonie patricie.[28]) [c. 6. C. ibid.]

Liberti a patronis pretium pro operas exigi non potest.

Lex 8. Idem a. et c. Augustino. [c. 7. C. ibid.]

Qui ex suo pretio per alium se comparavit et ab eo manumissus est, honore patronatus non debet.

Lex 9. Idem a. Lytorio. [c. 8. C. ibid.]

Si liberta tua[29]) uxorem accepisti, operas ab ea exigere non potest.

Lex 10. Idem a. et c. Erculiano. [c. 9. C. ibid.]

Si libertus sub conditione factus, ut heredi eius serviat, pro herede servire non potest.

Lex 11. Impr. Gordianus a. Africano. [c. 11. C. ibid.]

Liberta libero paret[30]), et si eam patronus libero sociavit, honore[31]) patroni non amisit.

Lex 12. Impr. Dioclitianus et Max. aa. et cc. Veneriae. [c. 12. C. ibid.]

Liberti, ubi vult, habitant[32]), nec ab herede redigi potest absque ingraditudine. | [33])

Lex 13. Impr. Valens, Gratianus et Valentinianus aaa. ad Probum ppm. [c. 13. C. ibid.]

Qui alienum libertum retinet, qui obnoxius est opera[34]) solvere, poena tenetur.

TITULUS IV. De bonis libertorum et de iure patronatus.

Lex 1. Impr. Severus et Antoninus aa. et c. Secunde. [c. 1. C. VI. 4.]

Qui suo pretio[35]) pro alio se comparavit et ab eo manumissus est, postea a conditione reportare pro ingrato non potest.

Lex 2. Impr. Valentinianus et Valens ad Florianum pp. [c. 2. C. ibid.]

Qui liberta sua servo fiscale permittit accipere, ammisit[36]) iure[37]) patronatus.

Lex 3. Impr. Iustinianus a. Demostheni pp. [c. 3. C. VI. 4.]

Si patronus liberto suo faciat, ut non det honorem patrono, non subsistat, sed det honore et heredibus.

TITULUS V. Si in fraudem patroni aut liberti alienatio[39]) facta.

Lex 1. Impr. Dioclit. et Max. aa. et c. Claudio. [c. 1. C. VI. 5.]

Si libertus in fraudem patroni egerit, contra eum agi potest.

Lex 2. Idem a. et c. Iuliae. [c. 2. C. ibid.]

Intestato liberto mortuo patrono[40]) succedit, si non demisit liberos parentes.

TITULUS VI. De obsequiis patronis praestandis.

Lex 1. Impr. Alexander a. Zontio. [c. 1. C. VI. 6.]

Libertus contra patrono in eius indemnitatem agere non potest.

Lex 2. Idem a. Leonthogonio. [c. 2. C. ibid.]

Si liberta patrono uxor fuerit, obsequium non prestat. | [41])

Lex 3. Idem a. Santho. [c. 3. C. ibib.]

Liberti obseqũ patronis debent.

Lex 4. Idem a. Victorino. [c. 4. C. ibid.]

Si libertas patrono suo violentiam fecit, in servitio redigi debet.

Lex 5. Impr. Gordianus a. Sulphiciae. [c. 5. C. ibid.]

Si libertus heredi patroni honorem non praestaret, ipse in servitio se revocavit.

Lex 6. Idem a. Cornelio. [c. 6. C. ibid.]

Libertus, qui operas non habet[42]), reservata non facit, sed honorem prestat.

Lex 7. Impr. Dioclit. et Max. aa. ....[43]) [c. 7. C. ibid.]

Noverce tue libertis si tibi honore non prestavit, iudex vindicare potest.

Lex 8. Idem a. Hermenie. [c. 8. C. ibid.]

Libertus patrone sue obsequium denegare non potest.

TITULUS VII. De libertis et eorum liberis.

Lex 1. Impr. Anthoninus a. Dapho. [c 1. C. VI. 7.]

---

26) Cod. p̃tium. 27) Cod. p̃tium. 28) Vulgo inscriptio plane diversa habetur. 29) Leg. *libertam tuam* 30) Lege *liberum parit.* 31) Lege *honorem.* 32) Codex *abitant.* 33) Incipit fol. 134. B. Leg. *ingratitudine.* 34) Leg. *operas.* 35) Codex p̃tio. 36) Leg. *amisit.* 37) Leg. *iura.* 39) Cod. *alidoenatio.* Leg. *patroni a libertis alienatio facta sit.* 40) Leg. *patronus.* 41) Incipit fol. 135. A. 42) Codex *abet.* 43) Haec lacuna in Codice notata non est.

Qui iussa libertum fecit, culpas liberti filium non condemnat.

Lex 2. Impr. Constantinus a. ad Maximum pp. [c. 2. C. VI. 7.]

Si libertus contra patrono aget aut iniuria vel manus iniecerit, in servitio revertatur, et filios, qui post nascuntur, si non penituerit et bene egerit, efficiatur liber.

Lex 3. Impr. Honorius et Theod. aa. ad Senatum. [c. 3. C. ibid.]

Libertus contra patronum vel heres eius egerint, in servitute revertatur.

Lex 4. Impr. Theod. et Valentinianus aa. Basso pp. | [44] [c. 4. C. ibid.]

Liberti vel filii eius militantes, si ante contra patronos egerint, in servitio revertantur.

TITULUS VIII. De iure aureorum annulorum et de natalibus restituendis.

Lex 1. Impr. Dioclit. et Max. aa. et c. Philadelpho. [c. 1. C. VI. 8.]

Honore non ex genere, sed ab imperio datur.

Lex 2. Idem a. et c. Eumeni. [c. 2. C. ibid.]

Libertinis honor dignitatis nec ab imperio dari licet.

TITULUS IX. Qui admittit[45]) ad bonorum possessiones possunt, et intra quod tempus.

Lex 1. Impr. Severus et Anthoninus aa. et c. Macrinae. [c. 1. C. VI. 9.]

Filio petere paterna hereditate nulla pscriptio[46]) temporum illi obicitur[47]), si non pater ingratus illi decessit.

Lex 2. Idem a. et c. Crispino. [c. 2. C. ibid.]

Propinquis hereditate defuncti intra certum diem non petierit, amisit.

Lex 3. Impr. Dioclit. et Max. aa. et c. Crescentino. [c. 3. C. ibid.]

Infantes hereditatem propinquorum petere anni non excludent.

Lex 4. Idem a. et c. Maximo. [c. 5. C. ibid.]

De successione si questio est dubietatis, utrum ex testamentum an ab intestato tempus si non impedit successionis.

Lex 5. Idem a. et c. Marcello. [c. 4. C. ibid.]

Emancipatus si intra annum non petiit, successionem patris amisit.

Lex 6. Idem a. et c. Frontine. [c. 6. C. ibid.]

Mulieri non liceat dicere: *ignoravi legem de successione*.

Pars epistule Constitutioni[48]) bis et Maximiani a. et Severi et Maximini novies consulibus.[49])

Pupillus per tutorem petere potest successionem propinqui et per se annositas illum non excludit.

Lex 7. Impr. Constantinus a. ad Dionisium. [c. 8. C. VI. 9.]

Successio propinqui si intra tempus non adhiet propter ignorantia vel rusticitate vel absentia, non ei impedit adire [a obesse impedire obici obviari.] [50])

Lex 8. Idem a. ad populum. [c. 9. C. ibid.]

Petendum successionem propinqui si quoram[51]) duo testes contestasti decentatore, non tibi praeponitur tempus.

TITULUS X. Quando non petentium partes petentibus adcrescunt.

Lex 1. Impr. Gordianus a. Martianae. [c. 1. C. VI. 10.]

Si unus filius adipiscat substantiam patris, fratribus suis[52]) praeiudicium non fecit.

TITULUS XI. De bonorum possessiones contra tabulas.

Lex 1. Impr. Alexander a. Vitali. [c. 1. C. VI. 11.]

Si accusatus fuit testamentus, successori tempus non excludit.

Lex 2. Impr. Gordianus a. Cornelio. [c. 2. C. ibid.]

Successio tibi ex testamento septem testes roborato.

TITULUS XII. De bonorum possessione contra tabulas, quam pretor liberis pollicetur.

Lex 1. Impr. Alexander a. Rupho. [c. 1. C. VI. 12.]

Contra testamentum agere licet filium et patrem contra se invicem, nam non aliis.

Lex 2. Idem a. Clare. [c. 2. C. ibid.]

Postumus si in testamentum non est nominatus, solvitur testamentum.

TITULUS XIII. De bonorum possessione contra tabulas liberti, que patronis vel liberis eorum datur.

Lex 1. Impr. Gordianus a Herculano. [c. 1. C. VI. 13.]

. . . . [53])

---

44) Incipit fol. 135. B. 45) Lege *admitti*. 46) Leg. *praescriptio*. 47) Lege *obiicitur*. 48) Lege *Constantii*. 49) Voces *novies consulibus* ortae sunt ex nota *N. C.*, qua *nobilissimi Caesares* designantur. 50) Haec, quae uncis inclusi, in contextum Codicis recepta sunt. Sed glossam sapiunt. 51) Leg. *coram*. 52) Pro *fratribus suis* Codex habet *frb; ss*. 53) Unus versus in Codice vacuus habetur.

Lex 2. Impr. Theodosius a. Asclepiodoto. [c. 2. C. VI. 13.]

. . . . [54]

TITULUS XIV. Unde liberi.

Lex 1. Impr. Dioclit. et Max. aa. Sarpedoni. [c. 1. C. VI. 14.]

Si pater filios suos emancipatus heres instituit, firmum est.

Lex 2. Idem a. et c. Zosimo. [c. 2. C. ibid.]

Filius vel nepus ab intestato heres succedit.

Lex 3. Impr. Constantinus a. ad Leontium comitem Orientis. [c. 3. C. ibid.]

Nepus a successionem aut repelli non potest, si non fuit emancipatus.

TITULUS XV. Unde legitimi et unde cognati.

Lex 1. Impr. Alexander a. Ulpio. [c. 1. C. VI. 15.]

Consobrini ex semine succedunt consubrio.[55]

Lex 2. Impr. Dioclit. et Max. aa. .... [c. 2. C. ibid.]

. . . . [56]

Lex 3. Idem a. et cc. Felici. | [57] [c. 3. C. ibid.]

. . . . [58]

Lex 4. Idem a. et cc. Surisse. [c. 4. C. ibid.]

. . . . [59]

Lex 5. . . . [60] *et c. Platoni.* [c. 5. C. ibid.]

. . . . [61]

TITULUS XVI. De edicto successorio.[62]

Lex 1. Impr. Alexander a. Iulio. [c. 1. C. VI. 16.]

Si mater non petiit hereditatem, que ei ex successione competebat, filio petere licet.

Lex 2. Impr. Dioclit. et Max. aa. et cc. Firmo. [c. 2. C. ibid.]

Si propinquus obmisit[63] petere hereditatem, que illi competebat ex successione, alius propinquus petere potest.

. . . . [64]

TITULUS XVII. De Carboniano edicto.

Lex 1. Impr. Dioclit. et Max. aa. et cc. Flore. [c. 1. C. VI. 17.]

Si ex matre tua minori etate constituti petatis successionem, ille vos in servitio petat dato fideiussorem accepit hereditatem et post de servitute agitur.

Lex 2. Impr. Valentinianus, Theod. et Archad. aaa. ad Rufino pp. [c. 2. C. VI. 17.]

Duodecim annorum puer de testato suo non inquietetur, sed facultate utatur.

TITULUS XVIII. Unde vir et uxor.

Lex 1. Impr. Valentinianus a. Hierio pp. [c. 1. C. VI. 18.]

Maritus et uxor invicem sibi succedant. | [65]

TITULUS XIX.[66] De repudianda bonorum possessionem.

Lex 1. Impr. Dioclit. et Max. aa. et c. Theodotiano. [c. 1. C. VI. 19.]

Emancipatus repudiavit substantia[67], postea ea repudiare[68] non potest.

Lex 2. Idem a. et c. Theodoro. [c. 2. C. ibid.]

Sub fraude repudiare facultate non licet.

TITULUS XX. De collationibus.

Lex 1. Impr. Alexander a. Deuteriae. [c. 1. C. VI. 20.]

Si filio emancipato pater herem fecit, validum est.

Lex 2. Idem a. Primo. [c. 2. C. ibid.]

Frater et soror dotati et heredes relicti dotem et facultatem equum dividant.

Lex 3. Idem a. et c. Alexandro. [c. 3. C. ibid.]

Dote parentes in filio facta ut hereditate inter fratres non sit mixtus firmum est.

Lex 4. Impr. Gordianus a. Marino. [c. 4. C. ibid.]

Dote sua mulier refundat et dividat cum fratre suo.

Lex 5. Idem a. Alexandro. [c. 5. C. ibid.]

Dotem suam refundat, et dividat cum fratre, et non illi obviat maritus eius.

Lex 6. Idem a. Claudio. [c. 6. C. ibid.]

Filius emancipatus cum fratribus conferet ad dividendum.

Lex 7. Impr. Philippus a. Tirannu. [c. 7. C. ibid.]

Filia, quem pater sibi heredem instituit, dotem suam non confundit inter fratres ut dividantur, si patris non est iussio.

Lex 8. Impr. Dioclit. et Max. aa. Calyppio. [c. 8. C. ibid.]

Dum substantiam patris dividisti, obligata fuisti dotem tuam confundere, non cogeris eam conferre inter fratres.

---

54) Duo versus in Codice vacui habentur. 55) Lege *consobrino.* 56) Unus versus in Codice vacuus habetur. 57) Incipit fol. 136. A. 58) Tres versus in Codice vacui habentur. 59) Unus versus in Codice vacuus habetur. 60) Haec lacuna in Codice notata non est. 61) Tres versus in Codice vacui habentur. 62) Vulgo inverso ordine *de successorio edicto.* 63) Leg. *omisit.* 64) Duo versus in Codice vacui habentur. 65) Incipit fol. 136. B. 66) Cod. habet *T. XVIII.* 67) Leg. *substantiam.* 68) Leg. *ad eam redire.*

Lex 9. Idem a. et c. Onesimo. [c. 9. C. VI. 20.]

Si fratres ambo | [69]) emancipati sunt, dotem suam non conferent. Quodsi alius non est emancipatus, si pater non testau˜.

Lex 10. Idem a. et c. Herenee. [c. 10. C. ibid.]

Filia per testamentum patrem rogavit, non conferre dotem, et pater aptum habuit [70]), fili defuncte non confert dote matris.

Lex 11. Idem a. et c. Arthemie. [c. 11. C. ibid.]

Testamentus, in quo postumus filius praetermissus est, resolvitur. Si emancipatus vult conferre, equum dividant.

Lex 12. Idem a. et c. Nilontie. [c. 12. C. ibid.]

Soror cum fratres suos minores dotem, quam accepit, in divisionem adducet.

Lex 13. Idem a. et c. Antistia. [c. 13. C. ibid.]

Ut omnia equa dividatis.

Lex 14. Idem a. et c. Stratonicae. [c. 14. C. ibid.]

Si maritus cum postumo fratrem dotem suam non confundit, nunc [71]) in divisionem eam adducis.

Lex 15. Idem a. et c. Philippo. [c. 15. C. ibid.]

Emancipati filii salvam que acceperunt [72]) reliqua equum dividant.

Lex 16. Idem a. et c. Socratis. [c. 16. C. ibid.]

Soror cum fratres equum divident ab intestato.

Lex 17. Impr. Leo a. Eritrio pp.

Omnia, quae [73]) a parentes in filio conscribuntur in nuptiis et in mancipationibus, post obitum parentum confundant et equum dividant.

Lex 18. Impr. Anastasius a. Constantino pp. [c. 18. C. ibid.]

Fratres cum alios emancipatos fratres [74]) conferant, et equum dividant.

Lex 19. Impr. Iustinianus a. Mene pp. [c. 19. C. ibid.]

Defunc | to [75]) avo relicto filio et nepote ex alio filio conferant dotem, que ab avo data est, simul et quod post obitum reliquid [76]); et ex omnibus duas partes habeat [77]) filius et tertiam nepus [78]) ex hoc, quod patri eius poterat competere. *In ipsa lege ad locum, ubi dicit:* Tam filios vel filias defuncte persone dotem, ante nuptias donationem. *Ab isto loco utere legem.*

Lex 20. Impr. Iustinianus a. Moene pp. [c. 20. C. ibid.]

Si non ex testamento in quarta portionem Falcidiae scriptum est, equum dividant. *In ea lege abet:* Ea enim tantummodo ex his, que conferuntur. Dotis et sponsalia et donationis in conlatione veniant et aequum dividantur. Quodsi non dator fecit: *hoc excepto portionem illum volo habere* [79]), talis charta in conlatione non veniet.

Lex 21. Impr. Iustinianus a. Iohanni pp. [c. 21. C. VI. 20.]

Adquisitio filiorum post obitum parentum non dividantur, sed unusquisque suam adquisitionem n. habeant. [80])

TITULUS XXI. De testamento militis.

Lex 1. Impr. Antoninus a. Floro militi. [c. 1. C. VI. 21.]

Si miles per testamentum fratri [81]) suo reliquit, quod ex parentum obvenit; quod autem ipse adquisiit, alii demisit, licuit.

Lex 2. Idem a. Septimo militi. [c. 2. C. ibid.]

Miles castrensem peculium commilitonem suum habere [82]) testavit, et matrem suam in reliquis reliquis rebus, validum est. | [83])

Lex 3. Idem a. Venditiano. [c. 3. C. ibid.]

Miles quomodo vult, deliberet testamentum, et, si alium heredem fecit in uncias decem et alio in duas, ex hoc tres uncias habeat [84]) filia.

Lex 4. Idem a. Alexander Iuni. [c. 4. C. ibid.]

Miles minori etate condito testamento servo libertatem dedit, nihil [85]) est. Quodsi ab alio illi datus est, ut post obitum suum eum libertum emitteret, quamvis minor etatis testatus fuit, libertas valet.

Lex 5. Idem a. Sozomeno. [c. 5. C. ibid.]

Militi, testamentum qualiter deliberaverit, impleatur.

Lex 6. Idem a. Valenti. [c. 6. C. ibid.]

Quidam reliquid [86]) uxorem et filiam condito testamento, et, si filia parvula moreretur, miles extraneus illi succederet, unde vivente filia in alio miles testare non potuit.

Lex 7. Idem a. Fortunato. [c. 7. C. ibid.]

Qui miles non fuit, quasi miles servum libertavit, invalidum est.

Lex 8. Impr. Gordianus a. Eternio militi. [c. 8. C. ibid.]

Dum miles fuisti, licebit te secundum consuetudinem militare [87]) testari.

Lex 9. Idem a. Valerio. [c. 9. C. ibid.]

Miles ignoravit filium habere [88]), alium herem fecit, invalidum est, si invenitur filius.

Lex 10. Impr. Philippus et al. Philippus aa. Iustino militi. [c. 10. C. ibid.]

---

69) Incipit fol. 137. A. 70) Cod. *abuit.* 71) Cod. *nc* habet pro *nunc.* 72) Cod. *acceper˜.* 73) Pro *omnia quae* Codex habet *omaq;* 74) Cod. *frs.* 75) Incipit fol. 137. B. 76) Lege *reliquit.* 77) Codex *abeat.* 78) Lege *nepos.* 79) Cod. *abere.* 80) Cod. *abeant.* Sed littera *n* praecedens a secunda manu deleta est. 81) Codex *fri.* 82) Cod. *abere.* 83) Incipit fol. 138. A. 84) Cod. *abeat.* 85) Cod. *nichil.* 86) Lege *reliquit.* 87) Lege *militarem.* 88) Cod. *abere.*

Miles, qui ignorat filiam habere [89]), eam per testamentum legato accipere iussit, exheredavit eam.

Lex 11. Idem a. et c. Emiliano militi. | [90]) [c. 11. C. VI. 21.]

Capitaturias [91]) institutiones et in militi [92]) testamentum nullius esse momento [93]) manifestum est.

Lex 12. Idem a. Domitiae. [c. 12. C. ibid.]

In testamento militi [94]) querella [95]) Falcidiae non obicitur. [96])

Lex 13. Impr. Valerius et Galienus aa. Claudie. [c. 13. C. ibid.]

Miles in expeditione testari licet, et, si sine testamento moritur, propinqui illi succedant.

Lex 14. Impr. Dioclit. et Max. aa. et c. heredibus Maxime. [c. 14. C. ibid.]

Si a frater suo mulier heres instituta, quod et ab intestato succedere potuit et filios non reliquit.

Lex 15. Impr. Constantinus a. ad populum. [c. 15. C. ibid.]

Miles in expedito, quomodo vult, testetur in verbo, in charta, in scuto, in vagina et in terra, firmum est.

Lex 16. Impr. Anthoninus a. Herio pp. [c. 16. C. ibid.]

Adparitor, dum in adparatum militum est, illi liceat testare, quomodo militi. [97])

Lex 17. Impr. Iustinianus a. Moene pp. [c. 17. C. ibid.]

Militi in sua expeditione testari liceat, quomodo vult.

Lex 18. Impr. Iustinianus a. Ioh. pp. [c. 18. C. ibid.]

Miles in pupillaris annis constitutus testari non licet.

TITULUS XXII. Qui facere testamenta possunt, vel non possunt.

Lex 1. Impr. Gordianus a. Petronio militi. [c. 1. C. VI. 22.]

Indivisa substantia unus de sua portione testari licet.

Lex 2. Impr. Dioclit. et Max. aa. et c. Viatori et Pontiae. [c. 2. C. ibid.]

Testamentus, qui [98]) sine vim vel furorem | [99]) factus est, firmum est.

Lex 3. Idem a. et c. Licinio. [c. 3. C. ibid.]

Senes et infirmus testari licet. Filia, que in potestate patris est, testari non potest.

Lex 4. Idem a. et c. Rodoni. [c. 4. C. ibid.]

Si consobrinus tuus minor quatuordecim annis testatus est, invalidum est.

Lex 5. Impr. Constantinus a. ad Rufinum pp. [c. 5. C. VI. 22.]

Eunucho liceat facere testamentum.

Lex 6. Idem a. ad Volusianum pp. [c. 6. C. ibid.]

Qui in imperatore testavit, posteus vult in alio testare, licet.

Lex 7. Impr. Valentinianus, Valens et Grat. aaa. ad Maximum. [c. 7. C. ibid.]

Liceat, qui vult, instituere cum alio imperatore et augusta heredes et notare [1]).

Lex 8. Impr. Iustinianus a. Demostheni pp. [c. 8. C. ibid.]

Cecus [2]) testamentum faciat et deliberationem eius octo testes et scriba publicus, et post ita septima lex suprascripta invenimus quarto legis in codicum.

TITULUS XXIII. De testamentis et quemammodum [3]) testamenta ordinantur.

Lex 1. Impr. Adrianus a. Catonio. [c. 1. C. VI. 23.]

Qui in testamento subscripsit ut liber, postea servus inventus, non impedit.

Lex 2. Impr. Alexander a. Expedito. [c. 2. C. ibid.]

Testamento reservato [4]) si qua querella eius post invenitur, dici potest.

Lex 3. Idem a. Thygono. [c. 3. C. ibid.]

Si non legibus factus est testamentus in imperatore, valere non potest. | [5])

Lex 4. Impr. Gordianus a. Rufino. [c. 4. C. ibid.]

Si scriba in testamento nom. pronomen heredis fecit, non impedit, quia testes nom. heredi cognoverunt.

Lex 5. Impr. Valeiranus et Galienus aa. Lucillo. [c. 5. C. ibid.]

Per epistulas adseveratio et assertio filio non facit, quem in testamentum significavit, firmum est.

Lex 6. Impr. Dioclit. et Max. aa. Terentiae. [c. 6. C. ibid.]

Qui in testamento negavit alicui donationem fecisse, si invenitur facta, valet.

Lex 7. Idem a. et c. Rufine. [c. 7. C. ibid.]

Error tabellionis testamentum non solvit, si testes vera dicant.

Lex 8. Idem a. et c. Marcellino. [c. 8. C. ibid.]

---

89) Cod. *abere.* 90) Incipit fol. 138. B. 91) Leg. *captatorias.* 92) Leg. *militis.* 93) Lege *momenti.* 94) Lege *militis.* 95) Codex *q.rella.* 96) Lege *obicitur.* 97) Codex *quomodo vult militi.* 98) Pro *qui* Codex *q:* habet. 99) Incipit fol. 139. A. 1) Arbitror legendum esse *mutare.* 2) Lege *caecus.* 3) Lege *quemadmodum.* 4) Lege *reserato.* 5) Incipit fol. 139. B.

In testamentum necessitas mortalitatis minor numerum testimonium ñ. subvenit.

Lex 9. Idem a. et c. Patrocliae. [c. 9. C. VI. 23.]

Si ex sacro imperio non est tibi remissum de minore numerum testium, testamentus invalidum est.

Lex 10. Idem a. et c. Archillio. [c. 14. C. ibid.]

Non est integra hereditatio vel institutio, qui dixit: *facere volo testamento taliter.*

Lex 11. Impr. Constantinus ad populum. [c. 15. C. ibid.]

Non est firma deliberatio, qui dixit: *facio testamentum et instituo heredem*, aut, dum facit, admutescit.

Lex 12. Idem a. et c. Moenepholiano. [c. 10. C. ibid.]

Testamentus legibus factus si ad erede[6]) neglegatur, legatis non impedit.

Lex 13. Idem a. et c. Zeto. [c. 11. C. ibid.]

Legibus condito testamento si occultatus fuerit. | [7])

Lex 14. Idem a. et c. Matrone. [c. 12. C. ibid.]

Si testes octo ut coram testatore non fuerit, et suo vel alienum anulum signaverit, invalidus sit[8]) testamentus, et inquiratur, si ex dolo factum est.

Lex 15. Idem a. et c. Euripidiae. [c. 13. C. ibid.]

De pecunia testari licet.

Lex 16. Impr. Gratianus, Valens et Theod. aa. Eutropio pp. [c. 16. C. ibid.]

Imperatori et omnibus liceat testare, et, qui heres accedit, quamvis non legibus legata vel libertas relicta sit, si heres cognoscit, resolvat.

Lex 17. Impr. Honorius et Archad. aa. Aeternali proconsule[9]) Asiae. [c. 17. C. ibid.]

Testamentus, in quo superflua leguntur, non nocent, quod lex praecipit, factum est, resolvitur.

Lex 18. Idem a. et c. Africano pu. [c. 18. C. ibid.]

In urbe Roma testamentum aput censuales reserentur, non alibi. Nam irrita fiunt.

Lex 19. Impr. Honorius et Theod. aa. Ioh. pp. [c. 19. C. ibid.]

Testamentus propria voluntate dictante, non alio suadente, sed dictante firmum est.

Lex 20. Idem a. et c. edictum ad populum. [c. 20. C. ibid.]

Oms potens et mediocres liceat in testamenta defunctorum subscribere.

Lex 21. Impr. Theod. et Valentinianus aa. Florentio pp. [c. 21. C. VI. 23.]

Testator sua vel alterius voluntate manu scriptum testamentum et non relicto testibus septem testes firmaverint, et, si litteras ignorant, octavus subscribant et signant, validum est. *In ea* | [10]) *lege ad locum:* Per nuncupationem quoque, hoc est sine.[11]) Septem testes, ut supra dictum est, simul in unum eodemque tempore nuncupatio per septem testes valet. Novissimus testamentus legibus factus priorem solvit; codicellos quinque testes subscribant.

Lex 22. Impr. Zeno a. Sebastiano pp. [c. 22. C. ibid.]

Post expletum testamentum testes ad subscriptionem venire licet.

Lex 23. Impr. Iustinianus a. Archelao pp.[13]) [c. 24. C. ibid.]

Si ad scriba fallit textum testamenti[14]) legibus facere, non impedit testamentum.

Lex 24. Impr. Iustinianus a. Moene pp. [c. 25. C. ibid.]

N.[15]) est ita subventum in testamentis sine[16]) in nuptiis, si testatoris voluntas exigatur.

Lex 25. Impr. Iustinianus a. Moene pp. [c. 26. C. ibid.]

Nuncupatio[17]) per septem testes valet, qui simul positionem deliberationem testari cognoscant.

Lex 26. Impr. Iustinianus a. Moene pp. [Ibidem.]

In testamentis sine scriptis faciendis omnem formalem observationem penitus amputamus[18]). Sine testatori septem testes simul omnibus manifestari significantes, ad quos substantiam suam pervenire vellet.

Lex 27. Impr. Iustinianus a. Iuliano pp. [c. 27. C. ibid.]

Testamentum legibus factum testator supervixerit, annos decem valet. Quodsi coram tres testes dixit[19]): *Nolo illo testamento valere*, licet. | [20])

Lex 28. Impr. Iustinianus a. ..... [21]) [c. 28. C. ibid.]

Testator non patiatur necessitatem potius[22]) vel[23]) escam aut medicina nec testium congregationem, et, si quoram[24]) testibus manifestaverit omnem deliberationem et ñ. p. adimplevit, hoc testamentum, quot[25]) dixit[26]), valet. *In ea lege abet*[27]): Sancimus, si qua sua manu testamentum et codicellos testator suam manum scripsit, validum est.

---

6) Leg. *ab herede.* 7) Incipit fol. 140. A. 8) Vox *sit* in contextu deest, sed supra lineam posita est. 9) Leg. *proconsuli.* 10) Incipit fol. 140. B. 11) Est initium const. 21. §. 2. C. VI. 23. 13) Inscriptio est const. 23. C. VI. 23. Contextus est const. 24. C. ibidem. 14) Pro *testamenti* Codex habet *testasacramti.* 15) Leg. *nunc.* 16) Leg. *sicut.* 17) Codex *nunccupatio.* 18) Haec sunt prima const. 26. C. VI. 23. verba. 19) Codex *dix̄.* 20) Incipit fol. 141. A. 21) Haec lacuna in Codice notata non est. 22) Lege *potus.* 23) Codex *ul* habet pro *vel.* 24) Lege *coram.* 25) Lege *quod.* 26) Cod. *dix̄.* 27) Leg. *habet.*

Lex 29. Impr. Iustinianus a. Iuliano pp. [c. 29. C. VI. 23.]

Testamentum et codicellos testator sua manu scripsit, validum est.

Lex 30. Impr. Iustinianus a. Iuliano pp. [c. 30. C. ibid.]

In testamentum si testes nom. heredi ñ. fecerint, invalidus sit testamentum, et, qui scripsit testamentum, falsarius plectatur.

Lex 31. Impr. Iustinianus a. Ioh. pp. [c. 31. C. ibid.]

Testator, dum inmutat testamentum et incidi[28] linum, alium non occurrisset facere, si quorum[29] testes ipsum vel alium heredem sibi esse dixerit, validum est.

Lex 32. Impr. Iustinianus a. Ioh. pp. [c. 32. C. ibid.]

In civitate et in castra septem testes scribunt testamentum, quinque cum signaculis et subscriptionem que et deliberationem et nomen heredi cognoscant et iurati dicant.

TITULUS XXIV. De heredibus instituendi[30] et que persone[31] heredes institui non possunt.

Lex 1. Impr. Titus Helius Antoninus aa. Antestaniano. [c. 1. C. VI. 24.]

Qui in[32] exilio deportantur, testari non potest, | [33] sed, cui ab intestato competit, succedit.

Lex 2. Impr. Anthoninus a. Cecilio. [c. 2. C. ibid.]

In quantum pater tuus heres scriptus est, amplius capere non potest.

Lex 3. Impr. Alexander a. Vitali militi. [c. 3. C. ibid.]

Qui suum servum fecit heredem, et substitutum illi constituere licuit.

Lex 4. Impr. Gordianus a. Ulpio. [c. 4. C. ibid.]

Si quis ignorans quasi filium suum esse heredem sibi illum instituit, post cognitionem proiei[34] potest.

Lex 5. Idem a. Cassiano. [c. 5. C. ibid.]

Non ideo minus uxor iurem[35] heres esse videtur instituta, quod non uxor, sed afines[36] testamento nominata est.

Lex 6. Impr. Philippus a. et Philippus c. Antonino. [c. 6. C. ibid.]

Si maritus axorem heredem fecit, debitum mariti satisfaciat.

Lex 7. Impr. Dioclit. et Maxim. aa. Zizonio. [c. 7. C. VI. 24.]

Hominem peregrinum heredem sibi instituere ante filium suum non licet.

Lex 8. Idem a. et c. Adriano. [c. 8. C. ibid.]

Collegas colleganti heres sine placito heres succedere non licet.

Lex 9. Idem a. et c. Iulie. [c. 9. C. ibid.]

In extraneum testari licet.

Lex 10. Idem a. et c. Asclepiade. [c. 10. C. ibid.]

A se ipsum nullus herem scribere potest.

Lex 11. Impr. Theod. et Valentinianus aa. Herio pp. [c. 11. C. ibid.]

Licet homini in alterius civitatis donare vel relinquere, quam vult rem.

Lex 12. Impr. Leo a. Herio pp. [c. 12. C. ibid.]

Heredi | tatis[37] vel legati seu fideicommissi aut donationis titulo domus aut annone civiles[38] aut quelibet edificia vel mancipia ad ius inclite urbis vel alterius cuiuslibet civitatis pervenire possunt.

Lex 13. Impr. Iustinianus a. Moene pp. [c. 13. C. ibid.]

Exercitas res[39] testari licet, non de incertas, que solvuntur.

Lex 14. Impr. Iust. a. Ioh. pp. [c. 14. C. ibid.]

Testater si unum nomen et alium nomem dictavit, invalidum est testamentum.

TITULUS XXV. De institutionibus et substitutionibus seu restitutionibus sub condutone facta[40].

Lex 1. Impr. Severus et Anthoninus Alexandro. [c. 1. C. VI. 25.]

Testamentus sub conditione factus servetur conditio.

Lex 2. Impr. Antoninus a. Cassie. [c. 2. C. ibid.]

Qui conditione testamenti non adimplet, exheredatur.

Lex 3. Idem a. Maxentio et aliis. [c. 3. C. ibid.]

Si mater tua sub conditione emancipatione[41] heres fecit, valet.

Lex 4. Impr. Alexander a. Emilio. [c. 4. C. ibid.]

Si res, que erant in potestate patris, testatus est, nihil[42] est; in peregre profectus filius exheredari non potest.

---

28) Lege *incidit.* 29) Lege *coram.* 30) Lege *instituendis.* 31) Lege *quae personae.* 32) Codex *qui* et supra vocem sec. manus *in* imposuit. 33) Incipit fol. 141. B. 34) Lege *protici.* 35) Lege *iure.* 36) Lege *affinis.* 37) Incipit fol. 142. A. 38) Cod. *civile.* 39) Lege *ex certas res.* 40) Lege *conditione factis.* 41) Lege *emancipationem.* 42) Codex *nichil.*

Lex 5. Impr. Valerius et Gallius a. Maximo. [c. 5. C. VI. 25.]

Sine ullo damno coniunctionem retinere potuisti; redigitur[43]) ad maritum, sciens hereditatem matris, etiamsi redieris, retentura[44]); quippe quam retinere[45]) scilicet, [46]) prorsus ab eo non recessisset.

Lex 6. Impr. Iustinianus a. ad Senatum. [c. 6. C. ibid.]

Ut, quod[47]) inter | [48]) iustos liberos nanctum[49]) est, hoc est[50]) inter naturales filios extendatur. Que omnia in legati vel fideicommissi specialiter locum habere[51]) sancimus.

Lex 7. Impr. Iustinianus a. Ioh. pp. [c. 7. C. ibid.]

Si testator iussit: *si hoc factum fuerit, habeat*[52]) *hoc*, et ipsum vivente conditio facta est, quod deliberavit, adimpletur.

Lex 8. Impr. Iustinianus a. Ioh. pp. [c. 8. C. ibid.]

Quis in conditione testamentum adiet, legata persolvat.

Lex 9. Impr. Iust. a. Ioh. pp. [c. 9. C. ibid.]

Quidam uxorem pregnantem heredem fecit reliquid[53]), etsi postumus natus fuerit, cum ipso heres sit, natus est et puer mortuus est, matri fecit lucrum successionis.

TITULUS XXVI. De inpuuerum[54]) et de aliis substitutionibus.

Lex 1. Impr. Titus Helius Antoninus a. Secundo. [c. 1. C. VI. 26.]

Qui testamento fecit duo heredes et invicem sibi substitutus, plenum ius est.

Lex 2. Impr. Severus et Antoninus aa. Afronime.[55]) [c. 2. C. ibid.]

In testamento qui filio suo herem fecit, et substituto illi fecit, valet sic tamen, si pupillus fuerit mortuus non maior.

Lex 3. Impr. Alexander a. Achille. [c. 3. C. ibid.]

Quamvis non per testamentum heres noluisti succedere, sed ab intestato successisti, omnem actionem, quam[56]) contra testatorem habuisti[57]), ammisisti.[58])

Lex 4. Idem a. Firmo. [c. 4. C. ibid.]

Testator iussit: *si filius eius puer moriatur, heres illi certa persona fiat*, et puer | [59]) mortuus est, successio illi debebitur.

Lex 5. Dioclitianus et Maximianus aa. Adriano. [c. 5. C. VI. 26.]

Qui filio legitime etatis fecit substitutum, nihil[60]) est.

Lex 6. Idem a. et c. Quintiano. [c. 6. C. ibid.]

Qui plures fecit heredes, qui iniuste factus est, repellitur et alii proficit, quia filius minus de Falcidia habere[61]) non potest.

Lex 7. Idem a. et c. Feliciano. [c. 7. C. ibid.]

Superstite patre filia maritata intra decem et septem annis condito testamento in aliquo pater illum non excludet.

Lex 8. Idem a. et c. Petronie. [c. 8. C. ibid.]

Si miles reliquid[62]) uxorem et filio fecit heredem cui instituit alios substituto si super pubertatis annos mortuus est, mater excludet substitutos.

Lex 9. Impr. Iustinianus a. Moene pp. [c. 9. C. ibid.]

Ut non fiat talis testamentus.

Lex 10. Impr. Iustinianus a. Ioh. pp. [c. 10. C. ibid.]

Qui duos filios parvos sibi instituit heredes, ut[63]) inpuberes ambo moriantur, alius illi succedat, si unus mortuus est, frater excludit substituto.

Lex 11. Impr. Iustinianus a. Ioh. pp. [c. 11. C. ibid.]

Qui duos filios parvulos habet[64]), heredes instituit, ut, si puberes mortui fuerint, duo illi succedant.

TITULUS XXVII. De necessariis et servis heredibus instituendis vel substituendis.

Lex 1. Impr. Pertinax a. Lucretio. [c. 2. C. VI. 27.]

Si servum | [65]) suum heredem fecit, qui creditoris oblegatus pignoris[66]) erat, testamentus solvitur propter creditores.

Lex 2. Impr. Antoninus a. Aufidio. [c. 1. C. ibid.]

Qui servum suum sub nomen libertatis heredem scripsit, validum est.

Lex 3. Idem a. et c. Felici. [c. 3. C. ibid.]

Qui ancillam pupilli sui uxorem sibi fecit, pupillus illa retollit lucra facultatem.

Lex 4. Impr. Iustinianus a. Iuliano pp. [c. 4. C. ibid.]

Si tutor pupillo herem fecit ut post obitum eius servum pupilli libertet heres succedat in hoc si adierit hereditatem, conditio valet servo.

---

43) Leg. *redi igitur*. 44) Leg. *retenturam*. 45) Leg. *retineres*. 46) Vox *si* interponenda est. 47) Cod. *qd*. 48) Incipit fol. 142. B. 49) Leg. *sanctum*. 50) Lege *hoc et*. 51) Cod. *abere*. 52) Cod. *abeat*. 53) Lege *reliquit*. 54) Lege *inpuberum*. 55) Littera *A* ex praecedentibus male adhaesit. 56) Pro *quam* Cod. *q:* habet. 57) Cod. *abuisti*. 58) Leg. *amisisti*. 59) Incipit fol. 143. A. 60) Codex *nichil*. 61) Cod. *abere*. 62) Leg. *reliquit*. 63) Lege *ut si*. 64) Cod. *abet*. 65) Incipit fol. 143. B. 66) Lege *creditori obligatus pignori*.

Lex 5. Impr. Iustinianus a. Ioh. pp. [c. 5. C. VI. 27.]

Qui servum suum herem instituit, liber est et heres; vel[67] illum substitutum filium suum[68] scripsit, ex eo liber effectus est.

Lex 6. Impr. Iustinianus a. Ioh. pp. [c. 6. C. ibid.]

Servus a domino institutus heres fuerit, liber effectus est et heres. *In ea lege abet*[69]: Libertus, si conditione[70] non adimplevit, in servitio redigitur.

TITULUS XXVIII. De liberis preteritis[71] vel exheredatis.[72]

Lex 1. Impr. Antoninus a. Favio. [c. 1. C. VI. 28.]

Qui unum ex filiis per testamentum exheredavit, heres cum fratribus succedet.

Lex 2. Impr. Alexander a. Eraclide. [c. 2. C. ibid.]

Si avus tuus, condito testamento, patruo suo et novercam heredem instituit, si non exheredavit, defuncto avo tuo heres succedis.

Lex 3. Impr. Iustinianus a. Iuliano pp. [c. 3. C. ibid.]

Pater | [73] si per testamentum filio exheredavit, firmum est.

Lex 4. Impr. Iustinianus a. Ioh. pp. [c. 4. C. ibid.]

Non licet ab intestato alter[74] succedere masculo, quam femine, et postumus equum succedant et in exheredatione similiter graventur.

TITULUS XXIX. De postumis heredibus instituendis vel exheredandis preteritis.[75]

Lex 1. Impr. Anthoninus a. Urittiano. [c. 1. C. VI. 29.]

Post facto testamento postumus natus est, de quod[76] in testamentum nulla est mentio; solvitur testamentus et nihil[77] per eum aliquid succedit, sed ab intestato omnes.

Lex 2. Impr. Dioclit. et Max. aa. et c. Sotherico. [c. 2. C. ibid.]

Aborsum[78] uxoris testamentum non solvet, sed postumus.

Lex 3. Iust. a. Iuliano pp. [c. 3. C. ibid.]

Si postumus natus est, et mox mortuus est, solvet testamentum patris, in quo non fuit nominatus.

Lex 4. Impr. Iustinianus a. Iuliano pp. [c. 4. C. ibid.]

Post obitum testatoris intra decem menses natus est secundum voluntatem testatoris, firmum est.

TITULUS XXX. De iure deliberandi et de adeunda vel adquirenda hereditate.

Lex 1. Impr. Antoninus a. Titisiae. [c. 1. C. VI. 30.]

Filius emancipatus ab intestatus heres succedit, nec servo defuncta manumittit.

Lex 2. Impr. Alexander Florentio militi. [c. 2. C. ibid.]

Si filius debito patris solsit, pro portione heredita | tis[80] reputetur.

Lex 3. Impr. Gordianus a. Florentino militi. [c. 3. C. ibid.]

Si nepus[81] tuus a patre suo heres institutus est et mortuus est, vel si heres succedis, intra constitutum tempus non neglegas.

Lex 4. Impr. Decius a. Athenaidi. [c. 4. C. ibid.]

Si filiofamilias hereditas ab alio relicta est, pater studere debet.

Lex 5. Impr. Valerianus et Galienus aa. Paulo. [c. 5. C. ibid.]

Quae[82] pupilla[83] relicta sunt, cum voluntate ej totum adire debet.

Lex 6. Impr. Dioclit. et Max. aa. Filippe. [c. 6. C. ibid.]

Si avus tuus patri tuo duas uncias reliquid[84], et ille tibi eas testavit, exigere ea potes.

Lex 7. Idem a. et c. Eusebio. [c. 7. C. ibid.]

Cui relicta est substantia, priusquam adiret, mortuus est, posteri eius adire non potent.

Lex 8. Idem a. et c. Claudio. [c. 8. C. ibid.]

Si filius ignorans si tardius adierit substantia[85] patris, annositas illum non excludit.

Lex 9. Idem a. et c. Platoni. [c. 9. C. ibid.]

Adultus relicta sibi a curatore substantia[86] tardius occupavit, anni illum non excludent.

Lex 10. Idem a. et c. Savine. [c. 10. C. ibid.]

Si legitima etate facultatem patris capuisti, a creditoribus te excusare non potest.

Lex 11. Idem a. et c. Philumine. [c. 11. C. ibid.]

Si substantiam patris renuntiasti, servum eius libertare non potuisti.

Lex 12. Idem a. et c. Antonino. [c. 12. C. ibid.]

Si puer adiet facultatem, heres invenitur. | [87]

Lex 13. Idem a. et c. Archipolidi. [c. 13. C. ibid.]

---

67) Lege *vel, si.* 68) Lege *filio suo.* 69) Lege *habet.* 70) Lege *conditionem.* 71) Leg. *praeteritis.* 72) Codex *exeredatis.* 73) Incipit fol. 144. A. 74) Pro *alter* legendum *aliter.* 75) Lege *praeteritis.* 76) Lege *quo.* 77) Cod. *nichil.* 78) Fortasse *abortus.* 80) Incipit fol. 144. B. 81) Lege *nepos.* 82) Pro *quae* Cod. *q'* habet. 83) Leg. fortasse *pupillo.* 84) Leg. *reliquit.* 85) Lege *substantiam.* 86) Leg. *substantia.* 87) Incipit fol. 145. A.

Qui suo heredi dimisit substantiam, adire potest.

Lex 14. Idem a. et c. Flaviae. [c. 14. C. VI. 30.]

Sororis tue facultatem adibisti, ad[88]) iniustos detentatores reliqua exigere potis.

Lex 15. Impr. Constantinus a. ad Leontium comitem ordinarium.[89]) [c. 15. C. ibid.]

Priusquam pater det filio facultatem, ipse adire non potest.

Lex 16. Impr. Archadius et Honorius aa. Hennodio. [c. 16. C. ibid.]

Nullus compellitur aliquid adquirere.

Lex 17. Impr. Theod. a. Anthemio pp. [c. 17. C. ibid.]

Scripulos[90]) a sollicitudo patre agere licet.

Lex 18. Impr. Theod. et Valentinianus aa. ad Senatum. [c. 18. C. ibid.]

Infantes annorum septem ab aliquo hereditas relicta est, pater vel avus exigere debet ipso vivente, vel mortuo ā tutores eꝫ[91]) [ultcata demissa relicta][92]).

Lex 19. Iust. a. Demostheni pp. [c. 19. C. ibid.]

Cui hereditas per testamentum vel ab intestato competit, intra anno adire debet, et si non adibit, ammisit illa[93]) et ipse, et heres eius. Hoc non dicit de filio et nepotibus.

Lex 20. Impr. Iustinianus a. Ioh. pp. [c. 20. C. ibid.]

Non fiat invitus homini hereditatem vel substitutionem adiere vel repudiare.

Lex 21. Iust. a. Ioh. pp. [c. 21. C. ibid.]

Si quis liberum instituit sibi heredem vel post obitum eꝫ servum, testatori | [94]) succedat. Quodsi heres noluit adire, servus succedit.

Lex 22. Impr. Iust. a. ad Senatum. [c. 22. C. ibid.]

Si mulier absque inventaneo occupavit substantiam, a creditoribus non absolvitur. Intra tres annos aut renuntiet hereditatem. Inventaneus intra XXX dies fiat, et intra sexaginta alios proficiatur[95]) per tabularium, in quo et heres subscribat et testes. Si heres absens sit, intra anno inventaneus fiat per heredem aut per procuratorem eius. Si plus relictum est legati, quam heredi, primitus heredi tres uncias salventur. Creditoribus non amplius reddis, preterquam substantiam adisti, simul et legatariis veniant, et si a creditores substantia comparavit, alii creditores non contra emptores habeat[96]) actionem. Reputetur in quod[97]) expensum est in funus et inventario et reservationem[98]) testamenti vel in alias causas. *In ea lege abet*[99]) *ad locum:* sine periculo habeant[1]) et leges Falcidie. *Ipsa verba sunt. Item in ea lege verba ipsa:* Rerum hereditariarum expendent et si qua cumq. causa abet heres vel legatarii contra defuncto proponant cum creditores. Nam de fraude substantiae per examinatione servorum ā. per sacramentum heredi cognoscatur. Fraus inventa dupplo reddatur.

TITULUS XXXI. De repudianda vel abstinenda hereditate. | [2])

Lex 1. Impr. Antoninus a. Muciano. [c. 1. C. VI. 31.]

Filius, qui non hereditario nom̄. tenet facultatem, sed pro custodia aut inquilinus, debitum patris non compellitur reddere.

Lex 2. Impr. idem a. Severo. [c. 2. C. ibid.]

Si res patris ex inventionem creditoris tenis[3]), debitum paternum non exigeris.

Lex 3. Impr. Dioclit. et Max. aa. et c. Theodatiano. [c. 3. C. ibid.]

Si pactuasti hereditatem futuram te n̄. petere, repeti non potis.

Lex 4. Idem a. et c. Modestino. [c. 4. C. ibid.]

Qui legitimam etatem repudiavit, hereditatem adire non potest.

Lex 5. Idem a. et c. Claudio. [c. 5. C. ibid.]

Pupillus sine tuotre hereditate repudiavit, nihil[4]) est.

Lex 6. Impr. Iustinianus a. Ioh. pp. [c. 6. C. ibid.]

Filius impleta etate post mortem patris intra tres annos repudiet hereditatem et quarto anno, si vult, adibi scilicet[5]).

TITULUS XXXII. Quemammodum[6]) aperiantur testamenta et inspiciantur et describantur.

Lex 1. Impr. Alexand. a. Procule. [c. 1. C. VI. 32.]

Testamentus publice reseretur.

Lex 2. Impr. Valentinianus et Galienus aa. Alexandro. [c. 2. C. ibid.]

Testamento defuncti coram testibus tradi in publico recensetur.

Lex 3. Impr. Dioclit. et Max. aa. Aristotheli. [c. 3. C. ibid.]

Reseratio testamenti absque die et consule invalidum est.

---

88) Leg. fortasse *ab.* 89) Pro *ordinarium* vulgo habetur *Orientis.* Itaque prava sigli interpretatio in causa videtur fuisse, quare *ordinarium* exierit. 90) Haec vox ex male intellecta voce *scrupulosam* exiisse videtur. 91) Lege *tutores eius.* 92) Crediderim sane haec esse interpretationis loco. Pro *ultcata* arbitror legendum esse *devoluta*, quae quidem vox plus semel in const. 18. C. VI. 30. occurrit. 93) Lege *amisit illam.* 94) Incipit fol. 145. B. 95) Leg. *perficiatur.* 96) Cod. *abeat.* 97) Leg. *id quod.* 98) Leg. *reserationem.* 99) Leg. *habet.* 1) Cod. *abeant.* 2) Incipit fol. 146. A. 3) Leg. *tenes.* 4) Codex *nichil.* 5) Arbitror legendum esse *adire licet.* 6) Leg. *quemadmodum.*

Lex 4. Impr. Grat., Valentinianus et Theod. aaa. ad Sperium pp. [c. 4. C. VI. 32.]

Testamenta publice reserentur.

TITULUS XXXIII. De edicto Divi Adriani tollendo et quem | ammodum[7] scriptus heres in possessionem mittatur.

Lex 1. Impr. Severus et Antoninus aa. Lucillo. [c. 1. C. VI. 33.]

Prius heres in facultate mittatur, et post substitutus.

Lex 2. Impr. Alexander a. Eustatio. [c. 2. C. ibid.]

Si quis se dicit competere facultatem, prius heres in facultate ingrediatur.

Lex 3. Impr. Iustin. a. Iuliano pp. [c. 3. C. ibid.]

Testamento sine querella[8] oblato in iudicio intromittitur heres in facultate, et sic causiticus litigent. Heres si rem adquisitam dicitur alienam decem vel viginti annis possederit, non inquietur[9].

TITULUS XXXIV. Si quis aliquem testare proibuerit[10] vel coëgerit.

Lex 1. Impr. Alexander a. Severe. [c. 1. C. VI. 34.]

Testare hominem qui invitus facit, crimen admisit.

Lex 2. Impr. Dioclit. et Max. aa. Nicagore. [c. 2. C. ibid.]

Etsi quis inpediet testatori, ut non indignas personas heres scribentur, nihil[11] nocent.

Lex 3.[12] *Idem a. et c. Eutychidi.* [c. 3. C. ibid.]

Qui uxori sue dicit, ut in ipso testetur, criminis non est.

TITULUS XXXV. De his, quibus ut indignis auferuntur et ad Senatusconsultus Silaniarum[13].

Lex 1. Impr. Severus et Antoninus a. Celeri. [c. 1. C. VI. 35.]

Qui iniuste facultate defuncti occupavit, cum fructibus cogatur reddere.

Lex 2. Idem a. Vero. [c. 2. C. ibid.]

Qui liberam personam puellam habet[14] in domo administrandum.

Lex 3. Impr. Alexander a. Antiochiano. [c. 3. C. ibid.]

Cui competit successio, non requirit mortem auctoris, qui ad | [15]) servis occisus est, fiscus succedit defuncto.

Lex 4. Idem a. Filomono. [c. 4. C. VI. 35.]

Per epistulas et codicillos heres non fiat.

Lex 5. Idem a. Tyranno. [c. 5. C. ibid.]

Quamvis indignus est heres adire hereditate, quia sepultura defuncti non adimplevit, tamen remittatur illi.

Lex 6. Idem a. Venusto et Clementino. [c. 6. C. ibid.]

Minor etati si offidit interdicendo, q testari voluit, remittitur illi.

Lex 7. Idem a. Vitaliae. [c. 7. C. ibid.]

Siquis non potuit obicere[16] heredi culpas exheredationis, ab intestato succedis.

Lex 8. Impr. Gordianus a. Tatiae. [c. 8. C. ibid.]

Non exsimilis exheredandi his quem non occursit testator accusare, sicut illum, quem exheredavit.

Lex 9. Impr. Dioclit. et Max. aa. Heliane. [c. 9. C. ibid.]

Qui mortem auctori sui non requirit, nec heres illi esse potest. Clam occulte interpraetatus.[17]

Lex 10. Idem a. Silviane. [c. 10. C. ibid.]

Si mortem propinquus vindicasti, heres inveniris.

Lex 11. Impr. Iustinianus a. Ioh. pp. [c. 11. C. ibid.]

Hereditatibus et in legatis et in fideicommissis maxime in libertatibus.

Lex 12. Impr. Iustinianus a. Ioh. pp. [c. 12. C. ibid.]

Servum non licet in crimine domini[18] sui credi, nisi sub examinatione. Nam servus si cognoverit domino[19] suo insidiari, manibus ut occidatur, et non defenderit | [20]) et mortuus fuerit, ipse servus occidatur.

TITULUS XXXVI. De codicellis.

Lex 1. Impr. Alexander a. Mocimo et aliis. [c. 1. C. VI. 36.]

Rumpitur testamentum, qui post unum[21] pretermisit; codicelli invalidi sint. Nam, quae[22] praetermissa sunt, addicta fuerint per codicellos, valet.

Lex 2. Impr. Philippus a. et Philippus c. Asclipiodote. [c. 2. C. ibid.]

Per codicellos testamentus non abstollitur, sed addi per codicellos licet.

---

7) Leg. *quemadmodum.* Incipit fol. 146. B. 8) Codex *q.rella.* 9) Lege *non inquietetur.* 10) Leg. *prohibuerit.* 11) Codex *nichil.* 12) Cod. *Lex IV.* habet. 13) Lege *SC. Silanianum.* 14) Codex *abet.* 15) Lege *a.* Incipit fol. 147. A. 16) Lege *obiicere.* 17) Leg. *interpretatus.* 18) Codex *dni.* 19) Codex *dno.* 20) Incipit fol. 147. B. 21) Lege *postumum.* 22) Pro *quae* in Codice *q:* est.

Lex 3. Impr. Dioclit. et Max. aa. Lachynto et aliis. [c. 3. C. VI. 36.]

Duo codicelli facti, novissimus valeat.

Lex 4. Idem a. et c. Stratonico. [c. 4. C. ibid.]

Codicelli absque testamentum invalidi sunt.

Lex 5. Idem a. et c. Demostheni. [c. 5. C. ibid.]

Post testamento, quod per codicellos firmavit, valet.

Lex 6. Idem a. et c. Flaviae. [c. 6. C. ibid.]

Codicello invito invitus factos invalidum est.

Lex 7. Impr. Constantinus a. ad Maximum pp. [c. 7. C. ibid.]

Per codicellos addere in testamentum et substitutum facere licet.

Lex 8. Impr. Theod. a. Asclipiodoto pp. [c. 8. C. ibid.]

Qui pro sua successione contra testamentum vel nuncupationem aget, legatariis non impediunt, si testamentus perfectus esse. *In alia lege abet*[23]: Scriptus heres fuerit vel nuncupatus, novissimus testamentus non legibus factum si tamen[25]) habuerit[26]) pro codicellos, valet. *Item in ea lege verba abet ad locum, ubi dicit:* Sponte voluerit ad fideicommissum nuncupatio vel codicelli per quinque testes valet.

TITULUS XXXVII. De legatis.

Lex 1. Impr. Antoninus a. Opius liberti Sextiliae.[27]) [c. 1. C. VI. 37.]

Si aput heredem moratus est, vestimenta et alimenta, si testator iussit illi dare, ñ reputaũ.

Lex 2. Impr. Severus et Antoninus a. Sauiniano. | [28]) [c. 2. C. ibid.]

Si heres totam facultatem vendidit, et, que legatis relicta sunt, venditor ab emptore exigat et legati restituatur.

Lex 3. Idem aa. Victorino. [c. 3. C. ibid.]

Producto testamento si testator easdem res pignus posuit, ab here[29]) exigantur et legatis detur.[30])

Lex 4. Impr. Antoninus a. Sulpicio. [c. 4. C. ibid.]

Servi[31]) testamentum dominorum[32]) non data libertate legatum seu fideicommissum non valet, nec convalescere potest, licet post mortem testatoris libertatem aliqua ratione consecutis.[33])

Lex 5. Idem a. Iulio[34]). [c. 5. C. ibid.]

Legatariis n̄e ad iudicium ñ. ē. provocari.

Lex 6. Idem a. Faustino.[35]) [c. 6. C. VI. 37.]

Legatario si per codicellos substituto illi fecit, nihil[36]) est.

Lex 7. Idem a. Demitrio.[37]) [c. 7. C. ibid.]

Fundum, quem pater fratribus s̄s.[38]) dedit, tibi legavit, et a te queritur.[39])

Lex 8. Impr. Alexander a. Antiocho.[40]) [c. 8. C. ibid.]

Tutor sacramentum non prestat[41]), si a patre constitutus est, et, que illi legata relicta sunt, exigit, et a tutela non repellitur.

Lex 9. Idem a. Ingenne.[42]) [c. 9. C. ibid.]

Si accusatus testamentus falsus legata persolvere, accepto fideiussore, si ita claruerit, restituatur. | [43])

Lex 10. Idem a. Albiniano.[44]) [c. 10. C. ibid.]

Legata relicta res alienas credens suas esse ab herede adimpletur.

Lex 11. Idem a. Muciano.[45]) [c. 11. C. ibid.]

Que tibi relicta sunt, postea in dote data sunt tibi, tacebis.

Lex 12. Impr. Dioclit. et Max. aa. Severe.[46]) [c. 12. C. ibid.]

Si legatum, quam iussit testator a matre filia accipere, si ipsa filia non est heres matri, legatis exigi potest.

Lex 13. Idem a. et c. Tatiano.[47]) [c. 13. C. ibid.]

Testari[47b]) non licet iubere heredi, ut de suo solvat legata.

Lex 14. Idem a. et c. Terentio.[48]) [c. 14. C. ibid.]

Testatorem legata non exiguntur, sed post eius obitum.

Lex 15. Idem a. et c. Scyllae.[49]) [c. 15. C. ibid.]

Si testator significet nemini debere et post debitus claruerit, redditur; et, quod remanserit, salva Falcidia heredi, tunc libertas et legata solvatur.

Lex 16. Idem a. et c. Eutiiciano.[50]) [c. 16. C. ibid.]

Si creditor debitori suo pignus eius legatario nom̃ ab herede precipiet, exigitur.

Lex 17. Idem a. et c. Iustino.[51]) [c. 17. C. ibid.]

Relicta legata exigi licet a libertis et ingenuis.

---

23) Lege *habet.* 25) Codex *tam̄.* 26) Codex *abuerit.* 27) Arbitror legendum esse: *impr. Antoninus Pius a. libertis Sextiliae.* 28) Incipit fol. 148. A. 29) Lege *herede.* 30) Leg. *dentur.* 31) Leg. *servis.* 32) Codex *dno⁊.* 33) Lege *consecuti sint.* 34) Inscriptio est const. 6. C. VI. 37. 35) Inscriptio est const. 7. C. VI. 37. 36) Codex *nichil.* 37) Inscriptio est const. 8. C. ibid. 38) Lege *suis.* 39) Lege *quaeritur.* 40) Inscriptio est const. 9. C. ibid. 41) Lege *praestat.* 42) Leg. *Ingenuae.* Est inscriptio const. 10. C. VI. 37. 43) Incipit fol. 148. B. 44) Inscriptio est const. 11. C. ibid. 45) Pars inscriptionis est const. 12. C. ibid. 46) Inscriptio est const. 13. C. VI. 37. 47) Inscriptio est const. 14. C. ibid. 47b) Leg. *testatori.* 48) Inscriptio est const. 15. C. ibid. Verba constitutionis quo pertineant, non liquet. 49) Inscriptio est const. 16. C. ibid. 50) Inscriptio est const. 17. C. ibid. 51) Inscriptio est const. 18. C. ibid.

Lex 18. Idem a. et c. Niconi.[52] [c. 18. C. VI. 37.]

Legata non cum iniuria exiguntur per procuratore, sed per se.

Lex 19. Idem a. et c. Euticiano.[53) [c. 19. C. ibid.]

Successio vel legata mox post defunctum consequatur.

Lex 20. Impr. Constantinus a. ad populum. |[54] [c. 21. C. ibid.]

Inter herede et legatario causatio non oriatur.

Lex 21. Impr. Iustinianus a. Moene pp. [c. 22. C. ibid.]

Legata, que singulis annis testator dari iussit, persolvuntur ab heredibus et pro heredibus eius.

Lex 22. Impr. Iustinianus a. Iuliano pp. [c. 23. C. ibid.]

Siquis antea totam possibilitatem cuidam donavit, liceat exinde per testamentum tertiam partem deliberare in alio. *In ea lege abet*[55] *verba hec ad locum dicit, ubi huiusmodi igitur dicit:* Si antea cuidam res fuerat conlocata et postea in ipso et alio eadem rem per testamentum in senis unciis reliquid[56], conservetur testatori voluntas.

Lex 23. Impr. Iustinianus a. Ioh. pp. [c. 24. C. ibid.]

Qui filio suo exheredavit et legato illi reliquid[57], et substituto illi constituit, substitutus repellitur.

Lex 24. Impr. Iustinianus a. Ioh. pp.[58] [c. 25. et 26. C. ibid.]

Cui legatum relictum est, si testamentum celavit, transigere. Quodsi testator iussit, ut post aliquos tempus mortis sue consequatur legata, heredes dent fideiussore de conservandis rebus.

Lex 25. Impr. Iustinianus a. Ioh. pp.[59] [c. 26. C. ibid.]

Legatario vel fideicommissario cautionem in personam heredes exponere post transactum tempus.

TITULUS XXXVIII. |[60] De verborum rerum[61] significatione.

Lex 1. Impr. Antoninus a. Antipatro. [c. 1. C. VI. 38.]

Qui fundum vendidit, oleum, quem ibi habuit[62], non tenetur. Nam sibi ad expensas ibi habuit[63]. Legatarius legatario eas relinqui qui licet.

Lex 2. Impr. Dioclit. et Max. aa. et cc. Trifino. [c. 2. C. ibid.]

Fundum si donatus fuerit cum omnia[64], ibidem pertinentes capiuntur, simul et mouilia[65], seseque moventibus.

Lex 3. Impr. Iustinianus a. Iuliano pp. [c. 3. C. VI. 38.]

Sancimus cautionem nomine vel in grecis vel in latinis verbis scriptum fuerit. Nisi enim generaliter de satisdatione vel fideiussionem specialiter sit nominatum, cautionem vel cautela velut qr iam miniminime fideiussionem, sed in nullam promissionem significari. *Dat. Kal. Martias pc. Lampadio et Orestes.*

Lex 4. Impr. Iustinianus a. Ioh. pp. [c. 4. C. ibid.]

In testamentum liceat heredem instituere legata quod voluerit solvi et libertatem dari et tutorem instituere.

Lex 5. Impr. Iustinianus a. Ioh. pp. [c. 5. C. ibid.]

Liceat parentibus filios et nora et genero instituere et libertatem et legata ab eos dari, non autem filii patrem filii vel matrem legati relinquant.

TITULUS XXXIX. Si ommissa[66] sit causa testamenti. |[67]

Lex 1. Impr. Severus et Anthoninus aa. Ianuariae. [c. 1. C. VI. 39.]

Si in fraudem legatorum ad substituto heres substituto transtulit dari vendendum est.

Lex 2. Impr. Philippus a. et Philippus c. Victorie. [c. 2. C. ibid.]

In quem factus est testamentus, si noluit adhire[68] et alios propinquos ab intestato adiente, non solvet legata nec libertatem prestant.

Lex 3. Impr. Dioclit. et Max. aa. et cc. Pro⁊pi⁊. [c. 3. C. ibid.]

Si patri tuo relicta est facultas, sed ille non adhiet, set post obitum eius vos adistis, legata persolvis.

TITULUS XL. De indicta viduitate et de lege Iulia Miscella tollenda.

Lex 1. Impr. Gordianus a. Bono. [c. 1. C. VI. 40.]

Si maritus uxoris legatum reliquid[70], si ad secundas nuptias non migrare[71], legatum habere[72] vult.

Lex 2. Impr. Iustinianus a. Iuliano pp. [c. 2. C. ibid.]

Non liceat maritum uxorem suam ad sacramentum tenere vel per testamentum, ut maritum non

52) Inscriptio est const. 19. C. ibidem. 53) Inscriptio est const. 20. C. ibidem. 54) Incipit fol. 149. A. 55) Leg. *habet*. 56) Leg. *reliquit*. 57) Leg. *reliquit*. 58) Haec constitutio ex duabus conflata est, hoc est, const. 25. et 26. C. VI. 37. 59) Haec constitutio aliqua verba const. 26. C. VI. 37. continet, verum illa vel maxime corrupta. 60) Incipit fol. 149. B. 61) Leg. *et rerum*. 62) Cod. *abuit*. 63) Cod. *abuit*. 64) Pro *omnia* Codex habet *oma*. 65) Leg. *mobilia*. 66) Leg. *omissa*. 67) Incipit fol. 150. A. 68) Lege *adire*. 69) 70) Leg. *reliquit*. 71) Leg. *migraret*. 72) Codex *abere*.

ducat, nec filios faciat, aut nihil[73]) substantiam eius habeat[74]), invalidum est.

Lex 3. Impr. Iustinianus a. Ioh. pp. [c. 3. C. VI. 40.]

Maritus et uxor testati fuerint, ut, si superstites ad secundas migraverit nuptias, nihil[75]) de eius substantia consequatur, nihil[76]) est, sed migret ad nuptias et omnia habeat[77]) secundum testamentum.

TITULUS XLI. De his, qui poene[78]) nomine in testamento vel codicellis[79]) relinquuntur.

Lex 1. Impr. Iustinianus a. Moene pp. [c. un. C. VI. 41.]

Precipien | tes[80]) nullum valere dicendum poene[81]) nomine quodam esse relictam vel adeptam.

TITULUS XLII. De fideicommissis.

Lex 1. Impr. Anthoninus a. Demitrio. [c. 1. C. VI. 42.]

Si filius petit patrem alimenta et indumenta, ut eas postea redderet, exigitur.

Lex 2. Idem a. Eupatrio. [c. 2. C. ibid.]

Si legata ab haerede soluta sunt, sine causa pro herede eius pulsantur.

Lex 3. Idem a. Rufino. [c. 3. C. ibid.]

Liberta intestata sine filiis decessit, heres succedit manumissor.

Lex 4. Impr. Alexander a. Victorino. [c. 4. C. ibid.]

Si voluntatem defuncti adimplisti, que[82]) egisti, firma sunt.

Lex 5. Idem a. et c. Regine. [c. 5. C. ibid.]

Si fratri tuo non es relictus substitutus a defuncto successisset, que legata reliquid[82b]), consequeris.

Lex 6. Idem a. Nilo. [c. 6. C. ibid.]

Si testator res oblegatas[83]) legatarii reliquid[84]), heres colligat et tradat aut pretium[85]) eius det.

Lex 7. Idem a. Septimo. [c. 7. C. ibid.]

Propter deliberationem testatoris intentio est, iudex prevideat.

Lex 8. Idem a. Marcello. [c. 8. C. ibid.]

Liberto quae[86]) dimissa sunt[87]), exigat.

Lex 9. Impr. Gordianus a. Paulinae. [c. 9. C. ibid.]

Cui nihil[88]) relictum est, nec ipse ex ea hereditate alii relinquere potest.

Lex 10. Idem a. Firmo. [c. 10. C. VI. 42.]

Qui dixit: *volo hec fieri*, etsi non est perfectum, si sana mente[89]) hoc dixit[90]), valet.

Lex 11. Idem a. Appiano. [c. 11. C. ibid.]

Quotiens res venditur | [91]) ab alio, si his[92]), cuius fuit, consensit, evelli non potest ab eo, cuius fuit.

Lex 12. Impr. Philippus a. et Philippus c. Rufine. [c. 12. C. ibid.]

Hereditatem paternam a fratribus compellitur refundere, per testamentum patris retinet sibi Falcidia.

Lex 13. Idem a. et c. Simpronio. [c. 13. C. ibid.]

Substitutus legata non solvit, sed heres.

Lex 14. Impr. Valerius et Galienus a. Falconi. [c. 14. C. ibid.]

Duodecim annorum frater tuus p̄candum iussit legatum dare; si tu heres successisti, persolvis legata.

Lex 15. Idem a. et c. Philograti. [c. 15. C. ibid.]

Frater tuus de tua portione indivisa testare non potuit, set de sua.

Lex 16. Impr. Carus, Carinus, Numerius aaa. et c. Hysidore. [c. 16. C. ibid.]

Heres legata post omnimodo adempta hereditate persolvat.

Lex 17. Impr. Dioclit. et Max. aa. et cc. Fortunato. [c. 17. C. ibid.]

Si testator deliberavit, quomodo reddatur creditorum debitus, adiacet heredi, perscrutare, si vellet accidere.

Lex 18. ...[93]) et c. Pollausto. [c. 18. C. ibid.]

Defunctus invitus, cui aliquid cessit vel iussit, invalidum est.

Lex 19. Idem a. et c. Iuliano. [c. 20. C. ibid.]

Etiam a pupillorum tutoribus velut ab ipsis relicta fideicommissa debentur.

Lex 21. Idem a. et c. Tiberio. [c. 21. C. ibid.]

Si heres patri tuo est legata, quem ille habuit[94]), dare tu persolvis. | [95])

Lex 22. Idem a. et c. Planciano. [c. 22. C. ibid.]

Per epistulam vel parve scriptum vel in verbo legata relinquuntur adhibiti[96]) testes.

Lex 23. Idem a. et c. Stratonico. [c. 23. C. ibid.]

Si sollemnitas[97]) non est facta, adibisti[98]) hereditatem, legata persolvere non cogeris.

Lex 24. Idem a. et c. Menestrato. [c. 24. C. ibid.]

---

73) Cod. *nichil.* 74) Cod. *abeat.* 75) Cod. *nichil.* 76) Cod. *nichil.* 77) Cod. *oma abeat.* 78) Leg. *quae poenae.* 79) Leg. *codicillis.* 80) Incipit fol. 150. B. 81) Leg. *poenae.* 82) Leg. *quae.* 82b) Leg. *reliquit.* 83) Leg. *obligatas.* 84) Leg. *reliquit.* 85) Cod. *p̄tium.* 86) Pro *quae* Codex *q:* habet. 87) Pro *sunt* Codex *s̄* habet. 88) Cod. *nichil.* 89) Codex *m̄te* habet pro *mente.* 90) Cod. *dix̄.* 91) Incipit fol. 151. A. 92) Leg. *is.* 93) Haec lacuna in Codice notata non est. 94) Cod. *abuit.* 95) Incipit fol. 151. B. 96) Cod. *adibiti.* 97) Ad hanc vocem secunda manus ad marginem adnotat *legitima.* 98) Leg. *adivisti.*

Heres non tradit legatariis documenta possessiones, que illi relicta sunt, sed cautionem facit, ut, quando necessaria fuerit, manifestet illas.

Lex 25. Idem a. Iulianae. [c. 25. C. VI. 42.]

Ad heredes res proprias fideicommisso relinqui debent.

Lex 26. Idem a. et c. Gaio. [c. 26. C. ibid.]

Legata repudiasti, adhire [99]) non potis; si pater tuus pro te eas repudiavit, non te nocebit.

Lex 27. Idem a. et c. Olympiade. [c. 27. C. ibid.]

Heres si substantia repudiavit [1]), legata dari non compellitur.

Lex 28. Idem a. et c. Gaio. [c. 28. C. ibid.]

Libertas inutiliter data non valet.

Lex 29. Idem a. et c. Achilleo. [c. 29. C. ibid.]

Testamentus non legibus factus nec fideicommisso valet, si ipsi heres non succedent ab intestato.

Lex 30. Impr. Iustinianus a. ad Demostheni p̄p. [c. 30. C. ibid.]

Si utilis est huiusmodi fideicommissum, tota igitur antiqua super hoc explosa nobis in occasum placuit emancipatus aut pote iniuria patre effectus non compellitur [2]) fideicommissum a sua | [3]) persona relictum prestet.

Lex 31. Impr. Iustinianus a. Ioh. p̄p. [c. 31. C. ibid.]

Legatarius petat fide heredi, si iussus est illi aliquid dare vel quanto, et, quod iuraverit, credatur. Quod si ignorat, legitima probatio fiat. *In ea lege verba hec sunt* [4]) *ad locum*: Quemammodum [5]) extraneam fidem, qui voluntatem testatoris non adimplevit, recedit a successione.

Lex 32. Impr. Iustinianus a. Ioh. p̄p. [c. 32. C. ibid.]

Ubi dicit [6]): Ut duo testes dicant testimonium.

TITULUS XLIII. Communia de legatis et fideicommissis et de in re [7]) missione tollenda.

Lex 1. Impr. Iustinianus a. Demostheni p̄p. [c. 1. C. VI. 43.]

Legatariis exactio triginta annis n̄ excludent, quia non est personarum actio, sed in rem, qui [8]) et epothecaria d̄r de quadraginta inante alia invenisse lege.

Lex 2. Impr. Iustinianus a. Iuliano p̄p. [c. 2. C. ibid.]

Legatariis omnino ab heredes compleatur, ut, sicut gaudet heres, ita et legatarius.

Lex 3. Impr. Iust. a. Ioh. p̄p. [c. 3. C. ibid.]

Si pluribus relicta fuerit hereditas, per sorte dividatur. Serviles masculi et feminas supra decem annis viginti solidos valet, minor decem, artifex triginta solid̄., notarius quinquaginta, medicus .... [9]); eunuchus decem decem annorum decem [10]) triginta solid̄, maiores quinquaginta solid̄; sin autem artifices sint, | [11]) comate LXX. solid̄. Quod odio alicui relictum fuerit, estimationem eius det, si in ipsa intentione mortuus fuerit, medietatem pretii [12]) det heres. *In ea lege abet* [13]) *verba ista ad locum:* Nemo itaque ex quod ipse non possidet, ad alium transferre non potuit, nec obligare, nec manumittere eas res, quas alius est iussus accipere.

TITULUS XLIV. De falsa causa legato vel fideicommisso.

Lex 1. Impr. Antoninus a. Septimo. [c. 1. C. VI. 44.]

Testator si dixit: *nemini debeo, nemo mihi* [14]) *debet,* nihil [15]) est, sed, quae [16]) prolata fuerit, execuntur.

Lex 2. Impr. Alexander a. Faustinae. [c. 2. C. ibid.]

Si testator dixit [17]) quedam [18]) sibi debitorem, non exigitur citra probationem.

Lex 3. Idem a. Venerie. [c. 3.] C. ibid.]

Testator dixit dotem vel sponsalia adimpleta fuisset vel deberi, probatio est necessaria.

Lex 4. Impr. Gordianus a. Alexandro. [c. 4. C. ibid.]

Dotem, quem accepisti, per testamentum significis eam uxori tue reddidisses aut socer tuus tibi eas donavit, ostendere debis [19]).

Lex 5. Impr. Dioclitianus et Max. aa. et cc. Severe. [c. 5. C. ibid.]

Si testator dixit dotem accepisset eam reddi, probatio oportet eam reddidisse.

[TITULUS XLV.] [20]) De his, que sub modo legata vel fideicommissa relinquuntur.

Lex 1. Impr. Anthoninus a. Satornine. [c. 1. C. VI. 45.]

Testator pro adimplenda legata conditionem posuit, valet. | [21])

Lex 2. Impr. Gordianus a. Ammonio. [c. 2. C. ibid.]

Conditio testamenti valet et pro codicellis [22]).

TITULUS XLVI. De conditionibus insertis tam legatis, quam fideicommissis et libertatibus.

99) Leg. *adire.* 1) Ex voce *repudiavit* secunda manus effecit *renuntiavit.* 2) Secunda manus correxit *compellatur.* 3) Incipit fol. 152. A. 4) Pro *sunt* Codex s̄. habet. 5) Leg. *quemadmodum.* 6) Pro *dicit* Cod. dc̄. habet. 7) Lege *in rem.* 8) Pro *qui* Cod. q. habet. 9) Haec lacuna in Codice notata non est. Const. 3. C. VI. 43. *medicos autem et obstetrices sexaginta.* 10) Sic Codex. 11) Incipit fol. 152. B. 12) Cod. p̄tii. 13) Lege *habet.* 14) Cod. *michi.* 15) Cod. *nichil.* 16) Cod. *q.* 17) Cod. *dix̄.* 18) Leg. *quendam.* 19) Leg. *debes.* 20) Uncis inclusa in Codice desunt. 21) Incipit fol. 153. A. 22) Leg. *codicillis.*

Lex 1. Impr. Severus et Antoninus a. Claudie. [c. 1. C. VI. 46.]

Si testator iussit, ut post obitum tuum neptis tua tibi succedat, si filios non habueris[23]), valet.



Lex 2. Idem a. Gallicano. [c. 2. C. ibid.]

Si testator legatum te accipere iussit, si marito non deserueris, firmum est.

Lex 3. Impr. Antoninus a. Aurelio militi. [c. 3. C. ibid.]

Si testator iussit te legatam accipere, si matrem suam non deseruierit[24]), placitus custodiendus est.

Lex 4. Impr. Alexander a. Liciniae. [c. 4. C. ibid.]

Legata tibi relicta, ut filium eius maritum habueris[25]), et, quia ante coniunctionem mortuus est, nihil[26]) consequeris.

Lex 5. Impr. Dioclit. et Max. aa. et c. Faustino. [c. 5. C. ibid.]

Si mortuam viventem patrem legatum tibi reliquid[27]), interdicente patre, si non fuit emancipata, invalidum est.

Lex 6. Impr. Iustinianus a. Ioh. pp. [c. 7. C. ibid.]

Si testator servum suum libertatem sub conditionem dedit, quid ut faciat aut servo pro se det et praetermisit, in servitio permanet. Si quem ut daret, ad[28]) hostibus tultus est, quindecim solidos pro eodem det [peremptum absolutum][29]).

Lex 7. Impr. Iustinianus a. Ioh. pp. [c. 6. C. ibid.]

Testatori plures personas una conditione facere iussit, et accipere eos certam rem. Qui non adimplevit, ipse solus culpetur. | [30])

[TITULUS XLVII.][31]) De usuris et fructibus legatorum vel fideicommissorum.

Lex 1. Impr. Severus et Antoninus a. et c. Maximo. [c. 1. C. VI. 47.]

Legata cum usuris et fructibus exigantur ex die pulsationis.

Lex 2. Impr. Antoninus a. libertis Cassiani. [c. 2. C. ibid.]

Qui Falcidia relicta ex testamento moratur dare, cum usuris reddat, tamquam stipulatu.

Lex 3. Impr. Alexander a. Patrono. [c. 3. C. ibid.]

Quod tibi ex legato relictum est, mora damni heredis est.

Lex 4. Impr. Gordianus a. Dionisio. [c. 4. C. VI. 47.]

Legata morata a die pulsationis causa nascitur, non a die defuncti.

TITULUS XLVIII.

Lex Greca. ...[32]) [c. un. C. VI. 48.]

TITULUS XLIX. Ad senatu"consultum Trebellianum.

Lex 1. Impr. Severus et Antoninus a. Probo. [c. 1. C. VI. 49.]

Si heres institutus ante omnes[33]) creditores tres uncias tollet, a creditores reliquo tollent, vel, si quid legati datum est, creditor illis exigit.

Lex 2. Impr. Philippus a. et Philippus c. Iuliano: [c. 2. C. ibid.]

Heredes portionem suam[34]) honera[35]) debiti solvant.

Lex 3. Impr. Carus, Carinus et Numerius aaa. Zotico. [c. 3. C. ibid.]

Testator si per legatis sine herede de bona sua deliberavit, nihil[36]) est; ab intestato succedent propinquis. | [37])

Lex 4. Impr. Dioclitianus et Max. aa. et c. Quintiano. [c. 4. C. ibid.]

Testator si iussit legatarios in uncias accipere, ita ut heres de tres uncias minus non habeat[38]), firmum est, et heres sibi[38]) primitus tres uncias habeat[50]).

Lex 5. Idem a. et c. Verissimo. [c. 5. C. ibid.]

Si mulier in mortem suam sine testamentum marito et filiastro suo heres esse voluit, que iussit legata, adimpleantur.

Lex 6. Impr. Zeno a. Dioscoro pp. [c. 6. C. ibid.]

Si parentes filiis suis deliberaverit, ut, qui prius eorum mortuus fuerit, alius illi succedat, valet deliberatio in hoc, quod supra Falcidia portionis eius illi reliquid[41]).

Lex 7. Impr. Iustinian. a. Ioh. pp. [c. 7. C. ibid.]

Que pupillo ab alio relicta sunt, tutor exigat, et desuscepto faciat. *In ea lege abet*[42]) *hec verba ad locum:* Itaque sive per contumatia, si ab herede legata non exigisti, a substituto exigis.

Lex 8.[43]) *Impr. Iust. a. Ioh. pp.* [c. 8. C. ibid.]

Si testator legata ab herede dari iussit, et heres easdem substituto reliquid[44]), a substituto legata solvantur.

---

23) Cod. *abuerit.* 24) Leg. *deseruerit.* 25) Cod. *abueris.* 26) Cod. *nichil.* 27) Leg. *reliquit.* 28) Leg. *ab.* 29) Haec, quae uncis inclusimus, glossae loco esse, vel ex const. 7. C. VI. 46. apparet. 30) Incipit fol. 153. B. 31) Haec, quae uncis inclusimus, in Codice desunt. 32) Quinque versus in Codice vacui habentur. 33) Pro *omnes* Cod. habet *oms.* 34) Leg. *pro portione sua.* 35) Leg. *onera.* 36) Codex *nichil.* 37) Incipit fol. 154. A. 38) Cod. *abeat.* 39) Vox *sibi* a secunda manu supra lineam apposita est. 40) Codex *abeat.* 41) Leg. *reliquit.* 42) Leg. *habet.* 43) Cod. *Lex IX.* habet. 44) Leg. *reliquit.*

TITULUS XLIX.[44] Ad legem Falcidiam.

Lex 1. Impr. Severus et Anthoninus a. et c. Proco. [c. 1. C. VI. 50.]

Si minus de Falcidia tibi reliquid[45]), ipsam exigere potes in integro.

Lex 2. Idem a. et c. Laterano. [c. 2. C. ibid.]

Cui hereditas competit, si minus de Falcidia illum heredem vel legataris reliquerit, Falcidiam exigat.

Lex 3. Impr. Alexander a. Hermagore. [c. 3. C. ibid.]

Minus | [46]) de Falcidia filiis et nepotibus per legato relinqui ñ. potest, nec si amplius proficiscet exigere.

Lex 4. Idem a. Phileliano. [c. 4. C. ibid.]

Falcidia relinqui filiis licet.

Lex 5. Idem a. Samosite. [c. 5. C. ibid.]

Si mater in filia parva donationem fecit, quem sola habere[47]) voluit, Falcidiam persequitur.

Lex 6. Idem a. Secundine. [c. 6. C. ibid.]

Falcidia quarta pars est ex omni substantia, et, cui minus relinquit, exequi potest.

Lex 7. Idem a. Pomponio. [c. 7. C. ibid.]

De militi[48]) testamento Falcidia adici non licet.

Lex 8. Idem a. Aurelio. [c. 8. C. ibid.]

Si frater tuus, cui tu a patre scriptus fuisti, herem te instituit, et legata plurima dare iussit, minus de Falcidia adire non potest.

Lex 9. Impr. Gordianus a. Mestriano. [c. 9. C. ibid.]

Heres legata persolsit, et minus de Falcidia illis remansit, repetere non potuit legatarius.

Lex 10. Idem a. Diogeni. [c. 10. C. ibid.]

Cui competit successio, minus de Falcidia non potest habere[49]).

Lex 11. Idem a. Maximo. [c. 11. C. ibid.]

Si portionem tuam pater[50]) fratribus tuis iussit per testamentum dari, Falcidia[51]) repetere licet.

Lex 12. Impr. Dioclit. et Max. aa. Iustino. [c. 12. C. ibid.]

Placitus in coniugium, ut superstis Falcidia[52]) habeat[53]), invalidum est.

Lex 13. Idem a. et c. Zeto. [c. 13. C. ibid.]

Si quis servum tuum heredem instituit, ut liber sit, et plus est substantiam̄, quam pretium[54]) servi, ille erit liber, et dominus[55]) eius substantia illi relicta lucravit. | [56])

Lex 14. Idem a. et c. Pausune. [c. 14. C. VI. 50.]

Patris substantia, que adibisti, restitues pro debitum, quem administravit tutele, aut, quantum heres es, persolvis; nam fundum, quam tibi pater dedit, Falcidia retinebis.

Lex 15. Idem a. et c. Pomponi. [c. 15. C. ibid.]

Si dotem suam mulier per testamentum marito çessit, Falcidia exinde filiis restituatur.

Lex 16. Idem a. et c. Diomedi. [c. 16. C. ibid.]

Testator herem de alienis rebus fecit et legata de suo; heredi salvatur Falcidia de proprio.

Lex 17. Idem a. et c. Gaio. [c. 17. C. ibid.]

A coheredibus petere potis Falcidia.

Lex 18. Impr. Iustinianus a. Ioh. p̄p̄. [c. 18. C. ibid.]

Si testator minus de Falcidia ad heredibus reliquid[57]), salvetur primo heredi Falcidia.

Lex 19. Impr. Iustinianus a. Ioh. p̄p̄. [c. 19. C. ibid.]

Heres si legatis persolsit aut cautionem emisit, non habet[58]) fiduciam dicere, quia minus ab eo de Falcidia refundi te mihi[59]) de portiones vestras.

TITULUS L. De caducis tollendis.

Lex 1. Impr. Iustinianus a. Senatu urbis[60]) Constantinopolitane[61]) et urbis[62]) Rome[63]). [c. un. C. VI. 51.]

Locum ante huic[64]) legi constituimus in his defunctorum vel elogiis. Leḡ. lex ipsa lege et alia multa invenies.

TITULUS LI. De his, que[65]) antea per tabulas[66]) hereditates transmittuntur[67]).

Lex 1. Impr. Theodosius et Valentinianus aa. Hormisde p̄p̄. [c. un. C. VI. 52.]

Filie, nepotes et pronepotes parentum suorum tamquam debitam substantiam | [68]) occupant.

TITULUS LII. Quando dies legati vel fideicommissi succedet[69]).

Lex 1. Impr. Severus et Antoninus a. Agrippe. [c. 1. C. VI. 53.]

Legatariis exigunt heredem, que singulis annis iussi sunt[70]) accipere.

Lex 2. Idem a. Prasio. [c. 2. C. ibid.]

Si ager plurimis legatis est derelictis, unusquisque eos heredes pro parte succedant.

Lex 3. Idem a. Elie. [c. 3. C. ibid.]

---

44) Sic Cod. 45) Leg. *reliquit.* 46) Incipit fol. 154. B. 47) Cod. *abere.* 48) Leg. *militis.* 49) Cod. *abere.* 50) Cod. *pat̄.* 51) Lege *Falcidiam.* 52) Lege *Falcidiam.* 53) Cod. *abeat.* 54) Cod. *p̄tium.* 55) Pro *dominus* Codex habet. *d̄ns.* 56) Incipit fol. 155. A. 57) Leg. *reliquit.* 58) Codex *abet.* 59) Cod. *michi.* 60) Cod. *urb̄.* 61) Leg. *Constantinopolitanae.* 62) Cod. *urb̄.* 63) Leg. *Romae.* 64) Codex sic a secunda manu. Prima habuit *haec.* 65) Leg. *qui.* 66) Lege *ante apertas tabulas.* 67) Leg. *transmittunt.* 68) Incipit fol. 155. B. 69) Leg. *cedet.* 70) Pro *sunt* Codex *s̄.* habet.

Etsi defuncta est legataria, heres eius potest exigere, que illi relicta erant.

Lex 4. Idem a. Ambite. [c. 4. C. VI. 53.]

Si uxore marito iussa est, ut a filiis legata accipere, exigi potest.

Lex 5. Impr. Alexander a. Maximo. [c. 5. C. ibid.]

Si testator iussit ab heredem suum[71] accipere illa decem solidos, dum ad legitimos annos pervenerit, si antea mortua est, heres illius lucrabit.

Lex 6. Impr. Dioclit. et Max. aa. et c. Eusebio. [c. 6. C. ibid.]

A patre si a sorore tua iussus est legata accipere, si non accepisti, Falcidia[72]) facultatis petere potis.

TITULUS LIII. Ut in possessione legatorum vel fideicommissorum servatorum[73]) causa mittatur et quando satisdare debet.

Lex 1. Impr. Divus Piuus[74]) Salvio. [c. 1. C. VI. 54.]

Que iussum est a testatore accipere, ab herede consequatur.

Lex 2. Impr. Divus Martius[75]) Stratonice. [c. 2. C. ibid.]

Ipsis rerum experimentis cognovimus ad publicam utilitatem pertinere, ut satisdationis quae[76]) voluntate defunctorum tuendi gratia potest $\overline{\text{aut}}$ | [77]) item fideicommissis iniuncte sunt, eorundem voluntatem remitti possint. Quocumque enim in iudicio voluntatis cautio legatis sive fideicommissis remitti potest. *Sine die et consule*[80]).

Lex 3. Impr. Severus et Antoninus a. Siphonisi. [c. 3. C. ibid.]

Que legatis relicta sunt, si cuidam distracte sunt, ab erede[81]) restituantur.

Lex 4. Idem a. Protagore. [c. 4. C. ibid.]

Pupilli a creditoribus actionem non habent[82]).

Lex 5. Impr. Alexander a. Pauline. [c. 5. C. ibid.]

Qui legata sive fideicommissa causa in possessionem mittitur, non proprietatem nanciscuntur[83]), sed eius pignoris.

Lex 6. Idem a. Donato. [c. 6. C. ibid.]

Fideicommissum servandi causa in possessionem post sex menses. Lex ipsa lege[84]).

Lex 7. Idem a. Procliano. [c. 7. C. ibid.]

Fideicommissum et legatis his, cuius ususfructus est, utatur leg̃.

Lex 8. Idem a. Zenodote. [c. 8. C. VI. 54.]

Contra eos, qui rem publicam administrant, sub condictione[85]) relictis fideicommissis. Lege ipsa lege.

TITULUS LIV. De suis et legitimis liberis et ex filia nepotibus ab intestati[86]) venientibus.

Lex 1. Impr. Severus et Anthoninus aa. Crispine. [c. 1. C. VI. 55.]

Soror fratri[87]) suo centum dies morata fuit, heres succedere non excluditur.

Lex 2. Impr. Dioclit. et Max. aa. Avie. [c. 2. C. ibid.]

Nepotes avo suo per stirpe succedant.

Lex 3. Idem a. et c. Marcelle.[88]) [c. 3. C. ibid.]

Postumus cum frater natum ab intestati[89]) equum succedant.

Lex 4. Idem a. et c. Apiano.[90]) [c. 4. C. ibid.]

Adoptivus et natu | li[91]) filii aequum succedant.

Lex 5. Idem a. et c. Possidonio. [c. 6. C. ibid.]

Ex libera et servo natus adulterus est, nec ad honorem pervenire potest.

Lex 6. Idem a. et c. Emiliano. [c. 7. C. ibid.]

Filius ex liberta in potestate patris est liber.

Lex 7. Idem a. et c. Cathoni. [c. 8. C. ibid.]

Apud hostes patre defuncto, filia communis vobis, quo casu scientia abona mortis non prestolatur, heres extitit sua et ad te transmisit successionem. *Sub die decimo Kl. Decto. Nicea.*

Lex 8. Impr. Valentinianus et Theod. aa. Const. pp. [c. 9. C. ibid.]

Defuncto avo superstites filios et nepotes per stirpe dividant, et nepotes tertiam partem refundant suis avunculis vel amitis.

Lex 9. Impr. Honorius et Theod. aa. Maximo pp. [c. 10. C. ibid.]

Successio avie filius et deminutio capitis non pponitur[92]).

Lex 10. Impr. Theod. et Valentinianus aa. ad Senatum urbis Rome. [c. 11. C. ibid.]

Defuncto filio superstite matre vel avia matre succedat.

Lex 11. Impr. Iustinianus a. Mene pp. [c. 12. C. ibid.]

Mortua persona superstite nepotes ex filio et alios nepotes ex fratre, succedunt nepotes ex filio.

---

71) Vox *suum* in Cod. supra lineam tantum apposita est. 72) Leg. *Falcidiam*. 73) Leg. *servandorum*. 74) Leg. *Pius*. 75) Lege *Marcus*. 76) Pro *quae* Cod. *q:* habet. 77) Incipit fol. 156. A. Verba *potest* $\overset{N}{\overline{\text{aut}}}$ quid sibi velint, mihi non liquet. 80) Cod. $\overline{cons}$. 81) Lege *herede*. 82) Cod. *abent*. 83) Cod. *naciscuntur*. 84) Leg. *lege ipsam legem*. 85) Lege *conditione*. 86) Leg. *intestato*. 87) Cod. $\overline{fri}$. 88) Inscriptio est const. 4. C. VI. 54. 89) Leg. *intestato*. 90) Inscriptio est const. 5. C. VI. 54. 91) Incipit fol. 156. B. 92) Leg. *opponitur*.

TITULUS LV. Ad Senatumconsultum[93]) Tertullianum.

Lex 1. Impr. Dioclit. et Max. aa. Vavinie. [c. 1. C. VI. 56.]

Defuncto filio superstite matre ipsam heres succedit.

Lex 2. Idem a. et c. Resue. [c. 2. C. ibid.]

Defuncto filio superstite | [94]) matre ipsa ab intestati succedit.

Lex 3. Impr. Constantinus a. Catilino praefecto Africe. [c. 3. C. ibid.]

Mater minori etate, si filio suo tutorem non petiit, si mortuus est, a successionem non excluditur mater.

Lex 4. Impr. Grat. Valens et Theod. aaa. Eustrophio pp. [c. 4. C. ibid.]

Defuncto marito, superstite matrem cum filio si intra annum migravit ad nuptias, infamis est; si veniam ab imperatore petierit et remiserit, reparavit in coniunctionem filiorum priorum sex uncias, donec ex suo matrimonio retento sibi usumfructum aboliti absolutio. *In ea lege abet[95]) verba:* Ex viro priore mulier, qui ad secundas nuptias migravit, defuncto filio superstite matre et fratre defuncti, patri debetur successio; quod si sola mater superstit, ipsa successit.

Lex 5. Impr. Theod. et Valentinianus aa. ad Senatum. [c. 5. C. ibid.]

Mulier si post mortem filia ad secundas ñ.[96]) migravit, morte filii ipsa lucret. Quodsi migravit, usumfructum de sponsalibus ss.[97]) habeat, proprietas superstitis fratri sit defuncti.

Lex 6. Idem a. et[98]) Florentino pp. [c. 6. C. ibid.]

Mulier, quae[99]) suscepit gubernare tutela[1]) filii, ad secundas nuptias migravit, priusquam ei petiit tutore, et si moriatur filius, non illi succedat heres.

Lex 7. Impr. Iustinianus a. Mene pp. [c. 7. C. ibid.]

Defuncto filio superstite matre et nepotes et filiastrum medie | tas[2]) sit matri secundum antiquas leges. *In ea lege abet[3]) hec verba ipsa ad locum:* Si vero matre superstite defuncto filio suo superstite et matre et fratres et nepotes equum dividant. *In ea lege hec verba ipsa ad locum:* Vel ex constitutionibus parte matris defuncta persona superstite pater et mater et fratres medietas parentibus est usumfructum.

TITULUS LVI. Ad Senatumconsultum[4]) Orphitianum.

Lex 1. Impr. Alexander a. Euacelo. [c. 1. C. VI. 57.]

Defuncta muliere, superstite filia et parentes, filia succedit.

Lex 2. Impr. Dioclit. et Max. aa. et c. Merodore. [c. 2. C. ibid.]

Defuncta persona superstites duos filios et alio emancipato si mortuus emancipatus, duo filii succedant, exclusos omnes[5]) parentes.

Lex 3. Idem a. et c. Iuliane. [c. 3. C. ibid.]

Defuncta muliere filius succedit.

Lex 4. Idem a. et Valentinianus et Theod. aaa. et c. ad Elarium[6]) pp. [c. 4. C. ibid.]

Filii emancipati et parentes invicem sibi succedant.

Lex 5. Impr. Iustinianus a. Demostheni pp. [c. 5. C. ibid.]

Mulier inlustris habens[7]) filios ex nuptiis, alios ex adulterio, ex nuptiis filii succedunt mulieri. Minor sit, alio modo habeat[8]) filios, omnes[9]) succedant matri.

Lex 6. Idem a. Iuliano pp. [c. 6. C. ibid.]

Quidam iussit heredi dari libertatem ancille; mora faciente, si ancilla pepererit, liber natus est et matrem heres succedit.

TITULUS LVII. De legitimis heredibus. | [10])

Lex 1. Impr. Alexander a. Cassio Ermosiano. [c. 1. C. VI. 58.]

Filii parentibus succedunt, exclusos alios parentes.

Lex 2. Idem a. Tatiane et aliis. [c. 2. C. ibid.]

Si filius patri successionem ipso vivente repudiavit, post eius obitum adire non potest.

Lex 3. Impr. Decius a. Asclepiodote. [c. 3. C. ibid.]

Frater patri moritur exclusos nepotes.

Lex 4. Impr. Dioclit. et Max. aa. Cecilio. [c. 4. C. ibid.]

Si nepus[11]) tuus intestatus aut quattuordecim annis[11b]) decessit testatus, tu illi succedis.

Lex 5. Idem a. et c. Claudiane. [c. 6. C. ibid.]

Cui competit successio, ea repudiavit alius, propinquus succedit.

Lex 6. Idem a. et c. Lamnio. [c. 7. C. ibid.]

93) Leg. *Senatusconsultum.* 94) Incipit fol. 157. A. 95) Leg. *habet.* 96) Leg. *nuptias.* 97) Leg. *suis.* 98) Sic Codex sine lacunae suspicione. 99) Pro *quae* Codex habet q. 1) Leg. *tutelam.* 2) Incipit fol. 157. B. 3) Leg. *habet.* 4) Leg. *Senatusconsultum.* 5) Pro *exclusos omnes* Codex habet *excluso* $\overline{soms.}$ 6) Cod. *Adelarium.* 7) Codex *abens.* 8) Cod. *abeat.* 9) Cod. $\overline{oms.}$ 10) Incipit fol. 158. A. 11) Leg. *nepos.* 11b) Adde post vocem *annis* vocem *minor.*

Defuncto nepote succedit frater patris eius, exclusa sorore matris defuncti.

Lex 7. Idem a. et c. Silviano. [c. 8. C. VI. 58.]

Cui conpetebat successio, in captivitate decessit, propinquus illi succedat.

Lex 8. Idem a. et c. Damagore. [c. 9. C. ibid.]

Soror sorori succedit, excluso avo materno.

Lex 9. Impr. Theod. et Valentinianus aa. Florentio pp. [c. 10. C. ibid.]

Cui competit successio pupilli, si post obitum patris intra anno tutore illi non petierit, et mortuus fuerit, non illi succedit, sed alii.

Lex 10. Impr. Anastasius a. Constantino pp. [c. 11. C. ibid.]

Qui filios suos emancipavit, non illi abstollatur auctio[12]) vel a posteris eorum. | [13])

Lex 11. Impr. Iustinianus a. Ioh. pp. [c. 12. C. ibid.]

Uxor si quinquagesimo etatis sue anno partum fecit, cum aliis heres succedat.

Lex 12. Impr. Iustinianus a. Ioh. pp. [c. 13. C. ibid.]

Si filius emancipatus mortuus fuerit intestatus sine liberis superstite patrem et fratrem usumfructum sit patri, proprietas autem sit fratris.

Lex 13. Impr. Iustinianus a. Ioh. pp. [c. 14. C. ibid.]

Equum veniant ad successionem fratres[14]) et sorores de uno patre et matre progeniti. *In ea lege abet hec verba ipsa ad locum, ubi dicit:* Fratris filius ad successionem defuncta persona superstites nepotes ex fratres[15]) et alius de sorore anteponuntur in successione nepotes ex fratre et per capita dividant.

[*Lex 14.*[16]) *Impr. Dioclit. et Max. aa. et c. Nicolao.* [c. 7. C. VI. 59.]

Propinqui ab intestato succedant.

Lex 15. Idem a. et c. Nicolao[17]). [c. 8. C. ibid.]

Heres si ante testamentum vel post repudiavit hereditas, invalidus videtur testamentus.

Lex 16. Idem a. et c. Sopatro. [c. 9. C. ibid.]

Si liber[18]) homo ancillam suam uxorem habuit[19]), dominus[20]) ancille libus ee. non successit.

Lex 17. Idem a. et c. Danato. [c. 10. C. ibid.]

Nutritores ab intestato heres non succedit, quem nutriit.

Lex 18. Impr. Iustinianus a. Demosthenì pp. [c. 11. C. VI. 59.]

Defuncto filio superstite patre et germano et fratre uterinum, germanus illi succedit de castrense peculio.]

TITULUS LVIII. De communia ad successionibus. | [21])

. . . . | [22])

TITULUS LIX. De bonis maternis & maternis[23]) generis.

Lex 1. Constantinus a. consulibus[24]), *praetoribus, tribunis, senatui salutem.* [c. 1. C. VI. 60.]

Defuncta muliere superstite marito et filio, res eius pater tueat et usumfructum capiat et utilitate filii peragat. Quod si res filii distraxerit, non sit perscriptio filii repetendo[25]).

Lex 2. Impr. Archadius et Honorius aa. Florentio pp. [c. 2. C. ibid.]

Omnia, quae[26]) ex linea materna sunt, tueantur a patre et usumfructum capiat et non distrahatur[27]).

Lex 3. Impr. Theod. et Valentinianus aa. ad Senatum urbis Rome. [c. 3. C. ibid.]

Defuncta muliere reliquid[28]) marito et filios emancipatos; res emancipatas filii tollent; si alii non sunt non emancipati, patris est usumfructum; hoc est in nepotibus servanda. *In ea lege hec verba specialiter sunt*[29]) *ad locum:* Deteriores et in nepotibus filii non sinantur; mortua muliere reliquid[30]) marito et filio aut nepote, usumfructum avum est, proprietas filio et nepote.

Lex 4. Impr. Leo a. Colligrato pp. [c. 4. C. ibid.]

Defuncta muliere superstites marito et filios usumfructum marito habeat[31]), si ad secundas venerit nuptias non annon.

TITULUS LX. De bonis, que liberis in potestate constitutis ex matrimonium vel aliter adquiruntur, et eorum administrationem.

Lex 1. Theod. et Valentinianus aa. ad Senatum. [c. 1. C. VI. 61.]

Filius | [32]) aut filia matrimonio iuncta adquisierit ab avo vel avia, ipsorum sit, non patri eorum.

Lex 2. Idem a. et c. Hierio pp. [c. 2. C. ibid.]

Quocumque casu avo vel avia vel proavo filia adquisierit sub patre, usumfructum sit patri.

Lex 3. Idem a. et c. Florentio pp. [c. 3. C. ibid.]

---

12) Credo legendum *agnatio.* 13) Incipit fol. 158. B. 14) Cod. *frs.* 15) Cod. *frs.* 16) Haec, quae uncis inclusimus, ex titulo sequenti hausta esse, inspicienti cuique apparebit. 17) Inscriptio est const. 7. C. VI. 59. 18) Cod. *lib.* habet. 19) Cod. *abuit.* 20) Cod. *dns.* 21) Incipit fol. 159. A., quae tamen folii pars litteris vacua habetur. 22) Incipit fol. 159. B. 23) Lege *materni.* 24) Pro *consulibus* Codex habet *cons. B.* 25) Leg. *praescriptio filio opponenda.* 26) Codex *oma q.* 27) Cod. *distraatur.* 28) Leg. *reliquit.* 29) Cod. *specialit s.* 30) Leg. *reliquit.* 31) Cod. *abeat.* 32) Incipit fol. 160. A.

Defuncto filio, superstite patre et avo, si filia non reliquid[33]), patri est proprietas, usumfructum avo.

Lex 4. Impr. Leo et Anthoninus a. Eritrio pp. [c. 4. C. VI. 61.]

Adquisitio filiorum patris ul matris est usumfructum. Quodsi eas res parentes distraxerit, post eorum transitum filii vel nepotes exigant, remota praescriptionem [34]).

Lex 5. Idem a. Nepoti magri [35]) militum Dalmatiae. [c. 5. C. ibid.]

Vivente patre sponsum vel sponsa quae [36]) in coniunctione contulerint, firmum non est. *Verba hec leg.* Ipsa filia sub patreq. ab sponso vel marito adquisierit, non est patri.

Lex 6. Impr. Iustiniā. a. Demostheni pp. [c. 6. C. ibid.]

Omnem adquisitionem filii, excepto castrense peculio, patri sit [37]) usumfructum, et de usumfructum siquid adquisierit, cui vult, dimittat. *In ea lege verba hec ipsa sunt ad locum:* Sancimus huiusmodi casus filius quod a patre in mancipatione accepit, medietatem retineat pactus usumfructum, excepto catrense peculio. *In ea lege verba hec ipsa:* Ex quo epothecas. Res filiorum, quae [38]) patri debentur, usumfructum vendite sunt, post obitum patris sit repetitio | [39]), et non computetur anni, ex quo distractum est.

Lex 7. Impr. Iust. a. Iuliano pp. [c. 7. C. ibid.]

Filiusfamilias quod ab imperio adquisierit, ipsius sit, nec habeat [40]) pater vel mater aut avus exinde usumfructum.

Lex 8. Impr. Iustinianus a. Ioh. pp. [c. 8. C. ibid.]

Ex omnem adquisitionem filii portio [41]) est usumfructum, si aut filii legitime etate ab aliquo res relicte fuerint et filius volueri adire [42]), pater adhierit [43]), si quo damnus exinde emerserit, patri erit. Similiter et si quid [44]) patri relictum fuerit et noluerit adire, filius adierit, omnem damnum filio sit, quia licet hoc filio adire et patrem. Militi de castrense peculio licet facere. *In ea lege verba hec ipsa:* Est [45]) alienum, si supersederit pro rebus filiorum, si debitus est et non est redditus [46]), unde reddatur, licet patri res filiorum vendere et debitum reddere. *In ea lege verba hec ipsa ad locum sunt:* Ipsum autem [47]) filium aut [48]) filiam liceat patri pro necessitatem famis res, quae [49]) filiis competit, venundare, et pignus ponere et cum eis vivere. *In ea lege verba hec ipsa ad locum sunt:* In sacris constitutum vel patria potestate [50]). Quae [51]) filio ab alio relicta est facultas, si pater repudiavit, filio praeiudicio non fecit.

TITULUS LXI. De hereditate decurionum, naviculariorum, cohortalium [52]), militum et fabricencium [53]).

Lex 1. Impr. Constantinus a. Musciano prefecto anne [54]). [c. 1. C. VI. 62.]

Navicularii, qui publico administrationi, si moritur sine filio et parentes et intestatus, alii navi | cularii [55]) succedant, excluso fisco.

Lex 2. Impr. Constantinus a. Bono magistro militi [56]) et equitum. [c. 2. C. ibid.]

Qui honeribus [57]) publicis militant, absque herede corpora eius illi succedant.

Lex 3. Idem a. Rufino. pp. [c. 3. C. ibid.]

Qui in operibus publicis constituti sunt [58]), sine herede mortuus fuerit, corpora eius ei succedant.

Lex 4. Impr. Theod. et Valentinianus a. Florentio pp. [c. 4. C. ibid.]

Curiales moriens sine herede, curiales illi succedant.

Lex 5. Idem a. Aurelio comiti rerum privatarum. [c. 5. C. ibid.]

Faber fiscalis moriens sine herede, illi succedant fabri.

EXPLICIT LIBER CONSTITUTIONUM VI. ADNOTATIONUM DOMINI IUSTINIANI FELICITER.

---

33) Leg. *reliquit.* 34) Leg. *praescriptione.* 35) Leg. *magistro.* 36) Codex *q.* habet. 37) Leg. fortasse *sit ad.* 38) Codex q. 39) Incipit fol. 160. B. 40) Codex *abeat.* 41) Leg. *patris.* 42) Leg. *noluerit adire.* 43) Leg. *adierit.* 44) Pro *quid* Codex habet q*d.* 45) Leg. *aes.* 46) Leg. *reditus.* 47) Codex *au̅.* 48) Pro *aut* Codex habet *ā.* 49) Codex *resq.* 50) Deest hoc loco vox *liberatum*, quae const. 8. C. VI. 61. habetur. 51) Pro *quae* Codex *q.* habet. 52) Cod. *coortalium.* 53) Leg. *fabricensium.* 54) Leg. *annonae.* 55) Incipit fol. 161. A. 56) Leg. *militum.* 57) Leg. fortasse *oneribus.* 68) Codex *s.* pro *sunt* habet.

INCIPIT LIBER CONSTITUTIONUM ADNOTATIONUM DOMINI IUSTINIANI SEPTIMUS.

TITULUS I. De indicta[59] libertate et apud consilium manumissionis.

Lex 1. Impr. Antoninus a. Terentio. [c. 1. C. VII. 1.]

Qui iuste manumissus est, inquietari non potest.

Lex 2. Impr. Dioclit. et Max. aa. Callistrio. [c. 2. C. ibid.]

Data libertas refragari non potest. | [60]

Lex 3. Idem a. et c. Attiae. [c. 3. C. ibid.]

Nec mulierem per maritum, nec alium per procuratorem vindicta manumittere posse, non est ambigui iuris.

Lex 4. Impr. Const. a. Maximo[61]. [c. 4. C. ibid.]

Ante iudicem vel curia libertum facere licet ad nō ut liber sit servus eius.

TITULUS II. De testamentaria manumissione.

Lex 1. Impr. Severus et Antoninus aa. Primo. [c. 1. C. VII. 2.]

Viginti annorum etate XX per testamento data libertas valet.

Lex 2. Idem a. Filito. [c. 2. C. ibid.]

Testator, quem manumisit, dum dominus vivet, serviat.

Lex 3. Idem a. Ephiposi. [c. 3. C. ibid.]

Heres si a successionem se abstineat, libertati non impedit.

Lex 4. Idem a. Anchilao. [c. 4. C. ibid.]

Si pater tuus libertus est, tu heres es, quod ante libertatae domino suo debuit, non reddis[62] nec rationem ei tu facis.

Lex 5. Impr. Alexander a. Quintiano. [c. 5. C. ibid.]

Qui creditoribus obnoxius fuit, servum, quem libertavit, non illi prodest.

Lex 6. Impr. Gordianus a. Philistrato. [c. 6. C. ibid.]

Qui te libertavit, si heres demisit[63], ut sufficiad[64] creditoribus, valeat tibi libertas.

Lex 7. Idem a. Iuste. [c. 7. C. ibid.]

Servum, quem auctor[65] tuus liberum esse noluit, non libertis.

Lex 8. Impr. Philippus a. et Philippus c. Gemello. [c. 8. C. VII. 2.]

Servum, quem in coniunctione filii sui fecit, firmum est.

Lex 9. Impr. Carus, Carinus et Numerianus aaa. Mauro. [c. 9. C. ibid.]

Si extraneum servum herem fecerit, valet; nam | [66] liberum eum facere non potest.

Lex 10. Impr. Dioclit. et Max. aa. et c. Germano. [c. 10. C. ibid.]

In verbo data libertas valet, si aliud non impedit.

Lex 11. Idem a. et c. Laurinae. [c. 11. C. ibid.]

Si legibus non est factus testamentus, libertas servi cassatur; si non fecit, ut pro codicellis valet[67].

Lex 12. Idem a. et comiti[68] *Phizosi.* [c. 12. C. ibid.]

Recte factus testamentus si ab herede vitius neglegentie vel repudii factus est, libertas manet.

Lex 13.[69] *Idem a. et c. Martiali.* [c. 13. C. ibid.]

Libertum ab herede reputari non licet in servitio, nec perscriptio[70] eum nocebit.

Lex 14. Impr. Theod. et Valentinianus aa. Florentio. [c. 14. C. ibid.]

Testari verbis grecis et libertare liceat, si legibus fiat.

Lex 15. Impr. Iustin. a. Ioh. pp. [c. 15. C. ibid.]

Defunctus si per testamentum vel absque scriptura libertos fecerit, et heres noluerit succedere, liceat extraneo vel ipse libertos heres succedere, ita ut creditoribus satisfaciat, ita ut fideiussorem det; hoc intra anno fiat.

TITULUS III. De lege Fuffia Caninia tollenda.

Lex 1. Imp. Iust. a. Moene pp. [c. un. C. VII. 3.]

Libertas int˜ ingenuis habeantur[71].

TITULUS IV. De fideicommissariis libertatibus.

Lex 1. Impr. Severus et Antoninus aa. ......[72] [c. 1. C. VII. 4.]

---

59) Leg. *vindicta*. 60) Incipit fol. 161. B. 61) Codex *Maximoo*. 62) Codex *redd̄*. 63) Leg. *dimisit*. 64) Leg. *sufficiat*. 65) Sic a secunda manu. Prima habuerat *actor*. 66) Incipit fol. 162. A. 66) Leg. *valeret*. 68) Vox *comiti* ex male intellecto siglo *c̄*, quo *Caesar* significatur, prodiisse videtur. 69) Cod. *Lex IIIX*. 70) Leg. *praescriptio*. 71) Cod. *abeantur*. 72) Haec lacuna in Codice notata non est.

Si ad hereditatem non adieris, qui iussus est hoc, quod tibi legatum dari iussum est, si alius adict absque[73]) conclusione ab herede de legata tibi dare non potest, et qui tenet. | [74])

Lex 2. Impr. Antoninus a. Valerio. [c. 2. C. VII. 4.]

Si per codicellis libertis iussus est legata adimplere, neglexistis, XX solidos daet[75]) poena.

Lex 3. Impr. Alexander a. Lucio. [c. 3. C. ibid.]

Qui iussi sunt certum tempus liberi fierent, si mora intercessit, filii, qui nati sunt, liberi sint.

Lex 4. Idem a. et c. Arriano. [c. 4. C. ibid.]

Si per testamento iussa es fieri ingenua, si heres tardavit, ex ea die tu et pater[76]) tuus liber est. Quodsi tu petere distulisti, partus tuus serviet.

Lex 5. Idem a. et c. Dionisio. [c. 5. C. ibid.]

Pupillus per testamentum libertum facere non potest.

Lex 6. Idem a. et c. Maximo. [c. 6. C. ibid.]

Testator alienam ancillam libertam fecit, et legata dimisit, si domina[77]) eius non adquievit, heres pro alterius redemptionem hoc legatum det.

Lex 7. Idem a. et c. Nicomedi. [c. 7. C. ibid.]

Testator heredi iussit facere de servo libero, adimpletur.

Lex 8. Idem a. et c. Euticheti. [c. 8. C. ibid.]

Testator iussit ancillam uxori sue libertam esse, si uxor non contradixit, libera est.

Lex 9. Idem a. et c. Mercuriali. [c. 9. C. ibid.]

Testator iussit: *quando filius meus legitima etate fuerit, libera sis;* si filius non ante et impleta etate mortuus est, ad illos annos tu libera es.

Lex 10. Impr. Valerianus et Galienus aa. Daphonio. | [78]) [c. 10. C. ibid.]

Qui servo suo tutore filio suo reliquid[79]), hoc liber est et tutela prestat.

Lex 11. Impr. Dioclit. et Max. aa. et c. Flaviano. [c. 11. C. ibid.]

Testator heredi iussit te manumittere; si non te manumisit, servus es; contra[80]) eum iudicem, ut fias liber.

Lex 12. Idem a. et c. Herineo. [c. 12. C. ibid.]

Si servo comendatur testamentus[81]) vel[82]) codicellis, infirmum est.

Lex 13. Idem a. et c. Pithagoride. [c. 13. C. ibid.]

Maritus ancilla, quem[83]) antea uxori donavit, per testamento precario[84]) nomine libertavit, valet.

Lex 14. Impr. Iust. a. Ioh. pp. [c. 14. C. VII. 3.]

Si testator iussi[85]), quod de ista ancilla pregnante[86]) nascitur, liber sit, firmum est. Si unus vel gemini nascuntur, liberi sunt.

Lex 15. Impr. Iustinianus aa. Ioh. pp. [c. 15. C. ibid.]

Testator si iussit heredi, libertati dari servo, si heres tardaverit dare illi libertatem, iudex illum libertet, firmum est.

Lex 16. Impr. Iustinianus a. Iuliano pp. [c. 16. C. ibid.]

Testator iussit unum ex filiis istius ancillae libertum facere, si moratus est facere ille mortuus, post eius fili acille liberi sunt.

Lex 17. Impr. Iustinianus a Iuliano pp. [c. 17. C. ibid.]

Testator iussit legatario servum suum libertatē[87]) et heres non permisit, sed ad iudicio pervenit; heres pretium servom dare multatur salva libertate. Quod | [88]) si post libertatem legatario accusat, quod menses tenuerit, expensas legatarius quadrupplum reddat.

TITULUS V. Dediticia[89]) libertate tollenda.

Lex 1. Impr. Iustinianus a. Iuliano pp. [c. un. C. VII. 5.]

Dediticia conditio nullo modo in posterum nostram rempublicam molestare concedatur, sed sit penitus delata[90]), quia nec in ius ēē. repperimus, sed vanum nomen huiusmodi libertatis circumducitur. Nos enim, qui libertatem colimus, et ea tantummodo in nostris esse legibus, quae res ipsa obtinent.

TITULUS VI. De Latina libertate tollenda et per certos modos in civitate Romana[91]) transfusam[92]).

Lex 1. Impr. Iustinianus a. Ioh. pp. [c. un. C. VII. 6.]

Per epistulam servum libertas datur ita ut quinque testes scripti sunt. *In ea lege abet verba ipsa ad locum:* Ita tamen, ut ipso patrono vivente quorum[93]) quinque dominus dixit servo: *liber sis*, firmum est. *Idem in ea lege abet:* Quodsi quis servum suum egrum[94]) minaverit aut iactaverit dominus servum suum in infirmitate foris domum proicit[95]), si evasit, liber effectus est. *Idem in ea lege ad locum verba ipsa:*

73) Codex *absq.* 74) Incipit fol. 162. B. 75) Leg. *det.* 76) Codex *pat.* 77) Codex *dna.* 78) Incipit fol. 163. A. 79) Lege *reliquit.* 80) Lege *adi contra.* 81) Lege *servus commendatur testamento.* 82) Codex *ul.* 83) Lege *quam.* 84) Cod. *p̄cario.* 85) Leg. *iussit.* 86) Leg. *praegnante.* 87) Leg. *libertare.* 88) Incipit fol. 163. B. 89) Leg. *de dediticia.* 90) Leg. *deleta.* 91) Leg. *civitatem Romanam.* 92) Leg. *transfusa.* 93) Leg. *coram.* Sic const. un. §. 1. C. VII. 6. *hoc facere quinque testibus adhibitis.* Similiter et §. 2. 94) Leg. *aegrum.* 95) Leg. *proiicit.*

Ancilla sua sub hoc[96]) conditione. Qui ancilla sua prostituta fecerit, mox libera effecta est. *Idem in ea lege abet*[97]): Sed qui domini[98]) funus sepelit, ante lectum defuncti coronatus ambulat vel suer | [99]) lectos, sed et iusso defuncti vel heredi, hii[1]) servi liberi effecti sunt[2]), qui apellati[3]) dicuntur. *In ea lege abet*[4]): Qui servo liberam uxorem dedit. Si homini libero ancillam tuam uxorem dedisti, libera effecta est, vel, si consensit, ut eam haberet[5]). *Idem in ea legem:* Si dominus dixit. Si dominus inter acta servum suum dixerit filius, et mox ingenuus effectus est. *Idem in ea lege abet*[6]): Si dominus instrumenta servi coram quinque testes servo dedit, mox liber effectus est.

TITULUS VII. De servo communi manumisso.

Lex 1. Impr. Iustinianus a. Iuliano pp. [c. 1. C. VII. 7.]

Qui servo commune manumisit, compellatur coheredes portionem suam vendere heredi manumissoria, ut ipse fraus pretium pro se reddet. *In ea lege abet*[7]): Pretium ancille et servus sine arte viginti solid. XX; decem annorum decem solidos X., et relequas[8]) arte relege et invenis. *In ea lege abet*[9]): Servus pro parte manumissus si sotii[10]) pretium[11]) accipere noluerint, tunc amissio[12]) pretio[13]) iudex eum liberum efficiat.

Lex 2. Impr. Iustinianus a. Iuliano pp. [c. 2. C. ibid.]

Servus communis ab uno domino[14]) pro sua portione liberum fecit, alii socii pretium a servo accipiant.

TITULUS VIII. De servo pignori dato manumisso.

Lex 1. Impr. Severus et Antoninus a. Proculo. [c. 1. C. VII. 8.]

Mancipium, quem in dotem dedit, postea manumittere eam non licuit. | [15])

Lex 2. Idem a. Bascanto. [c. 2. C. ibid.]

Mancipium fisco obligatus vendi non licet.

Lex 3. Idem a. Antonino. [c. 3. C. ibid.]

Qui tota bona obligavit, servo libertatem non potuit dare.

Lex 4. Impr. Alexander a. Sabiniano. [c. 4. C. ibid.]

Debitor si cum voluntate creditori[16]) servum libertavit, valet.

Lex 5. Idem a. Extricaniano. [c. 5. C. ibid.]

Ancilla pignoris data fuit; non redditas pecunias, in servitio revocatur, si fuit manumissa.

Lex 6. Idem a. Auctori. [c. 6. C. VII. 8.]

Si tutor si de res pupilli servum comparavit et manumisit, non est firmum.

Lex 7. Impr. Gordianus a. Iuliane. [c. 7. C. ibid.]

Maritus si dotem uxoris mancipium comparavit, libertare illum non potuit.

TITULUS IX. De servis reipublice manumittendis.

Lex 1. Impr. Gordianus a. Ephigonio. [c. 1. C. VII. 9.]

Qui servo publico manumisit vel vicario pro eo dedit, fuga lapsus est, manumissus est, in servitio redit.

Lex 2. Idem a. Agriagne. [c. 2. C. ibid.]

Ancillam, quem manumisisti, postea eam in dotem conscripsisti, filii ex ipsa nati liberi sunt.

Lex 3. Impr. Dioclit. et Max. aa. et c. Philadelphio. [c. 3. C. ibid.]

Libertus si patrono suo curiali in obsequium fuit, servus non redigetur, cuius filius ex curie administrari potest.

TITULUS X. De his, qui non a domino manumissi sunt. | [17])

Lex 1. Impr. Antoninus a. Corneliano. [c. 1. C. VII. 10.]

Qui alienum servum manumisit, pretium reddat, quantum dominus[18]) vult.

Lex 2. Impr. Alexander a. Mercuriali. [c. 2. C. ibid.]

Si rogatus servo alteri comparasti, si, cui pretium[19]) fuit, eum manumisit, iniuste petis eum tibi servire.

Lex 3. Idem a. Pompeio. [c. 3. C. ibid.]

Qui te heredem fecit, si servo tuo manumisit, valet.

Lex 4. Impr. Valerius et Galienus aa. et c. Zoilo. [c. 4. C. ibid.]

Qui ad solum obsequium habuit[20]) datum servum, si eum manumisit, nihil[21]) est.

Lex 5. Impr. Dioclit. et Max. aa. Marcelle. [c. 5. C. ibid.]

Qui tibi donavit mancipium, postea eum libertare non potuit.

---

ρασίας ἢ ὑποθήκας πραγμάτων ἀκινήτων τοῖς αὐτοῖς εὐαγέσιν οἴκοις προσηκόντων ὑπεισιέναι ἢ δι' ἑαυτοῦ ἢ διὰ παρενθέτου προσώπου, καθὰ [93]) καὶ τοῖς [94]) ἐν τῇ βασιλίδι πόλει οὖσιν, ἐπὶ ταῖς αὐταῖς ποιναῖς ἀπαγορεύομεν. (Cap. 8.) Εἰ δέ τις ἢ μισθωτὴς ἢ ἐμφυτευτὴς πράγματος διαφέροντος ἢ τῇ ἁγιωτάτῃ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ ἢ ἑτέρῳ εὐαγεῖ οἴκῳ ἐν οἱῳδήποτε τόπῳ τῆς ἡμετέρας πολιτείας κειμένῳ ἢ χεῖρον ποιήσει τὸ πρᾶγμα, ὅπερ ἢ ἔλαβεν [95]) ἢ μετὰ ταῦτα λάβοι, ἢ ἐπὶ διετίαν [96]) μὴ καταβάλῃ τὸν παρ' αὐτοῦ ὁμολογηθέντα ἢ [97]) ἐμφυτευτικὸν ἢ μισθωτικὸν [98]) κανόνα, δίδομεν ἄδειαν τῷ εὐαγεῖ οἴκῳ, ἐξ οὗ ἡ μίσθωσις ἢ ἡ ἐμφύτευσις γέγονε [99]), καὶ τὰ ὀφειλόμενα τούτῳ [1]) ὑπὲρ τοῦ προλαβόντος χρόνου καὶ τὴν ἀρχαίαν κατάστασιν τοῦ μισθωθέντος ἤτοι ἐμφυτευθέντος πράγματος ἀπαιτεῖν, καὶ ἐκβάλλειν τῆς ἐμφυτεύσεως ἤτοι μισθώσεως, μὴ δυνάμενον περὶ ἐμπονημάτων [2]) ἀγωγὴν τινὰ [3]) κατὰ [4]) τῶν εὐαγῶν οἴκων κινεῖν. εἰ δὲ βούλοιντο οἱ τούτων διοικηταὶ ἐκβάλλειν [5]) τοῦτον, ἀπαιτεῖσθαι μὲν αὐτὸν παρακελευόμεθα, ἅπερ ὑπὲρ τῆς μισθώσεως ἤτοι ἐμφυτεύσεως ἐποφείλειν γινώσκεται· μέχρι δὲ τὸν ὁρισθέντα χρόνον περαιώσει, τὸ δεδομένον [6]) αὐτῷ πρᾶγμα κρατεῖν αὐτὸν καὶ τὰ συνδόξαντα διδόναι. εἰ δὲ ἀποφύγοι [7]), ἄδειαν παρέχομεν τοῖς προεστῶσι τῶν αὐτῶν [8]) εὐαγῶν τόπων, τὸ ἀζήμιον τοῖς εὐαγέσιν οἴκοις ἐκ τῶν ἐκείνου πραγμάτων περιποιεῖν, μὴ δυναμένου μηδὲ [9]) ἐνταῦθα περὶ ἐμπονημάτων τὶ προτιθέναμι [10]). (Cap. 9.) Ταῖς δὲ ἁγιωτάταις ἐκκλησίαις Ὀδύσσου [11]) καὶ Τόμεως [12]) τῶν πόλεων ἐπιτρέπομεν ἐκποιεῖν πράγματα ἀκίνητα ὑπὲρ τῆς τῶν αἰχμαλώτων ἀναρρύσεως, πλὴν εἰ μὴ ἐπὶ ταύτῃ τῇ αἱρέσει κτήσεις τινὲς αὐταῖς ἐδόθησαν [13]), ἐφ' ᾧ κατὰ μηδένα τρόπον ταύτας ἐκποιεῖσθαι. καὶ τοῦτο δὲ συγχωροῦμεν, ὥστε τὴν τῶν Ἱεροσολυμιτῶν ἁγιωτάτην ἐκκλησίαν ἄδειαν ἔχειν τοὺς οἴκους τοὺς αὐτῇ προσήκοντας καὶ κειμένους ἐν τῇ αὐτῇ ἁγίᾳ πόλει πιπράσκειν, μὴ ἐπ' ἐλάττονι τιμήματι, ἤπερ [14]) ἐκ τῶν ἐνοικίων αὐτῶν ἐπὶ πεντήκοντα ἐνιαυτοὺς συνάγεται, ὥστε ἐκ τῆς τούτων τιμῆς ἄλλην πρόσοδον καλλίονα ὠνεῖσθαι. εἰ δέ τινες οἱῳδήποτε εὐαγεῖ οἴκῳ, εἴτε ἐν τῇ βασιλίδι πόλει, εἴτε ἐν ταῖς ἐπαρχίαις κειμένῳ [15]) ἀπόρους [16]) κτήσεις δωρήσονται [17]) ἢ [18]) πωλήσωσιν [19]) ἢ ἄλλῳ τρόπῳ παράσχωσιν ἢ καταλείψωσι [20]), κελεύομεν ὑπὲρ τῶν τοιούτων πραγμάτων μηδεμίαν [21]) βλάβην ὑπομένειν τὸν εὐαγῆ οἶκον, εἰς ὃν ἡ τοιαύτη κτῆσις περιῆλθεν, ἢ δημοσίῳ ὀνόματι [22]) ἢ ἄλλης οἱασδήποτε αἰτίας χάριν βαρύνεσθαι, ἀλλὰ πᾶν [23]) τὸ τοιοῦτον βάρος εἰς τοὺς δεδωκότας καὶ τοὺς αὐτῶν [24]) κληρονόμους ἐπανιέναι, ἀναγκαζομένους ἀναλαβεῖν [25]) τὰς δεδομένας τοιαύτας κτήσεις καὶ ἀποκαθιστᾶν ἐκ τῆς ἰδίας περιουσίας τῷ εὐαγεῖ οἴκῳ πᾶσαν ζημίαν, ἐκ τοιαύτης

venditiones vel hypothecas rerum immobilium, ad easdem sacras domos pertinentium, vel per se vel per interpositam personam celebrare, quemadmodum et illos, qui in hac regia civitate sunt, sub iisdem poenis prohibemus. (Cap. 8.) Si qui conductor vel emphyteuticarius rei, quae vel ad sanctissimam magnam ecclesiam vel aliam venerabilem domum in quocunque loco reipublicae nostrae sitam pertinet, rem, quam vel accepit, vel post haec accipiet, vel per biennium non solverit promissum a se canonem vel emphyteusis vel conductionis, potestatem damus venerabili domo, a qua locatio vel emphyteusis facta est, et ea, quae huic pro tempore praeterito debentur, veteremque statum rei locatae vel in emphyteusin datae exigendi, illumque emphyteusi vel conductione eiiciendi, ut nec de meliorationibus actionem adversus venerabiles domos instistituere queat. Si vero harum administratores hunc eiicere velint, iubemus, ab eo haec exigi, quae ex locatione vel emphyteusi debere cognoscatur; donec autem tempus praefinitum praetereat, rem ipsi datam ab eo detineri, eaque, de quibus convenerit, praestari. Quodsi nolit, licentiam damus his, qui iisdem venerabilibus locis praesunt, indemnitatem venerabilibus domibus ex substantia eius servandi, ita ut ne hic quidem de meliorationibus aliquid proponere possit. (Cap. 9.) Sanctissimis vero ecclesiis civitatum Odessi et Tomi permittimus ad captivos redimendos res immobiles alienare, nisi hac conditione possessiones quaedam ipsis datae sint, ut nullo modo alienentur. Hoc quoque concedimus, ut sanctissima Hierosolymitana ecclesia potestatem habeat, domos ad se pertinentes et in eadem sancta civitate sitas vendendi, non minore tamen pretio, quam quantum ex earum pensionibus quinquaginta annis colligitur, ut ex harum pretio alius melior reditus ematur. Si qui vero cuicunque venerabili domo sive in regia civitate sive in provinciis sitae steriles possessiones donabunt vel vendiderint vel alio modo praebuerint aut reliquerint, iubemus, ut ex talibus rebus venerabilis domus, ad quam talis possessio pervenit, nullum damnum sentiat, vel publico nomine vel ob aliam quamcunque causam gravetur, sed, ut omne illud onus ad eos, qui dederunt, eorumque heredes redeat, qui tales possessiones, quae datae sunt, recipere ex propriaque substantia omne damnum, quod ex tali causa venerabili domo acce-

93) καθ' ἃ C. 94) τοῖς deest in tribus Paris. 95) ἢ ἔλαττον ἔλαβεν A. — Vox ἢ et in F. deest. 96) διετίᾳ A. 97) Vox ἢ deest in C. 98) Voces ἢ μισθωτικὸν desunt in A. 99) γέγονεν C. 1) τούτων A. habet pro τούτῳ. 2) ἐκποιημάτων A. 3) ἀγωγήν τινα A. 4) Pro κατὰ A. habet παρά. 5) ἐκβαλεῖν A. C. F. 6) A. τὸ διδωμένον. 7) ἀποφύγει A. 8) Vox αὐτῶν deest in A. F. 9) μὴ δὲ tres Parisienses. 10) προστιθέναι tres Parisienses. 11) Ὀδύσσου A. C. 12) Τὸ μίως A. — Τὸ μεως C. 13) ἐδόθησαν in A. deest. 14) Pro ἤπερ A. et F. habent εἴπερ. 15) κειμένων A. 16) ἀπ' ὄρους A. 17) C. δωρήσωνται. 18) Tres Paris. ἢ, Mon. omi. 19) πωλήσουσιν A. 20) καταλείψουσι A., καταλείψουσιν F., καταλείψωσιν C. 21) μη δὲ μίαν tres Paris. 22) δημοσίων ὀνόματι tres Paris. 23) παν C. 24) Pro αὐτῶν A. habet αὐτοῦ. 25) Pro ἀναλαβεῖν A. C. F. habent ἀπολαβεῖν.

αἰτίας αὐτῷ[26]) συμβαίνουσαν. εἰ δὲ καὶ[27]) τοιοῦτος δόλος ἐν τῷ πράγματι παρακολουθήσοι, ὥστε καί τινα χρήματα ὑπὲρ τούτου τῷ εὐαγεῖ οἴκῳ δοθῆναι, καὶ ταῦτα κελεύομεν εἰς ἴδιον κέρδος τὸν εὐαγῆ οἶκον ἔχειν, τὰ ἄπορα δὲ πράγματα τῷ δεδωκότι καὶ τοῖς κληρονόμοις αὐτοῦ παντὶ τρόπῳ ἀποκαταστῆσαι[28]). πρὸς τούτοις κελεύομεν, ὥστε μηδεμίαν[29]) ἀνάγκην ταῖς ἁγιωτάταις ἐκκλησίαις ἢ τοῖς ἄλλοις εὐαγέσιν[30]) τόποις ἔν τε τῇ βασιλίδι πόλει καὶ ἐν πάσαις τῆς ἡμετέρας πολιτείας ἐπαρχίαις κειμένοις ἐπάγεσθαι κτήσεις ἀπόρους καὶ[31]) εὐπόρους ὁπουδήποτε κειμένας ὠνεῖσθαι, ἵνα εὑρεθῶσι[32]) διὰ ταύτην τὴν πρόφασιν καὶ ἃς[33]) ἔχουσιν ἀπολλύντες, ἢ χρέεσιν ἐνεχόμενοι. εἰ δέ τις βουληθείη πρᾶγμα ἀκίνητον ὀνόματι χρήσεως λαβεῖν παρά τινος τῶν εἰρημένων εὐαγῶν οἴκων τῶν ἐν τῇ βασιλίδι πόλει κειμένων, μὴ ἄλλως τοῦτο λαμβανέτω, εἰ μὴ ἕτερον εὐθὺς πρᾶγμα δεσποτείας δικαίῳ παράσχῃ τῷ εὐαγεῖ οἴκῳ, ἐξ οὗ τὸ αὐτὸ λαμβάνει πρᾶγμα[34]), τοσαύτην ἔχον[35]) πρόσοδον, ὁπόσην ἔχει τὸ πρᾶγμα, ὅπερ αὐτῷ δίδοται καὶ μὴ πλείοσι[36]) τελέσμασι[37]) βεβαρημένον, ὥστε μετὰ τὴν ἐκείνου τελευτὴν ἢ τὸν χρόνον, ἐφ' οὗ ἡ δόσις τῆς χρήσεως συνήρεσε[38]), μὴ ὑπερβαίνοντα δηλαδὴ τὴν τοῦ λαμβάνοντος ζωήν, ἑκάτερον πρᾶγμα ἐπ' ἀκεραίῳ κατὰ[39]) δεσποτείαν καὶ κατὰ[40]) χρῆσιν εἰς τὸν αὐτὸν εὐαγῆ οἶκον περιελθεῖν. Καὶ ταῦτα μὲν περὶ τῶν ἀκινήτων πραγμάτων ἐκελεύσαμεν. (Cap. 10.) Περὶ δὲ τῶν ἱερῶν σκευῶν τῶν διαφερόντων τῇ αὐτῇ ἁγιωτάτῃ[41]) μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ τῆς βασιλίδος πόλεως ἢ τοῖς ἄλλοις εὐκτηρίοις οἴκοις[42]) ἐν οἱῳδήποτε τόπῳ τῆς ἡμετέρας πολιτείας κειμένοις[43]) γενικῶς διατυποῦμεν, ὥστε μὴ ἄλλως ταῦτα πιπράσκεσθαι, εἰ μὴ ὑπὲρ τῆς τῶν αἰχμαλώτων ἀναρρύσεως. εἰ δὲ πλείονα σκεύη ἔν τινι τῶν μνημονευθέντων εὐαγῶν οἴκων εἴη εἰς μηδεμίαν[44]) ἀναγκαίαν χρῆσιν ποιοῦντα, καὶ συμβῇ τὸν τοιοῦτον εὐαγῆ τόπον χρέεσι[45]) βαρύνεσθαι, καὶ οὐκ ἔστιν[46]) ἄλλα[47]) κινητὰ πράγματα, ἐξ ὧν ὀφείλει τὰ χρέα ἀποδοθῆναι, ἄδειαν αὐτοῖς δίδομεν, πράξεως ὑπομνημάτων, ὡς ἀνωτέρω εἴρηται, συνισταμένης, τὰ[48]) εὑρισκόμενα περιττὰ[49]) σκεύη ἢ ἄλλοις εὐαγέσι τόποις χρείαν ἔχουσι πωλεῖν ἢ χωνεύειν ἢ καὶ[50]) ὁμοίως πιπράσκειν καὶ τὴν αὐτῶν τιμὴν εἰς τὸ χρέος παρέχειν, ὥστε μὴ[51]) τὰ ἀκίνητα πράγματα ἐκποιεῖσθαι. (Cap. 11.) Εἰ δὲ παρὰ τὰ διηγορευμένα ἡμῖν τῷ παρόντι νόμῳ συνάλλαγμα γένηται[52]) ἐπὶ τοῖς διαφέρουσι πράγμασι κινητοῖς τὲ[53]) καὶ ἀκινήτοις ἑνὶ τῶν εἰρημένων εὐαγῶν οἴκων, ἀναδιδόσθω[54]) μὲν τῇ αὐτῇ ἁγιωτάτῃ ἐκκλησίᾳ ἤτοι τῷ εὐαγεῖ οἴκῳ τὸ πρᾶγμα, ἐφ' ᾧ[55]) τοιοῦτόν τι παρηκολούθησε[56]), μετὰ τῶν τοῦ μέσου χρόνου καρπῶν, μενέτω δὲ παρ' αὐτῇ καὶ τὸ τίμημα καὶ τὸ ἀντίδωρον ἢ τὸ ὑπὲρ ἀμείψεως ἢ ἄλλης οἱασοῦν αἰτίας αὐτῷ δεδομένον[57]). εἰ δὲ

dit, sarcire cogantur. Si talis etiam dolus hac in re commissus sit, ut etiam aliquae pecuniae pro hac venerabili domo datae sint, iubemus, ut etiam hae lucro venerabilis domus cedant, res steriles vero ei, qui dedit, eiusque heredibus omni modo restituantur. Ad haec iubemus, ut sanctissimis ecclesiis vel reliquis venerabilibus locis, quae tam in regia urbe, quam in omnibus imperii nostri provinciis sita sunt, nulla necessitas inferatur steriles possessiones fertilesque ubicunque sitas emendi, ne ex hac causa eas, quas habent, amittant vel debitis constringantur. Si quis autem velit rem immobilem ususfructus nomine ab aliqua ex supra dictis venerabilibus domibus, quae in regia urbe sitae sunt, accipere, non aliter hanc accipiat, quam, si statim proprietatis iure venerabili domui, a qua eandem rem accipit, aliam praebeat rem, quae tantum reditum ferat, quantum res habet, quae ipsi datur, neque pluribus tributis gravata sit; ut post illius mortem vel illud tempus, ad quod usumfructum dari convenerit (quod tamen vitam eius, qui accipit, non excedat), utraque res in solidum ad proprietatem et ad usumfructum ad venerabilem illam domum redeat. Atque haec quidem de rebus immobilibus praecepimus. (Cap. 10.) De sacris autem vasis, quae ad sanctissimam magnam ecclesiam regiae urbis vel ad reliquas oratorias domos, quae in unoquoque nostri imperii loco sitae sunt, pertinent, generaliter definimus, ut haec non aliter vendantur, nisi pro captivorum redemptione. Si vero plura vasa in aliqua ex supra dictis venerabilibus domibus sint, quae necessario usui non inserviant, talemque venerabilem locum aere alieno gravari contingat, neque aliae res mobiles adsint, ex quibus debita solvi queant, potestatem his damus, actis, ut supra dictum est, intervenientibus, vasa, quae superflua esse reperiantur, vel aliis venerabilibus locis, qui his opus habeant, vendendi vel conflandi sive etiam similiter vendendi eorumque pretium in debitum expendendi, ne res immobiles alienentur. (Cap. 11.) Si vero contra ea, quae nobis hac praesente lege sancita sunt, contractus factus sit de rebus mobilibus et immobilibus ad unam ex supra dictis domibus pertinentibus, eidem sanctissimae ecclesiae sive venerabili domui, in qua tale quid contigit, cum fructibus medii temporis res reddatur; maneat autem apud illam et pretium et remuneratio vel id, quod permutationis vel alius cuiuscunque caussae nomine illi datum est. Si vero emphyteusis adversus ea,

---

26) αὐτῷ deest in F. 27) καὶ deest in F. 28) ἀποκαταστῆναι A. C. F. 29) μὴ δὲ μίαν tres Paris. 30) εὐαγέσι A. C. F. 31) Pro καὶ A. habet ἢ. 32) C. εὑρεθῶσιν. 33) Pro ἃς A. habet αἷς. 34) πρᾶγμα λαμβάνει tres Paris. 35) ἔχων A. 36) Sic et F. — C. μὴ πλείοσιν. — A. πρὸς πλείοσι. 37) τελεσμασιν C. 38) συνήρεσεν F. — A. συνήνεσε. 39) Pro κατὰ A. habet καὶ κατά. 40) Sic tres Paris. — Mon. καὶ non habet. 41) Vox ἁγιωτάτῃ deest in tribus Paris. 42) οἴκοις deest in tribus Paris. 43) κειμένους F. 44) Tres Paris. codd. μὴ δὲ μίαν. 45) C. χρέεσιν. 46) ἔστι A. F. 47) ἄλλα deest in tribus Paris. 48) τὰ deest in A. et F. 49) Pro περιττὰ A. habet περὶ τά. 50) Vocem καὶ omittit A. et C. 51) Pro ὥστε μὴ A. habet ὡς τιμή. 52) γένηταί τι tres Paris. 53) τὲ deest in A. — C. habet τε. 54) Pro ἀναδιδόσθω A. habet ἀναδίδοσθαι. 55) ἐφ' ὃ C. F. 56) παρηκολούθησεν C. 57) C. δεδωμένον, A. διδομένων, F. δεδομένων.

ἐμφύτευσις πραχθείη παρὰ τὰ διηγορευμένα ἡμῖν, ἀναδίδοσθαι τῇ ἁγιωτάτῃ ἐκκλησίᾳ ἢ[58]) τοῖς ἄλλοις[59]) εὐαγέσιν[60]) οἴκοις[61]) τὸ αὐτὸ πρᾶγμα κελεύομεν, καὶ τὸν ἐμφυτευτὴν τὸ πάκτον[62]) τελεῖν κατὰ τὴν δύναμιν τῶν ἐμφυτευτικῶν συμβολαίων. εἰ δὲ δωρηθείη πρᾶγμα[63]) ἐκκλησιαστικὸν ἢ ἑτέρου εὐαγοῦς[64]) οἴκου, καὶ αὐτὸ ἀναδίδοσθαι τῇ ἁγιωτάτῃ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ ἢ τοῖς ἄλλοις εὐαγέσι τόποις, μετὰ τὸν[65]) τοῦ μέσου χρόνου καρπὸν[66]) καὶ τοσοῦτον ἕτερον, ὅσον ἄξιόν ἐστι[67]) τὸ αὐτὸ πρᾶγμα. εἰ δὲ ὑποθήκη παρὰ ταῦτα δοθείη, ὁ δανειστὴς τὸ ἐποφειλόμενον ἀπολλύτω καὶ τὸ πρᾶγμα τῷ εὐαγεῖ τόπῳ ἀποδιδότω[68]), τῶν συμβολαιογράφων τῶν θαρρούντων παρὰ τόνδε ἡμῶν τὸν νόμον τοιούτοις ὑπουργεῖν συμβολαίοις, διηνεκεῖ[69]) ἐξορίᾳ καταδικαζομένων. εἴτι δὲ πρὸ τούτου τοῦ νόμου κατὰ τὰς παλαιὰς διατάξεις γέγονε[70]), κελεύομεν τοῦτο πᾶσι τρόποις τὴν ἰδίαν ἔχειν ἰσχύν. πάντα δέ, ὅσα παρὰ τοὺς παλαιοὺς νόμους γέγονε[71]), θεσπίζομεν ἀνατραπῆναι[72]) καὶ τὰ πράγματα τὰ[73]) παρὰ τὴν δύναμιν αὐτῶν δεδομένα, τοῖς εὐαγέσιν οἴκοις ἀναδίδοσθαι. τοῦ δὲ λοιποῦ κατὰ τὸν παρόντα νόμον πάντα γίνεσθαι διατυποῦμεν, σχολαζουσῶν μετὰ ταῦτα πασῶν τῶν ἄλλων διατάξεων τῶν ἐπὶ τοῖς τοιούτοις θέμασι[74]) πρώην φοιτησασῶν. (Epil.) Ἡ ὑπεροχὴ τοίνυν ἡ σή, ἅπερ διὰ τοῦ παρόντος νόμου εἰς τὸ διηνεκὲς ἰσχύσοντος[75]) ἡ ἡμετέρα ἐθέσπισε[76]) γαληνότης[77]), ἄτρωτα παραφυλάξαι σπουδασάτω, ἠδίκτων[78]) ἐν τοῖς συνήθεσι καὶ μόνον τόποις ἐπὶ δέκα ἡμέρας[79]) προτιθεμένων[80]) καὶ μηδενὸς ὑπὲρ ταύτης τῆς αἰτίας[81]) ἐν ταῖς ἐπαρχίαις συστελλομένου. ἡμεῖς γὰρ προνοοῦμεν, ποίῳ τρόπῳ δίχα τῆς τῶν συντελεστῶν βλάβης πᾶσιν ἡ παρ'[82]) ἡμῶν γενικὴ[83]) διάταξις ἐμφανὴς καταστaίη[84]). Δατ'. ιυ. ιδ. μαΐ. cp. ιμp. δN. ANNO. XUIII. POST. OSOYLT BASILIO ANN. III.

quae a nobis sancita sunt, celebrata sit, tunc sanctissimae ecclesiae vel reliquis venerabilibus domibus eandem rem reddi iubemus, emphyteutamque secundum vim et potestatem instrumentorum emphyteuticariorum pactum praestare. Si vero res ecclesiastica vel alius cuius venerabilis domus donata sit, et ipsam una cum fructibus medii temporis sanctissimae magnae ecclesiae vel reliquis venerabilibus locis reddi iubemus, alterumque tantum, quanti res aestimatur. Si vero hypotheca adversus haec data sit, creditor debitum perdito, remque venerabili loco restituito, tabellionibus, qui contra hancce nostram legem huiusmodi instrumentis inservire audent, perpetuo exilio puniendis. Atque, si quid ante hanc legem secundum veteres constitutiones factum est, id omnibus modis vim suam habere iubemus. Omnia autem, quae contra veteres leges facta sunt, everti iubemus resque contra vim et potestatem illarum datas venerabilibus domibus reddi. Ut autem de reliquo omnia secundum praesentem legem fiant, disponimus, omnibus reliquis constitutionibus, quae de talibus casibus nuper factae sunt, post haec cessantibus. (Epil.) Excellentia igitur tua, quae hacce lege in perpetuum valitura nostra serenitas sancivit, inconcussa servare studeat, edictis in locis consuetis tantum per decem dies proponendis ac nullo hanc ob causam in provincias mittendo. Nos enim providemus, quomodo absque collatorum damno generalis haec nostra constitutio manifesta fiat. *Dat. IV. Id. Mai. Constantinopoli imperatoris domini Iustiniani anno XVIII. post consulatum Basilii anno III.*

58) Pro ἢ A. C. F. ἤτοι. 59) ἄλλοις deest in tribus Paris. 60) εὐαγέσι A. C. F. 61) Pro οἴκοις tres Paris. habent τόποις. 62) Pro πάκτον Paris. tres ῥᾶστον. 63) τὸ πρᾶγμα A. 64) Verba ἢ ἑτέρου εὐαγοῦς A. omittit. 65) Pro τὸν A. habet τῶν. 66) Pro καρπὸν A. habet καρπῶν. 67) ἐστιν A. 68) ἀναδιδότω A. C. 69) διηνεκῆ A. 70) γέγονεν C. 71) γέγονεν A. et C. 72) Tres Paris. ἀνατραπῆναι θεσπίζομεν. 73) τὰ deest in tribus Paris. 74) Pro θέμασι F. habet θεσπίσμα. 75) ἰσχύσαντος A. C. F. 76) ἐθέσπισεν C. 77) γαληνότης A. 78) Pro ἠδίκτων A. habet ἰνδίκτων, F. ἰδίκτων. 79) ἡμέραις F. 80) Mon. et tres Paris. προστιθεμένων. 81) τὰς αἰτίας F. 82) Pro παρ' A. C. F. habent παροῦσα. 83) A. γενικῆ. 84) καταστaίη tres Paris., καταστάσῃ Mon. 85) In A. subscriptio haec est: δᾶ. τιδ. μα. ιcpι rpδ. NANNCX UIII. POS TOS. ULT. BASKLIONNIII. — In C. haec est subscriptio: δατ. VII ιδ. MAI cp. IMP. δN. ANNCX VIII (F. habet VII) POST OSULAT BASILIO ANN. (N deest in F.) III. Eadem fere in Codice F. habentur; haec tamen, quae differunt, parentheseos signis additis, notavi. Graeca versio subscriptionis, quae in reliquis fere huius collectionis constitutionibus in contextu Codicis Monacensis addita est, hoc loco nulla habetur.

Ισον θείου νόμου[85]).

Ἀπαγορεύομεν[86]) δὲ τοῖς ὁσιωτάτοις ἐπισκόποις πράγματα[87]) κινητὰ ἢ[88]) ἀκίνητα ..... [89]) οἱῳδήποτε τρόπῳ περιέλθοι, εἰς ἰδίους συγγενεῖς ἢ ἄλλα οἱαδήποτε πρόσωπα οἱῳδήποτε τρόπῳ μεταφέρειν. εἰς αἰχμαλώτων δὲ ἀνάρρυσιν καὶ πτωχῶν ἀποτροφὰς καὶ εἰς ἄλλας εὐσεβεῖς αἰτίας ὑπὲρ τοῦ συμφέροντος τῆς ἰδίας ἐκκλησίας ἐκ τούτων δαπανᾷν ἄδειαν ἐχέτωσαν. καὶ εἴτι ἐκ τῶν τοιούτων πραγμάτων μετὰ τελευτὴν αὐτῶν[90]) εἰς τὴν αὐτῶν περιουσίαν ἀπομείνῃ[91]), κελεύομεν τῇ δεσποτείᾳ τῶν ἁγιωτάτων ἐκκλησιῶν, ἐν αἷς[92]) τὴν ἱερωσύνην εἶχον, διαφέρειν. ἐπ᾽ ἐκείνοις γὰρ μόνοις τοῖς πράγμασιν ἄδειαν αὐτοῖς τοῦ ἐκποιεῖν καὶ καταλιμπάνειν, οἷς[93]) ἂν βουληθείησαν, συγχωροῦμεν, ἅπερ πρὸ τῆς ἐπισκοπῆς ἀποδειχθῶσιν ἐσχηκότες, ἢ μετὰ τὴν ἐπισκοπὴν ἀπὸ τῶν κατὰ γένος αὐτοῖς συνημμένων εἰς αὐτοὺς περιέλθοι, οὓς ἐξ ἀδιαθέτου δύνανται μέχρι τετάρτου βαθμοῦ διαδέχεσθαι. ταῦτα δὲ πάντα, ἅπερ εἰρήκαμεν περὶ τῶν πραγμάτων τῶν μετὰ τὴν ἐπισκοπὴν περιερχομένων εἰς τοὺς ὁσιωτάτους ἐπισκόπους, καὶ ἐπὶ πάντων τῶν εὐλαβεστάτων διοικητῶν τῶν σεβασμίων οἴκων[94]) κρατεῖν θεσπίζομεν, ἐπὶ δὲ τοῖς πράγμασι[95]) τοῖς ἐν τῷ καιρῷ τῆς ἰδίας διοικήσεως κατὰ τὸν εἰρημένον τρόπον εἰς αὐτοὺς περιερχομένοις[96]). εἰ δέ τις ἐπίσκοπος ἢ κληρικὸς ἢ οἱουδήποτε ἐκκλησιαστικοῦ βαθμοῦ ὑπηρέτης ἢ ἐκκλησίας διακόνισσα τελευτήσοι ἄνευ διαθηκῶν καὶ νομίμων διαδόχων, ἡ τούτων διαδοχὴ τῇ ἐκκλησίᾳ διαφερέτω, ἐν ᾗ ἔτυχον κεχειροτονημένοι. κελεύομεν δὲ μηδένα αἱρετικὸν μηδὲ[97]) κατὰ μίσθωσιν, μηδὲ[98]) κατὰ ἐμφύτευσιν, μηδὲ κατὰ ἀγορασίαν ἢ ἄλλῳ οἱῳδήποτε τρόπῳ πράγματα ἀκίνητα λαμβάνειν ἐφ᾽[99]) οἱασδήποτε[1]) ἐκκλησίας ἢ ἄλλου σεβασμίου τόπου. εἰ δέ τι τοιοῦτο[2]) ἁμαρτηθείη, ὁ μὲν αἱρετικός, εἴτι ὑπὲρ ταύτης τῆς αἰτίας παράσχοι, ἀπολέσει· τὰ δὲ τοιαῦτα πράγματα τῷ σεβασμίῳ τόπῳ, ἀφ᾽ οὗ καὶ ἐδόθησαν, ἐκδικηθήσονται. ὁ δὲ διοικητὴς τοῦ οἴκου ὁ τὰ αὐτὰ πράγματα τῷ αἱρετικῷ δεδωκὼς πάσης ἀποκινείσθω διοικήσεως καὶ εἰς[3]) μοναστήριον βαλλέσθω καὶ ἐπὶ ἕνα ἐνιαυτὸν τῆς ἁγίας κοινωνίας χωριζέσθω, ὅστις αἱρετικοῖς Χριστιανοὺς προδέδωκεν[4]). εἰ δὲ ὀρθόδοξος κτῆσιν[5]) ἔχων, ἐν ᾗ ἔστιν[6]) ἁγία ἐκκλησία, ἐκποιήσει ἢ καταλείψει ἢ κατὰ ἐμφύτευσιν ἢ κατὰ μίσθωσιν ἢ οἱανδήποτε διοίκησιν ταύτην δέδωκεν οἱῳδήποτε αἱρετικῷ, εἰ μὲν ἐγίνωσκεν ὁ δεσπότης τῆς κτήσεως[7]), ὅτι αἱρετικῷ ταύτην κατεπίστευσε[8]), πάσας τὰς προσόδους ἐκείνου τοῦ χρόνου[9]) τοῦ περιεχομένου[10]) τῷ συναλλάγματι τὴν ἐκκλησίαν τῆς πόλεως, ὑφ᾽ ἣν ἡ κτῆσις διάκειται, ἐκδικεῖν. εἰ δὲ ἠγνόει ὁ δεσπότης τῆς κτήσεως[11]), ὅτι αἱρετικὸς ἦν ὁ ταύτην πιστευθείς, αὐτὸν μὲν[12]) τὸν δεσπότην διὰ τὴν ἄγνοιαν ἀζήμιον φυλαχθῆναι, τὸν δὲ αἱρετικὸν ἐν ἑκατέρῳ θέματι καὶ ἐκβληθῆναι τῶν κτήσεων καὶ τὴν οὐσίαν αὐτοῦ[13]) τῷ δημοσίῳ[14]) προσκυρωθῆναι.

Exemplum sacrae legis.

Interdicimus autem sanctissimis episcopis, ne res mobiles vel immobiles, (quae post episcopatum ad eos) qualicunque modo pervenerunt, ad cognatos suos vel alias quascunque personas qualicunque modo transferant. Ad captivorum autem redemptionem et pauperum alimenta aliasque pias causas pro utilitate ecclesiae suae haec erogandi licentiam habento. Ac si quid ex talibus rebus post ipsorum mortem in bonis eorum permanserit, iubemus, ut haec dominio sanctissimarum ecclesiarum, in quibus sacerdotium habuerunt, cedant. In illis enim tantum rebus licentiam alienandi, quibusque velint, relinquendi licentiam damus, quas ante episcopatum habuisse eos probatum est, quaeve post episcopatum ab iis, qui genere cum iis coniuncti sunt, quibus ab intestato usque ad quartum gradum heredes esse possunt, ad eos pervenerunt. Haec autem omnia, quae de rebus, quae post episcopatum ad sanctissimos episcopos perveniunt, diximus, etiam in omnibus religiosissimis administratoribus venerabilium domorum valere iubemus, de his tamen rebus, quae tempore administrationis ipsorum supra dicto modo ad ipsos perveniunt. Si qui vero episcopus vel clericus vel cuiuscunque ecclesiastici gradus minister vel ecclesiae diaconissa sine testamento vel legitimis successoribus mortua sit, horum successio ad ecclesiam, in qua forte ordinati sunt, pertineat. Iubemus autem nullum haereticum neque per locationem, nec per emtionem, vel alio qualicunque modo res immobiles a quacunque ecclesia vel alio venerabili loco accipere. Si vero tale quid delinquatur, haereticus, quod pro hac causa praestitit, perdet, talesque res venerabili loco, a quo et datae sunt, vindicabuntur. Administrator domus autem, qui has ipsas res haeretico dedit, ab omni administratione removetur, in monasteriumque coniicitor, per unumque annum a sacra communione separator, ut qui haereticis Christianos prodiderit. Si vero orthodoxus, qui possessionem, in qua sancta ecclesia est, habet, hanc alienabit vel relinquet, vel per locationem vel emphyteusin vel quamcunque administrationem hanc qualicunque dederit haeretico, si quidem dominus possessionis sciebat, se hanc haeretico credidisse, omnes reditus illius temporis, quod contractu continetur, ecclesia eius civitatis, in qua possessio sita est, vindicato. Quod si dominus possessionis ignoravit haereticum esse eum, cui eam crediderit, ipse quidem dominus propter ignorantiam suam indemnis servetur; haereticus autem in utroque casu et possessione eiiciatur et substantia eius fisco vindicetur.

Nov. 131. cap. 13.

85) Ad marginem ρλα΄. εἰς δὲ τὰ βασιλικὰ βιβλ. ε΄. τιτλ. γ΄. κεφ. ι΄. 86) A. habet παγορεύομεν. Scilicet prima littera miniatori scribenda relicta fuit, qui illam neglexit. 87) πρᾶγμα A. C. 88) Pro ἢ A. habet καί. 89) Haec lacuna tam in Monacensi, quam in tribus Paris. apparet. Supple ex contextu Nov. 131. c. 13. ὅσα μετὰ τὴν ἐπισκοπὴν εἰς αὐτούς. 90) αὐτῶν C. F. — In A. αὐτῶν deest. 91) ἀπομείνει C. F. 92) Pro ἐν αἷς tres Paris. ὧν. 93) Pro οἷς A. C. habent οἵαν. 94) Vox οἴκων in A. deest. 95) πράγμασιν C. F. 96) περιερχομένων tres Paris. 97) μὴ δὲ A. C. F. 98) μὴ δὲ A. C. F. 99) Pro ἐφ᾽ C. habet ἀφ᾽. 1) αἰτίας ἐκκλησίας A. C. F. 2) τοιούτῳ A. C. F. 3) Pro εἰς A. F. habent εἰς τό. 4) F. προδέδωκεν, reliqui προσδέδωκεν. 5) κτῆσιν tres Paris. κτίσιν Mon. 6) A. ἐστίν. 7) κτήσεως F., κτίσεως reliqui. 8) κατεπίστευσεν C. 9) C. F. inverso ordine τοῦ χρόνου ἐκείνου. 10) περιερχομένου tres Paris. 11) κτίσεως A. F. 12) Pro μὲν A. habet μετά. 13) αὐτοῦ deest in tribus Paris. 14) Voces τῷ δημοσίῳ desunt in A.

ΕΚ ΤΩΝ[1]) ΜΕΤΑ ΤΟΝ ΚΩΔΙΚΑ ΘΕΙΩΝ
ΝΕΑΡΩΝ ΔΙΑΤΑΞΕΩΝ
ΤΟΥ ΤΗΣ ΕΥΣΕΒΟΥΣ ΛΗΞΕΩΣ ΙΟΥΣΤΙΝΙΑΝΟΥ

ΔΙΑΦΟΡΟΙ ΔΙΑΤΑΞΕΙΣ

ΣΥΝΑΙΔΟΥΣΑΙ ΕΞΑΙΡΕΤΩΣ ΤΟΙΣ ΘΕΙΟΙΣ ΚΑΙ ΙΕΡΟΙΣ ΚΑΝΟΣΙ ΚΑΙ ΕΚ ΠΕΡΙΟΥΣΙΑΣ ΤΗΝ ΟΙΚΕΙΑΝ ΙΣΧΥΝ ΝΕΜΟΥΣΑΙ ΑΙΣ ΤΑΞΙΝ ΤΙΝΑ ΚΑΙ ΑΡΙΘΜΟΝ ΕΠΕΘΗΚΑΜΕΝ ΠΡΟΣ ΣΥΝΤΟΜΟΝ ΕΥΡΕΣΙΝ ΤΟΥ ΕΠΙΖΗΤΟΥΜΕΝΟΥ ΚΕΦΑΛΑΙΟΥ ΔΙΑ ΤΟ ΩΣ ΕΙΡΗΤΑΙ ΕΚ ΔΙΑΦΟΡΩΝ ΔΙΑΤΑΞΕΩΝ ΕΙΝΑΙ ΤΑ ΣΥΝΤΑΧΘΕΝΤΑ[2]) ΩΣ ΥΠΟΤΕΤΑΚΤΑΙ.

EX EDITIS POST CODICEM SACRIS
NOVELLIS CONSTITUTIONIBUS
IUSTINIANI DIVAE MEMORIAE

DIVERSAE CONSTITUTIONES

QUAE EXIMIE CUM DIVINIS SACRISQUE CANONIBUS CONSENTIUNT IISQUE INSUPER PROPRIAM VIM ET POTESTATEM TRIBUUNT QUIBUS CERTUM ORDINEM NUMERUMQUE TRIBUIMUS UT QUODLIBET CAPUT QUOD QUAERITUR COMPENDIOSE INVENIATUR PROPTEREA QUOD SICUT DICTUM EST EX DIVERSIS CONSTITUTIONIBUS COLLECTA SUNT ITA UTI SUBIECTA SUNT.

Τῆς ἐγκειμένης μετα τους κανόνας τῶν συνόδων διατάξεως τὰ κεφάλαια[3]).

α'. περὶ τῶν πρώτων καὶ μεγίστων θεοῦ δωρεῶν καὶ τῆς προσηκούσης τοῖς θείοις καὶ ἱεροῖς κανόσι[4]) *τιμῆς*[5]).

β'. περὶ τοῦ σκοπεῖσθαι πρότερον τὸν βίον τοῦ εἰς[6]) *ἐπισκοπὴν ἀγομένου, καὶ ποῖα*[7]) *δεῖ εἶναι ἐν αὐτῷ καὶ μὴ εἶναι.*

γ'. περὶ τοῦ μὴ πλέον ἐνιαυτοῦ ἔξω τῆς ἰδίας ἐκκλησίας διάγειν ἐπίσκοπον χωρὶς βασιλικῆς κελεύσεως, μήτε δίχα συστατικῶν ὁδεύειν, μήτε πρὸ τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου ἢ τῶν ἀποκρισιαρίων, ἐξ ἧς εἰσὶ διοικήσεως, ὀφθῆναι βασιλεῖ καὶ ὅπως χρὴ μηνύειν.

δ'. περὶ τοῦ μὴ γίνεσθαι κληρικὸν ἀγράμματον.

Positae post canones synodorum constitutionis capita.

Cap. 1. De primis et maximis Dei donis et honore divinis sacrisque canonibus tribuendo.

Cap. 2. De indaganda prius illius vita, qui ad episcopatum provehitur, deque his, quae in eo esse vel non esse debeant.

Cap. 3. Ne quis episcoporum a sua ecclesia plus anno sine imperatoris iussione abesse audeat, neve absque systaticis litteris proficiscantur, neve in conspectum imperatoris veniant, priusquam sanctissimum patriarcham vel eius, ex qua sunt, dioecesis apocrisiarios adierint, et quomodo id significari oporteat.

Cap. 4. Ne quisquam litterarum ignarus clericus eligatur.

---

1) Haec inscriptio, totaque capitulorum series deest in Cod. 1357., qui hunc habet titulum: *αἱ διατάξεις τοῦ εὐσεβεστάτου αὐτοκράτορος Ἰουστινιανοῦ.* In Vat. 843. haec est inscriptio: *τῶν ἐγκειμένων μετὰ τοὺς κανόνας τῶν δέκα συνόδων νεαρῶν διατάξεων τὰ κεφάλαια.* Reliqua ex inscriptione desunt in Vaticano, teste Assemano in Bibl. iuris Orient. lib. III. cap. 13. p. 450 sq. 2) *συντεχθέντα* 1324. 3) Haec desunt in Vat. 4) *κανόσιν* Vat. 5) *τιμῆς* deest apud Bienerum. 6) *εἰς* deest in 1324. 7) *ὁποῖα* 1324. 1320. Inde a *καὶ ποῖα* desunt omnia in Vat. usque ad *καὶ μὴ εἶναι.*

ε'. περὶ τοῦ μὴ προχειρίζεσθαι εἰς ἐκκλησίαν διακόνισσαν ἐλάττων[8]) ἐτῶν πεντήκοντα μήτε συνοικεῖν προσώπῳ ὑπόπτῳ· τὸν δὲ τὴν[9]) τοιαύτην ὑποφθείραντα[10]) τῇ τοῦ ξίφους ὑποβληθῆναι τιμωρίᾳ.

ϛ'. περὶ μοναστηρίων καὶ μοναχῶν καὶ[11]) περὶ βίου μοναχικοῦ καὶ τοῦ μηδένα χωρὶς ἐπισκόπου κτίζειν μοναστήριον.

ζ'. περὶ τοῦ μὴ προχείρως σχῆμα δίδοσθαι[12]) μοναχικὸν ἐλευθέρῳ ἢ δούλῳ.

η'. περὶ τοῦ μετὰ τριετίαν τὴν ἐν τῷ μοναστηρίῳ ἐναγομένου οἰκέτου, καὶ ὅπως χρὴ τὰ περὶ τούτου προελθεῖν.

θ'. περὶ τῶν μετὰ ἀποταγὴν λειποτακτούντων.

ι'. περὶ τοῦ ἔχειν ἄδειαν τὸν ἀποτασσόμενον τὰ οἰκεῖα διαθεῖναι[13]) πρὸ τῆς ἐν μοναστηρίῳ εἰσόδου· εἰ δὲ καὶ παῖδας ἢ γυναῖκα ἔχοι, τί δέῃ[14]) πρᾶξαι.

ια'. περὶ τῶν ἀπὸ μοναστηρίου εἰς μοναστήριον μεταβαινόντων ἢ κληρικῶν γινομένων, ἢ[15]) τοῦ μὴ γίνεσθαι κατὰ τάξιν ἡγούμενον, ἀλλὰ τὸν ἄξιον.

ιβ'.[16]) περὶ κληρικῶν ἐχόντων τι πρὸς ἀλλήλους ἢ καὶ[17]) ἐναγομένων ὑπὸ τινός[18]), τοῦ[19]) μὴ πλέον διμήνου[20]) ὑπερβαίνειν τὴν δίκην, καί, εἰ φωραθείη[21]) ποινῆς ἄξιος κληρικός, τί δέῃ[22]) γενέσθαι.

ιγ'.[23]) περὶ τῆς[24]) τῶν ἐκκλησιαστικῶν ἀκινήτων πραγμάτων ἐκποιήσεως δίχα τῶν ἐν Κωνσταντινουπόλει.

ιδ'.[25]) περὶ ἐκκλησιαστικῶν ἐμφυτεύσεων τίνα χρὴ[26]) τρόπον ἐκδιδόναι καὶ ἐμφυτεύεσθαι[27]).

ιε'. περὶ τῶν ἐν χρέει δημοσίων ἢ ἑτέρας ἀνάγκης γινομένων[28]) ἐκκλησιῶν καὶ τοῦ πρὸς ἀλλήλας[29]) ἐμφυτεύσεις ποιεῖν χωρὶς τῶν ἐκ βασιλικῆς δωρεᾶς.

ιϛ'. περὶ τοῦ ἔχειν ἄδειαν τὴν ἐκκλησίαν Ἱεροσολύμων πωλεῖν οἰκίας.

ιζ'. περὶ τοῦ μὴ ἐξεῖναι μετασχηματίζεσθαι μοναστήριον εἰς ἰδιωτικὴν ἀγωγήν[30]).

ιη'. περὶ τοῦ μὴ ζημιοῦσθαι κληρικὸν λόγῳ ἐμφανισίμων.

ιθ'. περὶ τοῦ μὴ διαρίζεσθαι[31]) τὸν καθ' οἱανδήποτε[32]) πρόφασιν ἀφιστῶντα ἑαυτὸν τοῦ μυστηρίου καὶ τῆς λειτουργίας.

κ'. περὶ τοῦ μὴ πέρα τοῦ μέτρου χειροτονεῖν κληρικοὺς ἢ κατατάσσειν[33]) ἀδιαρίστους[34])· τὸν δὲ ταῦτα παραβαίνοντα ἐξεῖναι παντὶ αἰτιᾶσθαι αὐτόν.

κα'. περὶ τοῦ μηδένα δανείζοντα γεωργῷ κρατεῖν τὴν γῆν αὐτοῦ, καὶ πόσον ὀφείλει τόκον καρποῦσθαι.

Cap. 5. Ne ad ecclesiam diaconissa ordinetur, quae quinquaginta annis minor est, neve cum persona suspecta cohabitet; qui autem illam corruperit, poenae gladii subiiciatur.

Cap. 6. De monasteriis et monachis atque de vita monastica, ac de hoc, ne quisquam non consulto episcopo monasterium condat.

Cap. 7. Ne facile monachicum schema libero vel servo concedatur.

Cap. 8. De servo, qui post transactum in monasterio triennium recipitur, et, quomodo circa hoc procedendum sit.

Cap. 9. De his, qui, postquam saeculo renuntiarunt, monasterium deserunt.

Cap. 10. De hoc, ut is, qui saeculo renuntiat, veniam habeat, antequam monasterium ingrediatur, de suis rebus testandi. Quod si etiam liberos vel uxorem habeat, quid ipsi agendum sit.

Cap. 11. De iis, qui ab uno monasterio ad aliud transeunt vel clerici fiunt, ac de hoc, ne abbas secundum ordinem eligatur, verum is, qui hoc gradu dignus est.

Cap. 12. De clericis, qui aliquid causae invicem adversus sese habent, vel ab aliquo conveniuntur, ne lis spatium duorum mensium transgrediatur, ac, si clericus poena dignus inventus sit, quid fieri debeat.

Cap. 13. De immobilium rerum ecclesiasticarum alienatione praeter has, quae Constantinopoli sunt.

Cap. 14. In bonorum ecclesiasticorum emphyteusibus quem modum servari oporteat?

Cap. 15. De ecclesiis, quae propter publicam causam vel aliam necessitatem debita contraxerunt, ac de hoc, ne invicem inter sese emphyteuses faciant praeter has, quae ex imperatoris donatione accedunt.

Cap. 16. De hoc, ut ecclesia Hierosolymorum domos vendendi facultatem habeat.

Cap. 17. De hoc, ut ne liceat, monasterium in privatam domum transformare.

Cap. 18. Ut clerico insinuationis ratione nullum damnum inferatur.

Cap. 19. De hoc, ne diariis fruatur, qui qualicunque praetextu se a divinis mysteriis et sacra liturgia amoveat.

Cap. 20. Ne ultra debitum numerum clerici ordinentur, neque absque diariis instituantur; cuicunque autem liceat, eum, qui haec migret, omni modo accusare.

Cap. 21. De hoc, ne, qui agricolis mutuum dat, eius terram detineat, quantasque usuras percipere debeat.

8) ἐλάττω 1324. 1320., Vat. ἐλάττονα, Bien. ἐλάττων. 9) τὴν deest in 1324. 1320. Vat. — Ass. τὸν δέ τοι αὐτήν. 10) ὑποφθείροντα 1324. 1320. Vat. 11) καὶ deest in Vat. 12) διδόναι σχῆμα Vat. 13) διαθεῖναι 1324. 1320. Vat., διαθῆναι Bien. 14) δέοι 1324. 1320., δέῃ Vat. 15) Pro ἢ 1324. 1320. καὶ habent. 16) Ante ιβ'. 1324. 1320. addunt ἄλλη διάταξις. 17) καὶ deest in 1320. 18) Vat. ὑπό τινος. 19) καὶ τοῦ Vat. 20) διμηναίου Vat. 21) φοραθείη Vat. 22) τί δέοι 1324. 1320. Vat. 23) Ante ιγ'. 1324. addit ἄλλη διάταξις; 1320. ad marginem ἄλλη. 24) τῆς deest in Vat. 25) Ante ιδ'. 1324. addit ἄλλη διάταξις; 1320. ad marg. ἄλλη. 26) Pro χρὴ Vat. δεῖ habet. 27) ἐμφυτεύσασθαι Vat. 28) γινομένης Vat. 29) πρὸς ἀλλήλους 1324. 1320. 30) διαγωγὴν Vat. 31) Sic 1324., Bien. διορίζεσθαι. 32) οἱονδήποτε 1324. 33) κατατάττειν Vat. 34) Sic 1324., Bien. ἀδιαρίστους.

κβ'.[35]) περὶ τοῦ τάξιν νόμου[36]) ἐπέχειν τοὺς κανόνας τῶν δ'. συνόδων καὶ κατὰ τοὺς αὐτῶν ὅρους τὰς δικαιοδοσίας τῶν πατριαρχῶν καὶ ἐπαρχιῶν[37]) φυλάττεσθαι.

Cap. 22. De hoc, ut legis vicem obtineant quattuor synodorum canones et ut iurisdictio patriarcharum et provinciarum secundum suos quaeque fines observetur.

κγ'. περὶ τοῦ μὴ βαρύνεσθαι κτήσεις εὐαγοῦς οἴκου ῥυπαραῖς λειτουργίαις χωρὶς ὁδοστρωσίας ἢ γεφυρῶν[38]) οἰκοδομῆς.

Cap. 23. De hoc, ut sacrarum domorum possessiones sordidis functionibus ne onerentur, nisi ad vias sternendas pontesque aedificandam.

κδ'. περὶ τῆς πορισθείσης[39]) τοῖς εὐαγέσιν οἴκοις τῶν μ'. ἐτῶν παραγραφῆς καὶ τῆς τῶν ληγάτων καὶ κληρονομιῶν ἀπαιτήσεως.

Cap. 24. De praescriptione quadraginta annorum sacris domibus concessa et exactione legatorum et haereditatium.

κε'. περὶ τῶν διατυπούντων ἐν διαθήκαις[40]) πρᾶξιν εὐσεβῆ προελθεῖν[41]), καί, ὅτι ἀμελούντων τῶν κληρονόμων ὑπὸ τῶν κατὰ χώραν ἐπισκόπων ἀναγκασθήσονται, εἰ καὶ τὰ μάλιστα παρὰ τῶν διαθεμένων ἢ δωρησαμένων ἀπηγορεύθη[43]) αὐτοῦ[44]).

Cap. 25. De his, qui in testamento, ut pia actio fiat, mandarunt, et ut heredes, qui eam rem negligunt, a cuiusque loci episcopis adimplere cogantur, licet id his a testatoribus vel donatoribus interdictum sit.

κϛ'. περὶ τοῦ ὡρισμένου καιροῦ τῇ τῶν ληγάτων ἀπαιτήσει καὶ περὶ τρόπου ἐκποιήσεως καὶ τιμῆς καὶ ἀνταλλαγῆς, εἰ δεήσοι.

Cap. 26. De tempore definito ad legatorum exactionem, et de modo alienationis et aestimationis et permutationis, ubi opus sit.

κζ'.[45]) περὶ τοῦ μηδένα[46]) κτίζειν εὐκτήριον χωρὶς ἐπισκόπου καὶ εἰ μὴ πρότερον τὰ εἰς λυχνοκαΐαν καὶ φιλοκαλίαν[47]) καὶ ἀποτροφὴν τῶν προσεδρευόντων στήσῃ[48]).

Cap. 27. De hoc, ut nemo oratoriam domum absque episcopi voluntate condat, ac, nisi prius ea, quae ad luminaria et ornamentorum supellectilem et ministrantium alimenta necessaria sunt, definiverit.

κη'.[49]) περὶ τῶν τὰ ψηφίσματα τῶν ἐπισκόπων ἐπιδιδόντων[50]), ὅπως δεῖ γενέσθαι.

Cap. 28. De his, qui electionis episcoporum decreta faciunt, quomodo fieri debeant.

κθ'. περὶ τοῦ ἐξεῖναι προσώπων τριῶν μὴ εὑρισκομένων ἐπὶ δυσὶ καὶ ἑνὶ ψήφισμα γίνεσθαι.

Cap. 29. Cum tres personae non inveniuntur, ut decretum in duabus vel etiam in una tantum fiat.

λ'. περὶ τοῦ μετὰ ἑξάμηνον[51]) χειροτονεῖν τὸν ὀφείλοντα, εἰ[52]) παρ' αἰτίαν[53]) τῶν ποιούντων τὸ ψήφισμα ἀναμονὴ[54]) γένοιτο.

Cap. 30. De hoc, ut post sex menses is, qui ordinare debet, ordinationem suscipiat, si per hos, qui decretum faciunt, mora facta sit.

λα'. περὶ τοῦ ἐξορίᾳ ὑποβληθῆναι τὸν κατηγοροῦντα καὶ μὴ ἀποδεικνύντα[55]).

Cap. 31. De hoc, ut exilii poena afficiatur is, qui accusat neque probat.

λβ'. περὶ συνηθειῶν ἤτοι ἐνθρονίων[56]) ἑκάστης ἐκκλησίας.

Cap. 32. De consuetudinibus sive cathedraticis cuiusque ecclesiae.

λγ'. περὶ τοῦ ὑπεξουσίου χειροτονουμένου ἐπισκόπου καὶ τοῦ μὴ ἐξεῖναι ἐπισκόπῳ ἢ μοναχῷ ἐπίτροπον ἢ κουράτορα εἶναι.

Cap. 33. De filiofamilias ad episcopatum evecto ac de hoc, ut episcopo aut monacho ne liceat tutoris aut curatoris munus obire.

λδ'. περὶ κληρικῶν εἰς ἐπιτροπὴν[57]) ἢ κουρατορίαν[58]) συγγενῶν καλουμένων, καὶ πῶς[59]) χρὴ τούτους συνίστασθαι.

Cap. 34. De clericis, qui ad tutelam vel curam cognatorum vocantur, et quomodo hos constitui oporteat.

λε'. περὶ τοῦ μηδένα κληρικὸν ἢ μοναχὸν ἀλλοτρίων κτήσεων μισθωτὴν καὶ[60]) ἀπαιτητὴν[61]) δημοσίων ἢ ἐντολέα ἢ ἐγγυητὴν ἢ κουράτορα[62]) οἴκου[63]) προβληθῆναι.

Cap. 35. De hoc, ne qui clericus aut monachus alienarum possessionum conductor et publicorum tributorum exactor vel mandatarius vel fideiussor vel curator domus fiat.

λϛ'. περὶ τοῦ μὴ ἐξεῖναι ἄρχοντι εἰς δικαστήριον παριστᾷν ἐπίσκοπον εἰς μαρτυρίαν ἐκτὸς βασιλικῆς κελεύσεως.

Cap. 36. De hoc, ut absque imperatoris iussione magistratui ne liceat episcopum ad tribunal testimonii perhibendi causa evocare.

λζ'. περὶ τοῦ μὴ ἐξεῖναι κληρικοὺς[64]) ταβλίζειν[65]) ἢ θεωρίαις παραβάλλειν καὶ τοῦ περὶ τούτου ὡρισμένου ἐπιτιμίου.

Cap. 37. De hoc, ut clericis tabula ludere ne liceat vel spectaculis interesse, deque poena adversus haec statuta.

λη'. περὶ τοῦ μὴ ἀναγκάζεσθαι ἐπίσκοπον ἴδιον κληρικὸν ἀπολῦσαι.

Cap. 38. Ut episcopus ne cogatur clerico suo litteras dimissorias concedere.

---

35) Ante κβ'. 1324 et 1320. addunt ἄλλη διάταξις. 36) Vat. νόμων. 37) καὶ ἐπάρχων Bien, quae desunt in 1324. — Καὶ ἐπαρχιῶν 1320. Vat. 38) Vat, γεφύρων. 39) ὁρισθείσης Vat. 40) διατήκαις Vat. 41) 1320. Vat. προελθεῖν, Bien. προσελθεῖν. 43) ἀπηγορεύσθω Vat. 44) 1324. et 1320. Vat. αὐτοῖς. — Bien. αὐτοῦ. 45) Ante κζ'. 1324. haec habet ἄλλη διάταξις. Sic et 1320. 46) Sic 1324. 1320., Bien. μηδέν. 47) φυλοκαλίαν Vat. 48) στήσει 1324. 1320., στῆται Vat. 49) 1324. et 1320. ante κη'. haec intrudit: ἀρχὴ διατάξεως, ἧς ἡ ἀρχὴ περὶ διοικήσεως καὶ προνομίων. 50) ἐπιδιδόντων 1320. 1324., Bien. ἐπιδιδοίντων, Vat. διδούντων. 51) ἑξάμινον Vat. 52) Sic 1320. et Vat., εἰς Bien. 53) Sic Vat., reliqui παραιτίαν. 54) ἡ ἀναμονὴ Vat. 55) ἀποδεικνῦντα Vat. 56) ἐνθρονίων Vat. 57) Pro ἐπιτροπὴν 1324. habet ἐπισκοπήν. 58) 1324. κουρατωρείαν. 59) ὅπως 1324. 1320. 60) Pro καὶ Vat. ἤ. 61) ἀπαιτὴν Vat. 62) κουράτωρα 1324. 63) οἴκου deest in 1324. 64) κληρικοῖς Vat. 65) ταβλίζειν 1324. 1320., Bien., ταυλίζειν Vat.

λθ'. περὶ τοῦ μηδένα ἀκρίτως τῆς ἁγίας κοινωνίας χωρίζεσθαι.

μ'. περὶ τοῦ μὴ ἐξεῖναι ἐπισκόπῳ[66]) οἰκείαις χερσὶ[67]) πλήττειν.

μα'. περὶ τῶν κανονικῶς[68]) καθαιρεθέντων ἢ περιορισθέντων καὶ μὴ καταδεχομένων[69]).

μβ'. περὶ τοῦ μηδένα κληρικὸν γίνεσθαι ἀγράμματον ἢ ἀπηγορευμένον τοῖς θείοις κανόσι[70]) γάμον λαβόντα.

μγ'. περὶ χειροτονίας ἐκκλησιαστικῶν ταγμάτων, πόσου χρόνου δεῖ ἑκάστου προσαγωγὴν[71]) γίνεσθαι.

μδ'. περὶ τοῦ ἀναφαινομένου κατηγόρου τῆς οἱασοῦν χειροτονίας.

με'. περὶ τοῦ μὴ ἐξεῖναι διακόνῳ ἢ ὑποδιακόνῳ μετὰ χειροτονίαν γαμεῖν.

μς'. περὶ τῶν ὁρισθέντων[72]) ἐπιτιμίων τοῖς μετὰ χειροτονίαν γαμετὰς ἀγομένοις.

μζ'. περὶ τοῦ μὴ προβαίνειν εἰς[73]) ἕτερον βαθμὸν ἀναγνώστην δευτερογαμήσαντα[74]) ἢ ἀπηγορευμένον τῷ νόμῳ γάμον ἔχοντα.

μη'. περὶ τοῦ μὴ γίνεσθαι κληρικὸν βουλευτὴν ἢ ταξεώτην.

μθ'. περὶ τρόπου καρποφορίας διοικητῶν ἢ φροντιστῶν εὐαγῶν τόπων.

ν'. περὶ τῶν ἐκ δουλικῆς τύχης εἰς κλῆρον καταλεγομένων.

να'. περὶ τῶν χειροτονουμένων ἐναπογράφων.

νβ'. περὶ τοῦ ἐξουσιάζειν πάντα κληρικὸν εἰς τὰ ὁπωσοῦν περιελθόντα εἰς αὐτὸν πράγματα, εἰ καὶ ὑπεξούσιος[75]) εἴη.

νγ'. περὶ τῶν ἐπὶ χρηματικῇ ἢ ἐγκληματικῇ ὑποθέσει ψευδομαρτυρούντων πρεσβυτέρων ἢ διακόνων.

νδ'. περὶ τοῦ μὴ ἐξεῖναι κληρικὸν ἢ ἕτερον εὐλαβοῦς σχήματος αἰτιᾶσθαι πρὸ κρίσεως ἐπισκόπου παρὰ ἄρχοντι, ὅπως τε[76]) χρὴ τὴν τοῦ ἐπισκόπου ἢ καὶ ἄρχοντος ψῆφον ἢ ἔκκλητον[77]) χώραν ἔχειν.

νε'. περὶ τοῦ μὴ ἐξεῖναι ἄρχοντι κληρικὸν ἐπὶ ἐγκλήματι κατηγορούμενον πρὸ κρίσεως τοῦ ἐπισκόπου κρῖναι[78])· εἰ δὲ χρηματικὴ εἴη, ἐκτὸς ἐγγυητοῦ καὶ ὅρκου ὁμολογίαν τὸν ἐναγόμενον ἐκτίθεσθαι.

νς'. περὶ τοῦ μὴ ἐξεῖναι πολιτικῷ ἄρχοντι[79]) ἐκκλησιαστικὸν ἐπιζητεῖν[80]) πρᾶγμα.

νζ'. περὶ τοῦ διὰ τοῦ[81]) μητροπολίτου τὰς ἀνακυπτούσας[82]) ἀμφισβητήσεις τῶν ἐπισκόπων[83]) διοικεῖσθαι, μὴ ἐμμενόντων δὲ τῷ τῆς διοικήσεως ἐκείνης πατριάρχῃ ἀναφέρεσθαι[84]).

νη'. περὶ κληρικοῦ ἢ λαϊκοῦ[85]) ἐνάγοντος[86]) ἐπισκόπῳ ἢ μητροπολίτῃ.

νθ'. περὶ τοῦ μηδεμίαν ἐγγύην ἢ ὁμολογίαν ἀπαιτεῖσθαι ἐπίσκοπον ἐναγόμενον[87]).

ξ'. περὶ τοῦ μὴ ἐξεῖναι οἰκονόμῳ ἢ ἑτέρῳ διοικη-

Cap. 39. Ut nemo absque re iudicata a sancta communione separetur.

Cap. 40. Ut episcopo non liceat propria manu quemquam percutere.

Cap. 41. De his, qui canonice depositi aut in exilium missi sunt, neque recipiuntur.

Cap. 42. Ne, qui litterarum ignarus est, clericus fiat, aut, qui nuptias sacris canonibus prohibitas contraxit.

Cap. 43. De collatione sacrorum ordinum, quo quemque tempore in singulos conferri oporteat.

Cap. 44. De accusatore ipso ordinationis tempore apparente.

Cap. 45. Ut diacono aut subdiacono post ordinationem nuptias contrahere ne liceat.

Cap. 46. De poenis adversus eos, qui post ordinationem uxores ducunt, statutis.

Cap. 47. Ne lector, qui ad secundas nuptias transiit, matrimoniumve legibus vetitum habet constitutum, ad alium gradum promoveatur.

Cap. 48. Ne curialis vel cohortalis clericus fiat.

Cap. 49. De modo percipiendi fructus ab administratoribus vel curatoribus venerabilium locorum.

Cap. 50. De his, qui ex servili statu in clerum adleguntur.

Cap. 51. De adscripticiis, qui ordinantur.

Cap. 52. Ut omnis clericus, quamvis filiusfamilias sit, in omnibus bonis, quae quocunque modo ad eum pervenerunt, ius potestatemque habeat.

Cap. 53. De presbyteris vel diaconis, qui in pecuniaria vel criminali causa falsum testimonium dixerunt.

Cap. 54. Ne liceat clericum vel alium religioso schemate ornatum ante episcopi iudicium apud magistratum convenire, et quomodo sententia episcopi vel etiam magistratus vel provocatio locum habere queat.

Cap. 55. Non licere magistratui clericum criminis reum factum ante episcopi iudicium iudicare; sin pecuniaria causa sit, absque fideiussore et iureiurando repromissionem ab eo, qui accusatur, faciendam esse.

Cap. 56. Civili magistratui ne liceat in rem ecclesiasticam inquirere.

Cap. 57. Ut episcoporum controversiae, quae emergunt, per metropolitanum decidantur; quod si in huius sententia non adquiescant, tunc ad illius dioecesis patriarcham referantur.

Cap. 58. De clerico aut laico, qui cum episcopo aut metropolitano agit.

Cap. 59. Ut nulla fideiussio aut repromissio ab episcopo, qui convenitur, requiratur.

Cap. 60. Ut oeconomo aut alii venerabilis do-

66) ἐπίσκοπον Vat. 67) χερσὶν Vat. 68) κανονικῶν Vat. 69) καὶ μὴ καταδεχομένων desunt in Vat. 70) κανόσιν Vat. 71) προαγωγὴν 1320. et Vat. 72) ὡρισθέντων Vat. 73) εἰς deest apud Bien. 74) δευτερογαμοῦντα Vat. 75) Pro ὑπεξούσιος 1320. habet ὑπ' ἐξουσίαν. 76) ὅπως τὲ 1324. 77) ἔγκλητον 1324. 78) κρίναι Vat. 79) ἄρχοντι πολιτικῷ Vat. 80) καταζητεῖν 1320. Vat. 81) τοῦ deest in Vat. 82) ἐγκυπτούσας Vat. 83) τῶν ἐπισκόπων deest in Vat. 84) πατριάρχων ἀναφέρεται Vat. 85) ἢ λαϊκοῦ deest in 1324. 86) ἀνάγοντος Vat. 87) τὸν ἐναγόμενον ἐπίσκοπον 1320.

τῇ εὐαγοῦς οἴκου ἀποφεύγειν τὸν ἴδιον ἐπίσκοπον πρὸ τῆς τῶν λογισμῶν παραθέσεως.

ξα'. περὶ τῶν τελευτώντων[88]) πρὸ τῆς αὐτῶν[89]) λογοποιίας.

ξβ'. περὶ τοῦ μὴ ἐναχθῆναι ἐπίσκοπον ἢ κληρικὸν εὑρισκόμενον ἐν Κωνσταντινουπόλει προκατάρξεως ἐπὶ χώρας γενομένης[90]).

ξγ'. περὶ τοῦ μὴ ἐνάγεσθαι τοὺς ἀποκρισιαρίους ὑπὲρ ἰδίων ἐπισκόπων ἢ ἰδιωτικοῦ ἢ δημοσίου[91]) χρέους τῆς ἐκκλησίας, εἰ μὴ ἐντολὰς[92]) ἔχοιεν ἢ ἑαυτοὺς ὑπευθύνους ποιήσοιεν[93]).

ξδ'. περὶ τοῦ μηδεμίαν ὄχλησιν ὑπομένειν τοὺς διὰ πρεσβείαν[94]) ἢ χειροτονίαν ἐπισκόπου[95]) στελλομένους ἐν τῇ βασιλίδι ἢ ἐν ἄλλῳ τόπῳ.

ξε'. περὶ τοῦ μετὰ τιμῆς, εἰ δεήσοι, ἐκβιβασμὸν προσάγεσθαι παντὶ[96]) κληρικῷ, τάς τε[97]) ἀσκητρίας ἢ μοναστρίας δι' ἐντολέως ἀποκρίνεσθαι.

ξς'. περὶ τοῦ ἐξεῖναι τοῖς μοναχοῖς τὰς ἑαυτῶν ἢ τὰς τοῦ μοναστηρίου δίκας πράττειν δι' ἑαυτῶν ἢ δι' ἐντολέων, καὶ περὶ τῆς δεούσης ὑπὸ τῶν ἀρχόντων περὶ τούτων διεκδικίας.

ξζ'. περὶ τοῦ μὴ δίδοσθαι σπόρτουλλον[98]) ἀπὸ παντὸς κληρικοῦ ἢ μοναχοῦ ἢ λοιποῦ εὐλαβοῦς[99]) σχήματος πλέον κερατίων δ'.[1]), εἴτε ἐγκληματική, εἴτε χρηματικὴ[2]) αἰτίασις ἔσται[3]).

ξη'. περὶ ἐκβιβαστῶν στελλομένων εἴτε ἐκ βασιλέως εἴτε ἄρχοντος εἴτε[4]) πατριάρχου κατὰ κληρικοῦ ἢ ἑτέρου τῶν εὐλαβῶν προσώπων[5]) μὴ πλέον τοῦ ἑνὸς νομίσματος[6]) λαμβάνειν[7]).

ξθ'. περὶ τοῦ, εἰ ὑπὲρ μιᾶς καὶ τῆς αὐτῆς[8]) αἰτίας πολλοὺς ὑπομνησθῆναι συμβαίη[9]), μὴ πλέον τοῦ ἑνὸς νομίσματος λαμβάνειν.

ο'. περὶ τοῦ μηδεμίαν ὄχλησιν ἢ μεθοδίαν[9a]) ὑπομένειν ἐπίσκοπον ὑπὲρ τῶν τῆς ἐκκλησίας αὐτοῦ πραγμάτων· εἰ δὲ ὑπὲρ ἰδικῶν, καὶ σπόρτουλα[10]) ἀπαιτείσθω, μόνον[11]) τῶν οἰκονόμων ἢ τῶν ἐπὶ τούτῳ προβαλλομένων τὰς ἀγωγὰς ὑπομενόντων.

οα'. περὶ τοῦ μὴ ἔχειν συνείσακτον κληρικὸν οἱονδήποτε· εἰ δὲ προμαρτυρηθεὶς παρὰ τῶν συγκληρικῶν μὴ ἀπόσχηται, τῷ ἐγκειμένῳ κανόνι ὑποβληθήσεται.

οβ'. περὶ τοῦ μὴ ἐξεῖναι ἐπισκόπῳ[12]) μηδεμιᾷ[13]) γυναικὶ[14]) συνοικεῖν.

ογ'. περὶ τοῦ μὴ συνοικεῖν διακόνισσαν προσώπῳ ὑπόπτῳ, καὶ εἰ ὑπομνησθεῖσα[15]) μὴ ἀπόσχοιτο, ὅπως χρὴ κανονίζεσθαι.

οδ'. περὶ τῶν ἐν ταῖς ἁγίαις λειτουργίαις ταραχὴν ἢ ὕβριν ἐπισκόπῳ ἢ κληρικοῖς ἢ αὐτοῖς τοῖς μυστηρίοις ἐπαγόντων καὶ τῆς ὁρισθείσης αὐτοῖς τιμωρίας.

mus administratori ne liceat episcopum suum, antequam rationes reddiderit, declinare.

Cap. 61. De his, qui ante rationes redditas moriuntur.

Cap. 62. Ut episcopus aut clericus, qui Constantinopoli invenitur, litis contestatione in provincia facta, conveniri nequeat.

Cap. 63. Non conveniri apocrisiarios pro suis episcopis vel privato publicove debito ecclesiae suae, nisi mandatum habeant vel se ipsos obligaverint.

Cap. 64. Ut nulla molestia inferatur his, qui propter aliquam legationem vel ordinationem episcopi in regiam urbem aliumve locum mittuntur.

Cap. 65. Ut cum reverentia executio, si necesse sit, adversus quemcunque clericum fiat, et ascetriae vel monastriae per procuratorem respondeant.

Cap. 66. Ut monachis liceat suas ipsorum vel monasterii causas per semetipsos vel per procuratores agere, ac de vindicta, quae a magistratibus de his sumi debeat.

Cap. 67. Non plus sportularum nomine a quocunque clerico vel monacho vel reliquis religiosi habitus viris dandum, quam quattuor siliquas, sive criminalis causa sit, sive pecuniaria.

Cap. 68. De executoribus, qui sive ab imperatore, sive a magistratu, sive a patriarcha contra clericum vel alias religiosi habitus personas mittuntur, ne plus quam unum solidum accipiant.

Cap. 69. De hoc, ut, si pro una eademque causa multos admoneri contigerit, ne plus quam unum solidum accipiant.

Cap. 70. Ut nulla molestia aut exactio episcopo pro rebus ecclesiae suae inferatur; sin pro rebus suis admoneatur, etiam sportulae exiguntur, solis oeconomis aut his, qui ad hunc finem constituuntur, actiones suscipientibus.

Cap. 71. Ne qualiscunque clericus mulierem superadductam domi habeat; quod si a clericis collegis suis contestatione admonitus a tali consuetudine se non abstinuerit, canonum dispositioni subiiciatur.

Cap. 72. Ut episcopo ne liceat cum muliere cohabitare.

Cap. 73. Ut diaconissa cum persona suspecta ne cohabitet, ac si de ea re admonita ab hac consuetudine sese non abstinuerit, qua regula utendum sit.

Cap. 74. De his, qui in sanctis liturgiis turbas cient vel episcopo aut clericis aut ipsis adeo mysteriis iniuriam faciunt, deque poena adversus hos statuta.

---

88) τελευτόντων Vat. 89) ἑαυτῶν 1324. Vat. 90) γινομένης 1320. 91) διμοσίου Vat. 92) ἐντολῆς 1324. 93) ποιήσωσιν 1324. 94) πρέσβειαν Vat. 95) ἐπισκόπους 1320. Vat. 96) 1324. et Vat. habent παντί, Bien. πάντα. 97) τὰς δὲ 1324. 1320. Vat. 98) σπορτουλὸν Vat. 99) Pro εὐλαβοῦς Vat. habet προσώπου ἤ. 1) 1324. κερατίων δ̄. Sic et 1320. et Vat., Bien. τῶν δ̄. 2) χρηματικῇ Vat. 3) αἰτισίσεται Vat. 4) Pro εἴτε Vat. ἢ habet. 5) Verba ἢ ἑτέρου τῶν εὐλαβῶν προσώπων desunt in Vat. 6) Pro τοῦ ἑνὸς νομίσματος Vat. habet νομίσματος ἑνός. 7) Pro λαμβάνειν Vat. habet κομίζεσθαι. 8) Pro τῆς αὐτῆς Vat. habet ταύτης. 9) Pro συμβαίη 1324. συμβῇ habet. Sic et Vat. 9a) μεθοδείαν 1320. 10) σπόρτουλλα Vat. 11) μόνων 1324. 1320. Vat. 12) ἐπίσκοπον Vat. 13) μεδεμίᾳ Vat. 14) γυναικῇ Vat. 15) ὑποβληθεῖσα 1320. habet pro ὑπομνησθεῖσα.

οε'. περὶ τοῦ μὴ ἐξεῖναι λαϊκοῖς λιτὴν ποιεῖν ἐκτὸς ἐπισκόπου ἢ κληρικῶν.

ος'. περὶ τοῦ μὴ κατὰ βαθμὸν[17] πάντως[18], ἀλλὰ κατ' ἐπιλογὴν τοὺς ἡγουμένους γίνεσθαι· τὰ αὐτὰ δὲ καὶ ἐν γυναικείοις μοναστηρίοις.

οζ'. περὶ τοῦ μὴ ἐξεῖναι ἄγνωστον πρόσωπον πρὸ τριετοῦς χρόνου λαβεῖν τὸ μοναχικὸν σχῆμα.

οη'. περὶ τοῦ μὴ βαρεῖσθαι ὑποκαταστάσει[19] ἢ ἀποκαταστάσει[20] τοὺς μονάζοντας[21] ἢ[22] κληρικοὺς ἢ διακονίσσας· εἰ δὲ λειποτακτήσαιεν[23], τί δέῃ[24] ὑποστῆναι.

οθ'. περὶ τοῦ διαφέρειν τὰ τῶν ἀποτακτικῶν πράγματα[25] τῷ μοναστηρίῳ[26], ἔνθα καὶ ἀπετάξαντο[27].

π'. περὶ τοῦ ἐξεῖναι τὴν οἰκείαν οὐσίαν διανεῖμαι παίδων αὐτῶν[28] τῷ ἀποτασσομένῳ, συναριθμοῦντος ἑαυτὸν ἐπὶ λόγῳ[29] τοῦ μοναστηρίου, ὡς ἕνα τῶν παίδων· εἰ δὲ καὶ πρὸ τούτων τελευτήσοι, τί δέῃ[30] γενέσθαι.

πα'. περὶ τῶν ἐπὶ μνήστρων[31] ἢ συνεστῶτος τοῦ γάμου ἀποτασσομένων.

πβ'. περὶ τοῦ μὴ ἐξεῖναι γονεῦσι[32] παῖδας ἀποτασσομένους ἢ παισὶ[33] γονέας ἀποκλείειν τῆς ἰδίας κληρονομίας.

πγ'. περὶ τοῦ μὴ ἐξεῖναι γονεῦσι τὰ ἴδια τέκνα ἀποσπᾶν τῶν[34] μοναστηρίων.

πδ'. περὶ τῶν μεταβαινόντων ἀπὸ μοναστηρίων[35] εἰς μοναστήριον ἢ λειποτακτούντων[35a] τί δέῃ[36] γενέσθαι.

πε'. περὶ τῶν ἁρπαζόντων ἢ ὑπονοθευόντων ἀσκήτριαν ἢ διακόνισσαν ἢ μονάστριαν[37] καὶ τῶν τούτοις ὁρισθέντων[38] ἐπιτιμίων.

πς'. περὶ τοῦ πᾶσι[39] τρόποις ὑπὸ τῶν εὐαγῶν οἴκων ταῦτα καταζητεῖσθαι· εἰ δὲ εἴσω ἐνιαυτοῦ[40] μὴ διεκδικηθῇ[41], τὸν[42] τῆς χώρας ἄρχοντα[43], κἀκεῖνον ἀμελοῦντα[44] ὑπὸ τοῦ κώμητος[45] πριβάτων[46] τὸ μύσος κολάζεσθαι.

πζ'. περὶ τοῦ μὴ ἐξεῖναι μηδενὶ κεχρῆσθαι ἢ ἐμπαῖξαι[47] εὐλαβεῖ[48] σχήματι ἢ πάσῃ ἐκκλησιαστικῇ καταστάσει καὶ τῆς τοῖς τοιούτοις[49] ὁρισθείσης[50] κολάσεως.

Cap. 75. Ne laicis liceat supplicationem facere absque episcopo vel clericis.

Cap. 76. Ut abbates ne secundum gradum omnimodo, verum ex electione fiant, eademque etiam in mulierum monasteriis serventur.

Cap. 77. Ut ignotae personae ante triennii tempus monasticum habitum assumere ne liceat.

Cap. 78. Ut ne substitutione aut restitutione monachi vel clerici vel diaconissae onerentur; sin ab ordine recesserint, cui poenae hos obnoxios esse oporteat.

Cap. 79. Ut res eorum, qui saeculo renuntiant, ad monasterium, ubi etiam saeculo renuntiarunt, pertineant.

Cap. 80. Ut ei, qui saeculo renuntiat, liceat substantiam suam liberis suis distribuere, dum semet ipsum contemplatione monasterii tamquam unum ex liberis connumerat; si vero etiam ante haec moriatur, quid fieri debeat.

Cap. 81. De his, qui sponsalibus contractis vel constante matrimonio saeculo renuntiant.

Cap. 82. Ut parentibus ne liceat liberos, qui saeculo renuntiant, aut liberis parentes ab haereditate excludere sua.

Cap. 83. Ne liceat parentibus liberos a monasteriis abstrahere suos.

Cap. 84. De his, qui ab uno monasterio ad aliud monasterium transeunt, vel a monasterio in totum recedunt, quid fieri debeat.

Cap. 85. De his, qui ascetriam vel diaconissam vel monastriam rapiunt aut sollicitant, poenisque, quae adversus hos statutae sunt.

Cap. 86. Ut haec omnibus modis a venerabilibus domibus inquirantur; si vero intra annum haec vindicata non sint, tunc provinciae magistratus vindictam sumat, hicque si negligat, a comite privatarum rerum crimen puniatur.

Cap. 87. Ut nemini liceat uti vel illudere religioso schemati aut cuicunque religiosae conditioni, deque poena contra tales statuta.

---

26) Pro *κανστρεσίων* Bon. *κανσρ'* habet. 28) *κανσρ'* Bon. 29) Sic Bon. Recte. Paris. *τοῦ* omittit. Est const. 12. C. VI. 22. In nostrorum Basilicorum lib. XXXV. collocandum est. 30) Incipit p. 955. 31) *κανσρ'*. 32) Ad vocem *δύναμιν* Paris. scholium adiicit: *σχόλιον. τὰ πεκούλια τετραχῶς ἀπροσπόριστα, παγανικά, καστρένσια καὶ ὡσανεὶ καστρένσια. ἀπροσπόριστα εἰσίν, ὅσα ἐκ μητρικῆς κληρονομίας καὶ πάππων καὶ προπάππων καὶ ἄλλων συγγενῶν μητρόθεν, καὶ τούτων τὴν μὲν χρῆσιν ἔχει ὁ πατήρ, τὴν δὲ δεσποτείαν οἱ παῖδες. τούτοις ὅμοια καὶ τὰ ἀπὸ φιλοτιμίας τυχὸν καὶ καμάτων ἰδίων κτώμενα τοῖς παισὶν ἢ καὶ ἀπὸ γαμικῆς αἰτίας, ἐν οἷς οὐκ ἔστι τῷ παιδὶ ἐν ὑπεξουσιότητι ἄδεια διατίθεσθαι, ἀλλ' οὐδὲ τῷ πατρὶ προτελευτῶντι. τὴν γὰρ χρῆσιν τούτων ἔχει ὁ πατήρ, τὴν δὲ δεσποτείαν οἱ παῖδες. τὰ δὲ παγανικά εἰσιν, ἃ καὶ προσπορίζονται, ὅσα ἐξ αἰτιῶν καὶ πραγμάτων τοῦ πατρὸς προσέλθῃ τῷ παιδίῳ. ἅπαντα γὰρ ταῦτα τοῦ πατρός εἰσιν. ἔχει δὲ τούτων καὶ τὴν δεσποτείαν καὶ τὴν χρῆσιν ὁ πατήρ. καὶ οὐδ' ἐπὶ τούτοις ἄδεια τῷ υἱῷ διατίθεσθαι, ἀλλὰ τῷ πατρὶ προτελευτῶντι. καὶ ζήτει βι. λε'. τι. κα'. καὶ βι. κθ'. τῶν διγέστων τι. α'. καὶ βι. λθ'. τῶν βασιλικῶν τι. α'. κεφ. ἔσχατον. τὰ δὲ καστρένσιά εἰσι τὰ ἰδιόκτητα, ἤγουν τὰ ἀπὸ κάστρου ἤτοι σιδήρου καὶ ὅπλων περιελθόντα τῷ παιδίῳ, ὧν ἡ χρῆσις καὶ ἡ δεσποτεία τῷ παιδίῳ ἁρμόζει καὶ ἄδεια ἐπὶ τούτοις τῷ παιδὶ διατίθεσθαι καὶ ἐν ὑπεξουσιότητι ὄντι. τὰ δὲ ὡσανεὶ καστρένσια τὰ ἀπὸ δωρεᾶς βασιλικῆς ἢ δεσποινῶν. καὶ οὐδὲ τούτων τὴν χρῆσιν ἢ τὴν δεσποτείαν ἔχει ὁ πατὴρ καὶ τὰ ἀπὸ κληρονομίας ἀδελφοῦ ἢ ἀδελφῆς καὶ τὰ ἀπὸ ἀρχῆς, οἷον ἀννόνας καὶ τὰ ἀπὸ συνεδρίας καὶ τὰ διδόμενα προστάξει βασιλικῇ σιτηρέσια ἀπὸ τοῦ δημοσίου. καὶ ἄδεια τῷ ὑπεξουσίῳ καὶ ὧδε τοῖς τοιούτοις διατίθεσθαι.* 33) Numerus *ί'*. in Bon. deest. 37) *δορικτητα* Bon. 38) *δωρεαὶ βασιλικαὶ* Bon. 39) *καὶ τὰ προστάξει* Bon. 40) Pro *γενικοῦ* Bon. *γένους* habet. 41) Pro verbis *τῆς σακέλλης* Bon. *τοῦ σακελλαρίου* habet. 42) *ταῦτα εἰσὶν* Bon. 43) *ὡσανεὶ δορίκτητα* Bon. 44) *δορικτήτοις* Bon. 45) *κανσρ'* Bon. 46) Vox *τῆς* in Bon. deest. 47) Pro *ἑτέρων* Bon. *ἑτ'* habet. Videtur *ἕτερον* voluisse, quod melius foret. 48) *κανσρ'* Bon. 49) Pro *τρόπον* Bon. *τόπον* habet. 50) Pro *πρώτῳ* Bon. habet *ια'*. Recte Paris. Vide Bas. ed. Heimbach. tom. I. p. 102. 51) Pro *γ'*. Bon. *δ'*. habet. Recte Paris. 52) Pro *ρη'*. Bon. *ιυ'* habet, quo signo 123. Novella designari videtur. Sic certe Basilica. 53) *τοὺς δὲ* Ben. 54) Vox *τὰ* in Bon. deest. 55) Pro *πεκουλίων* Bon. *περιουσ'*. habet. 56) Incipit p. 956. 57) Pro *τῶν γονέων εἰσὶν ἐν ὑπεξουσιότητι* Bon. *ὑπὸ τὴν τῶν γονέων εἰσὶν ἐξουσίαν* habet. 58) *παιδας* Bon.

λῆς ἀναγίνωσκε ταύτην καὶ οἷον περὶ τῶν μητρῴων πραγμάτων τοῦ κληρικοῦ ταῦτα λέγεσθαι, ἀλλὰ περὶ τῶν ἐπικτωμένων αὐτῷ. ὥσπερ γὰρ ἀνωτέρω ἔμαθες, ὅτι, ὅσα ἀπὸ φιλοτιμίας τῆς τύχης ἢ καμάτων ἰδίων ὁ παῖς κτήσεται, ἀπροσπόριστά εἰσι[59]*, καὶ οὐ διατίθεται ἐπ' αὐτοῖς, οὕτω καὶ ἐκ ταύτης τῆς νεαρᾶς μάθε, ὅτι τὰ ὁθενδήποτε*[60] *ἐπικτώμενα τοῖς κληρικοῖς*[61] *οὐ πίπτουσιν*[62] *εἰς ἀπροσπορίστων τάξιν, ἀλλ' ὡσανεὶ καστρένσια*[63] *λογίζονται. διαλλάττουσι δὲ καὶ τῶν ὡσανεὶ καστρενσίων ἐν τούτῳ, ὅτι ἐπ' ἐκείνοις μὲν ὁ διατιθέμενος παῖς οὐχ ὑπόκειται μέμψει, ἐὰν μὴ καταλίπῃ τὸ νόμιμον μέρος τοῖς παισὶν αὐτοῦ ἢ τοῖς γονεῦσιν*[64]*. ὁ δὲ κληρικὸς τοῦ*[65] *μὲν διατίθεσθαι ἐπ' αὐτοῖς ἔλαβεν ἐξουσίαν, ὑπόκειται δὲ μέμψει, ἐὰν μὴ καταλίπῃ τὸ νόμιμον μέρος τοῖς παισὶν αὐτοῦ ἢ τοῖς γονεῦσιν. ἐπεὶ*[66] *τοίνυν σαφῶς δέδεικται, ἐφ' ὅσοις ἔχει ἐξουσίαν ὁ ὑπεξούσιος*[67] *διατίθεσθαι, καὶ ἐφ' ὅσοις οὐκ ἔχει, αἱ δὲ εἰρημέναι νεαραὶ ἐπεσημήναντο, ὅτι τὰ παλαιὰ τῶν πατέρων*[68] *δίκαια |*[69] *οὐκ ἐκαίνισαν, δεῖ νόημα καλὸν καὶ ἐπωφελὲς προστεθῆναι τῷ συγγράμματι· ὅτι ὁ μὲν ἔχων ἐξουσίαν τοῦ διατίθεσθαι ἠθέλησε*[70] *μὴ διατίθεσθαι, ὁ δὲ μὴ ἔχων ἐξουσίαν οὐ λέγεται ἀδιάθετος τελευτῆσαι. οὐ γὰρ ἠθέλησε*[71] *τελευτῆσαι ἀδιάθετος, ἀλλά, κἂν μὴ ἠθέλησεν, οὕτως ἐτελεύτησε. εἰς ἀλλότρια γὰρ πράγματα οὕτως διαθέσθαι ἐξουσίαν οὐκ εἶχεν, ὥστε, ὃς*[72] *ἔχει ἐξουσίαν τὸν παῖδα κωλύειν τοῦ διατίθεσθαι, οὗτός ἐστιν κληρονόμος. καὶ ἔστω τοῦτο παντὶ κατ' ἀλλήλων ἀσφαλές, ὅτι εἰς ἐκείνους τοὺς τελευτήσαντας αἱ προειρημέναι νεαραὶ ἐνεργοῦσιν εἰς τοὺς δυναμένους διαθέσθαι καὶ μὴ διαθεμένους. ἐπειδὴ δέ εἰσι παῖδες αὐτεξούσιοι καὶ ὑπεξούσιοι, ἐπὶ μὲν τῶν αὐτεξουσίων ἀδιαθέτων ἀμφισβήτησις οὐκ ἔστιν, ἀλλ' ἐνεργοῦσιν αἱ διαστίξεις*[73] *τῶν νεαρῶν· ἐπὶ*[74] *δὲ τῶν ὑπεξουσίων*[75]*, ἐφ' οἷς μὲν οὐ δύναται διαθέσθαι ὁ παῖς, ὁ πατήρ ἐστὶ μόνος κληρονόμος· ἐφ' ὅσοις δὲ ἐξουσίαν ἔχει διαθέσθαι, εἰ μὲν ποιήσει διαθήκην, ἐνεργεῖ ἐκείνη, μὴ ὑποκειμένη μέμψει. εἰ δὲ μὴ διάθηται, τότε κληρονομεῖ ὁ πατὴρ κατὰ τὰς νεαρὰς μετὰ τῶν συγγενῶν, κερδαίνων ἔξωθεν τὰ ἀπροσπόριστα μόνος. ἐν ἐκείνῳ δέ ἐστιν διαφέρον ἐν ταῖς διαθήκαις τῶν ὑπεξουσίων καὶ αὐτεξουσίων, ὅτι μὲν ὑπεξουσίων ἡ διαθήκη οὐχ ὑπόκειται μέμψει, τοῦ δὲ αὐτεξουσίου ὑπόκειται μέμψει. ἀναγκάζεται γὰρ καταλιμπάνειν τῷ πατρὶ τὸν Φαλκίδιον.*

istumes, verum de his, quae ei extrinsecus adquiruntur. Ut enim supra didicisti, ea, quae liberalitate fortunae vel laboribus suis a filio adquiruntur, inter *ἀπροσπόριστα* referri, nec de his testamentum ab eo condi posse, ita et ex hac Novella discas, ea, quae undecunque clericis adquiruntur, in eorum, quae *ἀπροσπόριστα* dicuntur, numerum non cadere, verum inter res quasi castrenses referri. Differunt autem a rebus quasi castrensibus in hoc, quod de his filius, qui testamentum facit, si liberis suis vel parentibus legitimam portionem non reliquerit, querelae subiectus non est; clericus autem testamenti condendi quidem potestatem nactus est, querelae tamen obnoxius, si liberis suis vel parentibus legitimam portionem non reliquerit. Postquam igitur clare demonstratum est, de quibus rebus filiusfamilias potestatem testamenti condendi habeat, et de quibus non habeat, supra dictae Novellae autem significaverint, antiqua patrum iura imminuta non esse, bonam etiam utilemque conclusionem libello addi oportet, scilicet hanc, eum, qui testamenti faciendi ius habeat, testari noluisse videri, eum autem, qui talem potestatem non habeat, non dici intestatum decedere. Neque enim hic voluit intestatus obire, sed, etsi vel maxime voluisset, sic tamen mortuus esset. De rebus alienis enim testamenti faciendi ius ita non habuit, ut, qui ius habet filium impediendi, quominus testamentum faciat, hic ipse haeres sit. Atque hoc omnimodo certum sit indubitatumque, supra dictas Novellas in his tantum defunctis valere, qui testamentum facere potuerunt et tamen non fecerunt. Cum autem liberi tam sui iuris sint, quam in potestate parentum, in his quidem, qui sui iuris sunt, cum intestati moriantur, dubitatio non est, verum distinctiones Novellarum valent; in his autem, qui in parentum potestate sunt, de quibus rebus filius testamentum facere non potest, earum pater solus haeres est; de quibus autem potestatem testandi ille habet, si quidem testamentum facit, hoc valet ita, ut querelae subiectum non sit; quodsi testamentum non fecit, secundum Novellas pater cum cognatis haeres est, ea, quae *ἀπροσπόριστα* sunt, extrinsecus accipiens solus. In illo autem solo testamentorum, quae ab his, qui sui iuris sunt, condita sunt, et eorum, quae ab illis, qui in parentum potestate sunt, differentia cernitur, quod liberorum, qui in potestate parentum sunt, testamentum querelae subiectum non est; eius autem, qui sui iuris est, testamentum querelae subiectum est. Patri enim Falcidiam relinquere cogitur.

---

59) *ἀπροσπόριστα εἰσὶ* Bon. 60) *ὅθεν δήποτε* Bon. 61) Pro *τοῖς κληρικοῖς* Bon. *τῷ κληρ'* habet. 62) *πίπτωσιν* Bon. 63) *κανσρ'* Bon. 64) Voces *ἐὰν μὴ καταλίπῃ τὸ νόμιμον μέρος τοῖς παισὶν αὐτοῦ ἢ τοῖς γονεῦσιν* in Paris. sine lacunae significatione exciderunt. 65) Bon. *τοῦ*, Paris. *τό*. 66) Bon. *ἐπί*. 67) Sic Bon. Pro *ὑπεξούσιος* Bon. *αὐτεξούσιος* habet. 68) Pro *πατέρων* Bon. *πατρῴων* habet. In voce *πατέρων* desinit Paris. Codex. Reliqua ex Codice Bononiensi supplevimus. 69) Incipit p. 957. 70) Pro *ἠθέλησε* Bon. *ἢ θελ'* habet. 71) Pro *ἠθέλησε* Bon. *ἢ θελ'* habet. 72) Pro *ὅς* Bon. *οὓς* habet. 73) Bon. *διαστήξεις*. 74) Bon. *ἐπεὶ* pro *ἐπὶ* habet. 75) Inde a voce *ἀμφισβήτησις* usque ad verba *ἐπὶ δὲ τῶν ὑπεξουσίων* omnia in contextu Cod. Bon. desunt; sed eadem manu ad marginem Codicis adiecta habentur.

NOVELLAE IMPERATORUM BYZANTINORUM.

PROLEGOMENA.

Quum septimo fere abhinc anno fusius de Novellis Imperatorum Graeco-Romanorum constitutionibus disputarem [1]), fontium, ex quibus huius legislationis reliquias haurire liceat, tria constitui summa genera: Unum *collectionum*, maiorem minoremve Novellarum, vel integrarum vel epitomatarum, copiam in unum corpus redigentium, alterum *librorum iuris*, qui ad argumenta, de quibus disserunt, locupletius illustranda singulas Novellas, vel integras vel in compendium redactas, referunt, tertium *miscellaneorum codicum*, qui inter alias, e quibus consarcinati sunt, particulas, Novellarum serioris aevi *σποράδην* unam vel alteram exhibent.

Collectionum iterum duo genera distinguenda: Unum constitutionum, Novellis Iustiniani Imperatoris adiunctarum, alterum appendicum, quae compendiis iuris inde a decimo saeculo accedere solent.

Auctarium collectionis centum sexaginta octo Novellarum Iustiniani (cuius ipsius partem et *Iustino minori* et *Tiberio* deberi nota res est [2])) codici *Veneto* Sancti Marci (No. 179.), dum integer esset, adnexum, satis magno constitutionum ab Imperatoribus, qui per duo fere saecula Iustiniano successerunt, emissarum numero constabat [3]).

1) *Iustini* enim secundi quinque,

2) *Tiberii* quinque, et iterum

3) eiusdem, uti videtur, Imperatoris alias quinque [4]),

4) *Mauricii* duas,

5) *Irenes* duas,

6) *Leonis* (Isaurici an Chazari?) et *Constantini* (Copronymi an Irenes filii?) unam olim eo comprehensas esse, argumento est, qui hodieque habetur, vetus index. Interierunt vero in Veneto codice *Tiberii* una et anonymi Imperatoris (eiusdem Tiberii?), *Mauricii, Irenes*, et *Leonis* et *Constantini* omnes constitutiones. Harum omnium solas *Irenes*, et *Leonis* et *Constantini* aliunde servatas habemus:

1) *Irenes* unam ex duobus bibliothecae Parisiensis codicibus nuperrime edidit V. Clariss. *Eduardus Zachariae* [5]).

---

1) *Ueber die Novellen der Byzantinischen Kaiser*, in Ephemeridibus quae inscribuntur: *Zeitschrift für geschichtl. Rechtswissenschaft*, tom. VIII. p. 153—224. 2) *Biener* in libro: *Ges. der Novellen Justinian's* p. 93—98. 3) *Biener* l. c. p. 117. 118. 480—482. 617—620. *Idem* in: *Zeitschrift für geschichtliche Rechtswissenschaft* tom. VIII. p. 277. 278. *Ern. Heimbach.* ibid. p. 332. 338. *Ed. Zachariae* Hist. iuris Gr.-Rom. delineatio p. 8—13. 4) Ita *Zachariae* p. 9. 10. ipsas singularum constitutionum rubricas exhibet. *Blumium* igitur V. Cel. errare puto, quum Tiberio sex constitutiones tribuat, alias autem quinque: *Εἰσὶν ἕτεραι διατάξεις πάντων μεταγενέστεραι* inscriptas, silentio praetereat. 5) E codicibus 1384. (in appendice *Eclogae privatae*: cf. *Zachariae* in Fragmentis versionis graecae legum Rotharis Longobardorum regis p. 21. in fin. et in *ὁ πρόχειρος νόμος* p. XLVIII., LVII., CXXXIII., CLIII. not. 90., CXCV., CXCVI.) et 1720. (in appendice *Ecloges ad Prochiron mutatae*, cf. *Zachariae*: *Ὁ πρόχ. νόμ.* p. CXXXIII., CXCVI., CXCVII.) in libro cui titulus: Historiae iuris Graeco-Romani delineatio p. 115. 116. Ipse primus hanc Novellam in appendice cuiusdam compendii iuris, quod in codice Veneto Sancti Marci No. 192. habetur (*Zachariae* Hist. iur. Gr.-Rom. p. 70., fidem *Zanettii* sequntus, codici numerum 172. tribuit, ipsum vero iuris manuale, cuius apographumhabetur in codice Palatino-Vaticano No. 55., ex Ecloga, Prochiro, Epanagoge et Epitome (?) compositum, esse asserit; titulorum series rubricis respondet, quae in *Iure Gr.-Romano* Eclogae adiectae leguntur II. 131—133.) latentem, indicaveram in libro: *Zeitschrift für geschichtliche Rechtswissenschaft* p. 214. 215.; iniuria postea reprehensus a V. Cl. *Zachariae*, qui in Fragm. vers. gr. LL. Roth. p. 32. not. 8. non Novellam constitutionem, sed partem Athanasii Scholastici in hoc capite deprehendere sibi videbatur. Idem vir clar. (Hist. Gr.-Rom. p. 13. not. 14.) testis est, eandem nostram constitutionem et a codice

Alteram, uti videtur, sub nómine *Basilii Macedonis* iam Leunclavius typis mandavit[6].

2) *Leonis* et *Constantini* constitutionem, quae patres filios suos ex baptismate suscipere prohibet, ex Vindobonensi *Prochiri* codice (No. 7.) idem doctiss. *Zachariae* in lucem protraxit[7].

Longe aliter constitutum est auctarium, quod *Florentino* codici Novellarum Iustiniani olim accedens, et ab *Haloandro*[8]) *Augustino*que[9]) inspectum, sed inter annos 1542 et 44., incertum quo fato, amissum, unum *Bononiense* Florentini codicis exemplar, iussu *Ludovici Bolognini* circa annum 1501. confectum, nobis servavit[10]). Constat enim Novellis constitutionibus hisce:

1) *Alexii Comneni*, de productione testium post lapsum XXX dierum, anni 1094, vel 1104, si codicem Bononiensem, anni 1085, si Venetum sequimur, quam in codice Veneto Sancti Marci No. 173. exstare olim indicaveram[11]), et quam, vestigia doctissimi, mihique amicissimi *Ernesti Heimbachii*[12]) sequutus, nuper ex Bononiensi codice edidit Clariss. *Zachariae*[13]).

2) *Constantini Ducae*, de iureiurando intra nonaginta dies praestando, de anno 1075(?)[14]), cuius argumentum referunt scholia Basilicorum[15]). Praemissa *Constantini Protoproëdri* suggestione, quam Parisiensis codex No. 2872. suppeditavit[16]), ex eodem Bononiensi libro nuperrime eam edidit, cui studium iuris Graeco-Romani quam plurimum debet, clarissimus *Zachariae*[17]).

3) *Alexii Comneni*, de sacramentis puberum, quam, eodem viro consultissimo edente, iam typis videmus expressam[18]).

Vindobonensi No. 7. in *appendice Prochiri* exhiberi (*Zachariae ὁ πρόχειρος νόμος* p. LVII., CCIV., CCV., Hist. iur. Gr.-Rom. p. 40. No. 4., *Lambecius* comment. biblioth. Caes. Vindob. ed. Kollar. Vind. 1780. fin. lib. VI. p. 69. sq.) et in libris Mstis *Eclogae ad Prochirum mutatae* (*Zachariae ὁ πρόχειρος νόμος* p. CXXXIII — CLIV., Hist. iur. Gr.-Rom. p. 69. No. i.) constanter accedere. An tamen *Irenae* recte tribuatur, merito poterit dubitari. Codex enim Venetus No. 192. a *Basilio Macedone* legem nostram latam esse, ad Novellam de testibus (in iur. Gr.-Rom. II. p. 135 — 138.) respiciens (ὁ αὐτὸς πιστὸς βασιλεύς), innuere videtur, et ipse index codicis 179. inscriptioni addit: *Αὕτη προγενεστέρα ἐστὶν Εἰρήνης τῆς βασιλίσσης*; cf. Cel. *Heimbach*. in: *Zeitschrift f. geschichtliche Rechtswissenschaft* VIII. p. 333. Argumentum concordat cum Prochiro IV, 25. (ex editione Cl. *Zachariae*), quem locum suum fecit *Harmenopulus* Proch. IV, 7. §. 33· (ed. *Reitz*.), et quem, nomen Novellae a *Basilio Macedone* emissae prae se ferentem, exhibet *Ius Graeco-Romanum* I. 86. 87. Cf. quae disputavi in opusculo, cui titulus: *Ueber einige Byzantinische Rechtscompendien des 9. und 10. Jahrhunderts* in: *Museo Rhenano* III. p. 67. 6) In *Iure Graeco-Romano* II. p. 135 — 138. Cum Novella de tertiis nuptiis coniuncta legitur in codice Veneto 192. (Palat.-Vat. 55.), Vindobonensi 7., Parisiensi 1384. (*Zeitschrift für geschichtliche Rechtswissenschaft* tom. VIII. p. 214., *Zachariae* in Fragm. vers. gr. LL. Roth. p. 22. No. 4., Hist. iur. Gr.-Rom. p. 12., 13. not. 13.). Sine illa in codice Bodleiano 3399. *Epitomes legum* quinquaginta titulis constantis (*Zachariae ὁ πρόχειρος νόμος* p. 329 — 331. Caeterum non ad calcem libri adiecta, sed titulo XXVII. inserta videtur constitutio nostra.), et in codice Paris. 1391. in appendice *Ecloges*, quam V. Cl. *Zachariae privatam* dicit (ὁ πρόχειρο ς νόμος p. XLVIII — LI., CXCVI., Hist. iur. Gr.-Rom. p. 68. No. 2. a.) legitur. Eandem constitutionem et ab auctore *Prochiri aucti* titulo XXVII. eius operis integram insertam esse auctores sunt, ad quem saepe provocamus, doctiss. *Zachariae* (Hist. iur. Gr.-Rom. p. 13. not. 13. coll. p. 77. 78. et in *προχ. νόμ.* p. CLVIII. et *Ern. Heimbach*. Anecd. Vol. I. p. XXXV. — Utrum vero *Irenae*, an *Basilio* tribuenda sit constitutio, eo potissimum perquam dubium redditur, quod codices titulum *εἰρηνοποιοῦ* cum nomine Irenes, et titulum *βασιλέως* cum nomine Basilii confuderunt. Ita enim *Ius Graeco-Romanum*: ...... *Βασίλειος*, *Κωνσταντῖνος*, *Λέων* ..... *πιστοί*, *εἰρηνοποιοὶ Αὔγουστοι*, et in margine *εἰρηνοποιὸς βασιλεύς*. Codex Venetus 192.: *Εἰρήνη πιστὸς βασιλεύς*, et Parisienses 1384. et 1391. *Εἰρήνη τοῖς βασιλεῦσιν* (cf. *Zachariae* Fragm. vers. gr. p. 22.). 7) Hist. iur. Gr.-Rom. p. 108 — 115. Similia obtinuerunt aliquando et in occidentali ecclesia: Concilium Compendiense cap. 12. (*Baluz*. Capitul. I. p. 123., 827. et *Harduin*. Concil. III. p. 2005.), Concil. Moguntiacum anni 813. can. 55. (*Harduin*. IV. p. 1016.). Cf. *Gratianum* c. 4. 5. 7. C. XXX. qu. 1., *Boehmer* Ius Ecclesiast. Protest. IV. p. 114., *Bingham*, Origines ecclesiast. ex vers. *Grischovii* IV. p. 299. 8) Sub finem praefationis ad editionem Novellarum: „Quae etiam causa nos remorata est, ne .... una cum aliquot Novellis *Alexii Comneni*, *Constantini Porphyrogennetae* (?), *Michaëlis Ducae* filii et aliorum imperatorum adiecerimus.“ 9) In epistola ad *Mendozam* anni 1544.: „... ex Florentino ... intra hoc triennium esse sublatas scimus ...... Alexii, Porphirogennetae, Michaëlis et aliorum recentiorum imperatorum Novellas.“ 10) *Biener*, *Geschichte der Novellen* p. 557 — 571., *Ern. Heimbach*. in: *Zeitschrift für geschichtliche Rechtswissenschaft* tom. VIII. p. 317 — 330. 11) In dissertatione, cui titulus: *Ueber die Novellen der Byzantinischen Kaiser* in: *Zeitschr. f. gesch. Rechtswiss*. tom. VIII. p. 224. No. 3. 12) l. c. p. 320. 321. 13) Hist. iur. Gr.-Rom. p. 131. 132. 14) Annus et indictio in regnum *Michaëlis Parapinacis* incidere videntur. 15) Schol. m. ad XXII. 5. Basilic. cap. 54. *Fabr*. III. p. 202. *Heimbach*. 1573. II. p. ... 16) Hist. iur. Gr.-Rom. p. 120., 121. 17) Ibidem p. 121., 122. 18) Ibidem p. 123 — 129. Simillima est constitutioni *Friderici I.* octoginta fere annos postea emissae.

4) Eiusdem *Alexii*, de servis ad libertatem proclamantibus, cuius epitomen, ex *Balsamone*[19]) desumtam, legimus in Iure Graeco-Romano[20]), quam tamen integram edere supersedit doctiss. *Zachariae*[21]). Inscriptio, ex schedis *Heimbachii*, quas solita humanitate is mecum communicavit, haec est: *Νεαρὰ τοῦ βασιλέως Ἀλεξίου τοῦ Κομνηνοῦ, ἐκφωνηθεῖσα κατὰ τὸν Μαρτίον μῆνα, τῆς γ' Ἰνδικτιῶνος τοῦ ͵ςχγ'. ἔτους* (1095. post Chr.), *ἐξ ὑπομνήσεως Θεοδούλου τοῦ ἀρχιεπισκόπου Θεσσαλονίκης, περὶ τοῦ μὴ δίδοσθαι ἀντιπαράστασιν μαρτύρων παρὰ τοῦ κυρίου τῶν δούλων τῶν ἀναφωνούντων εἰς ἐλευθερίαν, ἀλλὰ μόνην διαβολήν· καὶ περὶ τοῦ ἀνάγκην εἶναι τοῖς δεσπόταις τῶν δούλων ἱερολογεῖν αὐτούς, καὶ μὴ ἀνέχεσθαι πορνεύειν πρὸς ἀλληλούς, εἰ μὴ βούλονται στερεῖσθαι τῆς ἐπ' αὐτοῖς δεσποτείας, καὶ ἐλευθεροῦσθαι τοὺς δουλούς, φέρουσα τὴν ..... ὑποσεσημασμένην διὰ γραμμάτων τοῦ βασιλέως.* Incipit autem: *Ἀνηνέχθη τῇ βασιλείᾳ μου περὶ σοῦ, ἱερώτατε, ὡς ἀμφιβολία τις κ. τ. λ.*

Solas *Heraclii* Novellas quatuor amplectitur appendix, quae *Collectioni constitutionum ecclesiasticarum*, Balsamoni falso tributae, in omnibus fere libris manuscriptis adiicitur, quamquam, si doctae *Heimbachii* argumentationi adsentiaris, seriori aevo debeatur[22]).

Quae vero in codicibus *Iuliani* passim habentur, *Iustini* minoris et *Tiberii* singulae constitutiones, eas neque collectiones dixerim, neque constanter Epitomae Novellarum accedunt, sed pro lubitu unius alteriusve amanuensis adiectae videntur[23]).

Inter *appendices compendiorum iuris civilis* primum ea occupat locum, quae saepius mutata codicibus *Synopseos* tantum non omnibus accedit. Primitus eam non nisi epitomis Novellarum *Constantini Porphyrogeniti*, *Romani Lecapeni* et *Nicephori Phocae*, quibus inversa ratione temporis adiecta erat Ecloga Novellarum *Leonis Sapientis*, constitisse, adstipulantibus Cel. *Biener*[24]) et Cl. *Zachariae*[25]) demonstrare studui[26]). Codicum vero, qui eam collectionem ad unum omnes plus minusve immutatam exhibent, ad minimum tres constituendi sunt ordines.

Quem *primum* facimus, et cuius exemplarium hodieque mirus numerus exstat[27]), constitutionum, quae in ipsa collectione epitomatae leguntur, quinque praemittit integras, singulasque *Romani Lecapeni*, *Romani Porphyrogeniti* et in nonnullis codicibus *Basilii* etiam *Bulgaroctoni* suis locis inserit. Ut autem hanc collectionis nostrae formam, circa finem decimi saeculi constitutam, sicco pede hic transeamus, illud causae est, quod omnes, quas continet, Novellae (praeter Eclogam Leoninarum) tam in calce *Synopseos* quam in *Iure Graeco-Romano* a *Leunclavio* sunt editae[28]).

Alterius transformationis, quam collectio, in qua versamur, experta est, *διασκευαστής* illud praecipue egit, ut, omissis compluribus, quae in appendice illa minoris momenti esse videbantur, capitibus, epitomis constitutionum, quibus, qui primus eas digesserat, solis locum concedendum esse duxerat, integras constitutiones, undecumque petitas, substitueret, aliasque nonnullas, a primo

---

19) Ad canonem 85. Concilii Trullani VI. in *Beveregii* Synodico, s. Pandectis Canonum I. p. 255., coll. Comment. ad can. 85. Conc. Carthaginensis VI. ibid. p. 619. 20) I. p. 145—147. Ex eodem fonte repetitam iam antea dederat *Bonefidius τοῦ ἀνατολικοῦ νομίμου βιβλία γ'.* p. 67. 21) Epitome, qualem exhibet *Balsamon*, legitur et in Fragmentis Novellarum ab imperatoribus stirpis Comneniae emissarum in bibliothecam Venetam S. Marci nuper allatis, ubi inter Novellas *Alexii* quintum occupat locum, et patriarchae inscripta esse dicitur. Cf. *me* in: *Zeitschr. für gesch. Rechtswiss.* tom. VIII. p. 194. Legitur et in fronte Codicis Synopseos S. Marc. No. 173. iuncta *λύσει*, cuius initium: „*Ἐκεῖνα ἔσχε σκοπόν*," cf. *Zeitschrift* l. c. p. 224. et exstat in capite XLIX. libri, cui titulus: *Kormzaia Kniga*: cf. Ill. *Bienerum* in: *Zeitschr. für gesch. Rechtswiss.* tom. VIII. p. 277. Denique in Uffenbachiano, iam Lipsiensi, codice Prochiri aucti inserta est titulo 34. eius operis: cf. *Heimbach.* Anecdota tom. I. p. XXXVIII.; an vero et in aliis codicibus, pro certo affirmare non audeo. 22) Anecdota tom. I. p. XLIV—XLVII. coll. *Biener*, *Geschichte der Novellen* p. 182—186. 23) Duas, de adscriptitiis et colonis, a *Cuiacio* et *Miraeo* editas, debemus codici manuscripto *Aymari Ranconeti*, qui nunc est Parisiensis 4568. Tertiam vero, de privilegiis Concilii Vizaceni, unde hauserit, qui primus eam edidit, *Petrus Pithoeus* (cf. *I.* et *Fr. Pithoei* Observationes ad Codicem et Novellas. Paris. 1689. p. 683.), ignoratur. Cf. *Biener*, *Geschichte der Novellen* p. 482., 483. 24) *Zeitschrift für geschichtl. Rechtswiss.* tom. VIII. 265. 25) *Αἱ ῥοπαὶ* p. 34., 35. Hist. iur. Graeco-Rom. p. 64., 65. 26) *Zeitschrift für geschichtl. Rechtswiss.* tom. VIII. p. 176—180. 27) *Zeitschrift* l. c. p. 164., 165., *Biener* ibid. p. 264., *Zachariae αἱ ῥοπαὶ* p. 85., Hist. iur. Gr.-Rom. p. 65. No. a. et not. 35. 28) *Zeitschrift* l. c. p. 180—184.

collectionis auctore neglectas, adderet[29]). Hac repetita collectionis nostrae praelectione usus quidem est *Labbaeus*[30]), copiosum vero, suam post messem, spicilegium neutiquam nobis invidit. Constitutiones autem, quas in huius ordinis codicibus latere iam in opusculo: *Ueber die Novellen der Byzantinischen Kaiser*[31]) indicaveram, hae sunt:

1) Novella *Constantini Porphyrogeniti*, de iis, qui ab intestato sine liberis decedunt[32]). Breve eius argumentum his verbis insertum est constitutioni, quae inter epitomatas Constantini quintum occupat locum[33]):

„Ὡσαύτως δὲ καὶ τελευτώντων τινῶν ἀδιαθέτως καὶ μηδὲ συγγενεῖς ἐχόντων ἕκτου βαθμοῦ, τὰ διαφέροντα αὐτοῖς τῷ δημοσίῳ εἰσκομίζεσθαι· διαθεμένου δέ, κἂν συγγενεῖς μὴ εὑρίσκωνται καὶ ἴδιοι μέχρι τοῦ εἰρημένου βαθμοῦ, φυλάττεσθαι τὰ τῆς διαθήκης.

Ὡσαύτως δὲ ἀδιαθέτου τετελευτηκότος, καὶ συγγενῶν εὑρισκομένων, πρὸς ἐκείνους τὰ τῆς κτήσεως μεταπέμπεσθαι· εἰ δὲ μήτε διάθοιτο, μήτε συγγενεῖς ἔχοι ὁ τετελευτηκώς, τότε τὸ μὲν τρίτον μέρος τῆς αὐτοῦ κτήσεως δίδοσθαι ὑπὲρ λύτρου τῶν ἁμαρτιῶν αὐτοῦ τοῖς ἐν Χριστῷ ἀδελφοῖς· τὸ δὲ περιττεῦον τῷ δημοσίῳ εἰσκομίζεσθαι.“

Brevius autem, sed obscuriori constitutionis nostrae loco recte interpretando optime inserviens, habetur apud *Balsamonem*[34]):

..... ἡ νεαρὰ τοῦ βασιλέως κυρ. Κωνστ. τοῦ Πορφ., διαλαμβάνουσα, τοὺς ἀδιαθέτως τελευτῶντας παίδων χωρὶς μὴ κληρονομεῖσθαι παρὰ τῶν ἐκ πλαγίου συγγενῶν αὐτῶν· ἀλλὰ τὸ τρίτον τῆς οὐσίας τῶν οὕτως τελευτώντων προχωρεῖν εἰς ψυχικὰς διαδόσεις, συνεισαγομένων τούτῳ[35]) καὶ τῶν τιμημάτων τῶν οἰκετῶν[36]) τοῦ τελευτήσαντος, ὡς ἀπεντεῦθεν ἐλευθερουμένων.

Similia quoque in *Prochiris*, tam quod *Leoni* et *Constantino*[37]) tribuere solent lirbi manuscripti, quam *Constantini Harmenopuli*[38]), leguntur. Omnium vero longe praestantissimum est summarium *Michaelis Pselli*, quod in fine Synopseos metricae, quam Michaeli Ducae dedicavit, hactenus desideratum, e codice Parisiensi No. 478. desumtum, illustri *Bienero*, qui exoptatum libri, iam saepe typis repetiti, supplementum, quod dum Lutetiis commoraretur in schedas retulerat, liberaliter mihi permisit, gratias persolvens quam maximas, in lucem profero[39]):

Vers. 1407. „Ὁ δὲ Πορφυρογέννητος βασιλεὺς Κωνσταντῖνος
Προσέταξεν ἐν νεαρᾷ περὶ τῶν τελευτώντων,
Ἀδιαθέτων καὶ παιδὸς μηδενὸς εὑρηθέντος
Μὴ τοῖς ἐκ νόμων ἅπασαν προσεῖναι καλουμένοις[40])
Συγγενέσι τῶν ἑαυτῶν τυχὸν περιουσίαν,
Ἢ τούτων μὴ προσόντων γε προσκυροῦσθαι τῷ φίσκῳ,
Ἀλλὰ τὸ δίμοιρον αὐτοῖς, τῷ δὲ Θεῷ τὸ τρίτον
Ἀφοσιοῦσθαι· δούλων τε πάντων ἐλευθερίαν,
Διατιμήσεως αὐτῶν εἰκὸς ἀριθμουμένης
Τῷ διδομένῳ τῷ Θεῷ μέρει, τῷ πλουτοδότῃ.
Εἰ δὲ τὸ πλεῖστον ἢ καὶ πᾶν δούλους εἶναι συμβαίη,
Ἅπαντας ἀπολύεσθαι ζυγοῦ τοῦ τῆς δουλείας·
Τούτους[41]) γὰρ ἀπελευθεροῖ καί τις ἀποιχομένων[42]),
Καὶ διαδόχοις οὐ μικρὸν καταλιμπάνει κλῆρον[43]).

Quod ita verto: „*Porphyrogenitus et Constantinus* Imperator constituit in Novella de iis, qui in-

29) *Zeitschrift* l. c. p. 184—190. *Biener* ibid. p. 266., 267. *Zachariae*: *Αἱ ῥοπαὶ* p. 35., 36. Hist. iuris Gr.-Rom. p. 65. No. b. 30) *Zeitschrift* l. c. p. 190—192. *Biener* ibid. p. 266., 267. 31) *Zeitschr.* l. c. p. 185., 187., 188. 32) Cf. et *Zachariae* *Αἱ ῥοπαὶ* p. 39. No. 13. 33) Ius Graeco-Roman. II. p. 150. 34) Ad canonem 84. Concilii Carthaginensis. In *Beveregii* Synodico I. p. 618. Hinc iam dederat *Bonefidius* in Iure Orientali p. 23. 35) *Beveregius* male τούτων. 36) *Beveregius* omittit τῶν οἰκετῶν. 37) *Zachariae* Ὁ πρόχειρος νόμος Tit. XXXIV. cap. 17. 38) I. 18. §. 39. 39) *Biener* in: *Zeitschrift* etc. VIII. p. 278. 40) Cod. καλουμένον. 41) Duo ultimi versus obscuriores sunt, et medelam poscere videntur. Hic pro τοῦτο, quod est in codice, τούτους scribendum putavimus. 42) Cod. ἀποσχομένων.. 43) Cod. κλῆρον.

te tati decedunt, et quorum non invenitur proles, ne forte cognatis eorum ex lege vocatis omnis tradatur hereditas, neve, si hi non exstent, fisco accenseatur, sed ut duae partes iis tribuantur, tertia vero Deo consecretur. Item omnium servorum libertatem imperavit, pretio eorum aequa ratione ei parti connumerando, quam Deo, divitiarum largitori, assignavimus. Sin vero maiorem partem hereditatis, vel etiam integram servis constare contingat, a servitutis iugo omnes liberentur. Hos enim etiam morientium nonnulli libertate donant, neque ideo exiguam successoribus relinquunt hereditatem."

Habuit hanc constitutionem *Antonius Contius*[44]; in codicibus Vaticano (No. 852. pag. 404.) et Laurentiano (Plut. LXXX. cod. 8.) eam latere, indicaverunt *Assemannus*[45] et *Bandinius*[46].

2) Novella *Romani* (utrum *Lecapeni* an *Porphyrogeniti*, non liquet) De poenae stipulationibus[47], quam praeter *Bandinium*[48] nemo animadvertisse videtur.

3) Novella *Iohannis Tzimiscis* de vectigalibus mancipiorum. Cuius Novellae *Tzimiscem*, non *Comnenum*, cui *Du Cangius*[49] eam tribuit, auctorem esse, praeter rationem temporis, quo appendix Synopseos, qualem in huius ordinis codicibus prae se fert, formam accepit[50], argumento est *πίναξ* codicis Laurentiani Plut. IV. cod. 10., nostram constitutionem, in ipso libro, sub finem mutilo, desideratam, his verbis innuens[51] . . . . . *τοῦ τζυμισχοῦ περὶ τοῦ κομμερκίου τῶν ἁλωσίμων ψυχαρίων.* — Praeter *Du Cangium* neminem hac Novella usum esse video[52].

4) Supplementum Novellae *Basilii Bulgaroctoni* de anno 996., cuius priora capita *Leunclavius* iam ad calcem Synopseos[53], plenius autem in Iure Graeco Romano[54] ediderat[55]. Habuit hoc ultimum constitutionis caput *Cuiacius*[56], quem minus recte solis rimi ordinis codicibus usum esse dixeram[57].

---

44) Ad *Harmenopulum* l. c. ex edit. *Reitzii.* 45) Bibliotheca Iuris orientalis canonici et civilis Romae, 1762. 4. II. 279. No. 15. 46) Catalogus Codd, M. scr. bibl. Mediceo-Laurent. III. 187. 47) Cf. *Zachariae Ai 'Ροπαὶ* p. 83. not. 6. 48) l. c. No. XIII. 49) In indice auctorum graecorum ineditorum in calce Glossarii ad scriptores mediae et infimae graecitatis p. 28.: „*Ioannis Comneni* Imp. Novella *περὶ κομερκίου τῶν ἀλωσίμων ψυχαρίων*, seu de Mancipiis, ex cod. Reg. 1526." Schedae Viri Clar. *Zachariae* duos indicant Parisienses codices, Novellam nostram exhibentes, numeris 1351. et 2005. insignitos. Uter vero eorum codici DuCangiano conveniat, nescio. 50) *Zachariae* Hist. iur. gr. rom. p. 65. No. b. 51) Cf. Zeitschrift für gesch. R.-W. p. 174. 52) Cf. *Bandinium* l. c. No. XVI. 53) Pag. 50 — 53. 54) II. 172 — 79. 55) Zeitschrift l. c. p. 171. 188. Zachariae *Ai 'Ροπαὶ* p. 39. No. 9. 56) De diversis temporum praescriptionibus et terminis *πραγματεία*. Cap. 26. in f. Opp. Ed. Veneto-Mutinensis I. 483. D. „De nundinis habemus praeclaram novellam Basilii iun., quae aperte indicat, eas in agris privatorum institui, qui hoc ius impetraverint; nec posse transferri in alia loca, nisi ex communi omnium negotiatorum sententia. Quod si dissentiant inter se, et alii locum commutare velint, alii non item, vincere eorum sententiam, qui ex antiquo more nihil mutari volunt. Et hoc quidem, si agatur de transferendis nundinis a potentioribus ad potentiores, vel a tenuioribus ad tenuiores, vel a potentioribus ad tenuiores. A tenuioribus enim ad potentiores nundinarum translationem non fieri, nisi concurrat vetustas et omnium consensus, i. e. nisi ex omnium voluntate transferantur in potentiorum agros, in quibus et iam olim ab initio institutae fuerint, et postea omnium sententia translatae ad tenuiores, a quibus nunc pristinis dominis restituentur recte." 57) Zeitschrift VIII. 184. Et initium huius constitutionis in codicibus longe aliter atque apud *Leunclavium* habetur, et ita quidem: *'Επειδήπερ ἡ βασιλεία ἡμῶν, ἀφ' οὗ τὴν αὐτοκρατορικὴν ἀρχὴν Θεοῦ χάριτι ἔλαβε, καὶ τὰς ἐναγομένας ὑποθέσεις παρά τε τῶν πλουσίων καὶ τῶν πενήτων.* Sed et reliqua, quae habentur in codicibus, Novellae, qualis impressa circumfertur, tam parum conveniunt, ut vix linea lineae respondeat. In quibus illud quam maxime notandum est, et nomina et casus potentium, ad quorum exemplum provocat Basilius in constitutione, qualem edidit *Leunclavius*, (p. 173. 175.) in codicibus prorsus esse omissa, quae profecto magis epitomen quam pleniorem textum indicare videntur. En autem in quibus, teste V. Cl. *Zachariae* in schedis de quibus mox dicam, differt codex Parisiensis a Iure graecoromano. Ius graecoromanum II. p. 172. Lin. 4. codex *βουλόμενοι.* Lin. 5. 6. . . *τοὶ τὰς ἰδίας ἐπιθυμίας εὐλ. ἀφ. ἔχ. τὸν μέχρι τῆς τεσσ . . . ς χρόνον.* Lin. 6. *ξεν. καὶ δώρων, εἴτε* Lin. 7. 8. *δ. τῆς ἐνούσης αὐτοῖς δυν. τοῦτον διελθεῖν, καὶ τηνικαῦτα κατὰ τελ. ἔχ. δεσπ.* Lin. 11. *τὰ προλαβόντα.* Lin. 13. . . *σα τοῦ μὴ τοῖς αὐτοῖς ἐπιχειρῆσαι γιν.* Lin. 14. *ἐντεῦθεν βοήθειαν εὑρήσ.* Lin. 16. *οἱ παῖδες αὐτ. καὶ οἷς ἂν ταῦτα καταλείψωσιν, ὅτι* Lin. 17. 18. *τὴν διὰ χρόνου δεσποτείαν.* Lin. 20. *δίκαιον ἀσπαζομένη καὶ τὸ τῆς πλεονεξίας δεινὸν πάθος θεραπεύουσα.* Lin. 21. *ἀφ' ὧν.* Lin. 22. *ὀφείλομεν . . . . πλεῖστα.* Lin. 23. *ὑπὸ τῶν.* Lin. 24. 25. . . *ὁσημέραι . . . . . ας οἰκείοις ὀφθ.* Lin. 30. . . . *σας, διαρκέσειε τῇ δυναστείᾳ καὶ τὸ δύνασθαι εἰς τοὺς ἐξ αὐτοῦ παραπέμψει.* Lin. 33. . . . *μὲν μαγιστρός ἐστι καὶ δομέστικος τῶν σχολῶν, οἱ δὲ . . .* Pag. 173. Lin. 1. 2. *ὁμοίως δυνατοὶ καὶ μέχρι.* Lin. 3. . . . . *εὐπραγίαν.* Lin. 5. *καὶ τὸ προσὸν δίκαιον τοῖς πένησιν, ἐφ' οἷς κακῶς.* Lin. 6. *ἀφῃρέθησαν καὶ ἐπλ. . . . ἐπιβραβεύομεν* Lin. 6. 7. *χωρ. κοιν.* Lin. 9. . . *χων μετὰ τῆς περιουσίας καὶ τὴν δυν* Lin. 12. *ἀφείλοντο καὶ ἐπλ.* Lin. 14. *τῶν τοιούτων διέλθοι.* Lin. 15. *καὶ ἀναλαμβάνειν.* Lin. 20. *ἡμ. ὁ τοῖς νόμοις ἐγνω-*

Has Byzantini iuris reliquias e codice *Laurentiano* Plut. LXXX. cod. 8. in lucem profero; tres quidem posteriores ad exemplar, quod illustr. Eques *de Furia* eadem illa, quam persaepe expertus sum, liberalitate, me petente, propria manu transscripsit. Quod autem correctiores prodeunt et pleniores, officiosae clarissimi *Zachariae* debeo benevolentiae. Quum enim vir consultissimus, qui in his literis nemini secundus, a divulgandis constitutionibus, de quibus edendis me cogitare senserat, sese abstinendo, nondum sibi satisfecisset, integrum schedarum ex Paris. codicibus **1347. 1351. 1391.** et **2005.** desumtarum volumen, spissum profecto et laboriosum, ad liberos usus mihi concessit, unde quot quantaeque emendationes in textum profectae sint, tanti beneficii memor, ipse videbis.

Rursus immutatam appendicem Synopseos deprehendimus in libris manuscriptis, *Comnenorum Novellas* exhibentibus, qui tamen mirum in modum inter se differunt[58]. Sunt enim, qui, servatis omnibus, quae appendicem codicum secundi ordinis constituunt, sub finem inserant *Manuelis Comneni* Novellas quinque, et *Nicephori Botaniatis* unam, easque integras, cuius generis

---

σμένου χρόνος διέλθοι ῆ. Lin. 22. a *τοῦτο* usque ad lin. 32 in f. desunt omnia: Lin. 35. *ὁ . καὶ εὐτυχίας.* Lin. 38. *καιρ. τῆς τιμῆς ἀξιωθῇ.* Lin. 42. *τινα γενόμ.* Lin. 48. *μετέπειτα.* Lin. 49. *καὶ τοῦλον κατέσχε χ.* Lin. 50 — 52. *ἐπ.* (Lin. 51. deest) *ἐπεὶ οὖν.* Pag. 174. Lin. 2. *τούτῳ χρόνον εἰς β.* Lin. 3. loco *οὐκ ἔ. δ.* cod. habet *οὐδαμῶς.* Lin. 4. 5. *διερχομένη.* Lin. 9. *ἐξαρχῆς* deest. Lin. 10. *ἐποίησεν..* quod antecedit: *αὐτὸν* deest. Lin 11. *πάντες.* Lin. 12. *ἀναγρ. κ. μέρ. ἐν* desunt. Lin. 13. *καὶ* deest. Lin. 14. *τοῦ γέρ. περιεχόμενοι καὶ κατὰ μέρος ἐν ἐκείνῃ ἀναγραφόμενοι.* Lin. 14. (*οὗτος γὰρ*) usque ad lin. 18. (*διέγνωμεν*) desunt. Lin. 20. *τὰ μὲν μέχρι τῆς πρώτης νομοθεσίας τοῦ προπ.* Lin. 21. *καὶ* deest. Lin. 22. 23. *ἀλλὰ* deest. Lin. 24 — 26. *ἔχοντα φυλάττεσθαι καὶ εἶναι παρ' αὐτοῖς, καθὰ καὶ τοῖς παλαιοῖς διηγόρευται νόμοις· διὰ τοῦτο γὰρ ἐγγρ.* Lin. 26. *τὰς* deest. Lin. 27. *μαρτ. παράγεσθαι.* Lin. 28. 29. *ὅπ. μὴ κατὰ περίνοιαν οἱ δυν. τὰ νεωστὶ.* Lin. 29. 30. *ἐπικτ. προφασίσωνται διαφέρειν αὐτοῖς ἐγγράφως ἔκπαλαι τῶν χρόνων.* Lin. 34. *ἐξηνέχθη* pro *ἐγένετο.* Lin. 36 — 38. *μηδ. ὅλως δύνασθαι τὸν χρόνον μήτε τινὰ τοκαθόλου.* Lin. 39. *τινὰ ταύτην* desunt. Lin. 40 — 44. *τὰ ἑαυτῶν, μηδὲ περὶ τὴν ἀνάληψιν τῶν τιμημάτων ἢ τῶν βελτιώσεων, δικαιουμένων τῶν δυνατῶν, διότι.* Lin. 50 — 52. *ἔδειξεν ὡς δι' αἰῶνος καὶ εἰς ἀπέραντον τούτους ἐκώλυσεν, καὶ χρόνον οὐ δέδ.* Lin. 53. Pag. 175. Lin. 1. *βοηθείας· οὐκ εἰς τὸ ἑξῆς δὲ μόνον, ὡς εἴρηται ταῦτα.* Lin. 1. 2. *καὶ τὸν ὄπισθεν χρόνον, ὃν εἴπομεν τήν.* Lin. 3. *ταύτ. εἰσάγομεν.* Lin. 3. (*δηλονότι*) usque ad Lin. 5. (*ἐξετέθη*) desunt. Lin. 5 — 9. *εἰ γὰρ ὅσα τῶν παρελθόντων ἄρτι κινοῦνται, μὴ διορθωσόμεθα, πῶς ἂν τὰ μέλλοντα φυλαχθεῖεν; καὶ οὐ μετέπειτα φοβηθεῖεν; καὶ τῶν ἀπηγορευμένων ἀπόσχοιντο;* Lin. 10 — 43. loco in codice haec leguntur: *ἐπεὶ δὲ καὶ δόλους πολλοὺς εὕρομεν, εἰς τοὺς ἀναγραφομένους ἐν τοῖς χρυσουβουλλίοις περιορισμούς. καὶ τοιαῦτα πολλὰ πρὸ τοῦ βήματος ἡμῶν ἐκινήθησαν, διοριζόμεθα μηδὲν ὅλως ἰσχύειν τοὺς δηλωθέντας περιορισμούς.* Lin. 45 — 52. *οὐ γὰρ εἰδήσει καὶ γνώμῃ βασιλικῇ, ἀλλὰ τῶν λαμβανόντων αὐτοὺς ἐκτίθενται· ἀλλ' οὐδὲ πάλιν οἱ τη* (*τοῖς?*) *χρυσοβουλίοις ἀναγράφοντες αὐτοὺς πρωτασηκρῆται πάρεισιν ἐπὶ τοῦ τόπου, καὶ βλέπουσιν, ὅτε τὸ μέτρον ἢ ἡ ἔκθεσις αὐτῶν γίνεται* (lacuna dimidiae lineae), *καὶ διὰ τοῦτο, καθὰ δεδήλωται, ἀκύρους εἶναι, καὶ μηδεμίαν ἔχειν ἐνέργειαν, οἷς ἀμφιβολία παρεμπέσοι, βουλόμεθα. Εἰ δὲ καὶ οἱ τοιοῦτοι περιορισμοὶ ἐν τοῖς τοῦ γενικοῦ σεκρέτου κωδίκοις ἢ τισιν ἑτέροις συστατικοῖς δικαίοις τυγχάνουσι καὶ ἀκούεσθαι καὶ τηρεῖσθαι τούτους παρακελευόμεθα.* Pag. 176. Lin. 6. post *γὰρ* codex inserit *ὡς λέγουσιν.* Lin. 9 — 10. desunt *βουλομ. — αὐτοῦ.* Lin. 10. *ἐγέν. δὲ καὶ αὐτ. μοναχός.* Lin. 13. *τρεῖς ἐκεῖ μοναχοί.* Lin. 14. pro *ἐκράτησε* codex exhibet *κατέσχε.* Lin. 17. *ὅτι* deest. Lin. 18. pro *κρατοῦντες* in cod. *κατέσχοντες.* Lin. 19. post *δωρ.* codex inserit *δυνατοῖς.* Lin. 21. 22. *ἐπεὶ* usque ad *ἐκινήθησαν* desunt. Lin. 23. 24. *εὐκτ., οὐδὲ καὶ μοναστήρια λέγομεν, εὐρ. ἀποδίδοσθαι ταῦτα πάντα πάλιν τοῖς πένησι. τὸ δὲ.* Lin. 25. 26. *ἐκβάλλεσθαι.* Lin. 28. *ἵνα* deest. Lin. 28. 29. *ἀποδιώκεσθαι.* Lin. 29. *τάχα καὶ.* Lin. 29 — 31. *τὴν* usque ad *χρόνον* desunt. Lin. 31. 32. *ἀλλὰ τὰ εὐκτήρια πάλιν, ὡς εἴρηται, τοῖς.* Lin. 33. *ἀποκαθίστασθαι, καὶ εἶναι μέν.* Lin. 34. *καλογήρους.* Lin. 35. *αὐτοῖς ὑπάρχειν.* Lin. 36. *οἱ — ἐπίσκ.* desunt. — *μόνην δὲ τήν.* Lin. 39. *καλογήρων, τῶν μητροπολιτῶν τυχὸν, ἢ τῶν ἐπισκόπων εἶναι· καὶ.* Lin. 40. 41. *λαμβάνειν.* Lin. 41. 42. *μοναστηρίων. ἀναγκάζεσθαι δὲ.* Lin. 42. *τοῦ ἔχειν.* Lin. 49. *διαμένειν εἰς τὸ.* Lin. 52. *ἵνα* deest. Lin. 52. 53. *παραπέμπεσθαι.* Pag. 177. Lin. 3. *καὶ τοῦ τοιούτου.* Lin. 4. pro *τρόπου* codex habet *προσώπου.* Lin. 6. *τὰς οἰκείας.* Lin. 8. *ἢ καὶ ἐπέκεινα μοναχῶν.* Lin. 9. *τάχα καὶ.* Lin. 10. *εἶναι ταῦτα.* Lin. 11. 12. *καὶ μὴ διακωλύεσθαι τούτους τοῦ δωρ. ἤ.* Lin. 14. *τὰ τοιαῦτα* desunt. Lin. 14. 15. *μοναχῶν.* Lin. 15. *τῆς παρούσης αὐτοῖς εὐπ.* Lin. 20. *διατάξεως καὶ πλ.* Lin. 21. 22. *εἰς αὐτὰ μοναχοὺς ἢ μητροπολῖται, ἢ ἐπίσκοποι.* Lin. 23. *μοναστ. εἶναι τὰ ἐπίκ. τῶν.* Lin. 23. 24. *μοναχῶν.* Lin. 29. 30. *μοναχούς.* Lin. 31. 32. *μοναχῶν.* Lin. 32. *διοριζ. ταῦτα καὶ πάλ.* Lin. 33 — 35. *ἐπισκοπὰς εἶναι, καὶ δωρεῖσθαι, καὶ παραπέμπειν αὐτὰ τούς τε μητροπολίτας καὶ τοὺς ἐπισκόπους ὅπου καὶ ὅτε θέλουσι.* Lin. 36 — 40. *θεσπ. μὴ εἶναι κ. τοῦ δημ. χρόνον, τὸν ἀποκλείοντα τὸ ἴδιον αὐτοῦ δίκαιον· ἀλλ' ἀνακαλεῖσθαι αὐτὸν τοῦτο ἀπὸ Αὐγ. Καίσ., καὶ περὶ τὴν τούτ. ἀνάλ. δικαιοῦσθαι.* Lin. 50 — 52. *περιγρ. τοῦ δημοσίου ποιήσουσι, βέβαια καὶ κεκυρωμένα ἔσονται· ὅσα δὲ παραλόγως καὶ πρὸς περιγραφὴν αὐτοῦ, ἀνίσχυρα.* Pag. 178. Lin. 2. *ἀδείας τὰ τοιαῦτα.* Lin. 3. *ἀπερικόπως.* Lin. 13. *ἐπιζητεῖν . . . πρακτικῶς.* Lin. 16. *κατ' αὐτῶν.* Lin. 18. 19. *ἐκπληροῦντες. Ἐπὶ πᾶσι δὲ τοῖς εἰρημ. καὶ τοῦτο θεσπ.* Lin. 28. 29. *ἐκτελ. τοῦτο, μηδέν.* Lin. 36. *καὶ τὸν προβ.* Lin. 41. *ἄλλως.* Pag. 179. Lin. 4. 5. *κατεβίβασε.* Lin. 6. *προσκομίσωσι χρυσοβούλλια, ὡς ἂν βεβαίωσιν δέξωνται.*

58) Cf. me in Hall. Allgem. Literat.-Zeit. 1837. Mens. April. col. 462. 63.

codicum Parisiensem No. **1351** exemplum affert doctiss. *Zachariae*[59]), similisque videtur, qui numero **1388.** notatur[60]). *Bienerianus* vero, qui olim *Meermanni* fuit, codex, praeter Eclogam Novellarum Leonis et praeter opusculum περὶ χρονικῶν διαστημάτων, omnium eorum, quae in libris manuscriptis primi et secundi ordinis appendicem Synopseos efficiunt, omnino nihil continet; solasque constitutiones *Manuelis* eodem ordine et numero, eadem integritate exhibet, qua Parisiensis **1351.** [61]) *Veneta* denique bibliothecae *Sancti Marci* fragmenta in eo cum Bieneriano codice conveniunt, quod intra limites Novellarum stirpis *Comneniae* sese continent, non autem in solo *Manuele* subsistunt, sed et *Alexianas* constitutiones iis adiungunt, utrasque non integras, sed eadem ratione, qua apud *Balsamonem* leguntur, epitomatas[62]).

Quae in Bieneriano codice habentur ineditae, tres constitutiones *Manuelis*, summa liberalitate ad edendum mihi concessit ill. possessor. Variantes lectiones codicis Paris. **1351.** praebuerunt schedae clariss. *Zachariae.* Novellam *Nicephori*, curante doctiss. *Zinkeisen*, ex eodem codice transscripsit *Theodorus Sypsomus*, natione Graecus; non defuerunt tamen loci, qui medelam ex apographo Zachariano poscerent. Quae igitur ex utroque fonte hucusque ἀνέκδοτα profero, haec sunt:

1) *Nicephori Botaniatis* Novella, De capitis poena intra triginta dies non sumenda etc., emissa anno **1080.** Habuerunt hanc constitutionem et *Schardius*[63]) et *Cuiacius.*[64]) *Iacobum Gothofredum*[65]), qui eandem commemorat, solum Cuiacium auctorem habuisse crediderim. Apud *Ant. Augustinum* autem ipsa fuisse videtur[66]).

2) Prooemium constitutionis De iudice per rescriptum prohibito, causam ad se transmissam disceptare, quam *Manueli* tribuit uterque codex, *Alexio* autem *Balsamon*[67]), qui omisso prooemio reliquam constitutionem referens, numerum Indictionis tali ratione addit, ut alius Novellae, quam paulo supra allegaverat, subscriptionem respicientes, hanc nostram in annum **1095.** incidere colligere possimus. Maiorem constitutionis partem, quam repetere superfluum credidimus, hausit ex Balsamone et *Bonefidius*[68]), et qui eum sequutus est *Leunclavius*[69]).

3) *Manuelis Comneni* constitutio anni **1159.** De rescriptis contra ius emissis, cuius notitiam ante celeb. *Bienerum*[70]) apud neminem invenio.

4) Pars prior et subscriptio Novellae *Manuelis Comneni* (anni **1166.**) De voluntariis homicidis, cuius partem posteriorem ex *Balsamone*[71]) iam dederant *Bonefidius*[72]) et *Leunclavius*[73]). Exstat praeterea eadem, quam habet Balsamon, epitome in *fragmentis bibliothecae Sancti Marci*[74]); brevioresque summae leguntur in μικρῷ κατὰ στοιχεῖον[75]), in *Prochiro aucto*[76]) et apud *Harmenopulum*[77]).

Longe minoris momenti sunt appendices, quae serioribus iuris compendiis passim adiiciuntur. In hunc censum referenda sunt *auctaria* Synopseos *Michaelis Pselli*[78]), cuius fragmentum supra edidimus, Ponematos nomici *Michaelis Attaliotae*[79]), quod editorem hodieque exspectat,

---

59) *Αἱ 'Ροπαί* p. 37—40. Hist. I. Gr.-Rom. p. 65. 66. 60) *Αἱ 'Ροπαί* p. 37. Eadem ratione compositus videtur codex *A. Augustini* 182. 61) *Biener* in Zeitschrift für geschichtl. Rechts-Wiss. VIII. 268—71. 62) Cf. quae de his fragmentis retuli in Zeitschr. f. gesch. R.-W. VIII. p. 193. 94. *Biener* ibid. p. 267. 68. 63) De varia temporum in iure civ. observatione, Eustathii, olim CP. Antecess., libellus, Basil. 1561. p. 25. ad cap. III. §. 5. Cf. *Zachariae Αἱ 'Ροπαί* p. 142. not. 63. 64) Observationes V. cap. 9. Opp. Ed. Veneto-Mutin. III. 112. 65) Ad Theod. Cod. IX. 40. const. 13. T. III. p. 334. ed. *Ritter*. 66) *Gebauer* Narratio de Henr. Brenkmanno p. 190. No. 182. 67) Ad [*Photii*] Nomocanonem Tit. IX. cap. 1. in *Voelli* et *Iustelli* Bibliotheca iuris canonici veteris II. 952. Eundem *Alexium* auctorem constitutionis nostrae facit et *Matth. Blastares* Syntagma lit. δ. cap. 7. apud *Beveregium* in Synodico Tit. II. p. 98. 68) Ius orientale p. 75. 69) Appendix ad Synopsin p. 72. 73. Ius Graeco-Roman. I. 140. et totidem verbis II. 184. 85. 70) Zeitschrift f. gesch. R.-W. VIII. 270. 71) Ad canonem 8. *Sancti Basilii*, in *Beveregii* Synodico II. 61. coll. comment. ad. can. 91. concilii VI. in Trullo. *Bevereg.* I. 265. 72) Ius orientale p. 92. 73) Appendix ad Synopsin p. 81—83. Ius graeco-rom. I. 163—65. 74) Zeitschrift f. gesch. R.-W. VIII. 194. 75) *Zachariae* Hist. i. gr.-r. p. 76. lit. c. 76) *Biener* l. c. *E. Heimbach* in Prolegomenis ad *Athanasium* scholasticum, Anecd. I. p. XXXVIII. (Tit. 39.) 77) VI. 6. §. 5. *Falkenburgius* integram Novellam *Manuelis*, an solam Balsamonis epitomen habuerit, ex brevissimo quod in *Reitzii* notas migravit fragmento (p. 344. not. 10,) diiudicari nequit. 78) Zeitschrift etc. p. 197. *Biener* ibid. 278. 79) Zeitschrift p. 196. et *Biener* ibid. p. 271—73. *Zachariae* Hist. i. graeco-rom. p. 72. not. 52.

NOVELLAE IMPERATORUM BYZANTINORUM.

I.

Νεαρὰ τοῦ βασιλέως κυροῦ Κωνσταντίνου τοῦ Πορφυρογεννήτου[1]*) περὶ τῶν ἀδιαθέτως τελευτώντων χωρὶς παίδων ὥστε μὴ τὸ πᾶν τῆς περιουσίας τοῖς ἐκ νόμων καλουμένοις, συγγενέσι τυχόν, ἢ καὶ τούτων μὴ προσόντων, τῷ δημοσίῳ προσκυροῦσθαι, ἀλλὰ τούτοις μὲν τὸ δίμοιρον, τὸ δὲ τρίτον τῷ θεῷ ἀφοσιοῦσθαι· ᾧ συνεισάγονται καὶ οἱ δοῦλοι, ἀξιούμενοι, ἀπὸ τῆς παρούσης νεαρᾶς, ἐλευθερίας.*

(Prooemium.) *Πολλάκις ἐθαύμασα τῶν τὰς πόλεις συστησαμένων, καὶ νόμους καθ' οὓς προσήκει διαζῆν ὁρισαμένων, ὅτι τοῖς τῶν ἀποιχομένων συγγενέσιν, ἔσθ' ὅτε καὶ μηδὲν εἰς ὄνησιν αὐτοῖς περιοῦσιν εἰσενεγκαμένοις, καὶ τῶν ἐνθένδε ἀπιοῦσι παρασχεῖν δυναμένοις, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ βασιλεῦσιν, οἷς δὴ τάχα ὁ ἐκβιοὺς οὐδ' ἐν ἐσχάταις ἦν ὑπηρεσίαις ἐναρίθμιος, ὅτι δὴ τούτοις, ἀδιαθέτου τινὸς τελευτήσαντος, τὸν κλῆρον τῆς περιουσίας, ὡς δή τι μέγα προσκεχαρισμένοις*[2]*), ἐχαρίσαντο, Θεῷ δὲ τῷ πάντων πλάστῃ καὶ βασιλεῖ, παρ' οὗ πᾶν, ὅ τι κάλλιστον ἐν ἀνθρώποις, τῷ τὰ πάντα ἡμῖν χαριζομένῳ, ὥστε καί, ὃ πάντα*[3]*) νοῦν ὑπεραίρει, συγκληρονόμους Χριστοῦ, κληρονόμους δ' αὐτοῦ ἐνστήσασθαι διὰ Χριστοῦ, οὐδὲ τὸ πολλοστὸν γοῦν ἀπονενεμήκασι μέρος, ὥσπερ ἀπόκληρον αὐτὸν δι' ἀμνημοσύνης ἀφέμενοι. Ἀλλὰ τὸ μὲν ἀνθρώπους, εἴγε δεῖ τοὺς μὴ τὸν ἑαυτῶν*[4]*) ἐπεγνωκότας ποιητὴν τοῦτο εἰπεῖν, περὶ τούτων οὕτως ἐκθέσθαι, εἰ καὶ μωμητὸν καὶ ἀλόγιστον, ἀλλὰ καινὸν οὐδὲν οὐδ' ἀδόκητον, ἅπαξ ἀποσφαλέντας τοῦ καθήκοντος πρὸς τὸ τῇ ἀρχῇ ἀκόλουθον ἐπισπεύδειν κατάλυμα. ἄνθρωποι δέ, οἷς ἐστιν ἐν οὐρανοῖς, ἥ φησιν ὁ θεῖος ἀπόστολος,*[5]*) τὸ πολίτευμα, καὶ κλῆρος ἡ τῶν οὐρανῶν ἐπήγγελται βασιλεία, οἱ*

Novella Imperatoris ac Domini Constantini Porphyrogeniti De iis, qui ab intestato sine liberis decedunt, ut ne solidum bonorum defuncti iis, qui per leges vocantur, cognatis vel, forte talibus non exstantibus fisco obtingat, sed ut his quidem binae partes, tertia vero Deo sacretur; qua et servi comprehenduntur, quos libertate dignos esse praesens Novella censet.

(Prooemium.) Saepe miratus sum, quod, qui civitates condiderunt, legesque, secundum quas vivere decet, constituerunt, defunctorum cognatis, licet illis dum viverent, ut saepius evenire solet, ne minimum quidem utilitatis attulerint, neque de hac vita decedentibus quidquam prodesse potuerint, immo et imperatoribus, quorum ministerio defunctus ne in ultimis quidem forsan ordinibus adnumerandus erat, quod his, inquam, si quis ab intestato decesserit, quasi mirifice de eo meritis, omnia eius bona largiti sunt legislatores; quod autem Deo, omnium rerum creatori ac regi, cui, quae apud homines deprehenduntur, pulcherrima quaeque uni debentur, qui omnia nobis largitus est, ita ut, quod omnem excedit rationem, coheredes Christi, et per Christum sui ipsius heredes nos instituerit, ne scriptulum quidem hereditatis attribuerunt, tamquam, eius obliti, exheredem eum praetermiserint. Ita autem homines, siquidem homines, qui suum ipsorum creatorem non agnoscunt, dicere decet, his de rebus statuere, etsi detestandum sit rationique contrarium, tamen neque novum est, nec inopinatum, eos, qui a tramite officii semel aberraverint, hospitio talibus inceptis convenienti adproperare. Homines vero, quorum civitas, ut Divus ait Apostolus, in coelis est, quibusque regnum coelorum in hereditatem promissum est,

---

1) De nomine *Porphyrogeniti* cf. *Reiskium* in Commentariis ad Constantinum Porphyr. De caerimoniis aulae Byzantinae Ed. Bonnensis p. 253. 54. 2) Cod. Paris. 1351. *προσκεχαρισμένοι.* 3) Cod. Par. *πάντως.* 4) Cod. Laur. *ἑτῶν.* 5) I. Petr. 1. vers. 4. Cod. Par. *ἐν οὐρ. τὸ πολ., ἥ φησ. ὁ θ. ἀπ.*

Χριστοῦ φίλοι καὶ ἀδελφοί, καὶ ὁμοῦ[6]) δεσπότου φιλανθρωπίας ὑπερβολῆς συγκληρονόμοι εἶναί τε καὶ λογίζεσθαι ἠξιωμένοι, τίνα μὲν ἀνοίας[7]), ποίαν δὲ ἀλογίας[8]) ὑπερβολὴν ὑπολείπονται, εἰ τοσούτων τετυχηκότες[9]), ὡς οὐδενὸς ἀπολελαυκότες[10]), τῷ εἰς ἀδελφοὺς ἡμᾶς ἀναγράψαντι καὶ συγκληρονόμους τελέσαντι μηδὲ τὴν ἐλάττονά γε μοῖραν τῆς προσχωρούσης[11]) τοῖς συγγενέσι[12]) νομοθετοίημεν ἀποκληροῦν; ὡς ἔστιν ἄτοπον ἐπιεικῶς, εἶναι μέν τινα παρὰ ἀλόγοις τοῦ μέλλοντος αἴσθησίν[13]) τε καὶ πρόνοιαν, ἡμᾶς δὲ λόγῳ τετιμημένους, τοσοῦτον τῇ παρούσῃ προστετηκέναι καὶ προσηλῶσθαι[14]) ζωῇ, ὡς μηδ' ἐν τοῖς ἀλλοτρίοις, τοῦτο δὴ τὸ ῥᾷστον ἅπασι, τοῦ μέλλοντος μικρὰν γοῦν ὑπέρ τε ἡμῶν αὐτῶν, καὶ τῶν ἀνεπισκέπτως[15]) τελευτώντων ἐπιδείξασθαι πρόνοιαν; ἀλλ' ὃ καὶ εἰρηκότες ἔφθημεν[16]) ἀπολειφθησομένῳ μὲν καὶ ὅσον οὔπω φθαρησομένῳ βασιλεῖ καταλιμπάνεσθαι, τῷ δ' αἰωνίως βασιλεύοντι, καὶ πρὸς ὃν ἄπεισιν ὁ τελευτῶν τῆς ἐπιγείου λόγον ὑφέξων ζωῆς, μηδὲν τῆς αὐτοῦ περιουσίας ἐκ νομικῆς ἀφοσιοῦσθαι κυριότητος. (Cap. 1.) Διὰ ταῦτα δὴ τὸν περὶ τούτου προσήκοντα τύπον, τοῖς πρὸ ἡμῶν, οὐκ οἶδ' ὅπως, παρεωραμένον, εἰσηγήσασθαί τε αὐτὸν ἡγησάμεθα[17]) δεῖν, καὶ τῷ τε παρόντι βίῳ, καὶ τοῖς ἀθρόον τοῦ βίου μεθισταμένοις, πρίν τι περὶ τῶν προσόντων, καὶ ὡς ἡ βούλησις αὐτοῖς, διαθέσθαι, καὶ τούτοις δὴ ἄρα τὴν ὡς ἐν ἀνθρώποις ἤκουσαν ἐννοῆσαι παραψυχήν, οἷόν τινα κηδεμόνα τῷ πάντι πολιτεύματι τόνδε τὸν νόμον καὶ κοινὸν ἐφιστῶντες ἐπίτροπον, δι' οὗ θεσπίζομεν, τῶν, ὅσα τοῖς πρὸ ἡμῶν ἐπὶ τῇ κληρονομίᾳ τῆς τῶν ἀδιαθέτως τελευτώντων ὥρισται περιουσίας[18]), ἀσαλεύτων τηρουμένων, τοῦτο μόνον, ὅπερ οὔπω καὶ νῦν ἔγνωμεν θεσμοθετηθέν, προσθέντες[19]), τὸ τρίτον τῆς ἐπιλαγχανούσης μοίρας τοῦ τελευταίας βουλήσεως τετελευτηκότος χωρίς, τοῦτο μὲν τῆς τοῖς ἐξ ἀδιαθέτου καλουμένοις εἰς κληρονομίαν προσποριζομένης, τοῦτο δὲ τῆς τῷ δημοσίῳ, συγγενῶν οὐχ ὑπόντων, εἰσκομιζομένης, τοῦ διμοίρου ἢ τοῖς συγγένεσιν ἢ τῷ δημοσίῳ τηρουμένου, ὡς ἔφημεν, τὸ τρίτον τῷ πάντων Θεῷ καὶ βασιλεῖ ὑπὲρ τῆς αὐτοῦ τοῦ[20]) τελευτῶντος δωρεῖσθαι ψυχῆς· τούτῳ δηλαδὴ τῷ μέρει συναριθμουμένης καὶ τῆς τῶν, ὡς εἰκός, εὑρισκομένων οἰκετῶν διατιμήσεως, καὶ αὐτῶν ἐλευθερουμένων. οὐ γὰρ ὅσιον, οὐδὲ βασιλικῆς προνοίας, ἀλλ' οὐδ' ἀνθρωπίνης ἁπλῶς γνώμης ἐστὶν ἄξιον, ἐλεεινῶς τοῦ ἐκβιοῦντος τῶν ἀνθρωπίνων ἁρπασθέντος, μηδὲ τῷ τοῦ δεσπότου[21]) θανάτῳ τὸν τῆς δουλείας διαρραγῆναι[22]) τοῖς δουλωθεῖσι ζυγόν, ἀλλ' ἐκ τῆς αὐτῶν συμφορᾶς καὶ τοὺς κληρονομοῦντας συγγενεῖς τὴν ἑαυτῶν θεραπείαν ἐπιζητεῖν, καὶ τὴν βασιλείαν τῷ ταμείῳ προσόδους ἐπινοεῖν. διὸ δὴ πάλιν ἐπαναλαμβάνοντες φαμέν· εἴ τις ἀδιάθετος τελευτήσει καὶ παίδων οὐχ ὑπόντων, ἢ οἱ τούτου συγγενεῖς, ἤ, μηδὲ τούτων ὄντων, ὁ δημόσιος κα-

qui Christi amici sunt et fratres, et simul digni habiti, qui immensae Dei erga homines dilectionis coheredes et sint et censeantur, qualem amentiae qualemque temeritatis ulteriorem gradum relinquunt, quum, tanta nacti, tamen, quasi nulla re fruiti sint, eum, qui fratres nos scripsit, et in coheredum numerum nos retulit, ne minorem quidem ea parte, quae ad cognatos procedit, sortiri constituerint? Quantopere profecto inconveniens est, vel apud ratione carentes esse quandam futurarum rerum intelligentiam et provisionem; nos vero, qui ratione honoramur, adeo praesenti vitae adferruminatos et quasi clavis adfixos haerere, ut ne de alienis facultatibus disponentes, quod quidem omnibus facillimum, modicam, et nostra causa, et eorum qui nimis secure decedunt, futurorum casuum ostendamus providentiam, sed, ut modo dicebamus, derelinquendo, iamiam interituro, principi universitatem bonorum interdum assignantes, in aeternum regnanti regi, et ad quem proficiscitur defunctus, rationem terrestris huius vitae redditurus, nihil ex eius bonis auctoritate legis consecremus. (Cap. 1.) Propterea igitur praesentem, huic rei convenientem, sanctionem, ab antecessoribus nostris, nescio quare, praetermissam, introducendam esse duximus, dandamque et praesenti aetati et venturis saeculis ex ea redundantem utilitatem, et, quum non pauci vita subito excedant, priusquam de bonis suis, et quaenam sua sit voluntas, statuerint, his etiam humanae naturae congruam consolationem excogitandam esse putavimus, quasi gubernatorem universae reipublicae, communemque tutorem hanc legem constituentes, per quam sancimus, omnibus, quae antecessores nostri circa successionem in bona eorum, qui ab intestato moriuntur, definierunt, inconcussis remanentibus, illud unum, quod nunquam hucusque constitutum esse scimus, adiici, ut substantiae eorum, qui sine ultimo iudicio decedunt, ex eo quo nunc utimur iure, modo cognatis, qui ab intestato vocantur, obvenientis, modo vero, cognatis defuncti non existentibus, fisco attributae, besse cognatis vel fisco, ut diximus, conservato, triens Deo ac regi omnium pro anima defuncti sacretur, adnumerato scilicet huic parti et servorum, si qui sint, ut probabile est, pretio, servis ipsis quidem manumissis. Haud enim fas est, neque principali providentia, nec omnino humana sententia dignum, defuncto miserabiliter rebus humanis erepto, ne morte quidem domini servientibus servitutis iugum rumpi, sed ex hoc eorum casu cum cognatos, qui heredes existunt, eorum famulitium sibi vindicare, tum rempublicam aerario reditus parare. Qua propter, summam eorum, quae iam diximus, colligentes, dicimus: si quis ab intestato liberisque non superstitibus decesserit, vel cognati eius, vel, ne his quidem existentibus

6) *ὁμοῦ* deest in codicibus, qui eius loco *ὦ* exhibent. 7) Cod. Par. *ἀνοίαν*. 8) Cod. Par. *ἀλογίαν*. 9) Cod. Par. *τετυχηκότων*, quod inter lineas correctum. 10) Cod. Par. in textu *ἀπολελαυκότων*, int. lin. *ἀπολ....τες*. 11) Ita correximus. In codd. *προχωρούσης*. 12) Cod. Par. *συγγενεσίν*. 13) Cod. Laur. *αἴσθεσιν*. 14) Cod. Laur. *προσελῶσθαι*. 15) In codice Laur. *ἀνεπισκήπτως*. 16) Cod. Par. *ὤφθημεν*. 17) Librarius codicis Laurentiani *εἰσηγησάμεθαι* scribens, oculis ad *εἰσηγήσασθαι* aberrasse videtur; Paris., ut exhibuimus, *ἡγησ*. 18) Cod. Par. *περιουσίαν*. 19) Cod. Par. *προσθέντων*. 20) *τοῦ* deest in Cod. Par. 21) Cod. uterque pro *δεσπότου* aperto vitio *δούλου* exhibet. 22) Cod. Par. *διαρπαγῆναι*.

λείσθω[23]) εἰς κληρονομίαν τῆς συγκεφαλαιουμένης ἐντεῦθεν ἁπάσης ὑποστάσεως, τὸ μὲν διπλοῦν τῷ ἐκ νόμων διαδόχῳ, συγγενεῖ τυχὸν ἢ δημοσίῳ, τὸ δὲ τρίτον, ὑπὲρ σωτηρίας τοῦ ἀδιαθέτως τελευτήσαντος, ἀνείσθω Θεῷ, τῆς διατιμήσεως ἐν βεβαίῳ τῶν ἐλευθερουμένων οἰκετῶν τῷ συγκληρουμένῳ[24]) μέρει τῷ Θεῷ συλλογιζομένης. *(Cap. 2.)* Εἰ μέντοιγε, ὡς εἰκός, συμβαίη, τῆς προσούσης τῷ ἀποιχομένῳ περιουσίας τὸ πλεῖστον ἢ καὶ τὸ πᾶν εἶναι ἐν θεράπουσι, καὶ τοῦτο διορίσαι φιλανθρώπως ἅμα καὶ συμπαθῶς ᾠήθημεν δεῖν, ὥστε μὴ τοὺς μὲν τοῦ τῆς δουλείας ἀνεῖσθαι ζυγοῦ, τοὺς δὲ ἐνταλαιπωρεῖσθαι τούτῳ καὶ κατατρύχεσθαι[25]). ἀλλ' ὅσους ὁ χαλεπός τε καὶ βαρὺς τῆς δουλείας ἐκάκου τε καὶ κατωδύνα κλοιός, τούτοις ἅπασιν ὁ παρὼν ἡμῶν ἐλευθερίαν διδοὺς εὐφραινέτω θεσμός, καὶ τῶν δουλικῶν ἅπαντες[26]) δεσμῶν[27]) ὁμοίως ἀπίτωσαν ἐλεύθεροι. οὕτω γὰρ καὶ τοῖς ἐκ νόμου τῷ ἀδιαθέτῳ κληρουμένοις, τὸ δέον συνορᾶν βουλομένοις, οὐκ ἐπιζήμιον, καὶ τοῖς οἰκέταις καὶ τοῖς ἀποιχομένοις σωτήρια, καὶ Θεῷ, τῷ καὶ ἐκ σμικρῶν ἀφορμῶν τὴν σωτηρίαν ἀνθρώποις οἰκονομοῦντι, τὰ ὅσια ἀποπληρώσομεν· καὶ μηδεὶς πρὸς τὸν παρόντα νόμον τοῦ τελευτῶντος ἢ συγγενὴς ἢ βασιλεύς, ὡς τοῦ καθήκοντος ἀποστερούμενος, ἀποδυσπετείτω· ἀλλ' ἐν νῷ πᾶς τις βαλὼν[28]), καὶ ἰδιώτης καὶ βασιλεύς, ὡς ἅπασιν ὁ θάνατος ἀνθρώποις ἄδηλον ἐπίσης καὶ φοβερόν, καὶ οὐκ ἔστιν ὅπως τις περὶ τοῦ τέλους βουλεύσηται ἀσφαλῶς, τόνδε τὸν παρόντα νόμον τῆς ἀπαραιτήτου πορείας ἐκείνης λογιζέσθω ἐφοδιαστήν. καὶ μὴ τὴν ἑτέρων μόνον οὐσίαν χανδὸν ἐπειγέσθω καταπιεῖν· προσεννοείτω δέ, ὅτι καὶ αὐτὸν ἴσως ποτὲ[29]) ἀθρόον τῶν ἀνθρωπίνων ἡ τοῦ θανάτου θερίσει δρεπάνη, καὶ πολλῆς ἐκεῖσε τῆς βοηθείας δεήσεται, καὶ εἰ μὴ τῆς τοῦ παρόντος νόμου ἀπολαύσειε χάριτος, οὐδὲ τῆς τυχούσης ἐκεῖ ἐπιτεύξεται παρακλήσεως· οὐ γὰρ σμικρὸν εἰς παρηγορίαν τῷ ἐκβεβιωκότι ἡ εὐπροαίρετος, ὡς ἄν τις φαίη, καὶ σμικρὰ αὕτη δωρεὰ τῷ Θεῷ καὶ φιλανθρώπῳ δεσπότῃ, πολυτρόπως τὴν ἡμῶν σωτηρίαν ἐκ μι-κρᾶς[30]) οἰκονομοῦντι φιλοτιμουμένης προφάσεως. *(Epilogus.)* Ταῦτα[31]) τῷ παρόντι ἡμῶν πᾶς τις ἐννοείτω ἐντυγχάνων θεσπίσματι, καὶ τὸν παρόντα νόμον οἷόν τινα βοηθόν, καί, τὸ[32]) κρεῖττον εἰπεῖν, τῆς ἑαυτοῦ[33]) ῥαθυμίας διορθωτήν, ὅστις[34]) ἐνδημῶν τῷ βίῳ τὰ τῆς ἐκδημίας οὐ λυσιτελῆ αὐτῷ διέθετο, δεχέσθω ἀσμένως, σωτήριον, ὥς γε οἰόμεθα, τοῖς τελευταίας χωρὶς τελευτῶσι βουλήσεως, καὶ Θεῷ τῷ πάντων βασιλεῖ οὐκ ἀπόβλητον, ἀλλὰ καὶ αὐτῇ τῇ πολιτείᾳ λυσιτελέστατον παρὰ τῆς ἐκ Θεοῦ βασιλείας ἡμῶν κυρίῳ τῷ ἡμῶν[35]) βασιλεύοντι ἀνατιθέμενον.

fiscus ad successionem universae illic in unum collectae substantiae vocetur, binae vero partes legitimo huic successori, cognato scilicet vel fisco, dentur, et tertia pro salute ab intestato defuncti redeat ad Deum; servorum pretio, qui libertatem consequuntur, in attributam Deo hereditatis partem certe computando. *(Cap. 2.)* Ubi vero, ut probabile est, eveniat, ut bona a defuncto relicta, vel maximam partem, vel etiam universa in servis constent, hoc etiam humaniter simul et misericorditer definiendum esse putavimus: non alios quidem servitutis iugo relaxari, alios vero excruciari in eo et confici, sed omnes, quotquot dirum ac grave servitutis vinculum male mulcavit doloribusque afflixit, per hanc nostram, quae libertatem eis concedit, gaudio affici constitutionem, et universos a servilibus vinculis simul liberatos abire. Ita enim et heredibus ab intestato morienti succedentibus, si modo officium suum voluerint agnoscere, non noxia, et servis ipsisque defunctis salutaria, et Deo, vel ab exiguis causis salutem hominibus paranti, debita persolvemus. Neve quisquam, sive cognatus defuncti, sive princeps, hanc legem, quasi suo iure privatus, indignetur; sed animo quisque, et privatus et imperator, reputans, mortem omnibus aeque obscuram esse ac terribilem, nec fieri posse, ut de fine sua certa ratione quis sibi consulat, praesentem hanc legem inevitabilis illius itineris tanquam subornatorem existimet. Neve quis bona, quae nonnisi aliorum sunt, inhians, devorare gestiat; sed reputet etiam, se quoque aliquando ex humanis rebus a mortis falce subito excisum iri, et permulto illic auxilio sibi opus futurum, et se, si praesentis huius constitutionis beneficio non fuerit usus, ne minima quidem illic consolationem esse consequuturum. Neque enim parum proderit defuncto inconsulta haec, ut quis dixerit, et exigua, Deo clementique Domino, qui multimodo salutem nostram, vel ex parvo argumento, studiose acquisito, parat, praebita donatio. *(Epilogus.)* Haec igitur reputet quicumque in praesentem nostram constitutionem inciderit, et hanc legem tanquam adiutorem quendam, vel, ut rectius dicam, suae negligentiae correctorem, quicumque in vita degens ea quae excessum ex ea respiciunt utilitati suae convenienter nondum disposuit, libenter accipiat, salutarem, ut quidem censemus, iis, qui sine ultimo iudicio obeunt, neque Deo, omnium regi, improbandam, verum et ad ipsius civitatis summum fructum a nostro imperio, quod Deo debetur, Domino nobis imperante, consecratam.

23) Cod. Par. καλοῖτο. 24) Cod. Par. συγκληρονόμῳ. 25) Cod. Par. διατρύχεσθαι. 26) Cod. Par. ἁπάντων. 27) Ita legendum pro θεσμῶν, quod est in utroque codice. 28) In cod. Laur. prima manu λαβών, secunda vero manus βαλών correxit. Cod. Par. ἐννοῶν πᾶς τις λαβών. 29) Ita posuimus pro τότε, quod est in uno alteroque codice. 30) Cod. Par. σμικρᾶς. 31) Cod. Par. inserit ἐν. 32) Cod. Par. inserit γε. 33) Cod. Par. ἑαυτῶν 34) Codd. οἷς, quod aperte vitiosum. 35) Cod. Par. ἡμᾶς.

II.

Νεαρὰ τοῦ κυρίου Ῥωμανοῦ τοῦ Βασιλέως τοῦ γέροντος, ἀκόλουθος τῇ πρώτῃ αὐτοῦ νεαρᾷ[1]*) τῇ περὶ προτιμήσεως.*

(Prooemium.) *Περὶ τῆς πενίας καὶ ἀπορίας τοῦ λαοῦ τοῦ θέματος τῶν Ἀνατολικῶν, καὶ τῆς τῶν δυνατῶν κατ' αὐτῶν τυραννίδος ἀνεμάθομεν, καὶ μεγάλως ἐξεπλάγημεν ἐπὶ τῇ ἀκορέστῳ καὶ πλεονεκτικῇ αὐτῶν γνώμῃ, ὅτι οὔτε νόμος οὔτε φόβος βασιλέως τὸ ἄπληστον αὐτῶν ἐστράγγευσεν*[1a]*). Διὰ τοῦτο ἐκ κυριακῆς διαμέμψεως*[2]*) κοινὸν δόγμα ἐκτυποῦμεν καὶ ἐκτιθέμεθα, ἐν ὅλοις ἡμῶν*[3]*) τοῖς θέμασιν οὕτως· τῶν γὰρ*[4]*) ἀπὸ τῆς βασιλικῆς νομοθεσίας εἰργομένων ἀγοράζειν προσώπων καὶ τῶν βασιλικῶν τε καὶ διαγων ἀπὸ τῆς τῶν χωριτῶν ὁμάδος ἢ τοῦ καθ' ἕκαστον, καὶ ἄλλως*[5]*) μὲν τῶν πρὸς*[6]*) τῆς νομοθεσίας ἀπὸ τῆς παρελθούσης πρώτης ἰνδικτιῶνος, βαρυτέρως δὲ τῶν μετὰ τὴν νομοθεσίαν· οὐδὲ οὕτως οἱ πλείονες τῶν δυνατωτέρων ἀπέσχοντο*[7]*) τῶν πρὸς τοὺς πένητας ὀλεθρίων τούτων συναλλαγμάτων*[8]*), ὡς καὶ τοὺς δικαστὰς ἀπάγειν μᾶλλον, τῇ*[9]*) προαιρέσει ἐκβιασθέντας ἄλλοτε ἄλλας περὶ τούτων κατ' οἰκονομίαν ἐκφέρειν τὰς ἀποφάσεις.* — **(Caput I.)** *Ὅθεν κοινὴ περὶ τῶν τοιούτων ἀπόφασις μετὰ τῆς βασιλικῆς ἡμῶν ἐπικρίσεως γέγονεν, ὥστε ἀναμφιβόλως καὶ ἀνυπερθέτως*[10]*) πάντας ἀπελαθῆναι τοὺς ἀπὸ τῆς εἰρημένης νομοθεσίας ἀγοράζειν κωλυομένους, μηδὲν ἄλογον περὶ δαπανημάτων ἀπαιτῆσαι ἔχοντας, ὅσοι δηλαδὴ ἀπὸ τῆς ἡμέρας τῆς αὐτοκρατορικῆς ἡμῶν ἀναρρήσεως*[11]*) κατετόλμασαν ὑπεισελθεῖν*[12]*) ἐν χωρίοις ἢ ἀγριδίοις εἰς κτῆσιν πενήτων ἀκίνητον*[13]*). περὶ δὲ τῆς πρώτης ἰνδικτιῶνος, ἤτοι τοῦ*[14]*) καιροῦ τοῦ λιμοῦ, μέχρι ἡμέρας τῆς ἡμετέρας ἀναγορεύομεν, ἀδιαφόρως*[15]*) μίαν καὶ τὴν αὐτήν, ἐνταῦθα διωρισμένην, ἀπόφασιν ἐνεργεῖν, ὥστε πᾶσαν δωρεὰν καὶ κληρονομίαν καὶτὰς ἐπινενοημένας πρὸς περιγραφὴν*[15a]*) τούτου τοῦ νόμου ἐπικυρωτικὰς καὶ διαλύσεις μεταξὺ τῶν ἤδη κεκωλυμένων ἀργεῖν, καὶ ἀντὶ μηδὲ γενομένων νομίζεσθαι, μηδὲ περὶ τῶν ἐπὶ ταύταις*[16]*) καταβληθέντων οἱανδήποτε εἴσπραξιν*[17]*) τῶν πεπρακότων*[18]*) εὐλαβουμένων, ἔτι δὲ καὶ τὰς ἐναλλαγὰς ἀνατρέπεσθαι, ἀναλαμβάνοντος*[19]*) ἑκάστου τὸ ἀπ' ἀρχῆς ἴδιον*[20]*).*

II.

Novella domini Romani Imperatoris senioris, subsequens primam eius novellam de praelatione.

(Prooemium.) De egestate et inopia plebis in provincia Orientis et potentium in eos crudelitate comperimus, ac vehementer perculsi sumus ob inexplebilem et avarum eorum animum, quod neque lex neque reverentia Imperatoris insatietatem eorum remorata est. Quapropter imperiali indignatione moti commune edictum efformamus, atque proponimus unum omnibus nostris provinciis. Quum enim personae . . . . per imperatoriam constitutionem prohibitae sint, tam a rusticorum universitate, quam a singulis praedia comparare, et quum leniter quidem expellerentur, qui ante constitutionem praeteritae primae indictionis emissent, gravius vero, qui post eam constitutionem; ne sic quidem plerique potentiorum abstinuerunt a perniciosis istis cum pauperibus pactis, unde et iudices in his arbitrio magis indulserunt, modo hanc, modo aliam sententiam secundum rerum rationes proferre coacti. — *(Caput I.)* Communis ideo de talibus causis sententia cum imperiali nostra approbatione facta est, ut sine controversia et mora omnes expellerentur, qui per praedictam constitutionem emere quid vetiti sunt, nec ut impensarum nomine quidquam rationi contrarium postulare possent, quotquot nimirum inde a die publicae renunciationis imperii nostri in fundis et agellis immobilem pauperum possessionem invadere ausi sunt. A prima vero indictione, sive a tempore famis, usque ad nostrum diem iubemus, indiscriminatim unam eandemque, quae illic constituta est, sententiam valere, ut omnis donatio, omnisque hereditas, et in fraudem illius legis excogitatae confirmatoriae conventiones et transactiones inter personas iampridem prohibitas irritae sint, et pro non factis habeantur, ita ut neque de pretio soluto reclamationem venditores debeant formidare, ut porro etiam permutationes rescindantur, quoque recipiente, quod ab initio ei proprium erat.

---

1) Quae emissa est anno 929. Legitur in Iure Graeco-Romano II. 158. et apud *Labbaeum* (Nov. constit. graeco-lat.) p. 1—11. 1a) Codex *ἐστράπευσεν.* 2) Ita ex coniectura scripsimus. Cod. Vatic. corrupte *κρινης διαμεψῶ.* 3) Codex *ὥ μεν.* An *καὶ μόνον?* 4) Hic locus usque ad verba *βαρυτέρως δὲ τῶν μετὰ τὴν νομοθεσίαν* corruptelis abundare videtur. Quare eum ex Codicis fide exhibuimus. Fortasse transpositione verborum sententiae succurras: *τῶν γὰρ βασιλικῶν τε καὶ διαφανῶν* (Cod. *διαγων*) *προσώπων ἀπὸ τῆς βασιλικῆς νομοθεσίας εἰργομένων ἀγοράζειν ἢ* (Cod. *καὶ*) *ἀπὸ κ. τ. λ.* Cf. de *Basilicis Reiskium* ad Const. Porphyrog. de caerimon. aulae Byzant. p. 27. ed. Bonnens. Quaenam vero personae ab emendis pauperum praediis prohibitae fuerint, in memoratae constitutionis prima §. apud *Labb* p. 4—6. videbis. 5) Fortasse *μαλακῶς.* 6) Scribendum videtur *πρό.* 7) Cod. *ἀπεσχοντα.* 8) Cod. *συναλαγματων.* 9) Ita mutandam censuimus Codicis scripturam *ἀναγ. μαλλ. μη*, quamvis et sic obscurior maneat oratio. 10) Cod. *ἀνοπερθετως.* 11) Cod. *αναρρησαι.* Romanus Lecapenus sub finem anni 920 Imperator renunciatus est. *Schlosser, Weltgeschichte* II. p. 236. 237. 12) Cod. *υπειστιθειν.* 13) Cod. *ακινητο.* 14) Ita scripsimus ad primam Romani de eodem argumento constitutionem respicientes, apud *Labbaeum* p. 6.: *ἀπὸ τῆς παρελθούσης πρώτης ἰνδικτιῶνος, ἤτοι τοῦ λιμοῦ.* Cod. noster habet *η τοιουτου καιρου.* — Eadem prior constitutio indicare videtur, anno 922 hanc calamitatem rempublicam afflixisse. Indictio tamen prima incidit in annum 928. In *Theophane* continuato, ed. Bonn. p. 398—405., nihil, quod huc faciat, invenio. 15) Cod. *αδιαφερως.* 15a) Cod. *παραγρ.* 16) Cod. *ταύτοις.* 17) Cod. *οἱ ανδηποτε εἰς πραξιν.* 18) Cod. *πεπραματων.* 19) Cod. *αναλαμβαροντες.* 20) Cod. *ιδιου.*

III.

Νεαρὰ νομοθεσία Ῥωμανοῦ τοῦ νέου[1]*), ἣν ὑπηγόρευσε Συμεὼν πατρίκιος*[2]*) καὶ πρωτασηκρῆτις*[3]*). Περὶ προστίμων*[4]*).*

Παλαιὸν καὶ καλὸν ἔθος τοῖς νόμοις μὲν ἐπικρατῆσαν, οὐκ οἶδα δ' ὅπως ἀμεληθὲν καὶ πρὸς τὸ μὴ ὂν συνωθούμενον ἡ φιλόκαλος[5]*) ἡμῶν βασιλεία σπουδὴν ἔθετο πάλιν ἀναλαβεῖν, καὶ πρᾶγμα τῇ πολιτείᾳ δοῦναι προσῆκόν τε καὶ λυσιτελὲς καὶ κοινωφελὲς ὡς μάλιστα. τί δὲ τοῦτό ἐστι; τὸ τῶν προστίμων φημί, ὅπερ ἔργῳ*[6]*) πρώην τελούμενον καὶ οὐκ ἐν γράμματι μόνον κείμενον τοσαύτην ὠφέλειαν τῷ κοινῷ παρεῖχεν, ὅσην ἀμεληθὲν ἐσχάτην*[6a]*) ἐπήγαγε βλάβην. εἰ γὰρ καλόν, ἐρρῶσθαι τὰς μεταξὺ τῶν ἀνθρώπων συμφωνίας (πῶς δὲ οὐ καλόν, ἐπεὶ μηδὲ*[7]*) βιωτὸν ἑτέρως μηδὲ πολιτείαν ἄλλως συστῆναι καὶ βίον τὸν κοινὸν ἐγχωρεῖ, ἄλλως τε καὶ τὸ μὴ ἀδικεῖν), εἰ καλόν, μηδὲ*[8]*) ἐπηρεάζειν μηδὲ*[9]*) τὸν πλησίον ἀκώλυτα παραβλάπτειν, καλὴ δήπου καὶ ἡ τῶν προστίμων ἀπαίτησις, τῶν πονηρῶν τούτων ἀναίρεσιν ποιουμένη, καὶ τῆς ἀληθείας φυλακὴν καὶ ἀσφάλειαν. Τὸ μὲν γὰρ πρῶτον ἀγαθὸν ἦν, ἀδιάφθορον ἕκαστον*[10]*) τὸ συνειδὸς τηρεῖν καὶ φόβῳ κυρίου στοιχεῖν*[11]*) καὶ τῷ τρόπῳ τούτῳ βεβαιοῦν τὰ λεγόμενα. καὶ οὕτως ἂν ἀπηλλάγμεθα πραγμάτων*[12]*), καὶ τῶν περὶ τούτων οὐκ ἐδεόμεθα μαρτύρων*[13]*) καὶ προστίμων καὶ γραμματείων καὶ τῆς ἄλλης τῆς περὶ τοῦ βέβαια κεῖσθαι τὰ μεταξὺ συμβόλαια ἀσφαλείας. Ἐπεὶ δὲ οὐ πᾶσιν ἔχει τὸ συνειδὸς ὑγιῶς, οὐδὲ παρὰ πάντων, οἶμαι, πρεσβεύεται ἡ ἀλήθεια, ἀλλ' εἰσὶν ὧν καὶ στόμα πλεονάζει κακίᾳ*[14]*), καὶ ἡ γλῶσσα δολιότητα*[15]*) περιπλέκει, καὶ τὸ κακουργῆσαι χρημάτων ἕνεκα, καὶ ὠφελείας παραβῆναι συνθήκας οὐ πλήττει τὸ συνειδός, ἀλλὰ καὶ ἐν μοίρᾳ τοῦ κατορθοῦν τέτακται*[16]*), καὶ τὸ ἐπιορκῆσαι καὶ περιφρονῆσαι Θεόν, ἐν οἷς τὰ*[17]*) περὶ τὴν θέλησιν ἅπαντα, ῥᾳδία τούτοις πρὸς τὸ ἀνύσαι τὸ κατὰ γνώμην ὁδός*[18]*), ἀναγκαίως τούτων ἐδεήθημεν τῶν βοηθημάτων, ὥστε καὶ γραφῇ διδόναι τὰς μεταξὺ συμφωνίας καὶ μάρτυρας συγκαλεῖσθαι, τὴν δεξιὰν παρέχοντας εἰς ἀσφάλειαν, χάριν τοῦ μὴ ἐξάρνους*[19]*) γίνεσθαι*[20]*) τῆς ὁμολογίας. Ἐπεὶ δὲ οὐκ ἐν τῷ λανθάνειν μόνον τὸ ἀδικεῖν, ἀλλὰ καὶ μέχρι τοῦ*

III.

Nova constitutio Romani iunioris, quam dictavit Symeon Patricius et Primus a secretis de poenae stipulationibus.

Antiquum et pulcrum morem, qui praeter leges invaluerat, nescio quomodo neglectum et ad nihilum redactum maiestas nostra honesti amans instaurare festinavit, atque civitati institutum reddere et aptum, et fructuosum, et omnibus perutile. Quodnam vero illud est? Dico institutum poenae stipulationum, quod quum ipse usus olim procreaverit, nec in scripto solum iure exstaret, tantam reipublicae utilitatem praestitit, quantum extremi damni inflixit neglectum. Etenim, si pulcrum est, valere inter homines pacta conventa (quomodo autem non sit pulcrum, siquidem nec civitas vitaque communis aliter consistere possit, nec aliter non laedi liceat?), si pulcrum est, neque vexare, nec alteri impune nocere: pulcra profecto etiam poenarum exactio, quae malorum istorum exterminationem, veritatisque custodiam atque confirmationem afferat. Namque summum quidem bonum hoc foret, si omnes incorruptam conscientiam servarent, et in timore Dei incederent, atque hac ratione dicta confirmarent. Ita molestiis liberaremur, nec testibus harum rerum indigeremus, et poenarum stipulationibus, et scriptis monumentis, et omni ista ad confirmandas mutuas conventiones cautela. Sed quoniam non omnibus sana est conscientia, neque omnes puto veritatem venerantur; imo sunt, quorum et os abundet improbitate, et lingua dolos plectat, et quibus opum causa peccare, lucrique cupiditate pacta violare non terreat conscientiam, sed etiam in bene gestorum parte ponatur, et peierare atque Deum contemnere, iis, quibus omnia in sua voluntate sita sunt, facilis est via ad omnia, quae cupiunt, perficienda: — necessario his indiguimus adiumentis, ut et scripto consignentur mutuae conventiones, et testes convocentur, dextram daturi cautionis gratia, ne quis pactionem factam negaret. Quum vero non solum in latebris iam iniuriae fiant, sed et ad propalam eas infe-

---

1) Verba *τοῦ αὐτοῦ*, quae in utroque codice leguntur, ad proxime praecedentem Novellam *περὶ ἀναδόσεως τιμήματος στρατιωτικῶν* sese referunt. Hanc vero Laur. *Romano Lecapeno*, sed Paris. 1351., et qui eum sequitur *Labbaeus* p. 80. *filio Constantini* tribuit. *Du Fresne* Glossar. v. *ἀσηκρῆτις* p. 138. *Nicephorum Phocam* constitutionis nostrae auctorem facere videtur. Ut Cod. Paris. fidem sequerer, illud me movit, quod et Phoca regnante Simonem, vel, ut rectius in libris mstis (e. gr. Paris. 1355.) legitur, Simeonem Patricium et Protasecretis habemus. Cf. Ius Graeco-Rom. I. p. 113. 2) Sic Cod. Paris. 1351., *πατριάρχης* Laur. Cf. de Patriciis *Reiskium* ad Constant. Porphyr. de caerim. ed. Bonn. p. 68. 3) Cf. de hoc titulo, qui modo *πρωτοασηκρῆτις*, modo *πρωτοσηκρῆτις*, plerumque vero, ut in textu exhibuimus, legitur, *Du Fresne* Glossar. med. et inf. Graec. Lugd. 1688. v. *ἀσηκρῆτις* p. 137. 138. 4) Exstat eiusdem argumenti const. *Manuelis Comneni* apud *Labb.* p. 112. 5) Cod. Laur. *φιλόκαλλος*. 6) Cod. Laur. *ἔργον*. 6a) Codd. *ἔσχατον*. 7) Codd. *μὴ δέ*. 8) Codd. *μὴ δέ*. 9) Codd. *μὴ δέ*. 10) Cod. Paris. 1351. *ἕκαστος*. 11) Cod. Laur. *στοιχειοῦν*. 12) Cod. Laur. *πράγματα*. 13) Cod. Laur. et Paris. 2005. *μάρτυρα*. 14) Aut sic aut *κακίας* legendum. Codd. Laur. et Paris. 2005. *κακία*, Paris. 1351. *κακίαν*. 15) Cod. Laur. *δολιότατα*. 16) Cod. Laur. *τετάχθαι*. 17) Codd. *τί*. 18) Posteriora prioribus male cohaerent. Mallem legere ut in codicibus: *ἐν οἷς τι περὶ τὴν θέλησιν* (circa eas res, quarum potiri desiderant) distinctionisque signum (,) post *θέλησιν* interponens, integrum locum ita vertere: „verum etiam in bene gestorum parte ponitur, optatis potituros et peierare atque Deum contemnere; et quoniam huiusmodi hominibus facilis est per omnia ad id quod cupiunt efficiendum via." Incertus tamen haereo, an verborum compositio receptusque loquendi usus ita interpretari concedat. V. Cl. *Pomnitz* proponit *ἐν ᾧ* (sc. *Θεῷ*) *ἐστὶ τὰ περὶ τὴν θέλησιν ἅπαντα*. 19) Male punctis notatum in Cod. Paris. 1351. 20) Cod. Paris. 2005. *γενέσθαι*.

φανερῶς αὐτὸ προέβη ποιεῖν, πανυ σφόδρα προσφόρως τὴν τῶν προστίμων ὁ νόμος ἐξαίρει βοήθειαν, ἱκανὸν ἔρυμα τοῖς τὰς συνειδήσεις διεφθαρμένοις[21]), ἀθετεῖν τὰ ὡμολογημένα καὶ τὰς συμφωνίας ἀναιρεῖν μὴ δυσωπουμένοις, ἵν', ὅταν ὁρμήσωσι πρὸς ἀθέτησιν τῶν συμφωνηθέντων, εἰδότες ἀπαραιτήτως αὐτοῖς μέλλειν τὴν τῶν προστίμων ἀπαίτησιν ἀπαντᾶν[22]), καθέλκωνται τῆς ὁρμῆς, καὶ ὃ διὰ τὸν τοῦ Θεοῦ φόβον ποιεῖν οὐκ ἀπέσχοντο, κἂν τῷ φόβῳ τῶν ζημίων, ὢ θείων οἰκτιρμῶν ἀνοχῆς, φείσωνται πράττειν. ὥστε ὁ κωλύων τὴν τῶν προστίμων ἀπαίτησιν, τί ἕτερον ἢ τὰς πρὸς ἀλλήλους συμφωνίας ἀσφαλεῖς καὶ ἀπαραβάτους εἶναι κωλύει; καὶ πολλὴν μὲν τοῦ ἀνθρωπίνου βίου κατασκευάζει[23]) σύγχυσιν, μυρίαν δέ τινα καὶ ἀμύθητον εἰσάγει τὴν βλάβην, τοῖς δὲ ἀδίκοις μόνοις καὶ πονηροῖς ἕρμαιον εἶναι τὰς τοιαύτας συμφονίας ποιούμενος καὶ ὁδὸν ἀνοίγων ἀδικίας εὐπορωτάτην. ὅτι μὲν οὖν ἀδύνατον τοὺς κατὰ τὸν βίον ἀνθρώπους ἄνευ τῶν τοιούτων διάγειν συμφωνιῶν, δῆλον ἅπασι καὶ καταφανές. Πῶς γὰρ καὶ συσταίη ὁ κοινωνικὸς βίος συναλλαγμάτων δίχα καὶ τῶν πρὸς ἀλλήλους συμφωνιῶν; ὅτι δὲ[24]) οὐδὲν ἰσχύουσιν αὗται τῶν προστίμων χωρίς, καὶ ὅτι μὴ καινὰ[25]) νομοθετεῖν ὡρμήμεθα νῦν, ἀλλὰ πάλαι καὶ πραπόλαι τοῦτό ἐστι[26]) νενομοθετημένον, τὸ τῶν προστίμων φαμέν, δηλοῦσιν οἱ νόμοι. κεῖται γὰρ ἐν αὐτοῖς οὕτως[27])· Τὸ ψιλὸν[28]) σύμφωνον ἀγωγὴν οὐ τίκτει, ἀλλὰ παραγραφήν. καὶ πάλιν· Οὐκ ἀεί τις[29]) ἀπὸ ψιλῆς ἐπαγγελίας κατέχεται· εἰ μέντοι προσομολογήσει ποινὴν παραβαίνων τὴν ἐπαγγελίαν, δίδωσι τὸ πρόστιμον. καὶ αὖθις· Ὁ χωρὶς ποινῆς[30]) ὁμολογῶν τι ποιεῖν ἢ παριστᾶν εἰς τὸ διαφέρον ἐνάγεται. καὶ πάλιν· Καλῶς ἐπερωτῶ[31]) τὸ πρόστιμον ἐκ τοῦ γενέσθαι τι. ἐὰν γὰρ μὴ τεθῇ τοῖς συμφώνοις ποινή, οὐ γίνονται ἀσφαλιστικά[32]). καὶ αὖθις· Ἐὰν ὑποβληθῇ[34]) τῷ συμφώνῳ ποινή, ἐπιλογὴν ἔχει ὁ ἐπερωτήσας ἢ τῇ ἐπερωτήσει χρήσασθαι, ἢ τῇ παραγραφῇ, καὶ ποιῆσαι τῆς ποινῆς ἀποχήν. καὶ ὅτι ἐὰν ἐμπροθέσμως[33]) ὑπὸ ποινὴν ὁμολογήσω χρήματα, εἰ καὶ πρὸ τῆς ἡμέρας ἀποθάνω καὶ μὴ ὑπεισελευσθῇ ἡ κληρονομία μου, βεβαιοῦται ἡ ποινή. καὶ πάλιν· Ἐπηγγείλατό τίς τινι[35]) χωρὶς προστίμου παρέχειν ν'. νομίσματα· καὶ λέγει ἡ διάταξις, μὴ ἀναγκάζεσθαι ταῦτα παρέχειν, εἰ μὴ παρηκολούθησε πρόστιμον. καὶ μυρία ἂν τις τοιαῦτα παρὰ τοῖς νόμοις ἐφεύροι, ἀκριβῶς τὴν τῶν προστίμων δηλοῦντα δύναμιν, καὶ ὡς οὐδὲν χωρὶς τούτων, πλὴν μόνον τῶν γαμικῶν, τὰ συμπεφωνημένα δύναται. Εἰ δὲ τίθεται μὲν καὶ νῦν ἐπερώτησις καὶ πρόστιμα τοῖς συμφώνοις, οὐκ ἀπαιτοῦνται δέ, τί

rendas ventum sit, aptissime poenarum adminiculum elegit lex, quasi idoneum praesidium contra eos, qui conscientia corrupta conventiones irritas reddere et pacta diluere non erubescunt; ut, quando ad conventorum dissolutionem aggrediantur, scientes inexorabiliter se poenarum exactionem incursuros esse, a conatu deterreantur, atque, a quo propter Dei timorem non abstinebant, id certe poenae timore (oh divinae misericordiae lentitudinem!) facere abstineant. Quapropter, qui poenas exigi vetat, quid aliud quam mutua conventa certa et inviolabilia esse vetat? et magnam humanae vitae parat confusionem, ingentem quandam et ineffabilem inducit labem, iniustis solis et improbis, quasi ἕρμαιον quoddam, eiusmodi pacta efficiens, et viam iniustitiae aperiens expeditissimam. Iam vero, fieri non posse, ut homines hanc vitam viventes sine eiusmodi pactis degant, clarum et perspectum est omnibus. Quomodo enim vel constaret vita communis absque pactis et mutuis conventis? Haec vero nihil valere sine poenis, nec nova nos nunc constituere conatos esse, sed iamdudum et pridem hoc esse constitutum (poenarum dico institutum) leges declarant. Scriptum enim in iis sic est: „Nudum pactum actionem non parit, sed exceptionem.“ Ac rursum: „Nuda pollicitatione non semper quis tenetur; sin vero, quum pollicitationem laeserit, poenam se daturum promiserit, poenae obnoxius est.“ Et iterum: „Qui sine poena se facere quid, vel sistere aliquem promiserit, in id quod interest convenitur.“ Et rursus: „Recte poenam stipulor, si quid non fiat; si enim poena pactis non adiiciatur, non fiunt adstrictoria.“ Et iterum: „Si pacto poena subiecta sit, in arbitrio est stipulatoris, vel stipulatione uti, vel exceptione, et poenam accepto ferre.“ Et: „Si intra terminum quendam pecuniam promisi sub poenae stipulatione, quamvis ante statum diem obierim, necdum hereditas mea adita sit, poena tamen committitur.“ Et similiter: „Alter alteri quinquaginta aureos sine poenae stipulatione solvere promisit, et dicit constitutio, eum, qui poenae stipulationem non adiecerit, non compelli, ut solvat.“ Atque talia quis sexcenta in legibus inveniat, quae poenarum efficaciam luculenter ostendunt, nihilque sine iis conventiones valere, exceptis solummodo nuptialibus. Si tamen etiamnum pactionibus stipulationes et poenae adiiciuntur quidem, sed non exiguntur, quid iuvat adiectas esse? quum

21) Cod. Paris. 1351. *διαφθαρμένοις*. 22) Cod. Laur. *ἀπαιτῶν*. 23) Cod. Laur. *κατασκεδάζει*. 24) Cod. Laur. *δὲ* omittit. 25) Cod. Laur. *κενά*. 26) Cod. Laur. *ἐστιν*. 27) Hic deficit Cod. Laur., sequentia hausimus e Cod. Paris. 1351. 28) Est L. 7. §. 4. D. De pactis II. 14. In Basilicis XI. 1. cap. 7. apud *Heimbach*. I. 564. 29) Est L. 5. De contrah. et committ. stipul. VIII. 37. (38.), quae exstitit sine dubio in libro XLIII. Basilicorum. Leguntur, quae hic habes, in *Synopsi* lib. 24. ed. *Leunclav*. p. 256. c. 5., quem locum neglexit *Fabrotus*. Cf. et L. 14. C. De pactis II. 3. 30) Cf. Schol. ad Basilic. XX. 1. cap. 77. apud *Heimb*. II. 372. L. 3. D. Si quis in ius vocat. II. 5. In Basilicis VII. 12. cap. 4. ap. *Heimb*. I. 299. L. 81. D. De Verb. Obl. XLV. 1., quae etiam ad librum XLIII. Basil., nobis deperditum, spectat. 31) Cf. §. 7. Inst. De Verbor. Obligatt. III. 15. (16.) L. 71. L. 137. §. 7. D. eod. 32) Cod. *ἀσφαλιστικαί*. 33) Est L. 10. §. 1. D. De pactis, in Basilicis XI. 1. cap. 10. apud *Heimb*. I. 578. *Synopsis* L. XI. p. 140. cap. 10. Cf. et L. 12. §. 2. D. De Pact. dotalibus XXIII. 4. 34) Haec unde hausta sint, nescio. Cf. L. 115. D. De Verbor. Obl. XLV. 1. L. 12. C. De contrah. et comm. stip. VIII. 37. 35) Neque horum fontem in libris Iustinianeis inveni.

πλέον ἀπὸ τοῦ κεῖσθαι γίνεται; τοῦ ἀναιρεῖν τα συμφωνηθέντα βουλομένου, μηδὲν ἀπὸ τοῦ κεῖσθαι κωλυομένου, ἐπεὶ τὴν εἴσπραξιν ἐπίσταται μη ἀκολουθοῦσαν. πόσῳ δὲ μηδὲν κεῖσθαι κάλλιον ἦν, μηδὲ[36]) *καταψεύδεσθαι τῶν συμφώνων, καὶ πρᾶγμα γίνεσθαι μάταιον καὶ κενόν. Διὰ ταῦτα καλόν τε καὶ κοινωφελὲς ἔδοξε τῷ ἡμετέρῳ κράτει, πρόστιμα κατατίθεσθαι, ὃ καὶ βουλόμεθα καὶ θεσπίζομεν εἰς τὸ ἑξῆς ἐνεργεῖσθαι, ἐνεργεῖσθαι δὲ κατά τε τὸ*[37]) *Θεῷ φίλον καὶ τὴν τοῦ νόμου ἀκρίβειαν.*

is, qui pacta conventa contemnere cupit, per poenae promissionem non impediatur, siquidem exactionem non sequuturam probe scit. Quanto pulcrius foret, nullam huiusmodi conventionem adiectam esse, nec pacta in mendacium verti, nec vanam et temerariam rem fieri. Propterea honestum et e communi utilitate visum est maiestati nostrae, poenae stipulationes rursus constituere, quas in posterum efficaces fieri volumus atque iubemus, et efficaces quidem secundum Dei voluntatem, et ex legis observantia.

IV.

Νεαρὰ νομοθεσία Ἰωάννου Βασιλέως περὶ τοῦ κομμερκίου τῶν ἁλωσίμων ψυχαρίων[1]).

(Prooemium.) *Ἀδιορίστου καὶ ἀδιαστίκτου τῆς ὑποθέσεως τυγχανούσης τοῦ κομμερκίου τοῦ ἀπὸ τῶν ἁλωσίμων ψυχαρίων ἐπερχομένου*[2]) *τῷ δημοσίῳ, καὶ τοῦ νόμου διαγορεύοντος ἀκομμέρκευτα διαμένειν τὰ ζωγρούμενα παρὰ τῶν στρατιωτῶν καὶ δορύκτητα κατονομαζόμενα, καὶ ποτὲ μὲν τῶν*[3]) *παρὰ τῶν πενεστέρων χειρουμένων στρατιωτῶν μᾶλλον κομμερκευομένων, ποτὲ δὲ τῶν ὀφειλόντων κομμερκεύεσθαι διαβιβαζομένων παρὰ δυνατῶν ἴσως προῖκα καὶ ἀμισθί, ὡς ἐκ τούτου ζημίαν*[4]) *μὲν τῷ κοινῷ προξενεῖσθαι, ζημίαν*[5]) *δὲ παντὶ τῷ στρατῷ, ἡ βασιλεία ἡμῶν ἀμφοτέρων προνοουμένη καὶ τὸ μὲν ἄδικον ἐκκόπτουσα, εἰ*[6]) *τάχα καὶ περιττόν, τὸ δὲ δίκαιον βεβαιοῦσα, εἰ καὶ ἐνδεέστερον, διεγείρουσα δὲ καὶ τὸ πρόθυμον τοῦ στρατιώτου, ἐκεῖνα βούλεται ἀπὸ τῆς*[7]) *σήμερον κομμερκεύεσθαι καὶ μή, ὅσα παραδηλώσει κατὰ μέρος ὁ κατωτέρω διορισμός.* — (Caput I.) *Θεσπίζομεν τοιγαροῦν, ἵνα εἴ τις ἐκ τῶν στρατιωτῶν δρουγγάριος*[8]), *εἴτε κανδοφόρος*[9]), *εἴτε κόμης*[10]), *εἴτε σχολάριος*[11]), *ἢ ἕτερος οἱοσδήποτε στρατιώτης μικρὸς ἢ μέγας, ταγματικὸς ἢ*[12]) *θεματικὸς*[13]) *διαπωλήσει ψυχάρια, ἢ ἀποχαρίσεταί*[14]) *τινι τῶν συνταξειδαρίων αὐτοῦ,*

IV.

Nova constitutio Iohannis (Tzimiscis) imperatoris, de vectigali captorum mancipiorum.

(Prooemium.) Quum indefinita sit et indiscreta constitutio vectigalis, quod e captis mancipiis in aerarium publicum redundat, quumque lex iubeat a vectigalibus immunia manere ea mancipia, quae a militibus capiuntur, et per hastam parata (castrensia) vocantur, sed tamen modo a mancipiis, quibus pauperiores milites potiti sunt, maiora vectigalia poscantur, modo ea mancipia, in quae vectigal imponi debet, a potentibus gratis et nulla pecunia soluta invehantur, ita ut ex hac re detrimentum afferatur aerario, et detrimentum cuncto exercitui, maiestas nostra, utrique prospiciens, et iniustitiam, quantumvis insolentem, exterminatura, iustitiam vero, licet egeniorem, firmatura, et bonam etiam militum voluntatem excitatura, inde ab hoc die haec vectigalibus obnoxia, haec vero non obnoxia esse iubet, prout singula declarabit infra posita distinctio. — *(Caput I.)* Sancimus igitur, ut si quis e militibus, Drungarius, vel Candophorus, vel Comes, vel Scholarius, vel alius qualiscumque miles, parvus vel magnus, legionarius vel provincialis, vendiderit mancipia, sive donaverit cui com-

---

36) Codex denuo *μὴ δέ.* 37) Cod. *γε τῷ.* 1) Cod. Paris. 1351. *ψυχῶν.* 2) Cod. Laur. *ἐπερχομένων.* 3) *τῶν* omittit Cod. Laur. 4) Cod. Laur. *ζημία.* 5) Cod. Laur. *ζημία.* 6) *καὶ* inserunt Codd. Laur. et Paris. 2005. 7) Cod. Paris. 1351. *τοῖς.* 8) Cf. *Du Fresne* Glossar. med. Graech. v. p. 333. 334. *Reiske* ad Constant. Porph. de caerim. p. 76. ed. Bonn. 9) Candophorus quis sit fueritve, me ignorare fateor. Anne legendum: *κονδοφόρος*, cf. *Du Fresne* v. *κονδός* p. 702.? Rectius fortasse *Du Cangius* huic difficultati medelam adhibere conatur; quum enim (Glossarium med. et inf. Graecit. v. *Βάνδον* p. 173.) dixerit: „*βανδοφόρος* vexillarius, vexillifer (*Procop.* Vandalica ed. *Hoeschel.* p. 134. *Leo* Tactic. IV. §. 14 34. VII. §. 33. 53. 54. XII. §. 109. XIII. §. 1. XIV. §. 48. 55. Mauricii Strategicon I. 3. VII. 2. 16. XII. 7."), addit in omissis v. *βανδοφόρος* p. 34.: „adde in f. Nov. MS. *Ioannis* Imperatoris de mancipiis: *θεσπ. τοιγαροῦν, ἵνα ἀεὶ τὶς ἐκ τῶν στρατ., δρουγγ., ἢ βανδοφόρος, εἴτε κόμης, εἴτε σχολ., ἢ ἕτ. οἷος δήπ. στρατ., μικρ. ἢ μέγ., ταγμ. κ. θεμ., διαπωλ. ψυχ. ἢ ἀποχαρίσηταί τινι τῶν συνταξ. αὐτοῦ* etc. perperam scriptum *κανδοφόρος.*" 10) Cf. *Du Fresne* h. v. praesertim p. 697. 11) De scholis et scholariis inspiciendi sunt *Du Fresne* h. v. p. 1509. *Reiske* ad Const. Porph. p. 60. 446. 12) Cod. Laur. *καί.* 13) Differentiam, quae inter *τάγματα* et *θέματα* intercedit, illustrat *Reiske* ad Const. Porphyrog. de caerim. p. 490. 491. ed. Bonn. Cf. *Du Fresne* v. *τάγματα* p. 1523. Nov. *Const. Porphyr. περὶ Ἀρμενίων, Labb.* p. 47. *Nicephor. Phocas* de velitatione bellica cap. 16. ed. Bonn. p. 226. lin. 22. 14) Cod. Paris. 2005. *ἀποχαρίσηταί.*

εἴτε καὶ τῷ στρατηγῷ[15]) ἢ ἑτέρῳ προέχοντι[16]) ἄρχοντι καὶ ἐν τῷ ταξειδίῳ[17]) διάγοντι, μὴ ἔχῃ[18]) ἐξουσίαν τις κομμερκεύειν αὐτά. — [§. 1.] Εἰ δὲ ἐξ αὐτῶν τῶν στρατιωτῶν τινες, εἴτε στρατηγὸς, εἴτε τουρμάρχης[19]), εἴτε λοιποὶ ἄρχοντες ταγματικοὶ καὶ θεματικοὶ παράσχωσιν ἀνθρώποις[20]) αὐτῶν ψυχάρια, καὶ ἀποστείλωσι ταῦτα δωρεᾶς τρόπῳ εἴς τινα πρόσωπα τὰ ἐπὶ τῆς βασιλευούσης διάγοντα ἢ ἔξωθεν διατρίβοντα, ἢ καὶ πολλάκις πρὸς τὸν ἴδιον οἶκόν τε καὶ τὰ κτήματα, ἢ καὶ πρὸς συγγενεῖς[21]) παραπέμψονται ἀπὸ τούτων, ἵνα μηδὲ[22]) αὐτὰ κομμερκεύωνται, πλὴν εἰ ἐξ αὐτῶν τῶν στρατιωτῶν τινες ἐξελθόντες εἰς τὰ ἐμπόριά τε καὶ χωρία τῆς Ῥωμαϊκῆς γῆς ἀπεμπωλήσουσι[23]) ψυχάρια εἰς τοὺς κατὰ τὸν[24]) τόπον ἄρχοντας, τοὺς μὴ παρευρεθέντας ἴσως εἰς ταξείδιον, οὗτοι δέ, οἱ ἐξωνησάμενοι δηλονότι, θελήσουσι ταῦτα διαπωλῆσαι εἴτε[25]) καὶ ἀποχαρίσασθαι προσώποις ἑτέροις, ἵνα παρέχωσι τὸ κομμέρκιον. — [§. 2.] Ἐὰν δέ τινες ἐκ τῶν ἀρχόντων τῶν μὴ ταξειδευόντων[26]) ἀνθρώπους αὐτῶν μετὰ τὴν ἐξέλευσιν τοῦ φοσσάτου[27]) τὴν γενομένην ἀπὸ τῆς πολεμίας γῆς ἀποστείλωσι τοῦ ἐξωνήσασθαι ψυχάρια, ταῦτα ἵνα κομμερκεύωνται, τῶν ἀγοραστῶν δηλονότι παρεχόντων τὸ κομμέρκιον. καὶ ταῦτα μὲν περὶ τῶν καβαλλαρίων[28]) στρατιωτῶν. — (Caput II.) Περὶ δὲ τῶν πλωΐμων[29]) τοῦτο θεσπίζομεν, ἵνα ὅσοι μὲν εὑρίσκονται[30]) κάστρα πολιορκοῦντες εἴτε κουρσεύοντες μετὰ τοῦ καβαλλαρικοῦ στρατοῦ εἰς πολεμίαν γῆν καὶ ψυχάρια χειρούμενοι, μὴ παρέχωσι τὸ κομμέρκιον· ὅσοι δὲ διερχόμενοι εἰς τὰ ἐμπόριά τε καὶ χωρία ἐξωνήσονται ἀπὸ πραγματευτῶν[31]) ἢ καὶ Βουλγάρων[32]) ψυχάρια, ἢ καὶ ἐξ ἄλλης τῆς οἱασδήποτε προσκτήσονται ὑποθέσεως, εἴτε ἀπὸ χαριστικῆς[33]) ἔχουσιν[34]), ἵνα κομμερκεύωνται. ἐὰν δὲ μὴ ὄντος πολέμου κατὰ δόλον τινὲς τῶν πλωΐμων ἀπολείψουσι[35]) ψυχάρια, ἵνα μὴ μόνον τὸ κομμέρκιον παρέχωσι πρὸς τὸ τοῦ δημοσίου μέρος, ἀλλὰ καὶ εὐθύνην ὑφίστανται. — [§. 1.] Εἰ δὲ συμβῇ πολλάκις ἐπὶ τὸ αὐτὸ εἶναι καὶ πλωΐμους μετὰ τοῦ καβαλλαρικοῦ στρατοῦ, καί τινες ἀπὸ τῶν ἀρχόντων τῶν καβαλλαρίων ψυχάρια διαπωλήσωσιν, ἢ καὶ ἀποχαρίσωνταί τισι τῶν πλωΐμων, ἵνα μηδὲ[36]) αὐτὰ κομμερκεύωνται.

militonum suorum, vel etiam duci, vel alii praefecto eminenti] et expeditionis participi, ab iis mancipiis vectigal exigere nemini liceat. — [§. 1.] Si qui porro ex ipsis militibus, vel dux, vel turmae praefectus, vel caeteri magistratus tam legionarii quam provinciales familiaribus suis mancipia praebeant, eaque doni instar ad quasdam personas, aut intra imperium nostrum degentes, aut extra morantes dirigant, vel etiam, si, quod saepe accidit, mancipia ab illis ad proprium domum et possessiones vel ad cognatos mittantur, ne ipsa quidem vectigali subiiciantur; nisi si qui ex ipsis militibus, ad emporia et urbes terrae Romanae profecti, mancipia vendent magistratibus eius regionis, qui expeditionis non fuerunt participes, tunc enim illi, emtores scilicet, siquidem rursus ea mancipia aliis personis vendere, sive etiam donare volent, vectigal pro eis solvant. — [§. 2.] Si qui porro ex magistratibus, qui non in expeditione fuerunt, post reditum exercitus e terra hostili factum, familiares ipsorum emiserint mancipiorum emendorum causa, haec vectigali subiiciantur; ita nimirum, ut emtores vectigal solvant. Atque haec quidem de militibus equestribus. — *(Caput 2.)* De navalibus vero hoc sancimus, ut quotquot inveniantur castra expugnantes vel praedantes cum equestri exercitu in hostili terra, et mancipiis potiantur, ne solvant vectigal; quot vero, ad emporia et urbes profecti, mancipia a mercatoribus vel Bulgaris emerint, vel per aliam quamcumque conventionem acquisierint, vel dono acceperint, ii vectigal solvant. Sin vero quiescente bello navalium militum quis mancipia dolose ceperit, non solum vectigal solvat aerario, sed et rationi reddendae obnoxius sit. — [§. 1.] Sin autem forte accidat, ut eodem in loco versentur navales copiae cum equestri exercitu, et aliqui e praefectis equitum mancipia vendiderint vel etiam donaverint navalium aliquibus, ne ea quidem vectigali subiiciantur.'

---

15) Codd. Laur. et Paris. 2005. *τὸν στρατηγόν.* Cf. *Du Fresne* h. v. p. 1458. 1459. 16) Cod. Paris. 1351. *προσέχοντι.* 17) De *ταξειδίῳ* conferendi *Du Fresne* h. v. p. 1548. *Reiske* l. c. p. 479. 18) Codd. Laur. et Paris. 2005. *ἔχειν.* 19) Cod. Paris. 1351. habet *τουρμάχης* vide tamen *Du Fresne* v. *τοῦρμα* p. 1590. 1591. 20) Cf. *Du Fresne* h. v. p. 78. 21) Pro *πρὸς συγγενεῖς* Codd. Laur. et Paris. 2005. *προσγενεῖς.* 22) Codd. *μὴ δέ.* 23) Cod. Laur. *ἀπεμπολήσουσι.* 24) *τὸν* omittit Cod. Paris. 1351. 25) Cod. Laur. *εἰ.* 26) Cod. Laur. *ταξειδεύονται.* 27) Cod. Paris. 2005. *φωσάτου.* Cf. *Du Fresne* v. *φωσσάτον* p. 1691. 1692. *Reiske* ad Const. Porph. p. 458. 459. *Reitz* in Glossario ad Harmenopulum p. 423. 28) Cod. Paris. 1351. *καββαλλαρίων.* Cf. *Du Fresne* v. *καβάλλης* p. 526. 29) Cf. *Du Fresne* h. v. p. 1184. 30) Cod. Paris. 2005. *εὑρίσκωνται.* 31) Cf. *Reiskium* ad Const. Porph. de caerim. ed. Bonn. p. 575. 32) Cod. Paris. 1351. *βουγ ρων* ultimis literis expunctis. De Bulgarorum cum Byzantinis commercio videsis *Reiskium* in Commentariis ad Constant. Porph. de caerim. p. 226. 227. Hinc vero colligi posse videtur, praesentem constitutionem post pacem cum Sphendosthlabo, Russorum regulo, anno 972. initam emissam esse. Cf. *Leo Diacon.* Hist. IX. 10. 11. 33) Cod. Laur. *ἀποχαριστικῆς.* Cf. *Du Fresne* v. *χαριστική.* p. 1733. *Reiske* l. c. p. 567. 34) Cod. Paris. 1351. *ἔχουσι.* 35) Ita Codd. nullo sensu. An *ἀπολήψονται* — ? 36) Codd. *μὴ δέ.*

V.

Βασιλείου τοῦ Πορφυρογεννήτου νομοθεσία νεαρά, ἐκφωνηθεῖσα κατὰ τὸν Ἰανουάριον μῆνα τῆς θ'. ἰνδικτιῶνος τοῦ ͵ςφδ'. ἔτους.

(Caput ultimum.) Τελευταῖον δὲ καὶ τὸ περὶ τοῦ δικαίου τῶν πανηγύρεων στασιασθὲν βουλόμεθα τὴν προσήκουσαν τάξιν λαχεῖν. Ἐπεὶ γὰρ ἐδεήθησάν τινες διεγκαλοῦντες, ὡς, ἔκπαλαι τῶν χρόνων ἐχόντων αὐτῶν πανήγυριν συνισταμένην ἐν τοῖς ἰδίοις τόποις, ἀφίστανται τούτων καὶ ἀναχωροῦσιν οἱ τὴν πανήγυριν συνιστῶντες πραγματευταί, καὶ τοὺς μὲν παλαιοὺς δεσπότας τῆς πανηγύρεως ἐρήμους καταλιμπάνουσι, ἐν δὲ τοῖς τόποις τῶν ὑποδεχομένων αὐτοὺς καινίζουσι τὴν πανήγυριν, κελεύομεν, εἴπερ ποτὲ τοιοῦτόν τι γένηται, εἰ μὲν ἀθρόον πάντες καὶ [1]) ὁμοθυμαδὸν οἱ πανηγυρισταὶ καὶ ἔμποροι οἵ τε αὐτόχθονες καὶ οἱ ἐπήλυδες ἀφίστανται μὲν ἀπὸ τοῦ παλαιοῦ δεσπότου τῆς πανηγύρεως, προσέρχονται δὲ ἑτέροις τόποις καινίζοντες τὴν πανήγυριν, ἔχειν αὐτοὺς τὸ ἀκώλυτον καὶ ἐλεύθερον, καὶ ὡς ἂν δὴ [2]) βούλονται διενεργεῖν τῆς πανηγύρεως τοπικὴν μετάθεσιν, μὴ βιαζομένους [3]) πάντως, ἀλλ' ἑκουσίως καὶ αὐθαιρέτως [4]) πρὸς τοῦτο φερομένους. Εἰ δὲ διάστασις [5]) ἐν τοῖς πανηγυρισταῖς γένηται, καὶ οἱ μὲν αἱροῦνται εἶναι, ἐν οἷς τόποις ἐπανηγύριζον καὶ πρότερον [6]), οἱ δὲ τούτων [7]) ἀφίστανται καὶ πρὸς ἑτέρους [8]) μεθίστανται, τηνικαῦτα τὸ διαφέρον τῇ ἀρχαιότητι κρατεῖν, καὶ τοὺς ἀφισταμένους μᾶλλον, ὁποῖοι ἂν τινες καὶ εἶεν, συνελαύνεσθαι πρὸς τὴν ἕνωσιν τῶν αἱρουμένων, καὶ κρατεῖν τὸ παλαιὸν τοῦ τόπου [9]) προνόμιον. — [§. 1.] Καὶ ἐπεὶ αἱ μεταστάσεις ἤτοι μεταθέσεις τῶν πανηγύρεων τετραχῶς τὴν διαίρεσιν δέχονται, (ἢ γὰρ ἀπὸ δυνατῶν εἰς δυνατοὺς εἰώθασι μετατίθεσθαι, ἢ ἀπὸ ἀδυνάτων εἰς ἀδυνάτους, ἢ ἀπὸ δυνατῶν εἰς ἀδυνάτους, ἢ ἀπὸ ἀδυνάτων εἰς δυνατούς [10])), τὰ μὲν ἤδη προθεσπισθέντα ἐπὶ τῶν τριῶν καὶ πρώτων καὶ μόνων τὴν ἰσχὺν ἕξει θεμάτων, ἤτοι ἐπί τε τῶν ἐκ δυνατῶν εἰς δυνατοὺς μεταθήσεων καὶ ἀπὸ ἀδυνάτων εἰς ἀδυνάτους καὶ ἀπὸ δυνατῶν εἰς ἀδυνάτους. Τὸ γὰρ τέταρτον κεφάλαιον ἰδικωτέρας καὶ φιλανθρωποτέρας τεύξεται τῆς ἡμετέρας ἑρμηνείας· ἐπεὶ γὰρ εὐχέρεια [11]) τοῖς δυνατοῖς πολλή τίς ἐστι πρὸς τὸ τὰς πανηγύρεις ἀπὸ τῶν δικαίων τῶν ἀδυνάτων ἐπισπᾶσθαι, θεσπίζομεν ἐν τούτῳ τῷ κεφαλαίῳ, μὴ ἄλλως τοῦτο παραχωρεῖν γίνεσθαι, ἤγουν τὴν ἀπὸ τῶν ἀδυνάτων εἰς δυνατους τῆς πανηγύρεως μετάθεσιν, εἰ μὴ ὁμοθυμαδὸν ἀναχωρεῖ ἅπασα ἑκουσίως καὶ ἐκεῖσε μεθίσταται, ἔνθα καὶ πρότερον καὶ ἐκ παλαιοῦ συνίστατο· ὡς συντρέχειν ἐνταῦθα τὰ δύο εὔλογα, τό τε τῆς ἀρχαιότητος δίκαιον καὶ τὴν τοῦ παντὸς πλήθους σύῤῥοιάν τε καὶ σύμπνοιαν. Καὶ γάρ, εἰ τάχα ἐν τοῖς ἄλλοις τρισὶ [12]) θέμασι καὶ

V.

Supplementum
Novellae constitutionis Basilii Porphyrogeniti (Bulgaroctoni), publicatae mense Ianuario, nonae Indictionis anno 6504. (996.) (In Iure Graeco-Rom. II. 172—179.)

(Caput ultimum.) Ad postremum vero etiam dissensionem de nundinarum iure ortam idoneum ordinem accipere volumus. Quum enim quidam nos adierint conquesti, quod, ex longo tempore se nundinas habentibus in suis oppidis, inde desciscant atque recedant mercatores nundinarum causa convenientes, et veteres nundinarum dominos deserant, inque illorum oppidis, qui eos excipiunt, novas nundinas constituant: imperamus, ut, quum quando tale quid fiat, si quidem universim omnes nundinantes et mercatores, tam indigenae quam peregrini, communi consensu desciscant a vetere nundinarum domino, et in alia loca recedant, novas nundinas facturi, id integrum iis ac liberum sit, atque, quomodocumque voluerint, faciant loci nundinarum mutationem, nullo modo coacti, sed sponte, et libera electione eo progressi. Sin vero dissensio inter nundinantes existat, et alii manere cupiant iis in locis, ubi et antea nundinabantur, alii vero inde desciscant, et ad alia loca se transferant, tum eorum sententia, qui vetustum morem tuentur, vincat, et desciscentes, qualescumque demum sint, ad communionem eorum, qui manere cupiunt, adigantur, et valeat vetus loci privilegium. — [§. 1.] Et quum traiectiones sive translationes nundinarum quadruplicem partitionem admittant (aut enim a potentibus ad potentes transferri solent, aut ab impotentibus ad impotentes, aut a potentibus ad impotentes, aut ab impotentibus ad potentes), quae modo sancivimus, in tribus primis ac solis casibus auctoritatem habebunt, id est in translationibus a potentibus ad potentes, et ab impotentibus ad impotentes, et a potentibus ad impotentes faciendis. Nam quartum caput peculiarem et clementiorem interpretationem a nobis impetrabit. Quoniam enim potentibus perfacilis est via, nundinas impotentium iuri ereptas, ad se pertrahendi, sancimus in hoc capite, ne aliter huiusmodi secessio fiat, dico nundinarum ab impotentibus ad potentes translationem, nisi unanimo consensu nundinatorum universitas sponte excedit, eoque se transfert, ubi et antea et antiquitus congregabatur: ita ut hic duo argumenta concurrant, et vetustatis ius, et universae multitudinis concordia et consensio. Etenim si forte in reliquis tribus casibus vel *unum* argumentum, si solum ad-

1) καὶ omittit Cod. Laur. 2) Cod. Laur. καὶ inserit. 3) Cod. Laur. βιαζόμενος. 4) Cod. Laur. αὐθαιρέτους. 5) Cod. Laur. διάστασιν. 6) Cod. Laur. καὶ πρότερον ἐπανηγύριζον. 7) Cod. Laur. τούτους. 8) Cod. Laur. τοὺς ἑτέρους. 9) Cod. Laur. τοῦτό που. 10) Cod. Paris. 2005. ἀδυνατούς. 11) Cod. Laur. εὐχαίρεια. 12) Cod. Paris. 1351. τισί.

το ἓν εὔλογον ὂν μόνον οἶδεν[13]) ἀρκεῖν[14]), οἷον μόνην τὴν σύμπνοιαν, ὅτε ἅπασα μεθίσταται ἡ πανήγυρις, ἢ μόνην τὴν ἀρχαιότητα, διϊσταμένης δηλονότι καὶ διατεμνομένης εἰς δύο τῆς πανηγύρεως, ἀλλ' ἐπὶ τοῦ τετάρτου τοῦδε κεφαλαίου τὴν τῶν δύο εὐλόγων συνέλευσιν[15]) εἶναι κελεύομεν ἐπὶ τῷ κρατεῖν τὴν ἀπὸ ἀδυνάτων εἰς δυνατοὺς μετάθεσιν τῶν πανηγύρεων, τήν τε ῥηθεῖσαν τοῦ παντὸς σύμπνοιαν καὶ τὸ τῆς ἀρχαιότητος δίκαιον, τοῖς πένησι πάντῃ χεῖρα βοηθὸν ὀρέγοντες καὶ τὸ περιὸν τῆς δυνάμεως τῶν δυνατῶν ἀναστέλλοντες. Ὃ καὶ μακαρίτῃ πάππῳ[16]) ἡμῶν βασιλεῖ κυρῷ Ῥωμανῷ τῷ γέροντι[17]) μεμερίμνηται πάλαι ἄριστα ἐπὶ ταῖς τῶν ἀκινήτων δικαίων τῶν ἀδυνάτων πρὸς δυνατοὺς ἐκποιήσεσιν. [Δόξα τῷ δόντι ἀρχὴν καὶ τέλος[18]).]

sit, satis esse videtur (scilicet sola consensio, quum universitas nundinatorum sedem mutat, aut sola vetustas, discedentibus nimirum et in duas partes distractis nundinantibus), in quarto hoc capite, ut valeat nundinarum ab impotentibus ad potentes translatio, utrumque convenire iubemus argumentum, tam memoratam omnium consensionem, quam ius vetustatis: quippe qui pauperibus omnimodo opitulares manus porrigamus, et potentiae divitum exuberantiam contrahamus. Quod et beato avo nostro, Imperatori domino Romano seniori, optime est perpensum circa translationes immobilium iurium ab impotentibus in potentes faciendis. Gloria ei, qui initium dedit et finem.

VI.

ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ

Χρυσόβουλλον τοῦ βασιλέως κυροῦ Νικηφόρου τοῦ Βοτανειάτου, τὸ ἐν τῇ τοῦ Θεοῦ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ ἀποτεθέν, περί τε τοῦ μὴ ἔσωθεν τῶν λ'. ἡμερῶν γίνεσθαι σωματικὴν ποινήν· καὶ περὶ τοῦ τοὺς ὑπηρετοῦντας τοῖς βασιλεῦσι καὶ τοῖς συγγενέσιν αὐτῶν, μετὰ τὸ αὐτοὺς τῆς βασιλείας ἐκστῆναι, μὴ ἐκπίπτειν τῶν διαφερόντων αὐτοῖς, καὶ δημοσιεύεσθαι ταῦτα, καὶ τοῦτο[1]) ἄνευ αἰτίας εὐλόγου ἢ ἐννόμου τινός· καὶ περὶ τοῦ καθ' ἕκαστον τετράμηνον τὸν κατὰ τὴν ἡμέραν πατριάρχην τῶν ἐξορίστων ὑπομιμνήσκειν.

(Prooemium.) Ὥπλισε καὶ μελίττας ἡ φύσις κέντρῳ[2]), καὶ κατὰ τῶν ἐπιόντων ταύτας ἐστόμωσεν, οὐκ ἔξωθέν ποθεν ἐνισχύσασα, ὃ δὲ λέγεται ἀφ' ἑστίας χαρισαμένη τὴν ἄμυναν· ἀλλ' οὐχὶ τῆς παντευχίας ταύτης καὶ ὁ τούτων μετείληχε βασιλεύς, ταῖς δὲ κεντροφόροις ταύταις ὡς δορυφόροις περικυκλούμενος ἔξωθεν, αὐτὸς τῆς τοῦ κέντρου βολίδος γυμνὸς ἐν μέσαις αὐταῖς ἀναστρέφεται· δηλοῦντος οἶμαι τοῦ λόγου, μὴ δεῖν περὶ τὸν κρατοῦντα φαίνεσθαι τὸ λυποῦν, μηδ' εὔθετον εἶναι τοῦτον πρὸς τὸ πλήττειν ἑτοίμως καὶ κεντᾶν τὸ ὑπήκοον. νυνὶ δὲ τοσοῦτον ἔνιοι τῶν ἀνθρώπων κατεστράφησαν τῷ θυμῷ, καὶ τῷ ἀλόγῳ μέρει κατεχαρίσαντο τῆς ψυχῆς, ὥστε παρεμπεσούσης προφάσεως, οἷα πολλὰ φιλεῖ συμβαίνειν ἑκάστοτε, οὐδὲ μαλακὸν φρονοῦντες, οὐδὲ συμπαθὲς καὶ φιλάνθρωπον, τῷ δὲ τῆς ἀρχῆς ἀποχρησάμενοι κράτει, καὶ ἐκ τοῦ

VI.

NICEPHORI

Aurea bulla Imperatoris domini Nicephori Botaniatae, deposita in magna dei ecclesia: I) ne intra XXX dies fiat poena corporalis, II) ne, qui in imperatorum eorumque cognatorum ministerio erant, postquam illi regnare destiterunt, bonis suis priventur, neve ea publicentur, praeserlim sine iusta et legitima causa, III) ut quarto quoque mense Patriarcha qui tunc est exulantium memoriam faciat.

ϴ

(Prooemium.) Instruxit natura vel apes aculeo et contra invadentes eas armavit, non extrinsecus robur attribuens, sed ex ipso foco, quod aiunt, defensionis instrumentum suppeditans: at minime etiam rex eorum hanc armaturam nactus est, sed ab his aculeigeris tanquam armigeris extrinsecus circumdatus, ipse aculei telo carens medius inter illos versatur: quo ostendit, opinor, ratio, non debere apud regnantem cerni quod offendat neque proclivem eum esse ad prompte castigandos et pungendos subditos. Nunc vero adeo quidam hominum subacti sunt cupiditate et irrationali animae parti tantum indulserunt, ut praetextu subnato, id quod ubivis saepissime accidere solet, neque leniter animati, neque misericorditer et humaniter, sed imperii potentia abusi et ex libidinoso animae poculo

---

13) Sic Codd. Suspicor ἔοικεν. Si οἶδεν retineas (satis esse potuit), nominativi (μόνη ἡ σύμπνοια . . . μόνη ἡ ἀρχαιότης) accusativis substituendi videntur. Cf. tamen *Reiskium* ad Constant. Porph. de Caerim. p. 5. οἶδε pro εἴωθε apud recentiores Graecos dici solere, et dicentem et exemplis probantem. 14) Cod. Laur. ἀρχεῖν. 15) Cod. Laur. ἐνέλευσιν. 16) Rectius προπάππῳ. 17) Respicit ad Novellam περὶ τῶν ὑπεισερχομένων δυνατῶν, quae habetur apud *Labbaeum* p. 1—11. Observandum tamen, et ἀκίνητα δίκαια contra iuris rationem dictum esse, et Novellam Lecapeni de *iuribus* pauperum in potentes non transferendis omnino silere. 18) Absunt a Codd. Pariss. 1) Cod. τότε. 2) Cod. κέντρον.

παθητικοῦ τῆς ψυχῆς κρατῆρος πολὺ τὸ τοῦ θυμοῦ ἀρυσάμενοι μέθυ, εὐθὺ κατὰ τῶν ὁμοφύλων νεανιεύονται, καὶ ἀποτομίᾳ κερασάμενοι τὴν ἀπόφασιν, οὐ τῇ ἐσύστερον σκέψει τὸ πρᾶγμα διδόασιν, οὐδὲ παλιμβουλίᾳ καὶ κρείττονι λογισμῷ, μεταθέσει κλίνουσιν ἐκ τούτου εἰς τοῦτο, ἐκ τοῦ ἀπηνοῦς δηλαδὴ ἐπὶ τὸ φιλάνθρωπον, ἀλλὰ καθαπερεὶ τῆς τιμωρίας ἁρπάζοντες τὸν καιρόν, καὶ ἀνθρωπείας σάρκας μονονοὺ διαμασήσασθαι σπεύδοντες, εὐθὺς καὶ τὸ τέλος τῇ ἀποφάσει συναναμιγνύουσι, καὶ τῶν θυμῶν ζεόντων εἰσέτι θερμὸν τῶν βασιλικῶν, ὁ δήμιος τὸ ξίφος ἐπανατείνεται, καὶ καταφέρει τὴν πληγήν· πρᾶγμα κομιδῇ ἀπάνθρωπόν τε καὶ ἀφιλάνθρωπον. ἢ γὰρ ὑπερζέοντος τοῦ θυμοῦ τὸ δικάζεσθαι, καὶ τῷ θυμικῷ μέρει καταδυναστευομένου τοῦ κρατοῦντος, ἡ ἀκριβὴς περιῄρηται γνῶσις, κἀντεῦθεν ἀθῷον αἷμα ἐπὶ γῆς ἀφορᾷ ἐκχεόμενον ἥλιος, ἢ τοῦ πάθους ἴσως ὑπολωφήσαντος, μετεβουλεύσατο μέν τι χρηστὸν ὁ βασιλεὺς καὶ σωτήριον, καὶ τὸ αὐστηρευόμενον ὑπανεὶς, ἀφεῖναι τῷ κατακρίτῳ παρεκελεύσατο τὴν σφαγήν, ὁ δέ, τοῖς δημίοις προκαταλειφθείς, καὶ τὸ τραχὺ δουλεύσας τῆς ἀποφάσεως, ἀνόνητον τῷ κρατοῦντι τὸν ἐπὶ αὐτῷ μετάμελον περιλέλοιπεν. Ὅπερ ὡς μὲν τυραννικόν, ὡς δὲ ἔκνομον, ἀλλὰ δὴ καὶ αὐτῆς τῆς χριστιανικωτάτης πολιτείας ἀνάξιον, καὶ πρὸ ἡμῶν ὁ μέγας ἐν βασιλεῦσι καὶ ἀξιομνημόνευτος τῆς παρ' ἡμῖν πολιτείας ἐξωστράκισε Θεοδόσιος[3]), αὐτῇ πείρᾳ συνεὶς τὸ μέγεθος τοῦ κακοῦ, καὶ τὴν θεραπείαν κατὰ καιρὸν αὐτός τε τηνικαῦτα δεξάμενος, καὶ τοῖς ἐφεξῆς ἰάσιμον τὸ πάθος καταστησάμενος. Διετάξατο γάρ, τραχυτέρας ἐξαγομένης τῆς τιμωρίας κατά τινων, μὴ εὐθὺς ὑπεισιέναι τούτους τὴν τιμωρίαν, ἀλλ' ἐν ὅλαις ἡμέραις λ'. τοὺς περὶ τῆς αὐτῶν καταστάσεως κλήρους μετεωρίζεσθαι, ὡς ἀρκοῦντος τοῦ διαστήματος τοῦδε τοῦ καιροῦ τῷ παθητικῷ τῆς ψυχῆς διαιτῆσαι, καὶ τὸ ἴσως ἀκροσφαλὲς τῆς[4]) ἀποφάσεως διορθώσασθαι. ἀλλ' ὁ τὰ πολλὰ συγχέων χρ[illegible]ος καὶ ἀλλοιῶν, ἢ τῶν ἀνθρώπων μᾶλλον τὸ πρὸς τὴν ἁμαρτίαν εὐπετὲς καὶ εὐόλισθον, ἐν γράμμασιν ὡς τὰ πολλὰ κεῖσθαι καὶ μόνοις τουτὶ τὸ νομοθέτημα παραλέλοιπε· καὶ ὁ βασιλεύς, καθάπερ ἄρχων μόνον τῶν ὁμοφύλων κατασταθείς, καὶ αὖ[5]) παρὰ Θεοῦ καὶ αὐτὸς ἀρχόμενος ἄνωθεν, οὔκουν οὐδὲ μετριάζει πρὸς τὰς τῶν ὁμογενῶν συμφοράς, οὐδέ τι φρονεῖ μετριοπαθὲς καὶ ἀνθρώπινον, ὡς κακούργου δέ τινος καὶ ὑπαιτίου παραγομένου εἰς μέσον πρὸς ἀλήθειαν ἴσως ἢ καὶ μὴ οὕτως (πολλὰ γὰρ καὶ κατὰ τῶν βασιλικῶν τὸ ψεῦδος παρρησιάζεται ἀκοῶν, καὶ ταύτας πολλάκις συλαγωγῆσαν[6]) οἴχεται), εὐθὺς ἡ ἀπόφασις φονική, καὶ ὁ δήμιος εὔθετος εἰς ἔργον ἄγων τοῦ βασιλέως τὸ ἐπίταγμα, καὶ κεῖται ἄνθρωπος παραπόδας, διαβολῆς[7]) ἐνίοτε γενόμενος πάρεργον. — (Caput I.) *Ἀλλὰ τοῦτο μὲν καὶ τοὺς πρὸ ἡμῶν αὐτοκράτορας ἔδει ἐπανορθώσασθαι κατὰ καιρόν, βαλόντας εἰς νοῦν, ὡς σάρκες εἰσὶ καὶ ὀστέα, κἂν πορφυρίδα περίκεινται, καὶ δόξαν οὕτω Θεῷ στεφηφορῶσι κατὰ τῶν ὁμοφύλων καὶ τῶν βεβιωμένων λό-*

multum iracundiae potum haurientes, statim adversus fratres insolenter se iactent ac protinus iudicio absoluto neque secundae deliberationi rem tradant, neque repetito consilio et meliori ratiocinatione mutati ex altero in alterum inclinent, e crudelitate nimirum in humanitatem, sed vindictae opportunitatem quasi arripientes humanamque carnem paene manducare cupientes statim executionem quoque cum sententia pronunciata commiscent, et regiis animis adhuc calide ferventibus, carnifex gladium intentat et ictum defigit: res vehementer homine indigna et amoris expers. Aut enim, quum ira fervendo obruit iudicium et ab animosa parte subacta est mens imperantis, accurata cognitio praecisa est, indeque sol innocentem sanguinem in terra profusum conspicit, aut, si forte iracundia cessaverit, postea quidem probum quoddam ac salutare consilium rex cepit, et ab austeritate desistens necem damnato remitti iubet, is vero, carnificibus iam antea traditus, ac iudicii crudelitatem perpessus, regis de se poenitentiam reddidit inutilem. Quod tanquam tyrannicum et illegitimum, quin imo ipsa christianissima republica indignum, iam ante nos summus inter imperantes et memoratu dignissimus *Theodosius* ex hac civitate exterminavit, ipsa experientia cognoscens magnitudinem mali et curam in tempore quum ipse tunc suscipiens, tum posteris labem sanabilem reddens. Constituit enim, si acerbior de quibusdam sententia pronunciata esset, ne hi statim eam subirent, sed ut per integros XXX dies sortes de eorum statu in suspenso manerent, tamquam sufficiente hoc temporis intervallo ad animi affectum sanandum et ad iniustum forsitan iudicium corrigendum. Sed tempus, quod plurima confundit ac mutat, vel potius hominum natura ad peccandum prona et caduca, uti pleraque, sic et hanc constitutionem in solis libris iacere sivit: et imperator, ut princeps tantum inter gentiles suos constitutus, et qui itidem etiam ipse a Deo superne regitur, nihilo tamen minus neque se continet in diiudicandis fratrum casibus, neque temperati quidquam et humani cogitat, sed quum quis quasi maleficus ac noxius in medium productus sit, sive vere talis sive non — saepe enim etiam in regias aures mendacium strepit easque saepe deceptas relinquere solet —, statim iudicium capitale et carnifex promptus iussum regis exequens, ac protinus homo iacet, interdum criminis, cuius incusatur, plane insons. — *(Caput 1.)* Verum hoc quidem etiam qui ante nos Caesares fuerunt in tempore debebant corrigere, reputantes, carnem se esse et ossa, licet purpura indutos, ac Deo sic volente se imperium in populares suos habere et actorum ra-

---

3) Maior scilicet. Cf. Theod. Cod. IX. 40. const. 13. (L. 20. C. De Poenis. IX. 47.) 4) *τε*, quod in codice inseritur, delendum videtur. 5) Cod. *οὐ*. 6) Ita in apographo *Zachariano;* in apogr. Theod. *Sypsomi συλλαγογῆσαν* habetur. 7) Ita in exemplari, quod transscripsit Vir doctiss. *Zachariae*. In apogr. *Sypsomiano* male: *διαβόλου*.

γον ὑποσχεῖν τῷ πάντων ὀφείλουσι δικαστῇ, ὃς καὶ ἀποδώσει ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ. Ἐπεὶ δὲ εἰσέτι τὸ πρᾶγμα ἔμεινεν ἀδιόρθωτον, ἡμῖν ὁ Θεὸς ἀνῆκεν, ὡς ἔοικεν, ἐπαναπληρῶσαι τὸ ἔλλειμμα[8]· ὃ καὶ ὡς ἀνάθημα ἢ πρεσβεῖον ἢ καρπὸν ἀκροθίνιον καὶ ὅ τι ἂν τις εἴποι κατὰ καιρὸν προσαγόμενον, τὴν παροῦσαν θεσμοθεσίαν προσάγομεν, ἀφ᾽ ἡμῶν τε νῦν ἀρξαμένην, καὶ καθ᾽ ἡμῶν πρῶτον κρατεῖν ὀφείλουσαν· δι᾽ ἧς διοριζόμεθα ἀπό γε τοῦ νῦν καὶ εἰς τοὺς ἑξῆς ἅπαντας καὶ διηνεκεῖς χρόνους, μὴ ἐπ᾽ ἀδείας[9]) ὅλως ἐξεῖναι, τὰς δι᾽ αἵματος ἐξαγομένας ἀποφάσεις εἰς αὐτοτελὲς προβαίνειν ἔργον, εἰ μὴ μετὰ τὴν βασιλικὴν ἀπόφασιν λ΄. ὅλαι ἡμέραι παρέλθωσι, μένειν δὲ τὸν κατάκριτον ἀθιγῆ, καὶ τοῦ καιροῦ προσμένειν τὴν παρολκήν, στρατιωτικῇ φρουρᾷ πρὸς ἀκρίβειαν φυλαττόμενον. Καί, εἰ μὲν τοῦ τριακονθημέρου ἐντὸς διαστήματος, μεταμέλῳ ληφθεὶς ὁ κρατῶν, φιλάνθρωπόν τι περὶ τὸν ἄνθρωπον ἀποφήνηται καὶ καταπράξεται, ἤρεσε τοῦτο τῷ Θεῷ, καὶ τῆς δι᾽ αἵματος καταδίκης ἀπολελύσεται· εἰ δ᾽ ἐπὶ τῆς αὐτῆς προαιρέσεως ἵσταται, καὶ θανάτου κρίνει τὸν ἄνθρωπον ἄξιον, ἢ τῆς ἄλλης εἰς σῶμα διὰ σιδήρου πληγῆς, μετὰ τὴν τριακονθήμερον ὑπομιμνησκόμενος, τὸ μὲν ἔνδικον εἶδέ τε καὶ οἶδεν ἡ δίκη· ἡ μέντοι βασιλικὴ ἀπόφασις τὸ ἐξ ἐκείνου ἐκβιβαζέσθω, καὶ πέρας δεχέσθω τὰ ὡρισμένα. Ἱκανὴ γὰρ ἡ τῶν λ΄. ἡμερῶν προθεσμία τὸ πολὺ τοῦ θυμοῦ κατευνάσαι, καὶ τῷ λογιστικῷ τὴν κρίσιν χαρίσασθαι, οὗ κρίνοντος ὑγιῶς καὶ ἡ ἀπόφασις, ὅπως ἂν ἔχῃ, εὐσθενής ἐστιν. ὅτι μηδὲ τὰς τῶν δημίων χεῖρας ἀσυντελεῖς εἶναι τῇ πολιτείᾳ ὁρῶμεν κατὰ τῶν ἀξίων κολάσεως. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἔσται οὕτως. καὶ ἡ παροῦσα τῆς ἡμῶν εὐσεβείας διαταγή, ἀφ᾽ ἡμῶν ἀρξαμένη, ὡς εἴρηται, τὸ κράτος λαβοῦσα τῆς ἐνεργοῦ, τὴν ἴσην καὶ εἰς τὸ ἑξῆς προνομίαν, ὡς πιστεύομεν, εὑρήσει παρὰ πᾶσιν τοῖς μεθ᾽ ἡμᾶς αὐτοκράτορσιν, ὅσοις δηλονότι Θεοῦ τε φόβος ἐγκατοικεῖ τῇ ψυχῇ, καὶ τὸ ἀδέκαστον ἐκεῖνο πιστεύεταί τε καὶ ἐλπίζεται δικαστήριον. Εἰ δέ τινες ἴσως τῶν μεθ᾽ ἡμᾶς, μὴ βασιλικὴν ἔχοντες, ἀλλὰ μαγειρικὴν τὴν ψυχήν, αἱμάτων ἀνθρώπων ἐφήδονται προχοαῖς, καὶ θυμῷ τὰ πρεσβεῖα, Θεῷ δὲ τὰ δευτερεῖα βραβεύοντες, τῶν ἡμῖν δεδογμένων[10]) τῇδε καλῶς παραβάται φανεῖεν, καὶ ἀδιαίτητον κατὰ τοῦ κατακριτοῦ τὴν τιμωρίαν προθυμηθῶσιν ἐπαγαγεῖν, μὴ τῷ διαμέσου τῶν λ΄. ἡμερῶν διαστήματι τὸ γενησόμενον ἀναλογισάμενοί τε καὶ κρίναντες, καὶ οὕτω τὸ ποιητέον συνθέμενοι, μὴ ἀναίτιοι γένοιντο τῷ Θεῷ, μηδὲ φῶς αὐτοῖς ἐν ἡμέρᾳ δίκης ἐπιλάμψοι σωτήριον, ἀντιλάβοι δὲ αὐτοὺς ἐκεῖθεν σκότος αἰώνιον, καὶ ἄγγελος Κυρίου καταδιώξαι αὐτούς, συνωθῶν εἰς τὸν τάρταρον, ἐπιλάβοιτο δὲ αὐτῶν κἀνταῦθα σκότος καὶ ὀλίσθημα, καὶ μὴ ἴδοιεν ἑωσφόρον ἀνατέλλοντα, μηδ᾽ ἐπισκοπὴ Θεοῦ αὐτοὺς ἐπισκέψοιτο, ὅτι λογικὸν ἐμπιστευθέντες ποίμνιον ἐκ Θεοῦ ἀνθρωπίνως αὐτῷ οὐκ ἐχρήσαντο, ἀλλ᾽ ἱερεῖον καθάπερ καταδαιτρεῦσαι τοῦτο ἠνέσχοντο. κἂν γὰρ ἡ τοῦ πράγματος κρίσις ἀξία, καὶ ὁ πάσχων ἴσως κατάλληλος τῇ ὀργῇ, ἀλλά γε τοῦτο τῶν τοῦ Θεοῦ χειρῶν τούτους οὐκ ἐξαιρήσεται, ὅτι μηδὲ καλῶς ἐχρή-

tionem reddere debere omnium iudici, | qui tribuet cuique secundum eius opera. Quum tamen hucusque res immutata mansisset, nobis, ut videtur, Deus iniunxit, ut defectum repararemus: quocirca etiam tanquam donum Deo consecratum et honorarium vel frugum primitias et, uti quis dixerit, opportune oblatum, praesentem constitutionem offerimus, a nobis nunc incipientem ac nostro tempore primum regnaturam: per quam definimus, ut ex hoc inde tempore et in omnia et perpetua saecula omnino non liceat sententias in necem pronunciatas ad ultimum effectum procedere, nisi post imperatoriam sententiam latam integri XXX dies effluxerint, et ut condemnatus interim intactus maneat et finem eius termini exspectet, militari custodia severe cinctus. Ac, si quidem intra triginta dierum intervallum poenitentia captus imperator clementer in reum constituerit et egerit, placet id Deo, et cruenta poena ei remittetur; ubi vero in eodem consilio perstabit hominemque dignum iudicabit morte vel plaga corpori ferro infligenda, post triginta dies commonefactus, iustum vidit ac cognovit, iudicium, et imperatoris sententia tum publicetur constitutaque ad finem perducantur. Sufficit enim triginta dierum terminus ad nimios affectus sedandos et arbitrium rationi reddendum, quae, ubi sana mente iudicabit, etiam sententia, quomodocunque se habebit, sana erit. Quippe ne carnificum quidem manus in puniendis, quae poena digna sunt, inutiles civitati esse videmus. Sed haec quidem ita sunto. Atque praesens haec pietatis nostrae constitutio, a nobis, ut dictum est, vim efficaciae habere incipiens, etiam in posterum, ut confidimus, idem privilegium nanciscetur apud omnes imperii successores nostros, quibuscunque scilicet Dei metus in pectore habitat et incorruptum illud iudicium creditur ac speratur. Si qui vero forte successorum nostrorum, non regio, sed coquino animo praediti, humani sanguinis profusione delectentur, ac libidini primas, Deo secundas deferentes, eorum, quae hac lege optime a nobis constituta sunt, contemptores deprehendantur, ac poenam contra damnatum immutatam exequi cupiant, in interiecto XXX dierum intervallo futurum non reputantes et perpendentes, nec quid faciendum sit considerantes: ii ne insontes sint coram Deo, neque lux die iudicii supremi salutaris iis effulgeat, sed corripiant eos illic tenebrae sempiternae et insectetur angelus Domini, propulsans in Tartarum, ibique prehendat eos nox ac pernicies, neque conspiciant Luciferum exorientem, neque providentia Dei iis provideat, quod, quum grex ratione praeditus iis creditus sit, eo non humaniter usi sunt, sed tanquam victimam eum dilacerare sustinuerunt. Etenim, etiamsi causae diiudicatio iusta fuerit, ac damnatus facto iram meruerit, minime tamen hoc illos Dei manibus eripiet, quod neque pulcre usi

8) Cod. ἔλειμμα.

9) Cod. uno verbo ἐπαδείας.

10) Ita restituimus ex apographo viri clarissimi Zachariae; exemplar Sypsomi habet δὲ δογμάτων.

σαντο τῷ καλῷ, μηδὲ κατὰ τέχνην ἀρίστης οἰκονομίας, ἀλλὰ κατὰ ψυχῆς ἄτακτον θηριωδίαν, τὸν ἴσως ἄξιον τῆς διὰ σιδήρου πληγῆς κατειργάσαντο ἄνθρωπον. — [Caput 2.] Ἀλλ' οἷόν με καὶ τοῦτο εἰπεῖν ἐπῆλθε, καὶ βασιλικὴν τῷ λόγῳ προσαναμῖξαι προμήθειαν. Πρᾶγμά τι καινοφανὲς τῶν ἀνακτόρων ἐντὸς ἔλαθε παρεισδυκός, οὔπω χρόνος πολὺς ἐξότου· καὶ τὸ πρᾶγμα ὡς μὲν θεομισές, ὡς δ' ἀκοαῖς εὐγνώμοσιν οὐκ ἀνασχετόν, καὶ ἵν' ἐπιτρέχοντι λόγῳ ἐρῶ, ὡς διὰ πάντων παρὰ πᾶσι τοῖς φιλαρέτοις ἀπόβλητον· Τῶν γὰρ καθ' ἡμᾶς πραγμάτων τοῦ ἄξονος ἄλλοτε ἄλλως ἔχοντος, καὶ τῆς στροφῆς τῇ δινήσει ἄνω καὶ κάτω συστρέφοντος πάντα καὶ περιάγοντος, οἱ κατὰ διαδοχὰς τῶν βασιλείων ἐπιλαμβανόμενοι σκήπτρων, μηδὲν ὁμαλὸν φρονοῦντες μηδὲ εὐγενὲς καὶ βασιλικόν, μικροῦ δὲ καὶ μηνιῶντες[11]) τῷ Θεῷ, ὅτι καὶ τὴν βασιλείαν αὐτοῖς ἐνεπίστευσε, ἐπὶ τοὺς πρὸ αὐτῶν βασιλεύσαντας τοὺς κατὰ σφᾶς ὅλους θυμοὺς ἀνακαίουσι· κἀκείνους μὴ δυνάμενοι τίσασθαι (κωφὴν γὰρ γαῖαν αἰκίσασθαι, κἂν μεμήνασι λίαν, ἀπέχονται) ἐπὶ τοὺς καθυπηρετοῦντας τούτοις ἢ κατὰ γένος ἅμα προσήκοντας, πόσαις φέρονται ταῖς ὁρμαῖς· καὶ ὃ πάσχει φορὰ ποταμοῦ, ἀντιτυπίᾳ κωλύματος τῆς εἰς τοὔμπροσθεν ἀναχαιτισθεῖσα ὁρμῆς, ἐφ' ἕτερον μετατίθεται ὄχθον, κἀκεῖσε πολλῷ συνωθισθεῖσα τῷ ῥοίζῳ ἅπαν τὸ παρατυχὸν παρασύρει τῇ πλημμύρᾳ τοῦ ὕδατος, τοῦτο κἀκεῖνοι ἀγεννῶς καὶ ποιοῦσι καὶ πάσχουσι. Τῶν γὰρ πρὸ αὐτῶν βασιλέων ἀποτυγχάνοντες, ἐπὶ τοὺς ἐκείνοις προσανέχοντας τὸν ὅλον θυμὸν ἀναῤῥήσσουσι[12]), καὶ ἀπληστίαν μίξαντες τῷ θυμῷ, καὶ καθαπερεὶ ποταμοὺς δύο ἐπὶ μίαν συνελάσαντας φάραγγα, τὰς τῶν ἀναιτίων οὐσίας τῇ παρόδῳ εὐθὺς κατασύρουσι, καὶ τοὺς μηδὲν ἁμαρτήσαντας ὡς ὑποδίκους εἰς δίκην πρὸς καταδίκην[13]) ὑπάγουσιν· ἐφ' ᾧ τίς οὐκ ἂν ἀλγήσοι μέτριος ἄνθρωπος καὶ τοῦ καλοῦ στοχαζόμενος, ἢ πῶς τοῖς κακῶς παθοῦσιν οὐ συστενάξει ἐπικαιρότατα; δέον ἢ ἁλῶναι τούτους ἡμαρτηκότας νομίμως, καὶ τὴν ἀπὸ νόμου ποινὴν κατὰ τοῦ τένοντος δέξασθαι, ἢ μὴ ἔρημον τοῦ δικαίου τὰ τῶν καταδίκων αὔτω παθεῖν, καὶ βαρυσυμφορωτάτους ἐξ οὐδενὸς αἰτίου γενέσθαι. Ὅπερ ἵν' ἐνταῦθα στῇ τῆς συμφορᾶς, καὶ μηκέτι καὶ εἰς τοὔμπροσθεν προοδεύσῃ[14]), τῷ μακρῷ χρόνῳ εἰς ἔθους τάξιν προβιβαζόμενον, καὶ οὕτως εἰς νόμου τύπον μετατιθέμενον, εὐγενῶς καὶ λίαν βασιλικῶς ἡ γαληνότης τοῦ κράτους ἡμῶν ἵστησι νῦν, καὶ τὴν τοῦ κακοῦ σηπεδόνα καθαπερεὶ καυτῆρι τῷ παρόντι χρυσοβούλλῳ[15]) λόγῳ πατάξασα, δι' οὗ πᾶσι τοῖς μεθ' ἡμᾶς ἐλευσομένοις βασιλεῦσιν εὐσεβέσι, καὶ τὴν τοῦ χριστιανισμοῦ κλῆσιν ἐπαληθεύουσιν αὐτοκράτορσιν, ἀδελφικῶς καθεξῆς ἐπισκήπτομεν, μὴ ζηλωτὰς γενέσθαι τοῦ ἀγεννοῦς τοῦδε καὶ παρανομωτάτου πράγματος καὶ τολμήματος, μηδὲ ἐπὶ τοὺς τοῖς πρὸ αὐτῶν καθυπηρετήσαντας, ἢ καὶ ἀφ' αἵματος ἴσως ᾠκειωμένους, ἀναξιοπρεπῶς τὴν ὀργὴν ἐπαφεῖναι, καὶ τὰ διαφέροντα τούτοις πάντα μηδὲν δέον δημοσιεῦσαι, καὶ εἰς ἀνάγκην αὐτοὺς συμφορᾶς περιστῆσαι, ἢ τὸ τοῦ αἵματος προσγενές,

sunt pulcra re, neque secundum optimae administrationis artem, sed, secundum temerariam animi feritatem, hominem, dignum fortasse ferri plaga, confecerunt. — *(Caput 2.)* Sed exempli causa hoc quoque dicere animum meum subit, ut regiam orationi adiungamus providentiam. Facinus quoddam novum non diu est, quod intra palatium clam se insinuaverit. Facinus quam Deo invisum, quam auribus benevolis intolerabile, et ut uno verbo dicam, quam omnibus veri amantibus omnino detestandum! Rerum enim nostrarum axi alias aliter se habente, et per versionis turbinem omnia sursum ac deorsum convertente et circumagente, ii, qui successionis iure regium sceptrum adipiscuntur, non instructi temperanti neque generoso et regio animo, sed propemodum irati Deo, quod vel imperium ipsis commiserit, contra decessores suos omnes iras incendunt. Atque, quum in illos ipsos animadvertere nequeant: surdos enim cineres dedecorare, etsi vehementer insaniunt, parcunt: in illorum ministros, vel simul in generis cognatos quanto impetu invehuntur! Et quod facere solet fluminis cursus, ut impedimento obiecto a praecipite impetu prohibitus, in alteram irruat ripam ad eamque ingenti fragore compulsus, quidquid occurrit, aquae inundatione abripiat, idem illi quoque turpiter et faciunt et patiuntur. Nam decessoribus non potiti adversus eorum familiares omnem iram suam evomunt et irae avaritiam admiscentes, et instar duorum fluminum in eandem voraginem praecipitantium, facultates innocentium statim ut in transitu abripiunt, et qui nihil peccarunt, eos ut sontes in iudicium tanquam in damnationem trahunt. Qua de re qui vir probus et honesti studiosus non indignetur, et quomodo iniuria affectos non lugebit rectissime? quum par sit, hos aut, si peccaverint, legitime prehendi et poenam ex lege capitalem dare, aut non contra ius poenam damnatorum ferre et, sine ulla causa, gravissima calamitate affligi. Quae calamitas ut hic subsistat, neve amplius ultra etiam procedat temporis diuturnitate in moris ordinem progressa et ita in legis speciem conversa, generose ac perquam regio animo potentiae nostrae serenitas nunc constituit, mali putredinem praesenti hac aureae bullae iussione tanquam igne exurens, per quam omnes qui post nos venturi sunt imperatores pios, et christianismi nomen facto comprobantes, fraterna cum affectione continuo obtestamur, ne illiberale hoc et summe illegitimum facinus ac scelus imitentur, neve in decessorum ministros, vel etiam sanguine forsitan proximos indigne iram immittant, ac contra fas cuncta eorum bona publicent, neve eos vel sanguinis cognatio vel animi pravitas, propter quam et illis familiares facti erant, in

---

11) Cod. μονιῶντες. 12) Cod. ἀναῤῥήσουσι. Quam, sigma reduplicato, in textum recepimus, formam, idem esse quod ἀναῤῥηγνύουσι constat. 13) Sic emendandum esse duximus; Codex: πρὸ καταδίκης. 14) Cod. προοδεῦσαι. 15) Cf. *Reiskium* in Commentariis ad Constantinum Porphyrogenitum de caerimoniis aulae Byzantinae p. 329. editionis Bonnensis.

ἢ τὸ τῆς γνώμης κακοθελές, δι' ὃ κἀκείνοις πρὶν ᾠκειώθησαν. Καὶ γὰρ εἰδέναι πρὸς ἀνάγκης καὶ οὗτοι ὀφείλουσιν, ὡς κἂν τὸ στέφος[16]*) περιεβάλοντο ἄνωθεν, ἀλλά γε ὁ χρόνος αὐτοῖς ἀριθμητὸς τῆς ζωῆς, καί, ὅ φησιν ὁ προφήτης καὶ βασιλεύς*[17]*), παλαιστὰς αὐτοῖς τὰς ἡμέρας ἔθετο ὁ Θεός, καὶ χρεία τούτοις καὶ φίλων καὶ συγγενῶν καὶ ὑπηκόων οὐκ ἀγεννῶν εἰς τὴν τῆς βασιλείας ἀντίληψιν, εἰ μέλλοιεν ὑγιῶς οἰκονομῆσαι τὰ πράγματα· μέτρῳ δὲ μὴ καλῷ μετροῦσιν ἀντιμετρηθήσεται ἰσοτάλαντον, καὶ τὰ ἀδικίας ζυγά, οὐκ ἐνδίκως οὐδ' ἐπ' αὐτοὺς ἑτεροζυγήσαντα, τῷ ἀδίκῳ τὸ δίκαιον καταστήσεται*[18]*), καθαπερεί τινος φθόγγου εὐαρμοστία ἐξ ἀντιφώνων συνισταμένη χορδῶν. Ἀλλὰ γὰρ τὸ τῆς πλεονεξίας ἴσως δισκαές, ἢ τὸ τῆς μανίας περιφλεγές, ἐνίους ἴσως τῶν μεθ' ἡμᾶς αὐτοκρατόρων ἐκκαύσαντα, καὶ τῶν ἡμῖν δεδογμένων ἐνταῦθα παροινῆσαι συμπείσουσι· χρημάτων γὰρ ἀλλοτρίων ἔρως, καὶ θυμὸς βακχεύων ἀλλόκοτος, τῆς ψυχῆς προκαταλαβόντα τὸ λογιζόμενον, ὀμίχλην ἐνσείουσι τῷ νοΐ, καὶ πρὸς τὸ φῶς διαβλέψαι τῆς ἀληθείας κωλύουσι. Μανίας δὲ καὶ πλεονεξίας μαργῶσαν στῆσαι πυρκαϊάν, καὶ ἀποτεφρῶσαι φλόγα παφλάζουσαν οὐκ εὐχερές, ἀλλὰ δύσεργον. Ἀμέλει καὶ τὸν ἁγιώτατον καὶ οἰκουμενικὸν πατριάρχην σύναμα τῇ ἱερωτάτῃ καὶ θείᾳ τῶν ἀρχιερέων συνόδῳ κοινωνὸν προσλαβομένη τοῦ σκέμματος ἡ εὐσεβὴς ἡμῶν βασιλεία, καὶ τὴν αὐτῶν χεῖρα τῷ γραμματείῳ τῷδε προσχρήσασα, τῷ μὲν Θεῷ διὰ τούτων ὡς κοινῶν τῶν ψυχῶν ποιμένων, καὶ ἡμῖν τὸν δεσπότην ταῖς ὑπὲρ ἡμῶν λατρείαις ἱλασκομένων, ὡς ἱερὸν ἁγνὸν καὶ ἀμόλυντον ἁγιοπρεπῶς ἀναφέρομεν. Τοῖς δὲ ἀθετῆσαι τὰ δεδογμένα τῇδε τολμήσουσι, καὶ εἰς ἐναντίωσιν τούτων καθάπαξ ἐλθεῖν, οὐ γλῶσσαν χρυσῆν κατὰ τὸν Ἄχαν*[19]*) ἱεροσυλήσασιν, ἀλλ' ἱερεῖον καὶ θεῖον ἀνάθημα περιελεῖν ἀνιέρως οὐκ ἀποκνήσουσιν, οὐ λίθων βολὰς ἀνατείνομεν ἐκ πάσης φυλῆς υἱῶν Ἰσραήλ, ἀλλ' ἀναθέματι τούτους καθυπάγομεν αἰωνίῳ ἐκ παντὸς γένους, ἐκ πάσης συνόδου χριστιανῶν καὶ τῆς μερίδος αὐτοὺς τῶν πιστῶν ἐκκηρύττομεν, ὡς περιφρονητὰς Θεοῦ καὶ τῶν θείων, καὶ ἀνέδην πατοῦντας τὰ τίμια.* — [Caput 3.] *Ἐπεὶ δὲ τὸ μὲν μὴ ἀπολισθαίνειν τοῦ κρείττονος μόνου Θεοῦ, θαῤῥῶ δὲ λέγειν, καὶ τῶν ἐγγιζόντων ταγμάτων Θεῷ, τὸν δὲ χθόνιον τοῦτον χῶρον κῆρες πολλαὶ κακίας συνέσχον καὶ περιέλαβον, κἀντεῦθεν οὐδὲν θαυμαστὸν ὑπερορίους τίθεσθαι τῆς πατρίδος ἐνίους τὸν βασιλεύοντα, τοῦτο*[20]*) δόξαν αὐτῷ εἰς ἄμυναν πλημμελούσης γνώμης ἐπενεγκεῖν, τοῦ χρόνου δὲ προϊόντος, ὑπολήγειν μὲν οὐδὲν ἀπεικὸς τῆς ὀργῆς τὸ φλεγμαῖνον, καὶ τὸ ζέον αὐτῆς ἀναψύχεσθαι, λήθης δὲ τῶν πασχόντων τὸν βασιλέα ὑποτρεχούσης διὰ τὴν πολυμερῆ τῶν πραγμάτων καὶ πολυάσχολον μέριμναν, ἐπὶ μακρὸν αὐτοὺς κακουχεῖσθαι συμβαίνει, καὶ βίον ἕλκειν ὀδυνηρὸν καὶ πολύμοχθον. Ἐπεὶ οὖν οὕτω πολλάκις συμβαίνειν φιλεῖ, καὶ τὸ πρᾶγμα τῆς προσηκούσης δεῖται διορθώσεως, ἐστοχασμένην ταύτην τοῦ δέοντος ποιούμεθα τὴν διαίτησιν. Διοριζόμεθα γάρ, ἐπ' ἀδείας*[21]*) εἶναι τῷ κατὰ καιροὺς ἁγιωτάτῳ καὶ οἰκουμενικῷ πατριάρχῃ, τρὶς ἑκάστου ἐνιαυτοῦ, ἤγουν καθ' ἑκάστην*

calamitatis necessitatem coniiciat. Necessario enim etiam hi scire debent, quamvis corona divinitus induti sint, tamen sibi vitae tempus adnumeratum esse, et, quod ait rex ac propheta, palmae modulo Deum ipsis posuisse dies, et opus sibi esse cum amicis tum cognatis et honestis ministris in imperii officio, si probe res suas moderari voluerint, sibi opitulantibus. Qui vero non recta mensura metiuntur, iis eadem statera Deus remetietur, et iniustitiae trutina, nec contraipsos iniuste inclinans, homini iniusto iustum tribuet, quemadmodum soni cuiusdam concentus e contrariis chordis conflatur. At enim avaritiae forsan ignis vel insaniae flamma, forsitan quosdam succedentium nobis Caesarum incendentes, ut ebriis similes has constitutiones nostras conculcent, suadebunt. Etenim alienorum amor bonorum et animus supra modum bacchabundus, rationalem animae partem occupantes, caliginem offundunt menti, et ad veritatis lucem prospicere prohibent. Insaniae vero et avaritiae furens incendium sistere et extinguere flammam rutilantem haud facile, sed arduum. Quocirca sane etiam sanctissimum et oecumenicum Patriarcham una cum sanctissima ac divina sacerdotum synodo in societatem assumuns huius quaestionis, pia nostra maiestas et illorum manum huic chirographo adhibens, per hos communes animarum pastores, qui suo, propter nos, servitio et Dominum nobis propitium reddunt, Deo hoc scriptum tanquam purum et immaculatum sacrificium pia mente offerimus. Qui vero ausi fuerint haec constituta nostra negligere vel ullo modo iis obviam ire, non auream regulam, ut Achan, suffurati, sed sacrum et divinum donarium impie auferre non cunctati, iis non lapidationem intendimus ex omni stirpe filiorum Israël, sed anathemate eos devotos ex omni gente tollimus, ex omni Christianorum conventu et communione fidelium eiicimus, utpote Dei divinorumque contemptores et effrenate veneratione digna conculcantes. — *(Caput 3.)* Quoniam autem a vero numquam desciscere solius Dei est, et — audeo dicere — edictis Deo proximis, terrestrem vero hanc regionem multae pravitatis sortes obsident et circumdant, ideoque non mirum est, si princeps quosdam a patria exulare iusserit, viso hoc sibi ad pravorum consiliorum correctionem conferre, tempore vero procedente haud veri dissimile desinere irae flammam et fervorem eius restingui, oblivione autem afflictorum imperatori subnata propter multiplicem et occupatissimam negotiorum curam accidit, ut per longum tempus isti exules infelices sint ac vitam trahant doloribus ac molestiis refertam. Hoc igitur quoniam saepe accidere solet, eaque res idonea correctione indiget, hancce convenientem iusti restitutionem facimus. Constituimus enim, ut licitum sit illius temporis sanctissimo et oecumenico Patriarchae, ter quotannis, sive

16) Ita *Zachariae* V. Cl., *Sypsomus*: *στίφος*. 17) Ad quem locum respiciat, nescio. 18) Haec obscuriora. 19) Codex *Ἄχαρ*. Cf. Iosue VII. 21. 20) Sic videtur legendum. Codex *τούτῳ*. 21) Apogr. *Zachar*. *ἐπαδείαν*, exemplar *Sypsomi* *ἐπαδείας*.

τετραμήνου περίοδον, τὸν κατὰ καιροὺς βασιλεύοντα περὶ τῶν ὑπερορίων ὑπομιμνήσκειν καὶ ἀναφέρειν περὶ αὐτῶν, ὡς ἂν εἰ μὲν ἀρκούντως δόξει τετιμωρῆσθαι[22]*) ὁ ἄνθρωπος, τῆς ὑπερορίας ἀνακληθεὶς, οἴκαδε πάλιν ἀφῖχθαι· εἰ δέ τι ἐνδεῖν πρὸς κόλασιν ἄξιος κρίνεται, πρὸς τὸ δοκοῦν μέτρον τῷ βασιλεύοντι αὖθις ἐαθῇ τιμωρούμενος. οὐδὲ γὰρ τὸ πρὸς ἀξίαν τῆς τῶν μοχθηροτέρων κολάσεως ἀφαιρούμενοι, τὴν νομοθεσίαν ταύτην εἰσφέρομεν, ἀλλ' ἐν ταὐτῷ καὶ τῆς τῶν μεθ' ἡμᾶς βασιλέων σωτηρίας φροντίζοντες, καὶ τοῖς ἀθλίως ἔχουσι, τὴν ἀπὸ τῆς λήθης περιτρέποντες ἄμυναν.* — [Epilogus.] *Ταῦτα οὖν ἡμῖν ἐμμερίμνως ἠκρίβωται καὶ τετύπωται. καὶ ἡ ἐπὶ τούτοις πᾶσι τῆς εὐσεβείας ἡμῶν διαταγὴ ὡς δεκτὴ θυσία καὶ καλλιέρημα τῷ Θεῷ προσενήνεκται· φυλάξαι δὲ ταῦτα καὶ τοῖς μεθ' ἡμᾶς αὐτοκράτορσιν, ἡμῖν μὲν εὐκταῖον καὶ περισπούδαστον. Εἰ δὲ μὴ δοκεῖ ἐκείνοις, τῷ περιφρονουμένῳ Θεῷ τῆς ἐπὶ τούτοις ἐκδικήσεως μελήσει· ὧν ἕκαστος, ἵνα μὴ ἔχῃ καταφεύγειν εἰς ἀπολογίαν ὅλως εὐπρόσωπον διὰ τοῦ ἁγιωτάτου καὶ οἰκουμενικοῦ Πατριάρχου ἐφ' ἑκάστῳ κεφαλαίῳ τῶν τῇδε τεθεσπισμένων ὑπομνησήσεται καὶ ἀπειθὴς εὑρισκόμενος ἴσως, κρίμα ἑαυτῷ θησαυρίσει ἐν ἡμέρᾳ ἀποτομίας Θεοῦ, καὶ ταῖς γεγραμμέναις τῇδε ἀραῖς ὑποκείσεται καὶ αὐτοῦ τοῦ ἁγιωτάτου καὶ οἰκουμενικοῦ πατριάρχου ἐξ ἀνάγκης πάσης εἰδέναι ὀφείλοντος ὡς, εἰ τῶν ἡμῖν δεδογμένων ἐνταῦθα περιφρονητὴς οὐκ ἐνδίκως φανείη, καὶ καθ' οἱονδήτινα λόγον μὴ παῤῥησιάσηται τὴν ἀλήθειαν, καὶ τὸν κατὰ καιροὺς αὐτοκράτορα ἐν εἰδήσει τῶν διωρισμένων ποιήσεται, καὶ καθ' ὅσον σθένει τοῦ ποιμνίου ὑπεραγωνίσεται, αὐτὸς τῷ Θεῷ τοὺς λόγους ὑφέξει, μισθωτὸς ἀντὶ ποιμένος φαινόμενος, καὶ ἐπὶ κρίματι τῆς ἰδίας ψυχῆς τὴν ἐμπιστευθεῖσαν αὐτῷ ποίμνην καθαπερεὶ θηρίοις τοῖς μοχθηροῖς εἰς βορὰν προτιθέμενος. Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ ὁ παρὼν χρυσόβουλλος ἐξετέθη λόγος, γεγενημένος κατὰ τὸν Δεκέμβριον μῆνα τῆς γ'. Ἰνδικτιῶνος ἐν ἔτει τῷ ,ϛφπη'. ἐν ᾧ καὶ τὸ ἡμέτερον εὐσεβὲς καὶ θεοπρόβλητον ὑπεσημήνατο κράτος. „Νικηφόρος ἐν Χριστῷ τῷ Θεῷ πιστὸς βασιλεὺς καὶ αὐτοκράτωρ Ῥωμαίων ὁ Βοτανειάτης.“*

quarti cuiusque mensis periodo, qui tunc regnabunt, imperatores exulantium admonere, deque iis referre: ut si satis iam homo punitus esse visus fuerit, ab exilio revocatus, domum redeat; sin vero etiam aliquid deesse videbitur ad poenam complendam, rursus maneat in poena ad mensuram regi placitam. Neque enim dignam pravorum poenam sublaturi hanc constitutionem inducimus, sed simul et succedentium nobis imperatorum saluti prospicientes et miseris contra oblivionem adhibentes auxilium. — *(Epilogus.)* Haec igitur studiose nobis elaborata et constituta sunt. Atque haec nostrae pietatis de his omnibus constitutio tanquam acceptum sacrificium et faustum omen Deo oblata est. Quae ut observetur etiam a successoribus nostris, nobis quidem optandum et valde expetendum est. Sin vero illis non ita videbitur, Deus contemptus vindictae curam habebit. Quorum quisque, ne confugere possit ad excusationem valde speciosam, per sanctissimum et oecumenicum Patriarcham uniuscuiusque horum edictorum capitis admonebitur, ac, forsitan obstinatus repertus, die iudicii divini detestationibus hic perscriptis obnoxius erit; quum ipse sanctissimus et oecumenicus Patriarcha necessario scire debeat, si horum placitorum nostrorum iniuria contemptor deprehendatur, et qualibet ratione veritatem non libere profiteatur, nec Caesarem tunc regnantem cognitione constitutorum impertiat, nec, quantumvis potest, gregi suo propugnet, se Deo rationem redditurum esse, quod conductitius pro pastore invenitur, et in perniciem suae animae traditum sibi, gregem malis hominibus tanquam bestiis devorandum obiicit. Propterea enim etiam praesens haec aureae bullae constitutio proposita est, facta mense Decembri, III. indictionis anno 6588. (1080.), in quo etiam pia nostra ac Deo subiecta potestas subscripsit: „*Nicephorus Botaniates* in Christo Deo fidelis Rex et Imperator Romanorum.“

VII.

Νεαρὰ τοῦ Βασιλέως κυρίου Ἀλεξίου τοῦ Κομμνηνοῦ[1]*), λίαν ὠφέλιμος, περὶ*[2]*) τῶν συντρίβειν τοὺς ἑαυτῶν ἀντιδίκους μηχανωμένων, τῷ βούλεσθαι δῆθεν κριθῆναι καὶ τιμηθῆναι τὴν ὑπόθεσιν παρὰ βασιλέως.* [*Ἀπολυθεῖσα κατα μῆνα Μάϊον, ἐπινεμήσεως τρίτης*[3]*)*].

[Prooemium.] *Παρὰ πολλῶν ὀχληθεῖσα ἡ βασιλεία μου ἀνέμαθεν, ὡς οἱ πλείους τῶν ἑλκομένων εἰς δικαστήρια, συντρίβειν τοὺς*[4]*) ἑαυτῶν ἀντιδίκους βου-*

VII.

Novella Imperatoris domini Alexii Comneni, valde utilis, de iis, qui adversarios suos vexare volentes, desiderant ut ipse Imperator de controversia eorum cognoscat eamque decidat. (Evulgata mense Maio Indictione tertia. 1095)

(Prooemium.) A multis oppugnata comperit maiestas mea, plerosque eorum, qui in iudicio conveniuntur, omnem industriam in eo ponentes, ut ad-

22) Codd. *τετιμωρεῖσθαι.*

1) Uterque codex, tam Parisiensis quam Bienerianus: *Ἑτέρα τοῦ αὐτοῦ*, quae, quum ad Manuelis constitutionem de homicidis (No. IX.) se referant, non Alexium, sed Manuelem novellae nostrae auctorem faciunt. Nomen Imperatoris, quod in textu exhibemus, suppeditavit *Balsamon* ad [*Photii*] Nomocan. IX. 1. Ed. Voell. II. 954. 2) Sequentia, quae argumentum constitutionis indicant, in solo Bieneriano codice leguntur. Inscriptionem quae legitur in utraque collectione iuris orientalis sive graecoromani (*Περὶ δικαστοῦ δι' ἀντιγραφῆς κωλυθέντος, τὴν ἐπ' αὐτῷ καταπεμφθεῖσαν δίκην γυμνάζειν*) ipse Bonefidius conflasse videtur. 3) Haec addidimus ex Balsamone. 4) Codd. *τῶν.*

λόμενοι, καὶ περὶ τούτου πᾶσαν εἰσφέροντες μηχανην, σοφιστικῶς καὶ ταύτην εὗρον τὴν μέθοδον· ἑλκομενοι γὰρ ἐπὶ τὰ δικαστήρια, κἀκεῖθεν λιβέλλους ἐπὶ ταῖς κινουμέναις δίκαις λαμβάνοντες[5]) *τὸν τῆς δίκης ὑπεκκλίνειν ἀγῶνα πειρῶνται διὰ τῆς εἰς τὴν βασιλείαν μου προσελεύσεως*[6]), *λύσεις τοῦ κράτους ἡμῶν ποριζόμενοι, ἐπιτρεπούσας τῷ ἀκολούθῳ*[7]) *τούτους εἰσάγειν μετὰ τῶν ἀντιδοκούντων*[8]) *αὐτοῖς ἐπὶ τὸ βῆμα τῆς βασιλείας μου, κἀντεῦθεν εἰς ὑπερθέσεις χωροῦσι πολλὰς καὶ διακενῆς ἐπὶ χρόνον μακρὸν τοὺς κατ᾽ αὐτῶν συνιστῶντας τὸ δικαστήριον κατατρίβουσιν.*

[Caput I.] *Ὅπερ ἵνα μὴ γίνηται, μηδὲ διὰ πονηρᾶς μεθόδου τὸ δικαστήριον παρὰ τῶν κακοτέχνων κατασοφίζηται, διορίζεται πᾶσιν ὑμῖν κ. τ. λ.*[9])

versarios suos vexent, etiam hoc artificium callide invenisse: quum enim in ius fuerint vocati, ibique libellos circa motas controversias susceperint, eo litis certamen subterfugere student, quod maiestatem meam adeunt, et ab imperii culmine rescripta eliciunt, quae praeposito sacri cubiculi eos ipsos una cum adversariis eorum ad tribunal majestatis meae producere permittunt. Ibi vero ad plurimas cunctationes progrediuntur, et inania proferentes, eos qui cum ipsis iudicio consistunt, per longum tempus morantur.

(Caput I.) Quod ne amplius fiat, neque iudicia a malarum artium fabris frustrentur, maiestas mea vobis omnibus etc.

VIII.

Χρυσόβουλλον τοῦ βασιλέως κυρίου Μανουὴλ τοῦ Κομνηνοῦ[1]), *καταστρωθὲν*[2]) *ἐν τοῖς σεκρέτοις*[3]).
Μηνὶ Αὐγούστῳ[4]), *ἡμέρᾳ ς΄., ἰνδ. ζ΄. κατεστρώθη χρυσόβουλλον περιέχον οὕτως·*

[Prooemium.] *„Ἀδικίαν*[5]) *ἐμίσησα καὶ ἐβδελυξάμην*[6]), *τὸν*[7]) *δὲ νόμον σου ἠγάπησα“· ὁ ἐν βασιλεῦσι προφητικώτατος ταῦτα πρὸς τὸν Θεὸν τὰ ῥήματα διαλέγεται, διὰ τούτων παιδαγωγῶν καὶ ῥυθμίζων, ὡς ἔγωγε οἶμαι, πάντας τοὺς τὴν βασίλειον περιεζωσμένους ἀρχήν, μηδέν τι τοῦ δικαίου τίθεσθαι προὐργιαίτερον, ἀλλὰ πρὸς τὰ ἐκεῖθεν ἀφορῶντας*[8]) *δικαιωτήρια, τὰς ἑαυτῶν πράξεις πάσας διοικονομεῖν τε καὶ διϊθύνειν κατὰ τὴν τοῦ δικαίου εὐθύτητα, ὅτι καὶ „τὸ πρόσωπον τοῦ Θεοῦ εὐθύτητα*[9]) *εἶδεν,“ ὡς δεδιδάγμεθα*[10]), *καὶ „δίκαιος τυγχάνει*[11]) *ὁ κύριος, καὶ δικαιοσύνας ἠγάπησεν.“ Ταύτῃ τοι καὶ ἡ βασιλεία μου ἐξότου πρὸς τὸ βασίλειον ὕψος ἀνηνέχθη παρὰ Θεοῦ, οὐδέν τι παρὰ τὴν τοῦ δικαίου ἰσότητα ἐνεργῆσαι, ὅσα γε αὐτὴν εἰδέναι*[12]), *ἠθέλησε πώποτε. Ἐπεὶ δὲ τὸ τοῦ ἀνθρωπίνου*[13]) *γένους ὀλισθηρὸν καὶ οὐκ ἀπεικός ἐστιν ὑποπτεῦσαι, μηδὲ τὴν εὐσεβῆ διαδρᾶναι ἡμῶν γαληνότητα, καὶ εἴτε κατὰ λήθην (δυσμαχώτατον γὰρ ταύτην ἅπαντες ἴσασιν), εἴτε καθ᾽ ἕτερον τρόπον οἰκονομίας, διορίσασθαί τι ἐγγρά-*

VIII.

Aurea bulla Imperatoris domini Manuelis Comneni secretis inserta.
Mense Augusto, die sexta, Indict. septimae aurea bulla actis insinuata est, quae sequentia amplectitur.

(Prooemium.) „Iniquitatem odio habui, et abominatus sum, legem autem tuam dilexi.“ Haec verba ille inter reges divino spiritu quam plurimum afflatus ad Deum effatur, moderaturus per ea, ut equidem opinor, omnes imperiali diademate cinctos, ne quid iustitia habeant antiquius, sed ut poenas respicientes, quae illic eos manent, quidquid faciunt secundum iustitiae rectitudinem dirigant atque gubernent. Nam et Dei persona, rectitudinis non est expers, sicut edocemur: „quoniam iustus Dominus et iustitias dilexit.“ Propterea etiam maiestas mea, ex quo ad imperiale fastigium a Deo evecta est, in quantum quidem ipsa sciat, nihil unquam citra iustitiae aequitatem voluit operari. Quum autem humanum genus caducum sit, neque absonum suspicari, ne nostram quidem piam serenitatem hanc culpam effugisse, sed, sive recti oblitam (oblivionem enim difficillime superari, sciunt omnes) sive alio modo, in administranda republica maiestatem meam

---

5) Cf. Nov. Iustin. 53. c. 3. §. 2. 6) Ita scripturae compendia, quae exhibet Codex Bienerianus, legenda esse credidimus. Sed et *προσκαλέσεως* neque a sensu, neque a literarum ductibus abhorreret. Cod. Paris. *προσενέξεως*. 7) Cf. *Du Fresne* Glossarium h. v. p. 41. 8) Rectius forsitan erit legendum: *ἀντιδικούντων*. 9) Sequentia leguntur apud Balsamonem l. c., in Iure orient. *Enim. Bonefidii* p. 76. 77. et in I. Gr. Rom. I. 140. II. 184., 85. Varietas lectionis, quam, utriusque codicis apographa cum Iure Graeco-Romano conferens, observavi, haec est: pag. 184. lin. 2. *προεστηκόσιν ἡ βασ.* — lin. 3. *οἷα δὴ τινι προσέχειν* — lin. 4. *ἐπ᾽ αὐτὸν* — lin. 7. *σφραγίδα ἐπιφέρηται* — lin. 8. Cod. Bien. *διὰ τῆς σκέψεως* — lin. 10. *μου πορίσεται* — lin. 14. Cod. Bien. *παραδράμει* — lin 17. *βασιλείας μου βῆμα.* — Ita et apud *Voellum* l. c. — lin. 18. *γενέσθαι* deest in utroque cod. — lin. 19. *διαγνωσιν· ἀλλὰ τέμνειν τὴν* desunt in Cod. Paris. — lin. 21. *τῷ δικαζομένῳ.* Ita et apud *Voellum* — lin. 21. 22. Cod. Bien. *τῆς ἐκκλησίας* — lin. 24. *ἀνατεθειμένας.* Ita et apud *Voellum.* — lin. 25. *πέρας ταύταις* — Pag. 185. lin. 1. Cod. Paris. *εἰσαχθῆναι εἰς τὴν δίκην* — lin. 3. Cod. Paris. *ἕως ταύτης* — ibid. *τοῦ αὐτοῦ δικαστοῦ* — lin. 4. *διδυμένοις* — lin. 7. Cod. Paris. *ἐπαδείαν* — lin. 8. *ἢ ἕτερον.*

1) Cod. Bien. *χρυσόβουλλον τοῦ αὐτοῦ.* Cod. Paris. nil praeter *χρυσόβ.*, sed in marg. adscriptum: *Μανουήλ.* 2) Cf. *Du Cange* Glossar. s. v. *καταστρωννύειν* p. 614. 15. et s. v. *σέκρετον* p. 1347. 3) Cod. Paris. addit: *ἔχον οὕτως.* Reliqua inscriptionis pars desideratur in Cod. Bien. 4) Cod. Par. addit *ιδ΄*.. quae me non intelligere fateor, quum numerum *ς΄*. ad dies respicere nos doceat indictionum computatio. An. VIII. Id? 5) Desumta sunt ex Psalmo 119. (118.) vers. 163. 6) Codd. *ἐβδηλυξάμην.* 7) Cod. Par. *ὧν.* 8) Codd. *ἀφορῶντα.* 9) Codd. *εὐθήτατας.* 10) Psalm. 11. (10.) vers. 10. 11) Codd. *τυγχανω.* 12) Par. *μ᾽δίντα.* 13) Par. *ἀνθρώπου.*

φως τὴν βασιλείαν μου, μὴ τῆς τοῦ δικαίου ἀκριβείας καθάπαξ ἐχόμενον, καὶ[14]) πάντη ἀνύποπτον τῷ ἀδεκάστῳ τοῦ συνειδότος κριτῇ, καθεκάστην ἀνακρινομένη ἡ βασιλεία μου, καὶ καθαρὰν τὴν οἰκείαν συνείδησιν καὶ ἐλευθέραν πάθους ἀνθρωπίνου παντός, τά γε πρὸς εὐθυδικίαν καὶ τοῦ δικαίου συντήρησιν, τῷ δικαίῳ τῶν καρδιῶν καὶ τῶν νεφρῶν ἐταστῇ[15]) καρποφορῆσαι πειρωμένη, ὡς οἷόν τε, ὥςπερ τινὰ θυσίαν δεκτὴν αὐτῷ καὶ εὐάρεστον, πρὸς τὴν παροῦσαν ἀπεῖδεν ὑπόθεσιν[16]) ἡ γαληνότης ἡμῶν. — [Caput 1.] Διορίζεται γὰρ διὰ τῆς παρούσης χρυσοβούλλου γραφῆς, ἵνα εἴ τι δι' ὅλου τοῦ καιροῦ[17]) τῆς αὐτοκρατορίας ἡμῶν ἀγράφως ἢ ἐγγράφως ὁρισθῇ παρὰ τῆς βασιλείας μου ἐναντίον τῷ δικαίῳ καὶ τῇ τῶν νόμων εὐθύτητι, ἄκυρον τοῦτο διαμείνῃ καὶ τὸ ἄπρακτον ἕξει παντάπασιν. Οὔτε γὰρ ὁ τοιοῦτον πορισάμενος τῆς βασιλείας μου ὁρισμόν[18]), ἐν οἱαδήτινι προστάξει ἢ ἐν χρυσοβούλλῳ γραφῇ θεωρούμενον ἔκτοτε, κατά τι ὠφεληθήσεται, οὔτε τὸ ἐξ αὐτοῦ ὁπωσδήποτε μέρος βλαπτόμενον, τοιουτοτρόπως ἐκπεσεῖται τοῦ προσόντος δικαίου αὐτοῦ[19]) ὁθενδήποτε, κἂν πρόσωπον[20]) εἴη τυχὸν ἢ μοναστήριον ἢ σέκρετον[21]) εὐαγὲς ἢ οἱαδήτις ἐκκλησία, ὥσπερ ἂν εἰ μηδόλως ἐμεσολάβησε[22]) μέσον αὐτοῦ ἔγγραφος οἱοσδήτις βασιλικὸς ὁρισμός. — [Caput 2.] Πᾶσα δὲ πρόσταξις γεγονυῖα ἢ καὶ γενησομένη ὁτεδήποτε καὶ ὁπωςδήποτε πρὸς ἐναντίωσιν τοῦ παρόντος τῆς βασιλείας μου ὁρισμοῦ, κἂν ἐν χρυσοβούλλῳ ἴσως θεωροῖτο γραφῇ, τὸ ἄπρακτον, ὅσον ἐπὶ τούτῳ, ἀποίσεται[23]), καὶ ὡς μηδόλως ἐκφωνηθεῖσα μόνον οὐχὶ λογισθήσεται· τοῦ παρόντος χρυσοβούλλου λόγου τῆς βασιλείας μου μετὰ τὸ ἐγκαταστρωθῆναι τοῖς τοῦ δημοσίου ἀρχείοις, ἀποτεθῆναι ὀφείλοντος τῷ εὐαγεῖ σεκρέτῳ τοῦ χαρτοφυλακείου[24]) τῆς ἁγιωτάτης μεγάλης ἐκκλησίας, εἰς ἐπικουρίαν κοινὴν καὶ ἐπίθαλψιν, ὡς βεβαίου καὶ ἀσφαλοῦς τυγχάνοντος, γεγενημένου κατὰ τὸν νοέμβριον μῆνα τῆς ζ'. ἰνδ. τοῦ ,ςχξζ'. τους· Ἐν ᾧ[25]) καὶ τὸ ἡμέτερον[26]) εὐσεβὲς καὶ[27]) θεοπρόβλητον ὑπεσημήνατο[28]) κράτος. εἶχε τὸ σύνηθες κανίκλωμα, καὶ ὑπογραφὴν τοῦ βασιλέως ταύτην· „Μανουὴλ ἐν Χριστῷ τῷ Θεῷ πιστὸς βασιλεὺς Πορφυρογέννητος καὶ αὐτοκράτωρ Ῥωμαίων ὁ Κομνηνός.“ Καὶ κάτωθεν[29]) ἀπῃωρημένην βούλλαν χρυσῆν διὰ μετάξης ὀξείας. Καὶ ἔξωθεν τό· „διὰ τοῦ ἐπὶ τοῦ[30]) κανικλείου καὶ δικαιοδότου Θεοδώρου τοῦ Στυπειώτου.“ Καὶ τὸ[31])· „κατεστρώθη ἐν τῷ σεκρέτῳ τοῦ μεγάλου λογαριαστοῦ[32]), κατὰ μῆνα ἰανουάριον ἰνδ.[33]) ζ'“.

in scriptis quid constituisse, quod accuratae iustitiae rationi non prorsus consentaneum est, nec apud incorruptum conscientiae iudicem suspicionis notam effugeret; propriam mentem quotidie scrutata maiestas mea, puram suam conscientiam, et ab humanis affectibus in iis rebus, quae iustam iurisdictionem et accuratam legum custodiam respiciunt, immunem, iusto cordum et renum exploratori, in quantum fieri potest, tamquam acceptum gratumque sacrificium offerre studens, ad praesentem constitutionem serenitas nostra respexit. — *(Caput 1.)* Edicit enim per praesentis aureae bullae scripturam, ut si per integrum tempus imperii nostri, sive scripto, sive non scripto, a maiestate mea quid fuerit constitutum, quod iustitiae rectaeque legum rationi repugnat, hoc maneat irritum, et nullum omnino sortiatur effectum. Neque enim qui eiusmodi definitionem maiestatis meae profert, in qualicumque rescripto, vel in aureae bullae scriptura conspiciendam, aliquatenus ea iuvabitur, neque altera pars, quae tali rescripto quacumque ratione laederetur, iure suo, quod quovis modo adepta sit, excidet, etsi persona .... sit, vel monasterium, vel secretarium aedis sacrae, vel quaevis ecclesia, quasi illa qualiscumque imperialis literisque consignata definitio omnino nunquam intervenerit. — *(Caput 2.)* Omnis autem vel iam facta, vel etiam quandocumque et quomodocumque in abrogationem praesentis huius regiae meae definitionis adhuc facienda constitutio, etsi forsitan in aureae bullae conspiciatur scriptura, in iis quae hic sanximus, pro irrita et quasi omnino non publicata tantum non habeatur. Praesentis vero aureae bullae, quam maiestas mea proposuit, tenor, posteaquam in archiis publicis fuerit insinuatus, in sacro secretario scrinii Chartophylacis sanctissimae maioris ecclesiae reponendus est, qui quasi commune auxilium atque fomentum, quod semper firmum ratumque sit, compositus est mense Novembri Indictionis VII. anni 6667. (1159.); in quo etiam pia et Deo subiecta maiestas nostra subsignavit. Habuit consuetam subsignationem purpuream et hancce subscriptionem imperatoris: „*Manuel in Christo Deo fidelis imperator, Porphyrogenitus et autocrator Romanorum, Comnenus.*“ Et infra auream bullam suspensam de serico violaceo. Et extrinsecus hoc: „Per Praepositum sacri atramentarii et iuridicum Theodorum Stypeotam.“ Et hoc: „Insinuata est in secretario magni Logariastae, mense Ianuario, Ind. VII.“

14) Codd. οὐ. 15) Cf. Psalm. 7. vers. 10. 16) Cf. *Du Fresne* h. v. p. 1645. 17) Cod. Bien. inserit παρὰ. 18) Cod. Bien. ὁρισμου. 19) Scribendum videtur: αὐτῷ. 20) Cuius generis personas significaverit imperator, librariorum incuria excidisse videtur. 21) *Du Fresne* h. v. initio p. 1346. 22) Cf. *Wesseling* ad Diodor. Sicul. XI. 2. 23) Par. ἐποίσεται. 24) *Du Cange* v. χαρτοφύλαξ p. 1739. 25) Sequentia laudantur a *Du Cangio* in Gloss. v. κανίκλωμα p. 574. 26) *Du C.* ἥμερον. 27) καὶ deest apud *Du C.* 28) *Du C.* ὑπεσήμαινε. 29) *Du C.* κάτω μέν. 30) τοῦ deest apud *Du C.*, qui habet uno verbo Ἐπικανικλείου. 31) καὶ τὸ usque ad σεκρέτῳ desunt ap. *Du C.* 32) Cf. *Du Cange* in Glossario s. v. λογάριον p. 819. 33) *Du C.* μηνὸς.

IX.

Νεαρὰ τοῦ βασιλέως κυροῦ Μανουὴλ τοῦ Κομνηνοῦ περὶ φονέων καὶ ὅπως οἱ τοιοῦτοι ἐπιτιμᾶσθαι ἢ τιμωρεῖσθαι ὀφείλουσιν.

[Prooemium.] *Τοῖς ἀρχηγέταις τοῦ γένους ὁ τῆς κακίας γεννήτωρ ἀπὸ φθόνου καὶ φόνου τὰς ἀρχὰς τῆς πονηρίας ἐπήξατο, συλλαβὼν*[1]) *μὲν τὸν φθόνον καὶ ὠδινήσας, ἀποτεκὼν δὲ τὸν φόνον, ἅτε ζωῆς πολέμιος ὢν καὶ τῷ δημιουργῷ καὶ πλάστῃ τῶν ἀνθρώπων ἀντίπαλος· εἰ ἐκεῖνος μὲν παράγειν*[2]) *καὶ συνέχειν τὸ πλάσμα ηὐδόκησεν, αὐτὸς δὲ ἀναιρεῖν καὶ ἀπολλύειν*[3]) *ἐξ ἀρχῆς καὶ μέχρι παντὸς μεμελέτηκε. Δι' αὐτοῦ*[4]) *καὶ παρ' ἀδελφοῖς τὰ πρῶτα φθόνος, τὸ πονηρὸν τοῦτο καὶ ὀλέθριον παραβλαστάνει ζιζάνιον, καὶ φόνον καρποφορεῖ καὶ ἀντιπράττει δι' αὐτοῦ τῷ ποιήσαντι. Ἀλλ' ὅρα καὶ τὴν τιμωρίαν οὐ διαμέλλουσαν, παρὰ πόδας δὲ μᾶλλον καὶ ἀπαραιτήτως ὑπὸ Θεοῦ τῷ τοῦ μύσους ἐργάτῃ προσαγομένην καὶ εἰς τὸ ἑπταπλάσιον ἀντιμετρουμένην. Καὶ δῆλον ἐκεῖθεν· „πᾶς*[5]) *γὰρ ὁ ἀποκτείνας Καῒν ἑπτά," φησί, „τὰ*[6]) *ἐκδικούμενα παραλύσει*[7])," *ἐν οἷς καὶ τὸ τρέμειν αὐτὸν συγκατηρίθμηται, ἵνα δηλονότι μηκέτι δεύτερον ἰσχύσῃ φόνον ἐργάσασθαι. Καὶ οὕτω μὲν ὁ Καΐν. Ἐν δὲ τῷ Λάμεχ ἠκηκόειμεν οὐχ ἑπτάκις μόνον, ἀλλ' ἑβδομηκοντάκις τὰ τῆς ἐκδικήσεως*[8]) *ὡς φονευτῇ καὶ αὐτῷ γεγονότι ἀντιμεμέτρηται*[9]). *Καὶ οἱ περὶ τὸν Ἀχαὰβ ὡς τὸν κατὰ τοῦ*[10]) *Ναβουθαὶ*[11]) *μελετήσαντες ἄδικον φόνον καὶ τολμήσαντες ἤκουσαν*[12])· „*ἐφόνευσας, ἐκληρονόμησας*". *καὶ·* „*ἐν τῷ τόπῳ, ἐν ᾧ ἔλειξαν οἱ κύνες τὸ αἷμα Ναβουθαί*[13]), *ἐκεῖ ἐκλείξουσιν οἱ κύνες τὸ αἷμά σου*[14])" *καὶ·* „*τὴν Ἰεζάβελ κύνες καταφάγονται ἐν τῷ προτειχίσματι τοῦ Ἰσραήλ*[15])." *Καὶ τὰ μὲν τῆς παλαιᾶς, ὡς ἐκ πολλῶν ὀλίγα φάναι, τοιαῦτα. Ἐπὶ δὲ τῇ τῆς νέας χάριτος ἱλαρότητι, ὅτε πρὸς φόνον ὥρμων*[16]) *τοῦ εὐεργέτου οἱ ἐξ Ἰσραὴλ ἀγνώμονες ὄντες καὶ σκληροκάρδιοι, ἀκούομεν τοῦ σωτῆρος τῷ λαβόντι μάχαιραν τὸν ἐκ τῆς μαχαίρας ἐπαπειλοῦντος θάνατον*[17]). *Ἀλλὰ καὶ ὁ πολιτικὸς καὶ παλαιότερος νόμος*[18]) *τῶν ἱερῶν ἀπείργει περιβόλων*[19]) *τὸν φονευτὴν καὶ τὸν τοῦ ἐλέου καὶ τῆς φιλανθρωπίας ναὸν παντάπασι τούτοις ἀπέκλεισεν, ἄδικον εἶναι λογισάμενος, τὸν τὰς χεῖρας πεπλησμένας αἵματος φέροντα τῆς ἀπὸ τῶν νόμων ἐπηρτημένης αὐτῷ ἐξελέσθαι κατακρίσεως καὶ κολάσεως. Ταῦτα δὲ πάντως διωρισμένα*[20]) *τῷ Μωσαϊκῷ κατακολουθήσει νόμῳ*[21]), *τῷ ἐκ τοῦ θυσιαστηρίου τὸν φονέα λαμβάνειν θεσπίζοντι*[22]). *Ἀλλ' ὅτι μὲν ἡ τοῦ φόνου πλημμέλεια ἐναγὲς τῷ ὄντι καὶ θεοστυγές, ἔκ τε τῶν θείων νόμων καὶ τῶν ἀνθρωπίνων ἀρκούντως δεδήλωται. Περὶ δὲ τῶν τοιούτῳ περιπιπτόντων ἐγκλήματι*

IX.

Novella Imperatoris domini Manuelis Comneni de homicidis, et quomodo mulctari vel puniri debeant.

(Prooemium.) Auctoribus generis humani genitor improbitatis ab invidia et caede malitiae compegit initia, concipiens invidiam atque parturiens, caedis vero edens partum, quippe vitae inimicus, et creatori atque fabricatori hominum adversarius. Siquidem hic creaturam promovere voluit et conservare, ille e contrario extinguere et pessum dare. Per eum etiam inter fratres pullulat primum invidia, lolium illud malignum et perniciosum, deinde caedem fructificat, per quam creatori repugnat. Sed ecce et vindictam, non cunctantem, imo e vestigio et inexorabiliter auctori sceleris a Deo immissam, et in septuplum repensam. Hoc enim inde patet, quod ait scriptura: „septuplum ultio dabitur de Cain," in quo etiam trepidatio eius comprehensa est, ne scilicet unquam iterum caedem perpetrare conetur. Et hoc quidem de Cain. De Lamech vero, qui et ipse homicida factus est, audivimus, non septies solum, sed septuagies septies ultionem impositam esse. Et Achab, iniustam illam caedem Naboth animo concipiens et ad exitum perducens, audivit: „Occidisti, insuper et possedisti", et: „In loco hoc, in quo linxerunt canes sanguinem Naboth, lambent quoque sanguinem tuum", et: Canes comedent Iezabel in agro Iezrahel". Et haec quidem veteris [testamenti], ut ex multis pauca afferam, exempla. In novae vero gratiae hilaritate, quum ad caedem benefactoris ruerent Israelitae obcoecati durique cordis, Salvatorem audimus, ei qui gladium strinxerit, mortem ex gladio minitatum. Sed et lex civilis, et ea quidem antiquior, arcet homicidam a sacris septis, templumque misericordiae et humanitatis eiusmodi hominibus omnino occlusit, iniustum esse rata, eum, cuius manus sanguine sunt perfusae, eripi condemnationi et poenae, secundum leges imminenti. Quae vero ita constituta sunt, Mosaicae legi ad amussim conveniunt, quae homicidam ab altari evellere concedit. Sed quod homicidii crimen vere piaculum sit, Deoque exosum tam divinae leges quam humanae sufficienter mani-

---

1) Sic recte Cod. Par. 1351. Bien. *συλλαβῶν*, ut statim *ἀποτεκῶν*. 2) An *προάγειν*? 3) Cod. Par. *ἀπολύειν*. 4) Ita nobis scribendum videbatur. Cod. Bien. *διὰ τοῦ*. Par. *διὰ τοῦτο*. 5) Par. *πῶς*. 6) In Par. deest *τὰ* 7) Genes. IV. vers. 24. 8) Par. *ἐνδικήσεως*. 9) Genes. ibid. Cf. Matth. XVIII. v. 22. 10) In Par. deest *τοῦ*. Bien. *κατὰ τὸν τοῦ*. 11) Par. *Ναβουθί*. Cod. Bien. *Ναβουθα*. 12) I. (III.) Reg. 21. vers. 19. 13) Codd. Par. et Bien. ut supra. 14) Notandae sunt differentiae a versione LXX interpretum. 15) vers. 23. l. c. 16) Par. *ὥρμιων*. 17) Matth. XXVI. vers. 51. 18) Nov. Iustin. 17. cap. 7, Nov. 37. 19) Cf. quae de *περιβόλῳ* et de *θυσιαστηρίῳ* docte disputavit *Iac. Gothofredus* ad Theod. Cod. VIII. 45. const. 4. Ed. *Ritter* T. III. p. 400 — 2. 20) Cod. Bien. *διορισμένα*. Par. *διωρίσματα*. 21) Exod. XXI. vers. 12 — 14. Deuteron. XIX. 12. 13. I. (III.) Reg. 2. vers. 28. 22) Par. *θεσπίζοντα*.

καὶ τῇ ἁγιωτάτῃ καὶ μεγάλῃ τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίᾳ προσφευγόντων[23]) *τὰ δόξαντά οἱ νομοθετήσας*[24]) *ὁ Πορφυρογέννητος κυρὸς Κωνσταντῖνος διωρίσατο*[25]), *ἀειφυγίᾳ μὲν τοὺς ἑκουσίους*[26]) *φονεῖς ἅπαντας ἀπαραιτήτως καθυποβάλλεσθαι, καὶ μὴ συγχωρεῖσθαι περινοστεῖν αὐτοὺς καὶ φαίνεσθαι ἐν τῇ γῇ, ἣ*[27]) *τὸ τοῦ πλησίον αἷμα χανοῦσα κακῶς ὑπεδέξατο*[28])· *τούς γε μὴν ἐκ μελέτης καὶ βεβουλευμένως*[29]) *καὶ μετὰ σκέψεως τὸν ἀδελφικὸν κατεργασαμένους θάνατον, σὺν τῇ ἀειφυγίᾳ καὶ ἀποκείρεσθαι πάντως διετάξατο, καὶ τοῖς μοναχοῖς ἐγκαταλεγέντας*[30]) *παρ' ὅλην αὐτῶν τὴν ζωὴν τῷ μοναστηρίῳ προσμένειν, μετὰ τὸ καὶ ἄλλας ποινὰς ὑφίστασθαι (περὶ ὧν πλατύτερον τὰ περὶ τούτων ἐκφωνηθέντα νεαρὰ θεσπίσματα διορίζεται), μηδὲν περὶ τῶν μὴ*[31]) *προσφευγόντων τῇ ἁγιωτάτῃ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ διορισάμενος, ὡς τοὺς πολιτικοὺς νόμους ἀπαρακινήτως*[32]) *ἐπὶ τούτων τηρεῖσθαι*[33]) *βουλόμενος καὶ τὴν τιμωρίαν τοῖς φονεῦσιν ἐπάγεσθαι*[34]), *καθὼς ἡ τούτων νομοθεσία παρακελεύεται. Πρόφασις οὖν ἡ τοιαύτη νεαρὰ νομοθεσία τοῖς παλαμναιοτάτοις τῶν ἀνθρώπων καὶ ἐπαράτοις γέγονε τοῦ μετὰ πολλῆς ἀδείας ἐπὶ τὰς μιαιφονίας ἐκτρέχειν, καὶ τῆς τυχούσης λαβομένους προφάσεως, τηλικοῦτον μύσος ἐργάζεσθαι καὶ προσφεύγειν τῇ ἐκκλησίᾳ, καὶ γράμμα συμπαθείας πορισαμένους ἀναστρέφειν*[35]) *οἴκαδε*[36]). *Κἀντεῦθεν οἱ πλείους καὶ δευτέροις καὶ τρίτοις φόνοις καὶ πλείοσιν ἐπιτολμῆσαι οὐκ ὤκνησαν διὰ τὸ χαῦνον καὶ καταπεφρονημένον, — οὐ γὰρ ἂν εἴποιμι συμπαθές — τῆς προτέρας κολάσεως· συμπάθεια γὰρ ἐπὶ τοῖς πεπονθόσι κακῶς, οὐκ ἐπὶ τοῖς δράσασι, καὶ γίνεται δικαίως καὶ λέγεται· ἐπὶ δὲ τοῖς κακῶς πράττουσιν οὐκ ἀδιακρίτως χρὴ ταύτην γίνεσθαι. Ταύτης δὲ τῆς νομοθεσίας κἀκεῖνο δὴ συνέβη τὸ μέρος, λέγω δὴ τὴν ἀειφυγίαν, εἰς παντελῆ ἀχρησίαν*[37]) *ἐλάσαι. Λόγος*[37a]) *γὰρ νῦν ἀειφυγίας οὐδείς, ἀλλὰ πάντες οἱ φονευταὶ ἀδεῶς καὶ πάλιν ἐκεῖσε περινοστοῦσιν, ἔνθα τὸ μύσος εἰργάσαντο*[38]). *Πρῴην μὲν γὰρ οἱ ἐν τοῖς θέμασιν ἀποστελλόμενοι, εἴτε πολιτικὴν περιεζωσμένοι ἀρχήν, ἢ καὶ στρατιωτικὴν ἐνδεδυμένοι ἀξίαν, φόνου τολμηθέντος, ἔσπευδεν*[39]) *ἕκαστος καὶ τοῦ ἑτέρου προέτρεχε, τὸν φονέα συλλαβεῖν προθυμούμενοι καὶ τὴν ἐπ' αὐτῷ ἐπεξέλευσιν κατα νομικὴν ἀκολουθίαν ποιήσασθαι, καὶ δια τῆς ἐπὶ τούτῳ κολάσεως ἀναστεῖλαι τοὺς ὁμοιόφρονας. Νῦν δὲ οἱ τοῖς θέμασιν ἄρχοντες, ὡς μανθάνει ἡ βασιλεία μου, τοῦ καλοῦ μὲν τελείως ἠλογηκότες καὶ πρὸς τὴν τῶν ἀνθρώπων σωτηρίαν συντείνοντες*[40]), *ἓν δὲ καὶ μόνον συμπέρασμα τῆς ὅλης αὐτῶν ἐνεργείας ποιούμενοι τὸν χρηματισμόν, καὶ τὴν κακὴν αἰσχροκέρδειαν καὶ τὸ κέρμα περιχάσκοντες, οὐ μόνον οὐκ ἀναψηλαφῶσιν, ὅτε φόνος τις ἐν ᾗ διέπουσι χώρᾳ γένηται, τοὺς τὸ τοιοῦτον δεινὸν πλημμελήσαντας, ἀλλ', ὃ τούτου χείριστον, τινὲς τῶν*

festant. Porphyrogenitus autem dominus Constantinus, quae sibi de iis viderentur, constituens, qui huiusmodi facinus in se admittunt, et ad sanctissimam et magnam Dei ecclesiam confugiunt, edixit, omnes quidem voluntarios homicidas perpetuo exsilio subiiciendos, nec eis concedendum esse, ut unquam revertantur, et in ea terra procedant, quae alterius sanguinem hiante ore invita excepit; eos vero, qui praemeditato et consulto, institutaque deliberatione caedem fratris patrassent, praeter perpetuum exsilium utique etiam tonderi iussit, et monachis adnumeratos, per integram eorum vitam in monasterio permanere; et aliis eos subiiciens poenis, de quibus fusius definiunt novellae constitutiones de ea re propositae. Circa eos autem, qui ad sanctissimam magnam ecclesiam confugiunt, nihil novi constituit, ut qui civiles leges in his immutatas observari, eandemque homicidis poenam irrogari voluerit, quam illarum sanctio definivit. Talis autem nova constitutio perditissimis et execrandis hominibus causae fuit, summa cum impudentia in caedes excurrendi, et arrepta effugii occasione, postquam summa scelera perpetraverint, ad ecclesiam confugiendi, impetrato indulgentiae rescripto, domum inde reversuri. Inde igitur multi et secunda et tertia homicidia, vel etiam plura aggredi non dubitarunt, vilipendentes scilicet prioris poenae, non dixerim indulgentiam, sed lenitatem; indulgentiam enim mala perpessis, non perpetrantibus, concedi et sermonis usui et rationi consentaneum; malefacientibus autem promiscue eam impertiri non decet. Sed et contigit praeterea, alteram huius legislationis partem, perpetuum dico exsilium, in desuetudinem prorsus abiisse. Hodie enim perpetui exsilii nulla habetur ratio, sed omnes homicidae audacter ibidem versantur, ubi piaculum patrarunt. Olim enim qui in provincias delegabantur, sive civilibus muneribus praefecti sive etiam militari dignitate induti, quum caedes aliqua esset commissa, quisque properabat, et alter alterum praecellere studebat, caedis auctorem comprehendere, poenasque secundum legum consequentias commissas de eo sumere, atque per huius punitionem alios similiter animatos ad rectum tramitem revocare sollicititi. Nunc vero provinciis praepositi, ut maiestas mea comperit, quasi honestum penitus aspernarentur, nimiumque ad servandas sontium vitas intenti, unum solumque industriae finem in opibus accumulandis pravaque avaritia ponentes, et nummulis inhiantes, non solum si in regione, quam administrant, caedes perpetrata sit, eos qui tantum facinus commiserunt, non anquirunt, sed nonnulli eorum, quod longe improbissimum est, a se iam deprehensos et in vin-

23) Par. *προσφευγόντων ἐκκλησίᾳ.* 24) Par. *νομοθελήσας.* 25) Similia ex *Cuiacio* leguntur in notis *Reitzii* ad *Harmenopulum* VI. 6. §. 5. not. 11., quae tamen non constitutioni Manuelis, sed scholiastae cuidam deberi videntur. Ipsa Constantini novella habetur in I. Gr. Rom. I. 111. 26) Cod. Bien. *ἑκουσίως.* 27) Cod. Bien. *ᾗ.* 28) Cod. Bien. *ὑπεδείξατο.* In ipsa Const. Porph. constitutione haec leguntur: . . . *καὶ μηδέποτε περινοστῶν ἐκεῖ, καὶ αὐλιζόμενος ἐν τῇ γῇ, ἣ ἔχανε τὸ τοῦ ἀδίκως ἀναιρεθέντος ἀδελφοῦ ὑποδέξασθαι αἷμα.* 29) Codd. *βεβουλεμένως.* 30) Codd. *ἐγκαταλαγέντας.* 31) Cod. Bien. *μέν.* 32) Cod. Bien. *ἀπαρατηρήτους.* 33) Cod. Bien. *κινεῖσθαι.* 34) Par. *ἐπείγεσθαι.* 35) Par. *ἀποστρέφειν.* 36) Cod. Bien. *οἴκαδεν.* 37) Cod. Par. *ἀχρηστίαν.* 37a) Par. *χρόνος.* 38) Par. *ἐργάσαντο.* 39) Ita scribendum esse credidimus; in codd. *ἔπευδεν.* 40) Codd. corrupte *συντείνοντος*

τοιούτων καὶ τοὺς ἤδη φωραθέντας ὑπ' αὐτῶν καὶ κρατηθέντας περικρύπτουσι, καὶ λαθραίως εἰς τὴν μεγάλην ἐκκλησίαν προπέμπουσι. Περὶ δὲ τῶν γινομένων ἐπ' αὐτοῖς μετὰ τὸ προσδραμεῖν τῇ ἁγιωτάτῃ τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίᾳ ἡ μὲν βασιλεία μου ἀκριβῶς οὐκ οἶδεν· ἀκούει δὲ ὅμως οὐκ ἀγαθά, καὶ ἁπλῶς τοῦτο ἐξ ἁπάντων ἀποτελεῖται, τὸ [41]) ἐν παντὶ τόπῳ τῷ ὑπὸ τὴν Ῥωμαϊκὴν ἐπικράτειαν φόνους ἀδεῶς καθημέραν τολμᾶσθαι. Ὅταν οὖν ἡ βασιλεία μου ἀναλογίσηται [42]), ὅπερ παρ' ἔθνεσιν, ἃ μήτε νόμος θεῖος ἀπεῖρξε, μήτε μελλούσης καὶ φρικτῆς κολάσεως ἀπειλὴ τοῦ κακῶς εἰς ἀλλήλους ποιεῖν ἀνεχαίτισε, τὰ τοιαῦτα τῶν ἁμαρτημάτων σπάνια καὶ διὰ χρόνου τολμῶνται, ἐν δὲ τῇ καθ' ἡμᾶς χώρᾳ σχεδὸν καθεκάστην πλημμελοῦνται [43]), πόσης ἀνίας ἐμπίπλαται [44]). Ἡλίκης δὲ ἀθυμίας καὶ τοῦτο αἴτιον μετὰ τῶν ἄλλων τῇ βασιλείᾳ μου γίνεται, τῶν νῦν ἀνθρώπων κατανοούσῃ, τὸ περὶ τὴν δικαιοπραγίαν ὀλίγωρον, καὶ τὸ μηδένα ζῆλον ἔχειν αὐτοὺς τοῦ καλοῦ καὶ τῆς ἀρετῆς. Ταῦτα πάντα κατανοήσασα ἡ βασιλεία μου, προσλογισαμένη δὲ καὶ τὸ τοῦ ῥηθέντος νεαροῦ βασιλικοῦ διατάγματος ἐπί τισι κανονικαῖς διατάξεσιν [45]) ἐναντίον [46]), καὶ ἄλλως ἀδόκιμον, ἐφρόντισε κατὰ τὸ ἐγχωροῦν, καὶ τὸ τοῦ φόνου μύσος ἀναστεῖλαι, καὶ τὰ τῆς νεαρᾶς διορθώσασθαι. [Caput I.] Παρακελεύεται οὖν ἅπασι τοῖς ἐν θέμασι δαιτηταῖς [47]) κ. τ. λ.

Εἶχε τό· „Μηνὶ Ἀπριλλίῳ, ἰνδ. ιδ'. [48]), δι' ἐρυθρῶν γραμμάτων τῆς θείας καὶ βασιλικῆς χειρός [49]), τὴν συνήθη δίπτυχον καὶ κηρίνην [50]) βοῦλλαν τῆς ἁγίας αὐτοῦ βασιλείας.“ Καὶ τό· „Διὰ τοῦ λογοθέτου τοῦ δρόμου [51]) τοῦ Ἁγιοθεοδωρίτου Μιχαήλ“. — Καὶ ἔξωθεν τό· „Ἀπελύθη μηνὶ Ἰουλίῳ ἰνδ. ιδ'. τοῦ ͵ςχοδ'. ἔτους“ [52]).

cula coniectos rursus abscondunt, furtimque in maiorem dimittunt ecclesiam. De his autem quid fiat, postquam ad sanctissimam Dei ecclesiam confugerint, mea quidem maiestas pro certo nescit; sed audit tamen non decora, et ut verbo dicam, ex his omnibus illud unum efficitur, quod in quocumque loco Romanae ditioni subiecto caedes quotidie impudenter patrantur. Quando igitur maiestas mea reputat, etiam apud gentes, quas neque lex divina cohibuit, neque futurae horrendaeque retributionis comminatio ab iniuriis sibi invicem inferendis arcuit, talia scelera rara esse, longisque temporum spatiis interiectis committi, in nostra vero terra fere quotidie patrari, quanto impletur moerore! Quantam vero indignationem praeter cetera etiam illud maiestati meae movet, quod, quum qui nunc sunt homines animo contempler, iustitiae incuria eos videam torpentes, omnique pulcri atque virtutis studio destitutos. Haec omnia secum reputans, et considerans memoratum illud novum edictum canonicis quibusdam constitutionibus repugnare, aliisque vitiis laborare, studuit maiestas mea pro viribus et homicidii crimen coërcere, et novellam emendare. *(Caput 1.)* Praecipit igitur omnibus provinciarum iudicibus etc.

Subscriptum est hoc: „Mense Aprili, Ind. XIV., literis rubris divinae et regiae manus. (Habet: consuetam duplicem ceream bullam, sanctae maiestatis eius“. Et hoc: „Per logothetam cursus publici Hagiotheodoretum Michaelem“. Et extrinsecus hoc: „Evulgata mense Iulio, Ind. XIV. anni 6674. (1166.).

---

41) Codd. male τῷ. 42) Cod. Bien. a prima m. ἀναλογίσεται, quod correxit sec. m. 43) Sic e coniectura scripsimus. Cod. Bien. τολμῶνται, quod sane ferri potest, sed Par. πλημμελοῦντα. 44) Par. ἐμπίλαται. 45) Codd. διαλάξεσιν. 46) Codd. ἐν ἀντίον. 47) Reliqua leguntur in Iure Graeco-Romano I. 163 — 65., quocum, si quasdam minoris momenti varietates lectionis exceperis, uterque codex concordat. Quae a Leunclavii scriptura recedunt, notare abstineo. Subscriptionem vero, quae in codicibus longe plenior habetur quam in impressis, subiungendam duxi. 48) Ita pro ἰνδ. δ'., quod habetur in codd., legere nos iubent tam quae inferius leguntur, quam auctoritas *Balsamonis* ad can. 8. Sancti Basilii ap. *Bevereg.* II. 61. 49) Cod. Par. ἐρ. γραμμ. τοῦ κραταίου καὶ ἁγίου ἡμῶν αὐθέντου καὶ βασιλέως. 50) Cod. Par. κρίνην. 51) Cf. *Du Cange* Glossar. s. v. λογοθέτης p. 822. 52) Cod. Par. ἰνδ. ιδ'. ἔτους ͵ςχοδ'.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

Tom. I.

P. III. lin. 26. Quod cum primum *Ἀνεκδότων* tomum publici iuris facerem, vix speraveram fore, ut in tali tantaque antiquitatis caligine novus aliquis Athanasiani libri codex exsisteret suoque splendore obscurissimos quosque antiquitatis locos illustraret, hoc tamen nostris temporibus paullo post accidisse videmus. Etenim vir doctissimus idemque mihi amicissimus *Eduardus Zachariaeus* cum ante annum Graeciam Macedoniamque codicum iuris graeci anquirendorum causa peragraret, in locupletissima codicum manuscriptorum bibliotheca monasterii Maximae Laurae, quod in Monte Athone situm est, codicem Athanasiani operis adhuc ignotum invenit eaque de re nos fecit certiores in praeclara illa nostri operis censura, quae in Ephemeridum litterariarum Vindobonensium anni 1839. tomo LXXXVI. p. 185 — 236. et tomo LXXXVII. p. 74 — 108. habetur, unde iam optima quaeque in rem nostram vertemus. Is codex, auctore Zachariaeo tom. LXXXVI. p. 191., est bombycinus, in quarto, tineis corrosus situque adeo corruptus, ut ultimarum paginarum scriptura vix ac ne vix quidem dignosci posset. Ad finem libri manu exarati aliqua desunt, ut unum certe quidem folium abscissum esse satis constet. Eadem manu exaratus est totus, exceptis duobus prioribus quaternionibus, quos, cum in archetypo deessent, recentior quaedam manus occupavit. Antiqua illa manus, quam saeculi undecimi eiusque scripturae, quae in Codice Mediceo-Laurentiano 8. plutei IX. habetur, simillimam esse Zachariaeus testatur, satis nitida est, ut a calligrapho profectam esse credas notasque habet fere nullas; recentior haec scriptura parvula est notasque habet non ita usitatas, ut a recentiore aliquo libri possessore profectam esse credas, qui et reliqua emendavit. In penultimo codicis folio ab hac, quam ultimo loco posuimus, eadem manu haec adscripta videntur: *,ςχνη'. ενδ. ιγ'. ... ἐγεννήθη τῇ θυγατρί μου κυρᾷ Μαρίᾳ τῇ μονομαχατίσῃ υἱὸς ὁ Γαρώτης κῦρος Νικήτας κ. τ. λ. — ,ςχξ' ... ἐγεννήθη τῇ θυγατρί μου υἱὸς ὁ μονόμαχος κῦρος Ἰωάννης.* Unde si nihil aliud, illud certe quidem Zachariaeus cum magna veri specie collegit, hunc librum ante annum 1150. p. Chr. n. exaratum esse. Priores quaterniones XXI. Athanasianum opus habent, reliqui XV. Theodori de Iustiniani Novellis constitutionibus commentarium. Initium Athanasiani libri hoc est: *Ὑποτίτλωσις τῶν νεαρῶν διατάξεων Ἀθανασίου σχολαστικοῦ Ἐμισηνοῦ.* *Πρόλογος.* *Τὸ ἐπανορθοῦσθαί τινα, ἐφ' οἷς πρότερον ἐνδεῶς ἔτυχε πονήσας, οὐ μόνον Ἡρωδιανῷ | τῷ σοφωτάτῳ τεχνογράφῳ, ἀλλὰ καὶ πλείστοις ἄλλοις τῶν (ἐπικομψευόντων τὰ) ἐπινοηθέντ(α)*[1]) *καὶ πρόσγε τισὶ τῶν | αὐτοκρατόρων ἐπὶ ταῖς οἰκείαις νομοθεσίαις τὸ πάλαι*[2]) *ἐφάνη καλόν, οὓς εἰκότως ζηλώσας | ἐγὼ .....*[3]) *τῶν ἐν Θεουπόλει ῥητόρων ....*[4]) *μὴ*[5]) *ἐντελῶς*[6]) *ἔχειν ἐγνωκὼς τὴν πρώτην μοὶ | πονηθεῖσαν τῶν νεαρῶν διατάξεων ἐπιτομὴν προσαναπληρῶσαι*[7]) *τὸ λοιπὸν*[8]) *........*[9]) *καὶ διὰ τοῦτο | τῷ παρόντι συντάγματι ἕνα νῦν προστέθεικα τίτλον, περὶ διαφόρων ἀναγνωσμάτων τοῦτον ἐπιγράψας, | ἐν ᾧ πάντα σχεδὸν ἀθροίσας, ὅσα μὴ προσφυῶς ἔχειν δοκεῖ, πρὸς τοὺς ἤδη πρότερον | ἐπινοηθέντας παρ' ἐμοῦ τίτλους κβ'. προσεξ....τί*[10]) *τοὺς προσφόρους*[11]) *ἐ.....*[12]) *παρατίτλ..*[13]) *ὡς μηδὲν τῆς ὅλης πραγματείας διαλαθεῖν λοιπὸν τὸν ἐν-*

---

1) Zachariaeus haec in codice deprehendere visus est: *ἐπὶ κοτψοι. τὸ ἐκινοηθεν* (τ supra scriptum). Idem conicit: *ἐπικοσμούντων τὰ ἐπινοηθέντα.*

2) Litterae *άλ* in codice non satis apparent.

3) Zach. ab initio legit: *φιλιῶ*; postea pro *φ* vel *εν* vel *εγ* legi posse vidit; denique *φιλανῶ* in codice fuisse coniecit.

4) In codice Zach. videre sibi visus est: *σεμνὸν' ρασθαι μ.* Sed *εμ* satis incerta sunt.

5) Vox *μὴ* apud Zach. deest.

6) Zach. *ἐ(λλιπ)ῶς* absque *μὴ* edidit, sed in codice se legisse *ἐντελῶς* testatus. Quamquam illa *ντελ* incertiora sunt. Zach. ex his, quae sequuntur, *ἀτελῶς*, *ἐνδεῶς*, *ἐλλιπῶς* corrigi posse putat. Quare non *μὴ ἐντελῶς* conservemus? Nam *μὴ* ex *μ* nullo negotio conficitur.

7) In codice fuit vel *προσαναπληρώσαι* vel *προσαναπληρώσας*.

8) Cod. *λοιπόν*. Zach. *λεῖπον* corrigit.

9) Zachariaeus has litteras deprehendere sibi visus est: *τενωσεκα*. Idem emendat *ἐπινενόηκα*.

10) Zach. has litteras legisse sibi visus est: *προσεξέλβα τί*, sed *έλβα* satis incerti vestigii est.

11) Quae voces in *ους* desinunt, id nota litterarum, qua vulgo *ους* designatur, in ms. indicatur.

12) Zach. deprehendere sibi visus est *ἐμ*... vel *ἐντ*...

13) Post litteram *λ*. cod. ms. notam peculiarem habet, litterae *ν* simillimam. Zach. locum sic constituit totum: *προσβέβληκα τίτλους τοὺς προσφόρους ἐν τάξει παρατίτλων*, vel *ἤθροισα* (pro *ἀθροίσας*) — *καὶ* (pro *κβ'*.) — *προσεξέβαλα* pro *προσβέβληκα*, eaque ad inscriptiones singulorum capitum uniuscuiusque Novellae constitutionis referenda censuit (tom. LXXXVI. p. 195. not. 23. coll. p. 225. et 230.), ad paratitla non item. In illo emendationis genere illud reprehendo, quod sic aliqua vox, qua sententiae inter se coniunguntur, necessaria foret, quodque hanc opinionem si sequeremur, totus locus parum recte procedere videretur; in utroque illud vitupero, quod loci sententia aut

τυγχάνοντα. ἔστιν οὖν...... [14]) | πονηθέντων[14b]) μοι τὴν ἔκδοσιν [15]) εἴ τι καιριώτερόν [16]) τε καὶ ....[17]) ἐπικύπτειν ἀναγνώ | σματι καὶ πρὸς τὴν ἀρχέτυπον τῶν νεαρῶν διατάξεων ἀνάγεσθαι πραγματείαν τ. ἐπιτομ.. | ....[18]) ἔνοπλον [19]) ἔχοντι τὴν μνήμην. Α'. [20]) Νεαρὰ περὶ τοῦ πῶς χειροτονεῖσθαι κ. τ. λ. Quae quidem in Latinum sermonem hoc modo transferenda esse censeo: *Compendium in titulos redactum Novellarum constitutionum Athanasii Scholastici Emiseni. Praefatio. Emendari ab aliquo, quae antea ipse fortasse minus plene laboraverit, non tantum sapientissimo artium scriptori Herodiano, verum etiam plerisque aliis eorum, qui, quae excogitarunt, perpoliunt, et adhaec quibusdam ex imperatoribus in legibus a se latis antiquitus recte se habere visum est, quos ego naturaliter aemulatus .... advocatorum, qui Theopoli* (Antiochiae) *sunt...., cum minus plenam esse intellexissem primam Novellarum constitutionum epitomen, a me elaboratam, id, quod deest, supplere apud animum constitui meum et propter hoc praesenti huic libro unum apposui titulum, quem περὶ διαφόρων ἀναγνωσμάτων inscripsi, in quo, quae ad XXII. titulos iam prius a me excogitatos non videntur convenire, fere omnia collegi, atque etiam leges, quae ad quemque titulum referuntur, in paratitlorum modum adieci, ut nihil ex toto opere lectorem in posterum latere queat.....* Reliqua adeo sunt corrupta, ut, nisi ab eo, qui divinationem quandam habeat, in Latinum sermonem transferri nequeant. Post Athanasiani operis indicem, qui his verbis concluditur: *ς'. περὶ τοῦ τὰς θείας κελεύσεις ὑπογραφὴν ἔχειν τοῦ κοαίστορος*, haec statim apposita sunt: *περὶ διαφόρων ἀναγνωσμάτων*. Deinde illa leguntur: *Ζήτει εἰς τὸν πρῶτον τίτλον τὰς περιεχομένας αὐτῷ διατάξεις καὶ εἰς τὸν δεύτερον τίτλον ὁμοίως καὶ εἰς τὸν τρίτον, καὶ εἰς τοὺς λοιπούς*, quae in latinum sermonem sic transferenda sunt: *Quaere in primo titulo, quae constitutiones eo continentur, similiterque in secundo titulo et in tertio, et in reliquis.* Haec ad insequentem Novellarum catalogum pertinere et Zachariaeus animadvertit, ideoque nec ab Athanasii manu profecta esse possunt. Postmodo index Novellarum, quae apud Athanasium referuntur, secundum uniuscuiusque tituli seriem ordinemque positus est hoc modo:

Τl. α'. διάτ. ς'. ρκγ'. πς'. πγ'. μβ'. νη'. ιζ'.[21]) ια'. γ'. ις'. νς'. νζ'. ε'. ρλγ'. οθ'. ος'. ρλζ'.
Τl. β'. διάτ. ζ'. ρκ'. ρλα'. θ'. ρια'. λζ'. μ'. μς'. νε'. ιε'.[22]) μγ'. νθ'.
Τl. γ'. διάτ. ρθ'. ρκθ'. ρμδ'. ρλβ'. ρμς'.
Τl. δ'. διάτ. η'. ιγ'. ιζ'. κδ'. κε'. κς'. κζ'. κη'. κθ'. λ'. λα'. μα'.[23]) ξθ'. π'. πβ'. ριγ'. ρκε'. ϟε'. ρβ'. ργ'. ρδ'. ρλδ'. ρμε'. ιε'.
Τl. ε'. διάτ. ϟς'. ριβ'. ρκδ'. νγ'. ϟ'.
Τl. ς'. διάτ. νβ'. ξ'. πη'.
Τl. ζ'. διάτ. κ'. κγ'. μθ'. ν'. οε'.[24]) ϟγ'. ρκς'. ριε'.
Τl. η'. διάτ. λη'. με'. ο'. πς'.[25]) ρα'.
Τl. θ'. διάτ. α'. ιη'. λθ'. μη'. ξς'. πδ'. ϟβ'. ρζ'. ρη'. ριη'. ρνθ'. ρκζ'. ρνη'.
Τl. ι'. διάτ. β'. κβ'. ξα'. ξη.' ϟα'. ϟβ'.[26]) ϟη'. ρ'. ριζ'. ριθ'. ρμ'.
Τl. ια'. διάτ. ιβ'. ιθ'. οθ'.[27]) πθ'. ρμγ'. ρνδ'.
Τl. ιβ'. διάτ. ιδ'. να'. οζ'.
Τl. ιγ'. διάτ. οβ'. ϟδ'. ρνε'.
Τl. ιδ'. διάτ. μδ'. μζ'. ογ'.
Τl. ιε'. διάτ. δ'. ϟθ'. ρλς'.
Τl. ις'. διάτ. λβ'. λγ'. λδ'.[28]) ρλε'.
Τl. ιζ'. διάτ. ρς'. ρι'. ρκα'.
Τl. ιη'. διάτ. νδ'. οη'. πα'. ρξβ'. ρνς'. ρνζ'. ρνγ'. ρμβ'.
Τl. ιθ'. διάτ. κα'.[29]) λς'.
Τl. κ'. διάτ. ρκη'. ρλ'. ρις'. πε'. ρμζ'.[30]) ρμη'.
Τl. κα'. διάτ. ξδ'. ξδ'. (sic)[31]) ρκβ'.
Τl. κβ'. διάτ. ρε'. ι'. λε'. οα'. ξβ'. ριδ'.[32])

---

nulla sit, aut, quae ferri nequeat. Illis verbis *ἐν τάξει παρατίτλων* nova aliqua adiectio (*passende Ueberschriften mit Citaten von Parallelstellen am Rande der neuen Ausgabe*) designari non potest, cum haec formam, in quam id, quod adiectum est, redigatur, demonstrent, nec sane verisimile sit, eam, quae Iustiniani temporibus fuerit, titulorum et paratitlorum differentiam a nostro scriptore in ipsa adeo operis praefatione confusam esse. Vide, quae notavimus in libro: *Kritische Iahrbücher für deutsche Rechtswissenschaft, her. von Richter und Schneider*. 1839, November, p. 974. Cur non haec ad paratitla ipsa referantur, quorum adiectionem inter secundae editionis commoda retulerit? Atque, quae antea posita sunt perfecta tempora, hoc quoque loco perfectum excidisse tempus satis demonstrant. Itaque totum locum sic lego: *προσείληφά τε τοὺς προσφόρους ἑκάστῳ τίτλῳ νόμους ἐν τάξει παρατίτλων*, quae paratitlorum naturam satis significant et ea, quae sequuntur: *ὡς μηδὲν τῆς ὅλης πραγματείας διαλαθεῖν λοιπὸν τὸν ἐντυγχάνοντα* mirum in modum illustrant. Sic tamen ex *ἀθροίσας* potius *ἤθροισα* formandum erit.

14a) Quot litterae hoc loco desint, non facile dixeris, cum litterarum ductus fere toti evanuerint. Zach. coniicit *ἑκάστῳ τῶν*.

14b) Zach. *πονησάντων* melius legi putat.

15) Litterarum *οσιν* vestigia satis incerta sunt.

16) Zach. *καιρεώτερ'* se legisse cum aliqua dubitatione pronunciat.

17) Zach. deprehendere sibi visus est: *ἀπονεωτερ' τ.˜ ζοτοῦ..* Idem coniicit: *ἄλλο νεώτερον*. Littera ζ syllabam *ων* designari posse idem observat.

18) Ms. *τ. επαλλόν* vel *τ. επαγο*.

19) Syllabae *οπλον* incertae sunt. Zach. *ἔναυλον* legi posse testatur.

20) Excidisse *τίτλος α'*. Zach. coniicit.

21) In contextu recte ξζ'. positum esse Zach. recte animadvertit.

22) ξε'. in Coll. CLXVIII. Nov.

23) Eam, quae ab Athanasio tit. 4. const. 12. habetur, Novellam constitutionem, hoc est, eam, quae apud Iulianum const. 38. est, cuius hoc initium est: *recte nobis*, in antiquis collectionis CLXVIII. Novellarum exemplaribus locum quadragesimae primae constitutionis occupasse Zachariaeus ex hoc loco colligi posse, sed cum aliqua dubitatione affirmat. In vulgatis collectionis CLXVIII. exemplaribus. deest.

24) Deest in Athanasiani operis contextu, in indice tamen titulorum p. CV. habetur.

25) *πζ'*. in CLXVIII. Nov. collect.

26) *ϟζ'*. in CLXVIII. Nov. collect.

27) *οδ'*. in CLXVIII. Nov. collect.

28) CLXVIII. Nov. collectio inverso ordine *λδ'. λγ'.*

29) In Athanasiano opere hoc loco edictum Iustiniani 3. habetur.

30) In Athanasiano opere hoc loco ignota Novella habetur.

31) CLXVIII. Novellarum collectio *ξγ'*. habet.

32) In Athanasiano opere inverso ordine haec habentur: *ι'. ξβ'. λε'. οα'. ριδ'.*

Hic Novellarum, quae apud Athanasium relatae sunt, index collectionis CLXVIII Novellarum ordinem seriemque sequitur, quae cum post Athanasiana tempora composita sit, neque hic, quem edimus, index ab Athanasio profectus videri potest. Illud tamen adnotatione non indignum, illos, qui ad Codicis Parisiensis Graeci numero 1381. signati marginem adiecti habentur numeros ex huiusmodi indice prodiisse. Vide, quae *'Ανεκδ.* tom. I. p. XXIX. disputavimus. Post illum Novellarum indicem in Codice Maximae Laurae haec habentur, *Τί. α'. ἐπιτομὴ ἐκ τῶν μετὰ τὸν κώδικα νεαρῶν διατάξεων κατὰ τίτλους συγκειμένη μετὰ καὶ τῶν ἑκάστου τίτλου παρατίτλων ἐπινοηθεῖσα παρὰ 'Αθανασίου σχολαστικοῦ 'Εμεσηνοῦ.* Deinceps haec habentur: *περὶ ἐπισκόπων κ. τ. λ.*, quae primi tituli initium faciunt. In quo aliquid corruptelae esse nemo negaverit. Voces *τί. α'.* initio tituli appositae delendae et ad illa *περὶ ἐπισκόπων* adiiciendae erunt.

P. V. lin. 4. *Σχολαστικοῦ* voce in hoc dicendi genere: *'Αθανασίου σχολαστικοῦ 'Εμεσηνοῦ advocatum* designari, nomen proprium non item, Zachariaeus in Annal. Vindob. tom. LXXXVI. p. 202. concedit, idemque homines Athanasii temporibus uno eoque solo nomine nuncupatos auctor est, ut tamen aliquid, quo a reliquis eiusdem nominis personis discernerentur, adiiceretur. Denique in Codice Bodleiano 3399. fol. 61. quod *'Αθανασίου τοῦ σχολαστικοῦ* habetur, ad hanc eandem rem referendum esse idem vir doctus censuit.

P. VI. lin. 14. et p. CXII. not. 14. Quam feliciter in hoc operis titulo in integrum restituendo versati simus, ex titulo, quem codex Maximae Laurae exhibet, satis constabit. Sic enim: *'Επιτομὴ ἐκ τῶν μετὰ τὸν κώδικα νεαρῶν διατάξεων κατὰ τίτλους συγκειμένη μετὰ καὶ τῶν ἑκάστου τίτλου παρατίτλων ἐπινοηθεῖσα παρὰ 'Αθανασίου σχολαστικοῦ 'Εμεσηνοῦ*, quae fere eadem sunt, quae ipse coniectura eram assecutus. Atque Zachariaeus in Annal. Vindob. tom. LXXXVII. p. 88. hoc nomine in ius me vocavit, quod genuinum operis titulum quasi quandam subscriptionem titulorum capitulorumque indici subiecerim. Ego tamen, quam in Athanasiani operis editione adornanda semper ubique secutus eram Codicis Parisiensis auctoritatem, hanc ne in hac quidem re negligendam duxeram, quamquam verum me vidisse vel ex iis, quae p. VI. lin. 14. dicta sunt, dubitari non potest. Nunc ex Codicis Maximae Laurae auctoritate Zachariaei coniecturam comprobandam esse censemus. Quod in Codice Parisiensi Graeco post *'Εμεσηνοῦ* additur *κ. τ. ἑ.*, hoc in Codice Maximae Laurae deest, et ab eo, ubi ponendum fuit, loco librarii scribae culpa in hunc locum delatum videtur. Pertinet ad p. 1. lin. 9. post verba *δῶρα θεοῦ*, ubi tale quid in Leunclavi exemplaribus fuisse verba eius loquuntur: *et quae sequuntur.* Vid. p. 1. not.*) De hoc errore me admonuit Zachariaeus in Annal. Vindob. tom. LXXXVI. p. 204.

P. VI. lin. 32. Haec de titulo, qui in Codice Monacensi Graeco 380. habetur, disputatio ex prologo, quem supra edidimus, partim confirmatur, partim refellitur. Sic enim initio Codicis: *ὑποτίτλωσις τῶν νεαρῶν διατάξεων 'Αθανασίου σχολαστικοῦ 'Εμισηνοῦ*, unde *ὑποτιτλώσεις* illae exierunt. Atqui genuinum operis titulum post prologum capitulorumque indicem in Codice haberi satis constat. De voce *ὑποτίτλωσις* quod Athanasii temporibus in usu fuisse dubitavimus, id nunc abiiciendum est.

P. VIII. lin. 24. Quod Athanasianum opus Iustino imperatore absolutum esse diximus, hoc de secunda libri editione, quae in Codice Parisiensi Graeco 1381. habetur, intelligendum esse Zachariaeus in Annal. Vindobon. tom. LXXXVI. p. 212. admonuit. Quod autem vir doctus eandem epitomen Iustiniano vivo videnteque inceptam non esse l. l. p. 212 — 213. statuit, in eo me quidem habebit a se dissentientem. Quamquam enim illud facile concedam, laborem in secundam operis editionem a scriptore impensam tanti non fuisse, ut aliquot annorum spatio opus fuerit, primam tamen operis editionem Iustiniano vivo videnteque inceptam facile mihi persuadeo. Sic enim facile fieri potuit, ut, quae Iustiniani apud nostrum scriptorem cognomina sunt, ex prima in secundam libri editionem facile transirent. Quae autem vir doctissimus contra ea disputavit, et recentiorum scriptorum auctoritate nituntur, quibus scriptoribus ad hanc quaestionem iudicandam per temporum rationem uti non licet, et sententiarum contextu, qui Athan. tit. 9. const. 2. habetur, facile refelluntur. Quem quidem si animum advertisset, non dubito, quin aliter fuisset iudicaturus. Quod tamen ne quis invidiae faciendae caussa dictum credat esse!

P. IX — XIII. Quae de Aegyptiaca provincia Athanasiani libri patria hoc loco disputavimus, ea Zachariaeo in Annal. Vindobon. tom. LXXXVI. p. 215 — 217. penitus displicuerunt. Ipse cum in prologo, quem supra edidimus, advocati Antiocheni cum secunda libri editione coniungantur, Athanasium Antiochiae commoratum ibique fortasse etiam causis orandis operam dedisse coniicit, ut proinde nostrum librum in Syria provincia conscriptum esse verisimile sit. Quae coniectura mihi nunc satis arridet. De dialecti Alexandrinae vestigiis, quae in Codice Parisiensi Graeco 1381. habentur, longe alia res est. Quae cum in Codice Maximae Laurae itemque in reliquis, qui Athanasiani libri fragmenta habent, libris manu exaratis sint omnino nulla, magis est, ut a Codicis Parisiensis librario scriba, quam ab ipso libri auctore profecta esse credamus. Itaque cum et doctissimus nostri operis censor de huius, quem ultimo loco posuimus, libri auctoritate nobiscum consentiat, nihil aliud restat, quam ut hunc, quem diximus, codicem in Aegyptiaca provincia exaratum esse dicamus, contra quam p. LX. statuimus. Atque haec coniectura codicum manuscriptorum, in quibus Novum Testamentum habetur, in ea terra exratorum comparatione mirum in modum confirmatur. Vide Hugium in libro: *Einleitung in die Schriften des Neuen Testamentes.* (edit. III.) tom. I. p. 277. et seq. Quam quidem coniecturam iam proposuimus in libro: *Kritische Jahrbücher für deutsche Rechtswissenschaft. 1839, November*, p. 973.

P. XVI. lin. 14. Subscriptiones epitomarum ab initio Latinas fuisse Zachariaeus in Annal. Vindobon. tom. LXXXVI. p. 224. auctor est, quas subscriptiones iuris studiosi post ea tempora in Graecum sermonem transtulerint. Itaque caussa redditur satis idonea, quare in Codice Parisiensi Graeco hic illic *Data* vel *Datum* vel *Dat.* habeatur (vide tit. 1. const. 17., tit. 3. const. 4. et 5., tit. 4. const. 23., tit. 10. const. 11., tit. 11. const. 5., tit. 13. const. 3., tit. 18. const. 18.) quive factum sit, ut verba Latinis litteris perscripta haberentur (vide tit. 1. const. 6., tit. 3. const. 1., tit. 11. const. 5.). Atque etiam in collectione XXV capitulorum Latinas haberi subscriptiones plus quam manifestum est.

P. XVII. lin. 7. Quod illam singularum, quae apud Athanasium referuntur, epitomarum in minutissimas particulas, hoc est, in capitula distributionem ab initio in hoc libro fuisse negavi, hoc nomine Zachariaeus in Annal. Vindob. tom. LXXXVI. p. 229 me in ius vocavit. Sic enim sibi persuasit, hanc κεφαλαίων, titulorumque cum παραπομπαῖς adnotationem ab ipso Athanasio esse factam, atque adeo hoc secundae editionis prae prima ornamentum fuisse peculiare. Sed de hac, quam ultimo loco retuli, coniecturae parte iam supra dictum est. Reliquae opinionis hae sunt caussae, ut opinor, satis idoneae. Cum haec κεφάλαια, hi tituli, hae παραπομπαὶ in omnibus omnino codicibus manuscriptis Athanasiani operis cernantur (de Codice Maximae Laurae vide Annal. Vindobon. tom. LXXXVI. pag. 197. et 198.), pro parte libri Athanasiani habenda esse. Porro, quare eiusmodi titulos Athanasius elaboraverit, caussam reddi posse satis idoneam hanc, quod iuris studiosorum utilitati consulere voluerit. Contra, si quem huiusmodi titulum minus recte compositum esse arguerim, idcirco non continuo Athanasio abiudicandum esse. Itaque hanc capitulorum, titulorum et παραπομπῶν adnotationem in contextu operis ponendam fuisse et maiore, quam, ut factum est, cura et diligentia tractandam. — Capitulorum numeros iam in prima operis editione fuisse idem vir doctus l. l. p. 229. absque ulla veri specie statuit.

P. XVIII. lin. 11. Quod cum primum Ἀνεκδότων tomum publici iuris facerem, quasi quadam divinatione motus duas Athanasiani operis editiones fuisse statueram (p. 188.), hoc ex prologo, quem supra edidimus, confirmare licet. Quamquam, quae in hoc loco habentur, longe alia sunt ab iis, quae illo loco disputaveram. Secundam suadentibus advocatis Antiochenis ab Athanasio elaboratam perpolitamque esse egregia est coniectura Zachariaei in Annal. Vindobon. tom. LXXXVI. p. 211. Priorem operis editionem XXII. titulis constitisse ex his prologi verbis facile constat: πρὸς τοὺς ἤδη πρότερον ἐπινοηθέντας παρ' ἐμοῦ τίτλους κβ'., quae quare a Zachariaeo in Annal. Vindob. tom. LXXXVI. p. 195. not. 23. immutentur, caussa omnino non est. Atque haec quoque edito eundem, quem secunda, titulum praeferebat. Sic enim in prologo: τὴν πρώτην μοι πονηθεῖσαν τῶν νεαρῶν διατάξεων ἐπιτομήν. Secundae editioni quaenam accesserint, difficile dictu est. De titulo περὶ διαφόρων ἀναγνωσμάτων, qui secundae editioni accessit, dubitandum non est. Sic enim prologus: καὶ διὰ τοῦτο τῷ παρόντι συντάγματι ἕνα νῦν προστέθεικα τίτλον, περὶ διαφόρων ἀναγνωσμάτων τοῦτον ἐπιγράψας, ἐν ᾧ πάντα σχεδὸν ἀθροίσας, ὅσα μὴ προσφυῶς ἔχειν δοκεῖ πρὸς τοὺς ἤδη πρότερον ἐπινοηθέντας παρ' ἐμοῦ τίτλους κβ'. Itaque Athanasius, quae ad reliquos XXII titulos minus convenire videbantur, Novellarum constitutionum praecepta in hunc locum coniecit. Vide Zachariaeum l. c. tom. LXXXVI. p. 228., qui et haec, quae in hunc titulum congesta sunt, ab ipso Athanasio ex integris Novellarum constitutionum epitomis sublata esse auctor est. Aliud secundae editionis prae prima ornamentum in paratitlorum adiectione cernitur, si corruptum illum prologi locum recte emendavimus hoc modo: προσείληφά τε τοὺς προσφόρους ἑκάστῳ τίτλῳ νόμους ἐν τάξει παρατίτλων. Zachariaeus tamen l. l. p. 225. paratitla iam in prima libri editione fuisse auctor est; alioquin enim hanc, quippe quae maioris momenti fuerit, prioris editionis immutationem in isto prologo ante tituli περὶ διαφόρων ἀναγνωσμάτων adiectionem commemorandam fuisse. Atqui hoc argumenti genus non ita procedit. Tota enim illa res ab arbitrio scriptoris suspensa est, utrum illud et illud priore in loco an posteriore collocare voluerit. Atque ex hac paratitlorum ad secundam operis editionem adiectione satis declaratur, quare factum sit, ut paratitlorum contextus singulis Novellarum epitomis, quae in XXII. titulis habentur, longior, amplior, latior sit; deinde multis locis aliud sermonis genus in illis, quam in his habeatur; denique sit, ubi paratitla ipsis adeo epitomis repugnare videantur. Vide proleg. cap. II. p. XIX — XX. Sed, quod idem vir doctus l. l. p. 195. collat. p. 229. capitulorum titulos cum παραπομπαῖς non fuisse, nisi in secunda Athanasiani operis editione coniecit, haec opinio corrupto prologi, quem supra edidimus, loco nititur tota, quem quidem locum alio, quam, quo ipse voluit, modo supplendum emendandumque esse supra significavimus. — Ex his, quae disputavimus, illud satis constabit, hanc, quae in Codice Maximae Laurae et Parisiensi Graeco 1381. habetur nostri operis editionem secundam esse, primam non item. Vide, quae Zachariaeus de tota hac causa l. l. p. 210. egregie disputavit.

P. XX. lin. 36. Quod genuinum Novellarum constitutionum contextum cum singulis, quae apud Athanasium habentur, constitutionum epitomis ab initio coniunctum esse conieceram, ea coniectura Zachariaeo in Annal. Vindob. tom. LXXXVI. p. 222. displicuit. Neque enim caussam sic reddi satis idoneam, quare hunc Athanasii librum ἐπιτομὴν inscriptum esse dicamus.

P. XXI. lin. 23. Scholium Basilicorum ed. Fabr. tom. III. p. 94. (vide p. 149.) Athanasii non esse Zachariaeus in Annal. Vindob. tom. LXXXVI. p. 231. statuit. Neque enim apud Athanasium Βυζάντιον haberi.

P. XXV. lin. 30. Haec adiicienda sunt: *Tit. 9. const. 13. Nov. 158.: Scripta est ante 14. Idus Iu-*

tias imperii Iustiniani anno 19. post consulatum Basilii anno 4. (545.). Quae corrupta sunt. Illud facile constat, annum p. Chr. n. 539. vel 540. vel 541. significari. De hoc errore me admonuit Zachariaeus in Annal. Vindobon. tom. LXXXVI. p. 196. not. 36.

P. XXVIII. lin. 15. Zachariaeus in Annal. Vindobon. tom. LXXXVII. p. 107. miratur, quid sit, quod scholiorum ad Basilicorum libros adiectorum eandem, quam ipsorum Basilicorum, originem esse significaverim. Atque ipse vir doctissimus in historiae iuris Graeco-Romani delineatione §. 38. p. 63. scholia iussu Constantini Porphyrogennetae vel certe hoc regnante ad Basilicorum contextum adiecta esse statuit. Vide, quae de tota hac caussa nuper disputavi in libro: *Kritische Jahrbücher für deutsche Rechtswissenschaft, herausgegeben von Richter und Schneider. 1839, November*, p. 988 — 992. et 994.

P. XXVIII. lin. 19. Athanasium in hoc opere conficiendo certa aliqua Novellarum collectione, quae ex 153 constitutionibus constiterit, usum esse, Zachariaeus in Annal. Vindob. tom. LXXXVI. p. 218. recte dixit. Sic enim in eo, quem supra posuimus, prologo τὴν πρώτην μοι πονηθεῖσαν τ ῶ ν νεαρῶν διατάξεων ἐπιτομήν. Atqui articuli τῶν haec est vis ac potestas, ut rem totam eamque satis cognitam referat. Quam Novellarum constitutionum collectionem Beryti aliquamdiu in usu fuisse idem vir doctissimus l. l. p. 218. not. 95. coniicit. — Quod autem paullo ante p. XXVIII. lin. 9. eam, quae apud Athanasium habetur, titulorum consequentiam ad Institutionum, Digestorum, Codicis ordinem expressam esse negaveram, confisus videlicet Codicis Parisiensis Graeci 1381. testimonio: τίτλοι τῶν νεαρῶν διατάξεων ἐπινοηθέντες ὑπὸ Ἀθανασίου σχολαστικοῦ Ἐμισηνοῦ, id ita non esse censor l. l. p. 218. statuit, cum haec Codicis verba iam non ab Athanasio profecta sint, sed a librario scriba fortasse ex his prologi verbis: ἐπιτομὴ ἐπινοηθεῖσα videantur esse conficta. Qua in re virum doctissimum falli haec prologi verba testantur: μὴ προσφυῶς ἔχειν δοκεῖ πρὸς τοὺς ἤδη πρότερον ἐπινοηθέντας παρ' ἐμοῦ τίτλους κβ'. Caeterum, quod censor doctissimus l. l. p. 219. singulorum titulorum consequentiam ad Iustiniani Codicis auctoritatem expressam esse censuit, id vereor, ut recte procedat, aut statuendum erit, maximam huius ordinis ab ipso Athanasio factam esse perturbationem. Ego, qui illud ipsum, cum Prolegomena conscriberem, animadvertissem, levem coniecturae auram captare nolueram.

P. XXX. lin. 36. Vocum Latinarum, quae in Athanasiano opere occurrunt, glossarium a Graecis interpretibus compositum esse veri dissimile non est. Eiusmodi librum Zachariaeus in Codice Parisiensi Graeco 478. deprehendere sibi visus est, utpote cum in huius libri glossario verba Latina, quae apud Athanasium tit. 16. const. 3. p. 160. lin. 25. reperiuntur: *et hanc legem communem omnibus esse humanitati et pietati gaudentem*, fol. 261. B. — 262. expressa sint. Vide Annal. Vindobon. tom. LXXXVII. p. 74. et 91.

P. XXXI. lin. 11. De τοῦ πλάτους τῶν νεαρῶν notione Zachariaeus in Annal. Vind. tom. LXXXVII. p. 104. et seq. in alia omnia ire maluit. Quamquam enim διαιρέσεως scriptori eandem, quae nostra est, de hac re stetisse sententiam concessit, tamen huic scriptori minus, quam par est, tribuere videtur cum ex codice manuscripto Veneti illius libri, qui Novellas Iustiniani constitutiones habet, persimili hanc πλάτους notionem prodiisse censuerit. Quod autem idem vir doctus Athanasianam Novellarum collectionem ab ipso libri scriptore πλάτος dictam esse voluit, id ut ab hoc auctore profectum esse dicam, a me impetrare non possum. Quam rem iam not. 3. verbis *schol. ad Ath.* significavi.

P. XXXI. lin. 16. Collectio eram CLXVIII Novellarum quae argumenta singulis constitutionibus praetexta habet, haec maximam partem ex Athanasiano opere deducta esse dixi in Ἀνεκδ. tom. II. proleg. c. V. p. LXVIII.

P. XXXII. lin. 39. Quos ex Ecloga Leonis et Constantini attulimus locos ex Athanasiano opere deductos, hos in genuinis Eclogae codd. manu exaratis deesse Zachariaeus in Annal. Vindob. tom. LXXXVII. p. 76. monuit, idemque in Ecloga conficienda nullum huius libri usum fuisse praefracte negavit.

P. XXXIII. lin. 6. In Epanagoge conficienda nullum fuisse Athanasiani libri usum, qui solus de hac re iudicare potest, Zachariaeus in Annal. Vindob. tom. LXXXVII. p. 77. negavit.

P. XXXIX. lin. 40. Sexaginta librorum Basilica Leoni Sapienti deberi constat et ex huius imperatoris Novella constitutione, quam Zachariaeus in historiae iuris Graeco-Romani delineatione p. 117 et 118. ex codice τῆς μονῆς τῶν Ἰβήρων publici iuris fecit. Sic enim p. 118.: ὁ προχειρισθησόμενος, scil. ταβουλλάριος, ὀφείλει ἐπὶ στόματος ἔχειν τοὺς μ'. τίτλους τοῦ ἐγχειριδίου νόμου καὶ τῶν ξ'. βιβλίων τὴν γνῶσιν. Ubi qui ad tabulariorum gradum evehuntur, Prochirum Basilicorumque LX. libros nosse iubentur.

P. XL. lin. 12. Quam ex Prochiri praefatione de Anacatharsi Basilii proposueram coniecturam, ea Zachariaeo in Annal. Vindobon. tom. LXXXVII. p. 105 et 106. displicuit. In historiae iuris Graeco-Romani delineatione, quam post illam nostri operis censuram scripsit, §. 28. not. 6. p. 42. aliam huius praefationis interpretationem proposuit. Sic enim: *Verbum καθυποτάττω subiiciendi significationem habet, nec tamen hoc dicit imperator, uni volumini sexaginta libros ab ipso fuisse subiectos, quod Heimbach Ἀνέκδοτα I. p. XL. voluit: sed veteres leges sexaginta libris subiectas, h. e. per sexaginta libros digestas s. in LX libris dispositas esse dicit.* Hanc ego coniecturam omnino improbandam esse censui. Caussas, quare ita censuerim, exposui in libro: *Kritische Jahrbücher für deutsche Rechtswissenschaft, herausgegeben von Richter und Schneider 1839, November p. 986 — 988.*

P. XLIV. lin. 9. Historiam fataque Athanasiani libri apud Graecos iuris civilis scriptores Za-

chariaeus in Annal. Vindobon. tom. LXXXVII. p. 77 — 82. ex apparatu litterario, quem multis laboribus sibi quaesivit, egregie illustravit. Ac primum quidem hoc commemorandum est, quod librum *περὶ διαφόρων ἀναγνωσμάτων* inter Synopseos appendices, quas ad finem fere saeculi p. Chr. n. decimi compilatas esse constat, receptum esse videmus. Vide Wittium in tractatu *über die Novellen byzantinischer Kaiser* in libro: *Zeitschrift für geschichtliche Rechtswissenschaft, herausgegeben von Savigny.* tom. VIII. p. 166 — 179. et Zachariaeum in libro *αἱ ῥοπαὶ* p. 34. Deinde etiam in appendice Eclogae, quae ante Basilicorum promulgationem saeculo vel octavo vel nono compilata videtur, quaedam ex Athanasiano libro recepta sunt, ut censor l. l. p. 78. notavit. Denique multus magnusque fuit Athanasiani libri usus in Epitome legum compilanda. Constat hoc iuris compendium L. titulis, haustum illud quidem ex puris putis Iustiniani iuris fontibus. Praefatio est *τῆς μεγαλοφυοῦς.* Anno p. Chr. n. 920. compilatam esse constat. In his codicibus manuscriptis, qui purum putum Epitomes contextum habent, aliqua Athanasiani libri fragmenta habentur, quae tamen in his libris, qui Epitomen ex aliis iuris civilis fontibus interpolatam exhibent, longe plura numero inveniuntur.

P. XLVII. lin. 29. Inter libros iuris canonici, qui quidem aliquam Athanasiani operis mentionem habent, etiam Nomocanon Pseudo-Iohannis referendus est. Vide, quae *'Ανεκδ.* tom. II. proleg. cap. III. p. LV. not. 30. attulimus. Singula Nomocanonis excerpta hunc habent titulum: *ἀπὸ τῆς νεαρᾶς* vel *ἀπὸ τῆς νεαρᾶς διατάξεως*, ut tamen sit ubi et constitutionis et capituli numerus adiectus sit. Qui nomocanon quibus temporibus compilatus sit, p. LVI. et seq. disputavimus.

P. XLIX. lin. 9. Quem nomocanonem, ex quo Photius deduxit sua, designavimus, is, ut Zachariaeus in historiae iuris Graeco-Romani delineatione §. 22. p. 34. auctor est, purus putus, hoc est, absque Photii interpolatione in Codice Bodleiano 715, qui Laudi 73. est, exstare videtur. Sic enim de hoc Codice idem vir doctus in libro *ὁ πρόχειρος νόμος* p. 326.: *fol. 24 — 76. Nomocanon in tit. XIV. Praecedit duntaxat index ἐκ ποίων συνόδων τε καὶ προσώπων καὶ πόσων κανόνων τὸ παρὸν ἠθροίσθη σύνταγμα; Sequuntur tituli XIV., qui scilicet legum excerpta, canonum vero allegationes continent. Sed nec omnes canones citantur, quos in Photiano nomocanone laudatos reperies, recentior tamen manus, quae deerant, supplevit.* Quae quam bene ad illa, quae de antiquo illo nomocanone dicenda sunt, conveniant, ex iis, quae in libro: *Kritische Jahrbücher für deutsche Rechtswissenschaft, herausgegeben von Richter und Schneider. 1839, November* p. 982 — 983. disputavimus, satis constabit.

P. LXIV. lin. 11. Hoc loco illa interponenda sunt, quae de Codice Maximae Laurae, quae in Monte Athone est, ex Zachariaei disputatione, quae in Annal. Vindobon. tom. LXXXVI. p. 189 — 198. habetur, supra adnotavimus. Dolendum est sane, quod viro praestantissimo hunc librum manu exaratum cum nostra *ἐκδόσει* comparare integrum per temporum angustias non licuerit. Vide, quae l. c. tom. LXXXVII. p. 87. de caussis, quare id ita non fecerit, adnotare voluit.

P. LXIV. lin. 12. Eadem, quae Codex Parisiensis Graecus 1720. Athanasiani operis habet vestigia, etiam in Codice Vaticano 640. et Palatino-Vaticano 371. haberi, Zachariaeus in Annal. Vindobon. tom. LXXXVI. p. 201. adnotavit.

P. LXVI. lin. 24. coll. p. LXVII. Codicis Vallicellensis littera E. numero 55. signati similis est Cod. Vaticanus 1168., qui inde a folio 123. B. usque ad fol. 134. B. pleraque ex Athanasiano opere deduxit. Titulus excerptorum hic est: *ἐκ τῆς βίβλου 'Αθανασίου σχολαστικοῦ 'Εμισινοῦ ἐκ τῶν, ἅπερ ἐξελέξατο ἐκ τοῦ κώδικος καὶ τῶν νεαρῶν διατάξεων τοῦ μεγάλου 'Ιουστινιανοῦ, ὁμοίως καὶ ἐκ τῶν παρατίτλων.* Quod corruptelae genus et in supra dicto Codice Vallicellensi, et in Parisiensi Graeco 1720., et denique in Vindobonensi iuris civilis Graeci exemplari XV. reperitur. Vide p. IV. et Zachariaeum in Annal. Vindobon. tom. LXXXVI. p. 201.

P. LXXII. lin. 24. Codicis Bodleiani numero 3399. signati simillimus est Codex Marcianus Graecus, numero 579. distinctus. Habet eandem legum Epitomen, quae et in illo habetur, sed longe pleniorem. Itaque utroque codice ad novam Athanasii editionem adornandam uti licebit. Vide, quae Zachariaeus in Annal. Vindob. tom. LXXXVI. p. 200. annotavit.

P. LXXVI. lin. 41. coll. p. LXXVI. lin. 5. Eadem, quae in Codice Vindobonensi, qui inter Graecos iuris civilis libros numero 2. signatus est, ex Athanasiano opere habentur, in quattuor codd. mss. haberi Zachariaeus in Annal. Vindob. tom. LXXXVI. p. 201. auctor est, hoc est, in Bieneriano fol. 11. A., ubi et *Athanasii* nomen adiectum habetur, Codice Vindobonensi iuridico Gr. 8. ad finem, Parisiensi Graeco 1391. et 1788.

P. LXXX. not. 16. Codicem Caroli de Monchal, quo Fabrotus in tripartita Pseudo-Balsamonis constitutionum ecclesiasticarum collectione edenda usus est Zachariaeus l. c. p. 84. eundem esse coniicit, atque Codicem Parisiensem Graecum 1344. Est chartaceus, constat XCVI. foliis in folio. Ex codice III. fuit bibliothecae Sfortianae descriptus est totus. Antea fuit Telleriano-Remensis 19., postea Regius DCCXXIX. Hunc librum a de Monchal comparatum esse certo constat.

P. CI. lin. 1. *τίτλοι τῶν νεαρῶν διατάξεων ἐπινοηθέντες.* Haec coniectura ex prologo, quem supra edidimus, satis confirmatur. Sic enim ibi: *ἐν ᾧ πάντα σχεδὸν ἀθροίσας, ὅσα μὴ προσφυῶς ἔχειν δοκεῖ πρὸς τοὺς ἤδη πρότερον ἐπινοηθέντας παρ' ἐμοῦ τίτλους κβ'.* Porro genuinus titulus sic habet in Codice Maximae Laurae: *ἐπιτομὴ ἐκ τῶν — νεαρῶν διατάξεων — ἐπινοηθεῖσα παρὰ 'Αθανασίου σχολαστικοῦ 'Εμισηνοῦ.*

P. 1. lin. 15. Pro *ἐπισκοπὴν* Zachariaeus in Annal. Vindob. tom. LXXXVII. p. 89. corrigit *εἰς ἐπισκοπήν.* Non opus.

P. 1. lin. 22. Comma post *κλήρῳ* delendum esse vidit Zachariaeus.

P. 1. lin. 55. Scholium corruptum Zachariaeus sic emendat *τὸ α΄. κεφ. τῆς ἐφεξῆς* [*διατ.*] *γ΄. μόνον μῆνας* [*ἐν τῷ*] *κλήρῳ καταλέγεσθαι κ. τ. ἑ.* Atque hoc scholium ad lin. 22. pertinere idem vir doctus monuit.

P. 2. lin. 30. Pro *διάταξιν* Zachariaeus coniicit *διάστιξιν*. Qua coniectura facile caremus.

P. 2. lin. 37. Pro *προαγομένοις* Zachariaeus reponit *προαγόμενον*.

P. 5. not. 96. Corrigendum ex Zachariaei sententia in Annal. Vindob. tom. LXXXVI. p. 229. *περὶ διὰ δόσεως χειροτονίας*.

P. 7. not. 32. Pro *διαζ῀* Zachariaeus *διαξίμων* reposuit, quod apud Theodorum habetur.

P. 15. lin. 18. Pro *ὑποπτεύων* cum Fabroto *ὑποπτεύσει* legendum esse Zachariaeus statuit.

P. 17. lin. 4. Vocem *πρώτη* ex *pridie* prodiisse Zachariaeus statuit.

P. 18. lin. 33. Pro *ἀδίαρον* Zachariaeus *ἀδιάριον* legendum esse statuit, quod et melius formatum sit et apud Theodorum inveniatur.

P. 51. lin. 27. Lacunam numero *δ΄*. Zachariaeus explet.

P. 52. lin. 19. Lacunam voce *ἀδικίας* Zachariaeus explet. Theodorus *ἀδικίας* habet.

P. 53. lin. 35. In translatione Latina adiiciendum est *provinciae* ante *sterilia*.

P. 54. lin. 2. Pro *τῷ κληρικῷ* Zachariaeus *τῷ κλήρῳ καὶ* legendum vidit.

P. 54. lin. 27. *μέχρι ι΄. ν̊. ν̊.* defendit Zachariaeus, contra quam legendum censueram *μεχρι φ΄. ν̊. ν̊.*

P. 55. lin. 1. Pro *μέχρι φ̄. ν̊. ν̊. ἐκ ... ὑπὲρ ἐκείνων* Zachariaeus legit *μέχρ. φ΄. ν̊. ν̊. ἐκκλήτων ὑπὲρ ἐκείνου ἀκροᾶται.*

P. 55. lin 2. Supplendum ex Theodoro cum Zachariaeo *Ἰουνίων*.

P. 55. lin. 25. Pro *ἐναγέσθω* vel *εἰς ἀγέσθω* vel *ἐσαγέσθω* Zachariaeus legendum censuit. Non opus.

P. 55. lin. 31. Pro *ὑπ᾽ αὐτῶν* Zachariaeus *ὑπ᾽ αὐτὸν* legendum censuit.

P. 56. lin. 34. Pro *ὑπ᾽ αὐτῶν* Zachariaeus *ὑπ᾽ αὐτὸν* legendum censet.

P. 56. lin. 35. Pro *τῆς αὐτοῦ τῆς ἱερατικῆς τάξεως* Zachariaeus *τῆς ὑπ᾽ αὐτοῦ ἱερατικῆς τάξεως*.

P. 57. lin. 37. Zachariaeus legendum vidit *ὁ πρωτότυπος*. Sequitur enim *ὁ δὲ κατήγορος*.

P. 59. lin. 19. *ἢ προστάξεις* legendum Zachariaeus censuit. *Ἢ* ex errore typographi omissum est.

P. 62. lin. 23. Pro *παρὰ* legendum esse *περὶ* Zachariaeus animadvertit.

P. 62. lin. 26. Pro *ὅσοι* Zachariaeus *οἱ* legit. Recte.

P. 71. lin. 19. Pro *ἑαυτοῦ* Zachariaeus *αὐτοῦ* legendum vidit.

P. 72. lin. 6. Pro *αὐτὴ* legendum *αὐτῇ*. Factum id errore typographi.

P. 72. lin. 13. Leg. *ἐπίτηδες* pro *ἐπιτηδές*.

P. 74. lin. 23. Pro *ὁ* Zachariaeus *ἢ* legendum esse vidit.

P. 83. lin. 39. et 40. Pro *ἐντὸς τοῦ* Zachariaeus coniicit *ἑνὸς τυχὸν* legendum esse.

P. 84. lin. 26. Voces *ὁ αὐτός*, quas contra Codicem posueram, ex contextu Zachariaeus eiecit legendumque cum Codice *ἢ αὐτὸς* censuit.

P. 85. lin. 39. *Τὰς* ante *ἐπιδιδομένας* Zachariaeus posuit.

P. 88. lin. 10. Ante *ὑποστρέφων* vocem *καὶ* Zachariaeus interponendam esse docet.

P. 130. lin. 9. *Ἐφ ᾧ μὴ συντυχεῖν* Zachariaeus corrigit.

P. 130. lin. 15. Pro *αὐτῷ* legendum *αὐτὸν* Zachariaeus vidit.

P. 131. lin. 4. Pro *ιβ΄*. legendum *θ΄*. Zachariaeus censet. Quod omnino improbandum est.

P. 132. lin. 29. Post *XVIII*. vocem *καλανδῶν* interponendam Zachariaeus censuit.

P. 150. lin. 3. Pro *σαφῆ* fortasse *φησὶ* legendum Zachariaeus putat.

P. 156. lin. 31. Post *ἢ* vocem *διάξιμος* supplendam Zachariaeus censet.

P. 160. lin. 25. Post *humanitati* fortasse verba *et pietati* inserenda esse Zachariaeus coniicit. Nititur autem glossario, quod in Codice Parisiensi Graeco 478. inde a folio 261. B. usque ad folium 262. habetur, ubi haec ita expressa sunt: *et hanc legem communem omnibus esse humanitati et pietati gadenatemus.*

P. 162. lin. 8. Pro *καταβαλομένους* Zachariaeus *καταβαλλομένους* legendum esse vidit.

P. 164. lin. 25. Vocem *καὶ* ante *ἔπαρχος* Zachariaeus delendam censet.

P. 165. lin. 20. Lacunam Zachariaeus ita explet: *δωρεά, κἂν μὴ πραχθῇ, ἡ ποσότης τῶν φ΄. χρυσῶν* (Zach. *χρυσίνων*) *τό βέβαιον ἕξει.*

P. 168. lin. 24. Pro *ἱερῶν* Zachariaeus *ἱερέων* legendum esse censet. Quae proxime sequuntur, sic emendat: *Dat. VII.*

P. 172. lin. 3. Pro *καὶ* Codex Paris. 1381. *τὲ*, quod Zachariaeus recte solvit *τουτέστιν*.

P. 172. lin. 4. Voces *γεωργῶν καὶ πεκουλίων* in contextum inferendas Zachariaeus vidit. Sic et Nov. 128. c. 8. Codex X. *τουτέστι μετὰ πάντων τῶν εὑρισκομένων ἐν τοῖς χωρίοις γεωργῶν καὶ πεκουλίων καὶ ἐνθηκῶν.* Nescio quid dormitabam, cum hunc locum tractarem.

P. 172. lin. 8. Pro *αὐτὴν* Cod. X. *αὐτόν*. Zach.

P. 172. lin. 17. Pro *νεμηθέντων* Cod. X. *μωμηθέντων*. Zach.

P. 180. lin. 12. Pro *τὸν δὲ* Zachariaeus *τοὺς δὲ* legendum censet.

P. 182. lin. 33. Pro *ποῖ* legendum *πῶς* Zachariaeus censet. Neque enim *πῶς* propter ea, quae sequuntur: *εἰς τοὺς ἑαυτῶν τόπους*, ferri posse.

P. 185. lin. 18. Libellum *περὶ διαφόρων ἀναγνωσμάτων* quasi novum quendam titulum secundae Athanasiani operis editioni ab hoc eodem scriptore adiectum esse, ut, quae ad reliquos XXII. titulos minus convenire videbantur, Novellarum constitutionum capitula in hunc locum congererentur, ex illo, quem supra edidimus, prologo satis constat. Sic enim inter editionis secundae commoda describenda: *καὶ διὰ τοῦτο τῷ παρόντι συντάγματι ἕνα νῦν προστέθεικα τίτλον, περὶ διαφόρων ἀναγνωσμάτων τοῦτον*

ἐπιγράψας, ἐν ᾧ πάντα σχεδὸν ἀθροίσας, ὅσα μὴ προσφυῶς ἔχειν δοκεῖ πρὸς τοὺς ἤδη πρότερον ἐπινοηθέντας παρ' ἐμοῦ τίτλους κβ'. Vide, quae Zachariaeus l. c. tom. LXXXVI. p. 228. de hac re disputavit. Hinc et illud lucem capit, quod in Parisiensis Graeci Codicis numero 1381. signati indice ad finem XXII. tituli haec habentur: *ζ'. περὶ διαφόρων ἀναγνωσμάτων κγ'.* Ut proinde, qui illum indicem confecit, incertus haeserit, utrum haec verba *π. δ. ἀ.* pro tituli vigesimi secundi capite 7., an pro XXIII. totius operis titulo habenda essent. Vide pag. CXII. not. 13. In Codice Maximae Laurae post titulorum capitulorumque indicem, qui ita desinit: *ϛ'. περὶ τοῦ τὰς θείας κελεύσεις ὑπογραφὴν ἔχειν τοῦ κοιαίστορος*, statim haec habentur: *περὶ διαφόρων ἀναγνωσμάτων* absque ulla vel tituli vel capituli adnotatione.

P. 187. lin. 42. Inter codices manu exaratos, qui *περὶ διαφόρων ἀναγνωσμάτων* libellum habent, nunc etiam Codex Maximae Laurae, qui a Zachariaeo repertus est, referendus videtur esse. Certe in titulorum capitulorumque indice, quem supra edidimus, post tituli XXII. cap. 6. haec leguntur: *περὶ διαφόρων ἀναγνωσμάτων.* Paginas Codicis, quae nostrum librum complectuntur, Zachariaeus non adnotavit, quam culpam in Theodori epitome edenda videtur esse purgaturus.

P. 188. lin. 40. Quod *περὶ διαφορᾶς ἀναγνωσμάτων* alteri dicendi generi *περὶ διαφόρων ἀναγνωσμάτων*, quod et codd. mss. auctoritate confirmatur, praetulimus, id nunc ex illo, quem supra edidimus, prologo emendandum est. Sic enim: *τῷ παρόντι συντάγματι ἕνα νῦν προστέθεικα τίτλον, περὶ διαφόρων ἀναγνωσμάτων τοῦτον ἐπιγράψας.* Zachariaeus in Annal. Vindob. tom. LXXXVI. p. 227. — 228. hoc dicendi genere *collectionem diversorum locorum* designari recte observavit. Qui titulus secundae operis editioni ab ipso scriptore factae quasi cuiusdam appendicis loco accessit, ut reliqua Novellarum constitutionum capita, quae in XXII titulis collocari non poterant, complecteretur. Vide, quae diximus in libro: *Kritische Jahrbücher für deutsche Rechtswissenschaft, herausgegeben von Richter und Schneider. 1839, November,* p. 974.

P. 202. lin. 8. Non dubitandum, quin Theodorus ex Aegyptiaca provincia oriundus fuerit. Sic enim epitome Iustinianarum Novellarum, quae in Codice Maximae Laurae, quae in Monte Athone est, reperitur: *σύντομος τῶν νεαρῶν διατάξεων — Θεοδώρου σχολαστικοῦ Θηβαίου Ἑρμοπολίτου.* Significatur Hermopolis, Aegypti civitas, quae Thebaidos partem facit. Vide ad pag. 205. lin. 10. Mirum tamen, quod Zachariaeus l. l. in Annal. Vindobon. tom. LXXXVII. p. 94. id ita esse negaverit.

P. 203. lin. 2. Domninum Patriciumque Theodori praeceptores fuisse Zachariaeus in Annal. Vindob. l. l. tom. LXXXVII. p. 99. cum aliqua dubitatione negavit, cum verisimile non sit, Patricium, qui, antequam Iustinianus legum corpora conficienda curaret, diem obierit supremum, eius, qui Tiberii temporibus commentarium de Iustiniani Novellis conscripserit suum, magistrum esse potuisse. Itaque his, quos not. 3. et 4. attulimus, locis pro *μόνος* vel *ἐμὸς διδάσκαλος*, vel *κοινὸς διδάσκαλος* scribendum esse, vel ista verba iam non de *praeceptore*, sed de hoc, cuius partes Theodorus vel maxime secutus sit, iureconsulto interpretanda esse censuit. Eodem fere modo, quo Stephanus Basil. lib. 22. tit. 6. ed. Fabr. tom. III. p. 208. *ὁ διδάσκαλος ἡμῶν* a Nicaeo audierit. Stephanum, Theodori praeceptorem, eundem cum eo, qui Digesta interpretatus sit, Thalelaeumque, Codicis interpretem, Theodoro nostro multo antiquiorem esse idem vir doctus l. l. coniecit.

P. 205. lin. 10. Illud palmarium est, quod, ut Zachariaeus in Annal. Vindob. tom. LXXXVII. p. 94. auctor est, naturam indolemque epitomes, quam de Iustiniani Novellis Theodorus composuit, quasi quadam divinatione motus recte adumbraverim. Quo in genere ut errare facile est, ita contra ea satis rarum, eam, quam proposueris, coniecturam codicibus manuscriptis adhuc incognitis omni ex parte confirmari.

P. 205. lin. 10. *Theodori* de Iustiniani Novellis commentarium integrum in codice, qui est monasterii Maximae Laurae, quod in Monte Athone situm est, exstare, locupletissimus auctor est Zachariaeus l. l. tom. LXXXVI. p. 192. et in historiae iuris Graeco-Romani delineatione §. 19. p. 29. Titulus operis hic est: *σύντομος τῶν νεαρῶν διατάξεων σὺν παραπομπαῖς τῆς κειμένης ὁμοίως διαιρέσεως πῇ μὲν ἐν τῷ κώδικι, πῇ δὲ ἐν αὐταῖς ταῖς νεαραῖς Θεοδώρου σχολαστικοῦ Θηβαίου Ἑρμοπολίτου.* Voce *Θηβαίου* domicilium Theodori designari idem Zachariaeus in Annal. Vindob. tom. LXXXVI. p. 203. auctor est, quam vocem cum *σχολαστικοῦ* coniungendam esse statuit. In quo illud tamen miror, quod cum *σχολαστικοῦ* in hoc dicendi genere solum habeatur cognominisque vice fungatur, vir doctissimus ab hac observatione dimoveri se passus sit. Vide, quae dixi in libro: *Kritische Jahrbücher für deutsche Rechtswissenschaft, herausgegeben von Richter und Schneider. 1839, November,* p. 976. Immo vero illud, quod apud Anthologiae Palatinae scholiastam est, *Ἀγαθίου σχολαστικοῦ Ἀσιανοῦ Μυριναίου*, quomodo hoc *Θηβαίου Ἑρμοπολίτου* explicandum sit, satis significat. Sic enim satis constat, voce *Θηβαίου* provinciam, ad quam *Ἑρμόπολις* referenda sit, designatam esse. *Θηβαῖοι* autem vel *Θηβαΐται* iam Strabonis temporibus incolae Thebaidos appellantur (geogr. XVII. 1.), qui idem *Ἑρμούπολιν* prope Thebaidem fuisse auctor est l. c.: *ἐξ ἧς δ' ἐστὶν*, inquit, *Ἑρμοπολιτικὴ φυλακή, τελώνιόν τι τῶν ἐκ τῆς Θηβαΐδος καταφερομένων.* Atque Hermopolin iam saeculo post Christum natum quinto in vulgari dicendi genere pro Thebaidos parte habitam esse constat ex Concilii Ephesini actione prima, quae in Harduini collectione amplissima Conciliorum tom. I. p. 1387. relata est, ubi haec leguntur: *Ἀνδρέας ἐπίσκοπος τῆς Ἑρμουπόλεως τῆς Θηβαΐδος εἶπε.*

P. 209. lin. 15. Quod Theodorum in Novellarum epitome adornanda CLXVIII Novellarum collectionem fundamenti loco posuisse conieceram, hoc Codice Maximae Laurae, qui integram Theodori epitomen habet, omni ex parte confirmatur. Vide, quae

Zachariaeus in Annal. Vindob. tom. LXXXVII. p. 102. dixit. De huius tamen collectionis auctore mihi cum Zachariaeo l. c. non satis convenit.

P. 209. lin. 24. Quod Theodorum Tiberii temporibus vel paullo post floruisse conieceram, haec coniectura Codice Maximae Laurae, qui integram Theodori epitomen habet, ita confirmatur, ut nihil supra. Vide, quae Zachariaeus in Annal. Vindobon. tom. LXXXVII. p. 94. dixit.

P. 224. lin. 1. — p. 259. lin. 23. In hac fragmentorum collectione adornanda me satis feliciter versatum esse, qui unus hac de re iudicare potest, Zachariaeus Annal. Vindobon. tom. LXXXVII. p. 95. testatus est, utpote cum genuinos Theodori locos, qui in libris iuris Orientalis typis expressis habentur, fere omnes in hoc legum corpore receperim, nec nisi perraro factum sit, ut, quae Theodori non sunt, pro Theodori verbis habuerim. Quam ego rem ut mihi maximae laudi esse intelligo, ita contra ea, ut vera falsis permixta criticae artis atque disciplinae ope et auxilio discernamus, integri operis a Theodoro compositi editio expectanda erit.

P. 260. lin. 4. Haec, quae sequuntur, Philoxeni fragmenta ex integro de Iustiniani Novellis constitutionibus commentario hausta esse, et Zachariaeus in Annal. Vindob. tom. LXXXVII. p. 96. auctor est. Idem vir praestantissimus duo Philoxeni fragmenta, quae ad eundem librum revocari queant, addidit, a me, cum primum Ἀνεκδότων volumen ederem, nescio quo casu neglecta. Sunt autem haec: Basilicorum lib. 21. tit. 1. them. 45. ed. Fabroti tom. II. p. 986. schol. *k.*, ed. Heimbachi tom. II. p. 422. Φιλοξένου. Ὁ ἐκλαβὼν τὰς μαρτυρίας καὶ κατασκευάμενος τὰς τοῦ ἀντιδίκου παραγραφάς, οὔτε ἀπὸ βασιλικῆς ἀντιγραφῆς ἔτι δύναται παραγαγεῖν μάρτυρας. *Philoxeni. Qui excepit testimonia et adversarii exceptiones inspexit, neque ex principali rescripto testes adhuc producere potest.* Est Nov. 90. c. 4. Alter, quem praetermiseram, *Philoxeni* locus ad Basilic. lib. 11. tit. 1. them. 4. ed. Fabr tom. I. p. 751. schol. *d.*, ed. Heimbach tom. I. p. 556. habetur: Ὁ Φιλόξενος παρέθετο ἐν ταῖς νεαραῖς ἐξήγησιν Θεοφίλου λέγουσαν· ἰνβέκτα μέν ἐστι τὰ βασταζόμενα, οἷον ἐσθής, χρυσός, ἄργυρος, βιβλία καὶ εἴτι τοιοῦτον· ἰνλάτα τὰ ἔμψυχα, οἷον βοῦς, ἵππος, οἰκέτης καὶ τὰ τοιαῦτα. *Philoxenus in Novellis interpretationem Theophili hanc apposuit: Invecta quidem sunt, quae vehuntur, velut vestis, aurum, argentum, libri et siquid eiusmodi est: illata autem animata, velut bos, equus, mancipium et alia eiusmodi.* Haec ex Codice Parisiensi Graeco 1352. Fabrotus: quae exinde inter fragmenta Theophili a Reitzio collecta in editionis Theophilinae tom. II. p. 944. recepta sunt. Atque etiam Codex Coislinianus 152. ad Basilicorum l. l. in margine haec habet apposita: ἴσθι δέ, ὅτι ὁ Φιλόξενος παρέθετο ἐν τῇ νεαρᾷ ἐξήγησιν ἔχουσαν οὕτως· ὅτι ἰνβέκτα ἐστὶ τὰ βασταζόμενα, οἷον βιβλία καὶ τὰ ὅμοια· ἰνλάτα δὲ τὰ ἔμψυχα, οἷον ἵπποι καὶ τὰ ἄλλα ... *Scito autem Philoxenum in Novella huiusmodi interpretationem apposuisse: invecta sunt, quae vehuntur, ut libri et quae similia sunt; illata autem animata, veluti equi et cetera.* Atque Zachariaeus, qui *Philoxeni* librum epitomas Theodori simillimas habuisse putat, hoc, quem ultimo loco posuimus, loco παραγραφὰς Philoxeni designari existimavit. Sic enim: παρέθετο ἐν ταῖς νεαραῖς vel παρέθετο ἐν τῇ νεαρᾷ. Atqui hae Philoxeni notae cum Novellarum epitomis uno contextu coniunctae fuisse videntur eo modo, quo apud Athanasium tit. 9. const. 2. p. 98. factum esse videmus.

P. 272. ad pag. 202. lin. 18. Quod Theodorum scholasticum fuisse coniecimus id nunc ex Codice Maximae Laurae confirmare licebit. Sic enim: Θεοδώρου σχολαστικοῦ Θηβαίου Ἑρμοπολίτου. Vide Zachariaei iuris Graeco-Romani delineationem §. 19. p. 29.

Tom. II.

P. II. lin. 8. Quem edimus titulorum indicem vis est manifesto argumento, eius, quae in Codice Perusino habetur, Summae contextum aliquando, quam nunc habetur, fuisse uberiorem. Qua de re satis, ut opinor, constabit, si titulos illo loco laudatos cum his, qui in operis contextu habentur, conferre velis. Sic p. 8. libri primi titulum vigesimum secundum *si contra ius utilitatemve vel per mendacium fuerit quid postulatum ve interpellatum* vigesimus tertius *de statuis et imaginibus* sequitur, quum tamen tam in exemplaribus Iustiniani Codicis manu exaratis, quam in illo, quem diximus, indice utrique titulo alius titulus isque certo numero inscriptus habeatur. Sic enim index p. II.: *XXI.. Si contrarius utilitatemve publicam vel per mendacium fuerit qd postulatum vel imperatum. XXII. De diversas rescriptis et pragmaticis sanctionibus. XXIII. De statuis et imaginibus.* Quam quidem lacunam in operis contextum data opera inlatam esse, illud vel maxime argumento est, quod horum, qui deinceps habentur, titulorum numeri ita sunt comparati, quasi nihil in media re excidisset. Eiusdem farinae est, quod lib. I. tit. 32. rubricam *de officio comitis sacrarum* in contextu operis excidisse invenimus, quae tamen et in titulorum indice p. II. et in Iustiniani Codicis contextu habetur. Atque hi, qui in operis contextu postmodo habentur, titulorum numeri uno minus computantur, quae res manifesto est argumento, hanc lacunam data opera praetermissam esse ideoque eorum, qui sequuntur, titulorum numeros ad superiorum seriem immutatos. — Contra ea tamen factum est aliquando, ut, qui in operis contextu habentur tituli, iidem in titulorum indice omissi sint. Ita, qui p. 25. lib. II. tit. 28. habetur titulus: *Si adversus venditionem pignoris,* in titulorum indice p. III. omissus plane est, ut, qui deinceps habentur titulorum numeri, ad hanc rem data opera videantur esse immutati. Atque hic, quem diximus, titulus etiam in Iustiniani Codicis exemplaribus habetur.

P. II. lin. 33. Pro *XXXVII.* Codex Perusinus *XXVII.* habet, qui numerus in contextu typis exprimi debebat.

P. VIII. not. 23. lin. 9. Delenda sunt verba *Hinc — vocatos esse constat.*

P. XXVI. lin. 26. Pro *sxeaginta* leg. *sexaginta.*

P. XXX. lin. 12. Adde: XXIII. Codex Meermannianus, olim Collegii Claromontani Parisiensis. Est chartaceus, saeculi p. Chr. n. XVI., bonae tamen notae, ut *Koehlerus* interpretationum et observationum iuris Romani lib. I. cap. 8. p. 83. auctor est. Complectitur, eodem teste, constitutiones variorum imperatorum maxime ecclesiasticas aliaque. Collectionem XXV. capitulorum in hoc libro manuscripto haberi, titulus, quem *Koehlerus* l. c. p. 84. retulit, satis arguit. Sic autem: *Διάταξις* (leg. *διατάξεις*) *νόμων πολιτικῶν ἐκ τῶν νεαρῶν Ἰουστινιανοῦ βασιλέως συνηγοροῦσαι καὶ ἐπικυροῦσαι τοὺς τῶν ἁγίων πατέρων ἐκκλησιαστικοὺς κανόνας.* Ubi hodie sit hic liber manuscriptus, non satis constat. De codicibus Meermannianis, quorum in editione Novellarum a Spangenbergio adornanda usus fuit, quo in numero hoc, de quo sermo est, exemplar videtur fuisse, vide Bieneri librum: *Die Geschichte der Novellen Justinian's* p. 572. et seq.

P. XXX. lin. 38. Pro *XXIV.* leg. *XXVI.*

P. XXXI. lin. 39. Pro *conba* lege *contextus.*

P. XLVII. lin. 26. Eiusmodi indicem a Theophilo, institutionum interprete, de Pandectarum Protis compositum esse, locupletissimus auctor est scholiastes Theophili II. 18. §. 1. ed. Reitz. tom. I. p. 417. *καὶ αὐτὸς γὰρ ὁ Θεόφιλος ἐν τῷ ἰδίῳ indici τῶν πρώτων οὐ λέγει τοὺς ἡνιόχους αἰσχρὰ ἢ ἄτιμα πρόσωπα.* Vides igitur *indices* confici solitos ab his, qui certas Pandectarum partes interpretarentur easque solas partes indicibus comprehensas esse. — De *indicis* notione longe alia est sententia Zachariaei, summaria quaedam horum, qui apud Athanasium habentur, titulorum singulis unius cuiusque constitutionis capitulis praefixorum non dissimilia hoc nomine nuncupari solita existimantis in Annal. Vindob. tom. LXXXVI. p. 229. not. 120. et tom. LXXXVII. p. 101. Quae coniectura ut ex his, quae supra dicta, facile refutatur, ita contra ea illa, quae nostrae opinioni opposuit, argumenta ita sunt comparata, ut facile nulloque plane negotio diluantur. Cum enim, inquit, Iustinianus legum corpora, quae ipse promulgavit, *κατὰ πόδα* tantum verti permiserit, versiones *κατ' ἐπιτομὴν* prohibuit, ideoque indices, quos idem imperator fieri permisit, *κατ' ἐπιτομὴν* versiones esse non potuerunt. Atqui illam Iustiniani sanctionem ad verbosas tantum legum interpretationes pertinere, ad *κατ' ἐπιτομὴν* versiones non item, const. *Tanta* §. 21. et const. *Δέδωκεν* §. 21. disertis verbis loquuntur. Sic enim imperator his, quas promulgavit, legibus commentarios a iureconsultis adnecti prohibet, nisi si vel *κατὰ πόδα* versiones vel paratitla componere velint; alias legum interpretationes ab illis iactari non concedens, *ne verbositas earum aliquid legibus suis ex confusione dedecus adferret.* Itaque cum *κατὰ πόδα* versiones, ut et ex locis laudatis et ex natura indoleque *τοῦ κατὰ πόδας* a Thalelaeo confecti satis constat, illae dicantur librorum iuris translationes, quae Latina eodem et titulorum et constitutionum atque adeo singulorum verborum ordine et consequentia Graece reddunt, non hoc videri potest imperatoris in lege ferenda fuisse consilium, ut omnino omnes librorum iuris in Graecum sermonem translationes praeter eas, quae *κατὰ πόδα* vocantur, prohiberet, sed illas tantum, quae his sunt verbosiores latioremque habent singularum legum interpretationem. Neque aliter explicari potest huius sanctionis cum commentariis ad edictum perpetuum adnexis comparatio, quae paullo post habetur: *quod et in antiquis edicti perpetui commentatoribus factum est, qui opus moderate confectum huc atque illuc in diversas sententias producentes in infinitum detraxerunt.* Quae cum ita sint, non assentior Zachariaeo, qui *κατ' ἐπιτομὴν* versiones hoc loco a Iustiniano prohibitas esse dixerit, neque quicquam in caussa esse video, quare his Digestorum *κατ' ἐπιτομὴν* versionibus, quae apud Graecos horum temporum iureconsultos habentur, cum *indicibus*, quos fieri Iustinianus in const. *Deo auctore* permiserit, convenire negemus.

P. LVII. lin. 33. Hoc loco non est incommodum illud commemorari, quod nostram LXXXVII. capitulorum collectionem in plerisque codicibus manu exaratis cum Photii nomocanone coniunctam esse videmus. Qua de re cap. II. p. XXX. aliquid protulimus. Eiusdem rei testimonium perhibet et Graeci alicuius interpretis libellus, quem ex Codice Parisiensi Graeco, qui hodie numero 1182. signatus est, nunc primum profero. Praefert epistolae formam ad eundem fere modum, qui in *συντόμῳ διαιρέσει τῶν νεαρῶν τοῦ Ἰουστινιανοῦ* habetur. De auctore libri nihil fere constat, nisi quod inter media Michaëlis Pselli scripta habetur, de qua re cap. V. p. LIIIX. diximus. Sic autem habet fol. 31. B.: *Περὶ τῶν ἐν τῷ Νομοκανόνῳ. Ἡ περὶ τοῦ νομοκανόνου, περὶ οὗ μαθεῖν ἐζήτησας διάταξις τοιαύτη ἐστίν· ἱστορεῖ πρότερον ὁ τοῦτο συνθέμενος τοὺς ἐκθεμένους κατὰ χρόνους ὡρισμένους τοὺς ἱεροὺς κανόνας, εἰς ἀριθμὸν τούτους ὡρισμένον τιθέμενος. καταλέγει δὲ οὐ πάντας κατὰ χρονικὴν τάξιν καὶ σύνταξιν, ἀλλ' ἔστιν οὓς τῶν προγενεστέρων προτίθησι διὰ τὸ προέχον* [1]) *τοῦ ἀξιώματος. καὶ ἵνα σοι τὸ λεγόμενον σαφέστερον παραστήσω, γέγραπται οὕτως ἐν τῷ τῶν ἱερῶν κανόνων βιβλίῳ· οἱ λεγόμενοι τῶν ἱερῶν ἀποστόλων διαγρληκεν τ̃* [2]) *κανόνες ὀγδοήκοντα πέντε· συνόδου τῆς ἐν Νικαίᾳ τῶν τριακοσίων δεκαοκτὼ ἁγίων πατέρων κανόνες ὀκτὼ* [2a])*· συνόδου τῆς ἐν Ἀγκύρᾳ, ἥτις προγενεστέρα μὲν ἐστὶ τῆς τῶν Νικαίᾳ* [3]) *πατέρων, δευτέρα* [4]) *τέθειται* [5]) *διὰ τὴν τῆς οἰκουμενικῆς συνόδου αὐθεντίαν, κανόνες εἴκοσι πέντε. συνόδου τῆς ἐν Νεοκαισαρείᾳ, ἥτις πρώτη μὲν ἐστὶν τῆς ἐν Νικαίᾳ, τῆς δὲ ἐν Ἀγκύρᾳ δευτέρα, κανόνες δεκα-*

---

1) Pro *προέχον* Codex *προετ3ζ'* habet.
2) Hoc quid sit, ignoro. Nisi forte legendum *διὰ Κλήμεντος*
2a) Leg. *κ'.*
3) Leg. *ἐν Νικαίᾳ.*
4) Lege *δευτέρα δέ.*
5) Codex *τέθειτα.*

τέσσαρες· συνόδου τῆς ἐν Γάγγρᾳ[6]) κανόνες ὀκτώ[7])· συνόδου τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ τῆς Συρίας κανόνες εἴκοσι πέντε· συνόδου τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει τῶν ἑκατὸν πεντήκοντα ἁγίων πατέρων κανόνες ἑπτά· τῆς ἐν Ἐφέσῳ τῶν διακοσίων ἁγίων πατέρων κανόνες ἑπτά· ἐπιστολὴ τῆς αὐτῆς συνόδου πρὸς τοὺς Παμφυλίας ἐπισκόπους· συνόδου τῆς ἐν Χαλκηδόνι τῶν ἑξακοσίων τριάκοντα ἁγίων πατέρων κανόνες εἴκοσι ὀκτώ· συνόδου τῆς ἐν Σαρδικῇ κανόνες εἴκοσι εἷς[8])· συνόδου τῆς ἐν Καρθαγένῃ κανόνες ἑκατὸν τριάκοντα ὀκτώ· συνόδου Κωνσταντινουπόλεως[9]) κανόνες τρεῖς· συνόδου τῆς ἕκτης[10]) ἑκατὸν δύο· συνόδου τῆς ἑβδόμης κανόνες εἴκοσι δύο· συνόδου Κωνσταντινουπόλεως[11]) κανόνες δέκα ἑπτα· Διονυσίου ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας ἐκ τῆς πρὸς Βασιλίδα[12]) ἐπιστολῆς κανόνες τέσσαρες· Πέτρου ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας καὶ μάρτυρος ἐκ τοῦ περὶ μετανοίας λόγου κανόνες δεκατέσσαρες· τοῦ αὐτοῦ ἐκ τοῦ λόγου τοῦ εἰς τὸ Πάσχα κανὼν εἷς· Γρηγορίου ἐπισκόπου Νεοκαισαρείας καὶ θαυματούργου ἐπιστολὴ κανονική· Βασιλείου ἀρχιεπισκόπου Καισαρείας Καππαδοκίας ἐκ τῶν πρὸς Ἀμφιλόχιον κανονικῶν τριῶν ἐπιστολῶν κανόνες ὀγδοήκοντα τέσσαρες· εἰσὶ δὲ τοῦ αὐτοῦ καὶ ἐπιστολαὶ κανονικαὶ διάφοροι πρὸς τὸν αὐτὸν Ἀμφιλόχιον· Γρηγορίου ἐπισκόπου Νύσσης ἐκ τῆς πρὸς Λιτώϊον ἐπίσκοπον Μελιτήνης[13]) κανονικῆς ἐπιστολῆς κανόνες ὀκτώ· Τιμοθεοῦ ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας τοῦ Παλαιοῦ[14]) κανόνες δέκα ἕξ· Θεοφίλου ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας κανόνες δέκα· Κυρίλλου ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας ἐκ τῆς πρὸς Δόμνον ἐπιστολῆς κανόνες τρεῖς· τοῦ αὐτοῦ ἐκ τῆς πρὸς τοὺς κατὰ Λιβύην καὶ Πεντάπολιν ἐπισκόπους ἐπιστολῆς κανόνες[15]) τέσσαρες· Γενναδίου πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως[16]) καὶ τῆς σὺν αὐτῷ ἁγίας συνόδου ἐγκύκλιος ἐπιστολὴ πρὸς ἅπαντας τοὺς ὁσιωτάτους μητροπολίτας· τοιαύτη οὖν ἐστὶν ἡ τῶν κανόνων ἔκθεσις· εἶτα δὲ γεγράφαται οἱ τίτλοι τοῦ κανονικοῦ συντάγματος καὶ τῶν ἁρμοζόντων ἑκάστῳ τίτλῳ κεφαλαίων· ἕκαστος γὰρ τῶν τίτλων ὡρισμένα ἔχει κεφάλαια, οἷον ὡς τύπῳ εἰπεῖν, ὁ π ρ ῶ τ ο ς τ ί τ λ ο ς τὸ π ε ρ ὶ θ ε ο λ ο γ ί α ς κ α ὶ ὀ ρ θ ο δ ό ξ ο υ π ί σ τ ε ω ς[17]), τὸ π ο ί ο υ ς δ ε ῖ κ α ν ό ν α ς κ ρ α τ ε ῖ ν[18]). ὁ δ ε ύ τ ε ρ ο ς τὸ π ε ρ ὶ κ α θ ι ε ρ ώ σ ε ω ς[19]), τὸ π ε ρ ὶ ἀ ν α θ η μ ά τ ω ν[20]), τὸ π ε ρ ὶ τ ῆ ς ἁ γ ί α ς ἀ ν α φ ο ρ ᾶ ς κ α ὶ κ ο ι ν ω ν ί α ς[21]), καὶ ἐφεξῆς οὕτως. εἰσὶ δὲ οἱ σύμπαντες τίτλοι δεκατέσσαρες· εἶτα μετὰ τὴν τῶν τίτλων ἔκθεσιν καὶ τῶν ἐν ἑκάστῳ κεφαλαίῳ ἀπαρίθμησιν[22]) ἐκτίθεται αὖθις ὁ τὸ βιβλίον συντεταχὼς ἓν ἕκαστον κοινωνικὸν κεφάλαιον, ἀπὸ τοῦ πρώτου κεφαλαίου[23]) τοῦ πρώτου τίτλου ἀρξάμενος, καὶ οἷς εὗρε συνηγοροῦντας κανόνας τῶν ἀπηριθμημένων συνόδων καὶ ἐπιστολῶν κανονικῶν τῶν θεοφ[24]) πατέρων τῷ προτιθεμένῳ κεφαλαίῳ[25]) εἰς ταὐτὸ πάντας συνήθροισεν, οἷον π ρ ῶ τ ο ν ἦν[26]) κ ε φ ά λ α ι ο ν[27]) τ ο ῦ π ρ ώ τ ο υ τ ί τ λ ο υ τὸ π ε ρ ὶ θ ε ο λ ο γ ί α ς κ α ὶ ὀ ρ θ ο δ ό ξ ο υ π ί σ τ ε ω ς· περὶ γοῦν θεολογίας καὶ οἱ τῶν ἀποστόλων δύο κανόνες ὅ τε τεσσαρακοστὸς ἔνατος καὶ ὁ πεντηκοστὸς καὶ ὁ πρῶτος καὶ πέμπτος τῆς συνόδου Κωνσταντινουπόλεως καὶ ὁ ἕβδομος τῆς συνόδου Ἐφέσου καὶ ὁ ἕβδομος τῆς συνόδου Καρθαγένης σαφῶς καὶ διαρρήδην διαλαμβάνουσι· τέθεινται γὰρ οἱ τοιοῦτοι κανόνες[28]) ἐν τῷ ζητουμένῳ κεφαλαίῳ οὐ καταλογάδην[29]), ἀλλ' ἢ μόνον, ὥσπερ εἰρήκαμεν, κατ' ἀριθμόν, ἵν' εἰ βούλοιτο τῆς[30]) ὑπὲρ τοῦ προτεινομένου κεφαλαίου[31]) δυσχυρίζεσθαι, οἷον, ὅτι δεῖ κρατεῖν τὸ ἄγραφον ἐκκλησιαστικὸν ἔθος ὡς νόμον, ἐπειδὴ περὶ τούτου καὶ ὁ ὀγδοηκοστὸς δεύτερος κανὼν τῆς συγκροτηθείσης συνόδου ἐν τῷ Τρούλλῳ τοῦ πα διείληφε καὶ τὸ εἰκοστὸν ἕβδομον καὶ τὸ εἰκοστὸν ἔνατον κεφάλαιον τῆς πρὸς Ἀμφιλόχιον ἐπιστολῆς περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος τοῦ μεγάλου Βασιλείου διακριβοῦσιν, ἔχοι ἐντεῦθεν εἰς τὰς δηλουμένας συνόδους ἀναπέμπεσθαι καὶ τὰ διατετυπωμένα κεφάλαια περὶ τοῦ προτεινομένου ζητεῖν κἀντεῦθεν τῷ προτεινομένῳ συνηγο... | [32]) ἐπεὶ δὲ ἐνιαχοῦ τῶν ὑποθέσεων καὶ ὁ πολιτικὸς νόμος ῥοπήν τινα τῷ ζητήσαντι δίδωσιν καὶ..... κ ἐχρῆν τῶν κεφαλαίων ὁ τὸ βιβλίον πεποιημένος συντέταχεν· ἐν γὰρ τῷ προστεθέντι κεφαλαίῳ τωπ......ρα τοῦ πολιτικοῦ νόμου συντέλειαν ὁ γεγραφὼς εὗρεν. τὸ γὰρ ἔθος φησὶν ὁ παρὼν νόμος ὡς εἰ...... εἰ ὅτε ἐν δικαστηρίῳ ἡ συνήθεια βεβαιωθῇ καὶ ὅτε μὴ ἐγγράφῳ νόμῳ ἐναιτι ...... νομοκανο βιβλίον ὠνόμασται, ὅτι ἐν ταὐτῷ νομ τὸ πολιτικὸν καὶ κανονι...... αξς. ἐν δὲ τῷ τέλει τοῦ βιβλίου καὶ διάφο-

---

6) Codex Γάγγρα.
7) Leg. κ'.
8) Codex εἰκοσιείς.
9) Codex Κνσταντινου πλ.
10) Cod. ἐκ τ. ς
11) Cod. κῶν πο'. τν. λ
12) Cod. Βασιλίδ`. ς
13) Cod. Μελιτην.
14) Cod. Πα. λ'
15) Pro κανόνες Codex κ αἵ habet.
16) Cod. κων πο. τν λ
17) Significatur Photii nomocanon tit. 1. cap. 1. ed. Iustelli tom. II. p. 815.
18) Vide l. c. tit. 1. cap. 2. tom. II. p. 816.
19) Vide l. c. tit. 2. cap. 1. tom. II. p. 862.
20) Vide l. c. tit. 2. cap. 2. tom. II. p. 891.
21) Vide l. c. tit. 3. tom. II. pag. 897.
22) Cod. πξίθμησιν.
23) Cod. πρω κ ΄τ ευ
24) Sic Codex. Legendum fortasse θεοφόρων vel θεοφιλεστάτων.
25) Cod. κεφ. αλ
26) Cod. ἧν.
27) Cod. κε.
28) Cod. κανο. ν
29) Cod. κατὰ λογάδην.
30) Cod. κε ΄ε.
31) Leg. τις.
32) Incipit fol. 32. A. Haec, quae h. l. adnotata est, lacuna, ut et sequentes, inde exortae sunt, quod initio pagina situ corrupta esse cernitur. Leg. συνηγορεῖν.

ροι διατάξεις ἐκ τῶν μετὰ τὸν κώδικα θείων νεαρῶν
λ
......[33]) γ *Ἰουστινιανοῦ ἐκτέθειται συνᾴδουσαι τοῖς θείοις καὶ ἱεροῖς κανόσιν. ἡ σύνταξις δὲ καὶ ...... προειρημένον γέγονε τύπον καὶ προείληπται μὲν τὰ κεφάλαια ἑκάστης τῆς νεαρᾶς*[34])· *εἶτα δὴ αὐταὶ αἱ νεαραὶ...... οθεσίαι*[35]) *περὶ ἑκάστου τῶν κεφαλαίων κατὰ τάξιν διήρηνται. τοιοῦτος δή σοι...... οὕτω δὴ παρ᾽ ἡμῶν διηκρίβωται.* De Photii Nomocanone illud scitu non est iniucundum, quod, quae apud Instellium habetur canonum ad numeros allegatio, haec eadem in illo, quod Anonymus descripsit, Nomocanonis exemplari fuisse reperitur. Itaque cum in libris manu exaratis hic Photii liber sit ubi integra canonum ibi relatorum verba habeat, non dubitandum esse censeo, quin illa, quae solam canonum habet allegationem, verba non item, Nomocanonis forma posteriorum temporum scriptoris manum referre videatur.

P. LXIV. lin. 26. Pro *abieruut* lege *abierunt.*

P. LXIV. not. 6. lin. 2. lege *Rechtswissenschaft.*

P. 3. col. 2. lin. 2. Pro *legem* Nieb. *lege* habet. — Lin. 3. Pro *dm* Nieb. habet *dominum.* — Ibidem. Pro *saeculum* Nieb. *seculum* habet.

P. 4. not. 3. delenda est.

P. 5. not. 52. Pro *Codex* legendum est *Vulgo.*

P. 7. col. B. lin. 1. Pro *indicatum* lege *iudicatum.*

P. 7. col. B. lin. 22. Pro *habet* leg. *abet*, ut est in Cod.

P. 7. col. B. lin. 22. Nieb. *quae* pro *quae* habet. — Idem *ordinate* pro *ordinatae.*

P. 7. col. B. lin. 33. Pro *a.* Niebuhrius *aug.* habet.

P. 7. col. B. lin. 37. Niebuhrius *Marcelle.*

P. 8. col. A. lin. 1. Pro *impr.* Niebuhrius *imp.*

P. 13. col. B. lin. 29. Recte *capitis.* Sic enim Summa Perusina declinat: *capitum, i*, reliqua, ut lex, quae in hoc titulo collocata est, satis ostendit. *Capitu* tamen legitur apud Haloandrum et L. 1. §. 8. C. I. 27. (de off. praef. praet. Afr.). Contra tamen hoc dicendi genus *κάπιτον* habetur in Iustin. edict. 13. cap. 3. *τὰς πεντήκοντα μὲν ἀννόνας καὶ τὰ πεντήκοντα κάπιτα.* Vide, quae Arntzenius ad Panegyr. tom. 2. p. 450. et Savigny in libro: *Zeitschrift für geschichtliche Rechtswissenschaft* tom. VI. p. 341. notaverunt. Notae 67. et 68. delendae sunt.

P. 26. col. A. lin. 24. Pro *delictum* leg. *dilectum.*

P. 29. col. A. lin. 6. Pro *Cuuialis* leg. *Curialis.*

P. 31. not. 10. Pro *abeat* leg. *abent.*

P. 35. not. 65. Pro *21.* leg. *22.*

P. 42. col. B. lin. 35. Pro *aleae* Niebuhrius *alea* habet.

P. 42. col. B. lin. 36. Pro *Greg.* Niebuhrius *Grec.*

P. 47. not. 57. delenda est.

P. 63. not. 22. delenda est.

P. 85. col. A. lin. 11. Verba: *deest in nostris editionibus* delenda in eorumque locum haec substituenda sunt: *L. 10. C. ibid.*

P. 88. col. A. lin. 27. Ad legem 17. haec apponenda sunt: *[c. 17. C. ibid.]*

P. 91. inscr. lin. 1. Pro. *V.* leg. *VI.*

P. 91. col. lin. 3. Pro *29.* leg. *28.*

P. 91. col. lin. 6. Pro *30.* leg. *29.*

P. 91. col. lin. 11. Pro *31.* leg. *30.*

P. 91. col. lin. 18. Pro *32.* leg. *31.*

P. 104. col. A. lin. 45. Pro *Lex 17.* Niebuhrius *Lex XVIII.* habet.

P. 104. col. B. lin. 1. Pro *Lex 18.* Niebuhrius *Lex XIX.* habet. — Pro *Iustinianus* Niebuhrius *Iustin.* habet.

P. 104. col. A. lin. 26. Pro *hec* Niebuhrius *haec* habet.

P. 104. col. A. lin. 28. Pro *fratres* Niebuhrius *fratribus* habet.

P. 104. col. A. lin. 32. Pro *Dioclit.* Niebuhrius *Diocletianus* habet. — Pro *Max.* Niebuhrius *Maximianus* habet. – Pro *c.* Niebuhrius *cc.* habet.

P. 116. col. A. lin. 15. puncta hoc loco posita notaque 65. delenda sunt.

P. 129. col. B. lin. 46. Pro *c. 12.* leg. *c. 13.*

P. 143. col. B. lin. 12. Verba *[c. 2. C. ibid.]* ad lin. 18., hoc est, const. 2. C. 8. 51. (de infantibus exp.) revocanda sunt.

P. 145. lin. 11. *α'.* delendum est.

P. 145. lin. 14. Enotabo hoc loco varietatem lectionis, quam *Koehlerus* interpretationum et emendationum lib. I. cap. 9. p. 84. ex Codice Meermanniano, qui collectionem XXV. capitulorum complectitur, cum Iustiniani Codice a *Lud. Charonda* edito enotavit. Lin. 17. Pro *συνέγραψε* Meerm. *συνέγραψαν.* — P. 146. lin. 7. Pro *εὐσεβοῦς* Meerm. *εὐλαβοῦς* habet. — Ibid. lin. 10. Pro *ἐμπίπρασθαι* Meerm. *ἐμπιπρᾶσθαι* habet. — Lin. 12. Pro *τοιαῦτα* Meerm. *τὰ τοιαῦτα.* — Lin. 17. Subscriptio haec est: D. XIV. K. *MARI.* CP. ZENONE ET POSTVMIANO COSS.

P. 145. lin. 19. Enotabo hoc quoque loco varietatem lectionis, quam Koehlerus l. l. lib. I. cap. 9. p. 85. ex Codice Meermanniano adnotavit. Inscriptio, quae ita incipit: *Ἰουστινιανοῦ τοῦ εὐσεβεστάτου βασιλέως,* in Meerm. habetur. — Lin. 32. Pro *πολλὴν ἀδηλίαν* Meerm. *πολλὴν δειλίαν.* — Ibidem lin. 41. Pro *ἢ καὶ ληγάτον ἢ φιδικόμισσον* Meerm. *εἰ καὶ ληγάτον* et, spatio dimidii versus vacuo relicto, *ἡ Fideicommisson.* — P. 147. lin. 3. Pro *ἀποτροφὴν* Meerm. habet *ἀποστροφήν.* — Lin. 7. Verba *περὶ λόγους καὶ νόμους* Meerm. ita transponit: *περὶ νόμους καὶ λόγους.* — Lin. 16. Pro *εἰ δὲ μηδὲ* Meerm. habet *εἰ δὲ μὴ δέ.* — Lin. 25. Pro *παρασκευάσαι* Meerm. *παρασκευᾶσαι* habet — Lin. 31. Pro *ἐκείνῳ* Meerm. *ἐκεῖνο* habet.

P. 145. not. 1. lin. 3. Pro *1336.* leg. *1326.* — Ibidem pro *Coislin. 1355.* lege *Paris. 1355.*

P. 147. lin. 37. Enotabimus hoc quoque loco varietatem codicis Meermanniani, a Koehlero l. c. lib. I. c. 9. p. 86. et seq. publici iuris factam. Inscriptio eadem est, quae in collectione XXV. capi-

33) Designatur collectio LXXXVII. capitulorum, Photii Nomocanoni quasi cuiusdam appendicis loco adiecta. Suppl. *τοῦ τῆς θείας λήξεως κ. τ. ἑ.* Vide Proleg. cap. III. p. XLIV.

34) Designatur index, qui in codicibus manu exaratis collectioni LXXXVII capitulorum praeponi solitus est.

35) Leg. *νομοθεσίαι.*

tulorum. — Lin. 38. Pro *μοναχὸν* Meerm. *μοναχον*. — P. 148. lin. 5. Pro *ὑπεξαιρουμένων* Meerm. *ὑφεξαιρουμένων*. — Ibid. lin. 8. Pro *ἀποκρίσεις* Meerm. *ἀποκρύσεις*. — Lin. 10. Pro *συμβουλαῖς τισὶ* Meerm. *συμβουλαῖς τισι*. — Lin. 12. Pro *δήμου* Meerm. *δήλου* habet.

P. 148. lin. 16. Hoc quoque loco varietatem Codicis Meermanniani secundum Koehlerum l. c. lib. I. cap. 9. p. 48. designabimus. Lin. 17. Pro *δοθῆναι* Meerm. *δοθεῖναι*. Reliqua pars inscriptionis cum collectione XXV. capitulorum consentit. — Lin. 22. *ποιούμενοι* et Meerm. a prima manu, secunda correxit *ποιούμενος*. — P. 148. lin. 8. Verba *ἐστὶ τὸν* in Meerm. linea subducta notata sunt, et in margine adscripta vitiosa lectio *εἰσὶν τῶν*. — Lin. 29. Pro *ἔσχον* Meerm. *ἔχων*. — Lin. 32. Pro *περιντλεύσεται* leg. *περιελεύσεται*. — Lin. 48. Pro *εὐδαίμονος ταύτης* Meerm. *εὐδαιμονεστάτης*. — Lin. 20. Verba *τοῦ τὰ* in Meerm. linea subducta notata sunt, et ad marginem adiectum: *ταῦτα*. — Lin. 22. Pro *κατὰ διαθήκας* Meerm. *κατὰ διαθήκας*. — Lin. 26. Vox *εἰρημένοις* in Meerm. deest. — Lin. 33. Pro *πτωχοτρόφῳ* Meerm. *ψυχοτρόφῳ*, idque linea subducta notatum et in margine additum *πτωχοτρόφῳ*. — Lin. 38. Inter *ἀλλ'* et *εἰς* Meerm. in margine inserit *ἴσως*. — Lin. 40. Pro *τίς* Meerm. *τὶς*, sed ante *τὶς* in margine inserto *τὸν* et linea in contextu voculae *τὸν* subiecta, qua delere eam videtur voluisse librarius. Hinc Koehlerus l. c. p. 90. efficit: *τὸν γὰρ τὶς τὴν τοιαύτην ἔχοντα φροντίδα*. — Lin. 41. Pro *περιγίνεται* Meerm. *προγίνεται*. — P. 151. lin. 5. Pro *πάσῃ* Meerm. *πάθῃ*. Lin. 24. Vox *ὁ* in Meerm. deest. — Ibidem. Pro *παρέχων τὶ* Meerm. *παρασχὼν τι*. — Lin. 25. Vox *τῷ* in Meerm. deest. — Ibid. Pro *αὐτῷ* Meerm. *αὐτῷ*. — Lin. 52. Vox *ὄφελον* deest in Meerm.

P. 168. lin. 37. Pro *κυβρνόντων* lege *κυβευόντων*.

P. 175. lin. 25. Hoc loco dabimus varietatem lectionis, quae apud *Alemannum* habetur (vide Prol. cap. II. p. XXXVIII.). Verba *Ἰουστινιανοῦ τόμος* usque ad *κατιέναι* desunt apud Alem. — Lin. 28. Pro *ὁ αὐτὸς βασιλεὺς* Alem. *βασιλεὺς Ἰουστιανὸς* habet. — Ibid. Pro *πανταχοῦ* Alem. *ἀπανταχοῦ*. — Lin. 30. Pro *ἐποιησάμεθα* Alem. *ἐποιήσαμεν*. — Pro *ὀρχήστραν* Alem. *εἰς ὀρχήστραν* habet. — Lin. 31. Pro *τούς τε* Alem. *τούς*. — Lin. 32. Pro *τοῦ χρυσίου* Alem. *τούτου χρυσίου*. — Lin. 33. Pro *γένοιτο* Alem. *γένηται*. — Lin. 35. Pro *ἐπαρχιῶν* Alem. *τῶν ἐπαρχιῶν*. — Lin. 42. Pro *κωλύεσθαι* Alem. habet *κωλύοντας*. — Lin. 47. Pro *πάσχουσαν* Alem. habet *παρασχοῦσαν*. — P. 176. lin. 13. Pro *τὴν εἰρημένην οὖν* Alem. *τὴν μὲν εἰρημένην*. — Ibid. Pro *πέμπτῳ* Alem. *ἑτέρῳ*. Error ortus videtur esse ex nota *ε'τῳ*, qua *πέμπτῳ* designatur. — Lin. 24. Pro *παραβαίητε* Al. *παραβαίοιτε*. — Lin. 25. et 26. Subscriptio apud Alemannum haec est: D. K. NON. CP. DN. IUSTIN. PP. A. IV. et Paulino COSS.

P. 203. not. Pro *ἀδιαρίστους* leg. *ἀδιορίστους*.

P. 204. lin. 42. Quod scholium Basilicorum, quod apud Fabrotum tom. III. p. 60. habetur, cui quidem *Ἥρωος* nomen praefixum est, corruptum esse censui, de hoc fratrem habeo adsentientem. Sed quam ego huic loco medicinam adhibere volueram, alia idem permutat. Vocem *ἥρωος* ex male intellecta nota, qua *ἐρώτησις* designatur, prodiisse censet, quae coniectura his, quae sequuntur: *καὶ πῶς εἴρηται* — ; et *μάθε τοίνυν πρὸ πάντων*, non mediocriter confirmatur. Vide Basilica ed Heimbach tom. II. p. 488. not. z.

P. 208. not. 12. Pro *1357*. leg. *1355*., qui error est ubi redeat.

P. 209. not. 49. Pro *Voëllus* leg. *Iustellus*.

P. 211. not. 46. Ante *εἰσίῃ* haec exciderunt: *Sic emendavi ex Nov. 5. c. 4.*

P. 247. not. 12. Pro *Idem* legendum *Par*.

INDEX RERUM

quae in Prolegomenis, Notis, Addendis habentur.

(Numeri Latini Prolegomena designant, Arabici reliqua.)

D.

E.

F.

G.

H.

I.

K.

L.

M.

N.

O.

P.

R.

S.

T.

U.

V.

W.

Y.

Z.

LIPSIAE, TYPIS EXCUDIT FRIDERICUS NIES.